6
IIg-d
6

f. 42½

ISOCRATIS ORAtiones omnes, quæ quidem ad NOSTRAM AETATEM PERVENERVNT, VNA ET VIGINTI NVMERO, VNA CVM NOVEM eiuſdem Epiſtolis, è Græco in Latinum conuerſæ,

PER HIERON[redacted]

Oetingenſem.

Quid in hac editione præterea ſit expectandum, uerſa pagina reperies.

ROMA VITTORIO EMANUELE

INTERPRES AD LECTOREM.

Iſocratis Latiumq́; refert & Græcia laudes:
Iſocratem celebrant Tullius atq; Plato.
Iſocratem probitas ſimul & ſapientia clarum
Reddit, & eloquij tollit in aſtra decus.
[redacted] quam ueteres memorabant Attica Siren:
Hanc cole, [redacted] bonus.
Nil opus hic unclis, ſurdæ nihil unguine ceræ,
Nulla ſub hoc cantu fraus metuenda latet.
O' utinam ſimiles potuiſſem promere uoces,
Vix aliud Latio dulcius eſſet Opus.
Græca legant docti, rudibus conuerſio ſeruit
Noſtra, polita minus, ſed ſtudioſa ſcopi.
Hi nimis audaces ſuper ardua nubila tranant:
Hi timidi nimium, littora tuta legunt.
Nos (medio quantum licuit contendere curſu)
Flamma nec exuſſit, nec madefecit aqua.
Eſt appenſa quidem planis ſententia uerbis,
Verbaq́; qua debent annumerata fide.
Forſan erunt etiam, quorum prudentior ætas
Primitias noſtri comprobet ingenij.
Hæc modò, res tenuis mea quæ tulit, offero dona:
Mox (niſi fata uetent) uberiora dabo.

Cum Cæſ. Maieſt. gratia & priuilegio, ad quinquennium.

BASILEAE, PER IOANnem Oporinum.

1548

CATALOGVS OMNIVM QVAE hoc Opere continentur.

I ISOCRATIS *ad Demonicum Paraeneſis* pag. 1
Oratio ad Nicoclem, de regno 7
Nicocles, aut Symmachicus 13
Euagoras 20
Helenae encomium 28
Buſiris 35
Oratio contra Sophiſtas 41
Panegyricus 43
Plataicus 63
Areopagiticus 69
Panathenaicus 77
Archidamus 124
Oratio ad Philippum 136
Oratio de Pace 152
De permutatione facultatum 167
De iugo equorum, ſeu bigis Oratio 185
Aegineticus 191
Trapezíticus 196
Paragraphicus 202
Oratio contra Lochitem 208
Amartyrus, contra Euthynoum 211
Iſocratis Epiſtolae 215

II *Argumenta quibus ſingularum orationum ſumma explicatur.*
III *Annotationes ad marginem, quibus breuiter oſtenditur, qua de re ſingulis paginis agatur.*
IIII *Vita Iſocratis è Plutarcho, Philoſtrato, Dionyſio Halicarnaſſeo.* pag. 227
V *Caſtigationes, quibus pleraq; loca graeci textus uel deprauata, uel ſuſpecta indicantur, & (citra temeritatem, aut praeiudicium tamen) corriguntur.* pag. 1
VI *Annotationes in loca obſcuriora.* 38
VII *Gnomologiae ex omnibus Orationibus Iſocratis, ut ſententiae et exempla utilia, lectori ſtatim ſeſe offerant.* 227
VIII *Platonis, & aliorum praeſtantium uirorum teſtimonia de Iſocrate.*

Omnia haec elaborata ſunt opera & induſtria [redacted]

Acceſſit quoq; rerum & uerborum tam in ipſo Iſocrate, quàm Annotationibus memorabilium, geminus Index.

ISOCRATIS AD DEMONICVM PARÆNESIS, HOC EST, PRAECEPTA de officijs, ſeu honeſtis moribus adoleſcentum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM PER HIERONYMUM Vuolfium.

Παραίνεσιν exponunt συμβουλήν, νουθεσίαν, σωφρονισμόν, id eſt conſilium, admonitionem, caſtigationem. παράκλησις adhortationem ſignificat, ut ſi quis adoleſcentem ad uirtutem amplectendam ſtimulet atq; excitet. ſed παραίνεσις maius quiddam eſt & utilius, quum etiam oſtenditur, qua ratione uirtutis compos fieri poßit, qua uia ſit ad uirtutem ingrediendum. Scopus igitur & propoſitum huius libri eſt, ut adoleſcentum animos ad honeſtas actiones exhortetur atq; inſtituat, quo uitam non tantum ſuauiter & commodè, ſed etiam cum laude & gloria tranſigant. Omnino pueris ediſcendæ ſunt hæ dulciſsimæ ac ſaluberrimæ præceptiones, ut in omni uita in cõſpectu atq; in promptu ſint. Neminem profectò laboris illius unquam pœnitebit. Operæpreciũ etiam fuerit, cauſas ſingulorum præceptorũ exquirere, atq; eadem ſimilibus ſententijs & exemplis poetarum, hiſtoricorũ, atq; adeò uitæ communis illuſtrare. Sed hoc omniũ utiliſsimum erit, cõſiderare quoties ſanctiſſimam doctrinam uel imprudens uel petulanter neglexeris, quoties & quàm graues incogitantiæ temeritatisq́; pœnas dederis. Ita fiet, ut non tantum de aliorum dictis factis & caſibus prudentius iudices, ipſumq́; libellum rectius intelligas, ſed in omni uita ſapientiã cum probitate coniungere ſtudeas, inſcitiam & dedecus abomineris. Non autem hic uel ordo uel numerus magnopere eſt requirendus. Coaceruantur enim præcepta, non quidem omnino temerè, ſed minus tamen accuratè, quàm fit in libello Ciceronis de Officijs, aut Ariſtotelis diſputatione de moribus: neq; ſemper probationes adijciuntur, ſed quæ inter meditandum & ſcribendum inciderunt, pro autoritate & arbitrio Iſocratis in medium afferuntur. Opus hoc dedicatum eſt Demonico cuidam Hipponici, nõ, ut opinor, ciuis Athenienſis qui Calliæ pater fuit, filio, ſed alicuius exteri, qui uel Euagoræ Cyprio, uel alteri alicui regi paruit. Eſt enim inter alia hoc etiam inſertum, ut Demonicus ad regis imitationem ſeſe componat, id quod Athenis locum habere non potuiſſet. Tzetzes hunc Demonicum Euagoræ filium facit his uerbis: θανόντος εὐαγόρου δὲ, γράφει πρὸς παῖδα τοῦτο, ὃν κλῆσιν ἔχει Δημόνικος, πολλὰς τὰς παραινέσεις, *hoc eſt, poſt obitum Euagoræ, ad eius filium Demonicum præceptiones multas ſcribit. Quod an uerum ſit, ipſe uiderit. ego magis Iſocrati credo, qui Hipponicum Demonici patrem facere uidetur.*

A IN MVLTIS Demonice rebus, multum intereſſe comperimus inter bonorum uirorum rationes, & improborum hominum cogitationes: ſed in mutua uitæ conſuetudine, longè maximum diſcrimẽ deprehenditur. Nam alteri amicos, dum adſunt, duntaxat colunt: alteri, etiam longe ſeiunctos amant. Improborum familiaritates paulo momento pereunt, at bonorum amicitias nec uniuerſa æui ſeries aboleuerit.

Quid inter uulgarem & ueram amicitiam interſit.

Quum igitur æquum eſſe ducerẽ, ut gloriæ appetentes & liberalium artium ſtudioſi, bonos potius quàm improbos imitarentur: hanc orationem dono tibi miſi, ut eſſet mutuæ noſtræ amicitiæ certum pignus, & eius familiaritatis, quæ mihi cum Hipponico fuit, teſtimonium. Nam ut opum, ſic etiam paternæ amicitiæ liberos hæredes eſſe decet. Animaduerto autem fortunam etiam nobis adiutricem eſſe, præſensq́; tempus opitulari. Nam ut tu liberaliter inſtitui cupis, ſic ego in eo ſum, ut alios erudiã: tu ſtrenuè literis & ſapientiæ diſcendæ incũbis, ego illis qui in eo uitæ genere uerſantur, me quaſi ducem autoremq́; profiteor.

Amicitia inter abſentes literis renouanda.

Amicitiæ propagãdæ ad poſteros.

Occaſio huius ſcripti.

Et quidem qui ad amicos hortatorias orationes ſcribunt, rem certe pręclaram ſuſcipiunt: non tamen in eo uerſantur ac elaborant, quod eſt in ſapientiæ ſtudio potiſsimum & præſtantiſsimum. At qui adoleſcentibus uiam

Præceptiones adhortationibus potiores.

demonſtrant earum rerum, nõ quæ in dicendi exercitatione & oratoria facultate eos acuant, ſed mores ad decus & honeſtatem, cuius ipſa natura parens eſſe uideatur, conforment: longè plus fructus afferre auditoribus, quàm illi alteri, cenſendi ſunt. Quid enim illi aliud agunt, niſi quod ad uerba hortantur? Hi uerò uitæ uerè degendæ rationem indicant.

Virtus eloquentiæ præſtat.

Propoſitio et argumẽtum huius libri.

Fructus & utilitas.

Egregiũ uirtutis encomium per collationem.

Nos igitur nõ obiter arrepta hortatione, ſed conſcriptione præceptionũ, tibi cõſulturi ſumus, quæ adoleſcentib. expetenda, quæ fugienda ſint: quorũ hominũ cõſuetudine uti, & in uniuerſum, quo pacto uitam ſuã inſtituere ac regere debeãt. Nam quicunq; hoc uitę iter ingreſsi ſunt, hi ſoli uirtutis uerè cõpotes fieri potuerũt, qua nihil omniũ rerũ ſplendidius eſt, aut cõſtantius. Forma enim aut ſenio conſumitur, aut morbo defloreſcit. Diuitiæ uitiorũ magis quàm uirtutis miniſtræ ſunt, cùm quòd ad ignauiam feneſtram aperiunt, tum quòd adoleſcentes ad uoluptates auocant. Robur cũ prudentia cõiunctũ prodeſt quidẽ, ſed ſine hac, plus illis ipſis qui uirib. ualent, obeſt: & ut eorũ corpora qui ſeſe exercent, ornat, ſic caliginẽ quandã & tenebras offundit animis, quo minus rectè inſtituantur. At poſſeſsio uirtutis, in quorũ animis ſyncerè ac ſolidè unà cũ ætate accreuerit, ſola nec in ſenectute deſerit, opib. præſtãtior, nobilitate utilior. Nam quæ alij deſperãda putãt, efficit ut cõtingere ac obtineri poſsint: quæ multitudini horrẽda uidentur, magno animo expectat & perfert: deſidiã in uitio ponit, laborem laudi ſibi ducit.

Hercules & Theſeus uirtute immortalitatem ſibi pepererunt.

Laudatione patris Hipponici, filiũ Demonicum ad uirtutem excitat.

Et hæc facile perſpici poſſunt tum è certaminibus Herculis, tum è Theſei præclaris operibus, quorum facinoribus, ad regulam uirtutis exacti mores, tam inſignem gloriam, itaq; firmis radicibus nixam pepererunt, ut nulla æui longinquitas, res geſtas eorum obliuione poſsit abolere. Atq; adeò, ſi quod uitæ inſtitutum patris tui, quæ ſtudia fuerint, recordere: domeſticum & illuſtre habebis exemplum eorum quæ à me dicuntur. Nec enim ſic exegit ætatem, ut uel uirtutem negligeret, uel corpori ac ignauiæ ſeſe dederet: ſed & corpus laboribus exercebat, & animo pericula ſuſtinebat, neque diuitias intempeſtiuè aut nimis antè complectebatur, ſed præſentibus bonis fruebatur ut mortalis. rem familiarem ita curabat, ut ſi immortalis eſſet: neq; ita ſe cõpararat, ut humilis in cultu & uictu ac ſordidus haberetur: ſed & ſplẽdidus erat, & magnificus, & comis atq; benignus in amicos, pluriſq; faciebat ſui ſtudioſos, quàm ſanguinis neceſſitudine cõiunctos. Exiſtimabat enim ad ſocietatem uitęq; conſuetudinem, longè plus eſſe momenti ac uirium in natura quàm in lege, in morib. quàm in genere, in libera uoluntate quàm in neceſsitate. Quod ſi omnes eius actiones enumerare inſtituerimus, nullum tempus ad eam rem nobis ſuffecerit. Sed illas per occaſionem aliàs copioſius & accuratius explicabimus: nunc ſpecimen ſaltẽ quoddam naturæ ac ingenij Hipponici exhibuimus, quod, ut exemplũ, in uita tibi propoſitum eſſe debet, ut mores illius pro legibus habeas, ac paternam uirtutem admireris, & magno ſtudio imiteris. Nam turpe fuerit, cum pictores pulchras animantes effingant, liberos parentum præſtantiam non imitari. Quare perſuaſum habere debes, nemini pugili ſic conuenire, ut ſe contra ſuos aduerſarios exerceat: ut tibi prouidendum eſt, ne patris tui laudibus ulla ex parte ſis inferior. Nequaquam autem fieri poteſt, ut quiſquam hoc in animum ſuum inducat, in eoq; ſtrenuè elaboret, ni multis & bonis præceptis fuerit refertus. Nam ut corpora moderatis laboribus, ſic animi honeſta doctrina augeri & confirmari ſolent. Ego itaq; breuiter tibi ſubijcere conabor, quibus ſtudijs maximos in uia uirtutis progreſſus facere, & apud alios homines uniuerſos gloria florere poſſe uidearis.

Parentũ uirtus liberis imitanda.

Illuſtres ſimilitudines.

Laudatione

Bonæ præceptiones ſtudioſo uirtutis neceſſariæ.

Religio.

1 Primùm igitur, quicquid ad cultum deorum attinet, religioſe præſta: neq; ſacrifica ſolum, ſed etiam iuſiurandum ſerua. Nam illud amplæ pecu-

A niæ indiciũ eſt: hoc, integritatis morum euidens argumentum. Venerare
numen ſemper quidem, tum uerò in primis, cum publicè ſacra fiunt. Sic e-
nim ſimul & dijs immolare, & legibus obtemperare uideberis. Sic te ge- 1 *Parentes.*
re erga parentes tuos, quemadmodum optares ut liberi tui erga te ſe gere-
rent. Ea corporis exercitia amplectere, quæ ualetudini potius quàm ad 3 *Exercitia.*
robur proſint. quod ita conſequére, ſi laborare deſinas, uiribus adhuc inte-
gris & uegetis. Neq; petulantem riſum ama, neq; confidentẽ orationem 4 *Riſus.*
proba. nam alterum incogitantiæ eſt, alterũ inſaniæ. Quæ factu ſunt tur- 5 *Sermo.*
pia, ne dictu quidem eſſe decora credito. Aſſuefac te non ad toruitatem, 6 *Vultus.*
ſed ad ſeueritatem. nam illa pertinaciæ, hæc prudentiæ tribuitur. Exiſti- 7 *Adoleſcen*
ma te maximè decere modeſtiam atq; mundiciem, uerecundiam, iuſticiam, *tiæ uirtutes.*
temperantiã. nam his in uniuerſum, adoleſcentiæ diſciplina & mores con-
tineri uidentur. Ne quid unquàm turpe admiſeris, quod id clam fore ſpe 8 *Conſcien-*
res. nam ut maximè nulli alij reſciſcant, tute ipſe tamen tibi eris conſcius. *tia timenda.*
Deum time. Parentes honora. Amicos uerére. Legibus obtem 9. 10 11 12
pera. Eas ſectare uoluptates, quę cum gloria ſunt. nam honeſta oblecta- 13 *Volupta-*
ctio res eſt optima: turpis, peſsima. Caue ac declina obtrectationes, etiãſi *tes.* 14 *Ca*
falſæ fuerint. Vulgus enim è ueritate pauca, ex opinione multa iudicat. *uẽda calũnia.*
Quicquid egeris, palàm fore omnibus credito. nam quæ in præſentia occul 15 *Lux amã*
taris, poſtea tamen innoteſcent. Gloriam ſic facilimè conſequéris, ſi ip- *da.* 16 *Via*
ſe uitare conſpiciaris ea, quæ facta ab alijs reprehenderes. Si diſcendi cu *ad gloriam.*
piditate flagraueris, multa diſces. Quæ cognoueris, cura & diligentia reti- 17 18 *Di-*
nenda ſunt ne excidant: quæ adhuc ignoras, artium cognitione addiſcito. *ſcendi ratio.*
Nec enim minus turpe eſt utilem orationem auditam negligere, quàm, ſi
quid bonũ ab amicis detur, id aſpernari. Quicquid ocij & uacui tempo 19 *Audiẽdi*
ris cõcedit, in audiendi ſtudio libenter cõſume. Sic enim futurũ eſt, ut quæ *ſtudium utiliſ-*
B alij magnis laboribus inuenère, tu facile perdiſcas. Multas utiles doctri- 20 *ſimum.*
nas multis pecunijs præſtare ducito. nam hæ facile amittũtur, illæ nũquam
deſerunt. Sola enim inter omnes poſſeſsiones ſapientia, immortalis eſt.
Ne te pigeat longã uiã ad eos ire, qui ſe aliquid utile docere profitent̃. Tur 21
pe enim eſt, cũ mercatores rei familiaris augendæ gratia, tot ac tanta maria
tranſeant, adoleſcentes excolendi ingenij cauſa detrectare ſaltẽ terra iter fa
cere. Affabilis eſto, obuiosq; nõ tantũ libenter ſalutato, ſed etiã familiari 22 *Affabili-*
ter, & ut cuiuſq; dignitas poſtulat, alloquitor. Comis & benignus in o- *tas.*
mnes eris, ſed optimorum familiaritate utére: ſic aliorũ inimicitias cauebis, 23 *Familia-*
aliorũ amicitiam tibi conciliabis. Ne ſæpius eoſdem ijſdem de rebus, ne- *ritates.*
que uerboſius alloquaris: eſt enim rerum omnium ſatietas. Exerce te uo 24 *Cauen-*
luntarijs laboribus, ut etiã neceſſarios perferre poſsis. Dabis operã ut re- *dum faſtidiũ.*
bus illis omnibus imperes, quibus animũ ſeruire turpe eſt: cuiuſmodi ſunt, 25 *Labores*
lucrum, ira, uoluptas, dolor. Hæc autem ita conſequère, ſi ea in lucro depu- *ſpontanei.*
tes, quæ gloriam potius quàm quæ opes augeant: in ira, ſi talem te præbeas 26 *Quo pà-*
alijs, quales in te delinquentem alios eſſe uelles: in oblectationibus, ſi tur- *cto ſit affecti-*
pe ducas ſeruis imperare, uoluptatibus ſeruire: in rebus moleſtis, ſi calami- *bus imperan-*
tates aliorũ inſpexeris, & te hominẽ eſſe cogitaris. Diligentius tuere de- *dum.*
poſita uerborum, quàm pecuniarum. nam boni uiri officium eſt ita ſeſe ge- 27 *Tacitur*
rere, ut eius mores plus fidei quàm aliorũ deierationes mereantur. Quem- *nitas.*
admodum improbis diffidendum, ſic bonis adhibẽdam eſſe fidem credito. 28 *Cui cre-*
dendum.
Ne cui arcana tua dixeris, niſi illa taceri non minus audientibus ipſis, quàm 29 *Arcana.*
tibi dicenti expediat. Iuſiurandũ delatum, propter duas cauſas ne auerſa- 30 *Iuſiuran*
re: uel ut temetipſum turpi crimine liberes, uel ut amicos periculis eripias. *dum.*
Pecuniæ uerò cauſa nullius Dei numen iures, etiamſi liquidò id facere poſ-
ſis: ne alijs periurus, alijs auarus eſſe uidearis. Cum nemine iunge conſuetu 31

dinem & amicitiam, priuſquam exploraueris quomodo prioribus amicis A
fuerit uſus. Sperabis enim, eum et in te talem futurum, qualem erga illos ſe-
Præcepta de amicitia tũ ineunda, tum explorãda, tũ conſeruanda. 32 ſe præbuit. Neminem cito in amicitiam recipe: quem uerò caritate com
plexus fueris, eum da operam ut perpetuò ames. Nam æquè turpe eſt nul-
lum habere amicum, & ſubinde mutare ſodalitates. Neq; cum damno
fidem amicorum explora, neq; ſodaliũ animos ignorare uelis: eius rei com-
33 modiſsima uia erit, ſi te ſimularis egere, cum minimè eges. In conſilium
itẽ eos adhibe de rebus, quas uulgari nihil refert, perinde ac ſi arcanæ ſint.
Fruſtratus enim, nullam cladem accipies: uoti uerò compos factus, mores
34 eorum perſpectiores habebis. Eos ſynceros & genuinos amicos eſſe iu-
35 dica, qui te nec in rebus aduerſis aut inopia, nec in periculis deſerunt. Nam
ut aurum igni probatur, ſic amicorũ fides in rebus aduerſis perſpicitur. Sic
autem rectiſsimè tractabis amicos, ſi nõn expectaris donec re rogent, ſed
ultrò, cum tempus poſtulat, opem eis tuleris. Non minus flagitioſum eſſe
36 puta, uinci beneficijs ab amicis, quàm maleficijs ab hoſtibus. Eos ami-
cos proba, qui non tantũ malis tuis doleant, ſed qui etiã bonis tuis non in-
uideant. Multi enim uicem amicorũ in rebus aduerſis dolent, & ijſdem in
37 rebus ſecundis inuident. De abſentibus amicis mentionẽ fac apud præ-
Veſtitus 38 ſentes, ut putent, te ſui quoq;, ubi diſceſſerint, non fore immemorem. In
ueſtitu honeſtam mundiciem ama, quæ grauitatem habeat: exquiſitam ele-
Diuitiarum uſus. 39 gantiam & luxum, ut ſuperuacaneum, aſpernare. Omnem diuitiarum fru-
ctum non in magnitudine opum, ſed in moderato uſu rei familiaris eſſe po
40 ſitum exiſtima. Contemne illos, qui cumulandis opibus inuigilant, ſed
partis uti neſciunt. Idem enim iſtis uſu uenit, quod his qui equitandi neſcij,
41 bonos equos habent. Talem in adminiſtranda re tua familiari rationem
inito, ut ea tum uti tum frui pro tuo arbitrio queas, tanquam dominus, nõ
42 inſtar mancipij inſeruias. Diligenter tuere diuitias tuas, duabus de cau- B
ſis: tum ut magnam mulctã ſoluere: tum ut honeſto amico, quem urget in-
Aequus et impiger animus. 43 fortunium, ſubuenire queas. In reliqua uita, non ſupra modum, ſed medio-
criter eas diligito. Præſenti ſtatu contentus eſto, inquire tamen & ſecta-
re meliora. Nemini calamitatem criminoſe obieceris. Nam fortunæ do
Nemini exprobranda calamitas. 44 minatus per omnes peruagatur: & quid ſecuturum ſit, inexploratum eſt.
Bonis benefacito. præclarus enim theſaurus eſt, beneficium in uirum colla-
Beneficentia. 45 tum. Si malis benefeceris, idem tibi uſuueniet, quod his qui alienos ca-
46 nes paſcunt, qui ut æquè allatrant eos qui dant, atque ignotos, ſic improbi
Aſſentatio. 47 bene meritos non aliter quàm male meritos iniurijs afficiunt. Aſſentato
res oderis, non minus quàm impoſtores. Nam utrique lędũt eos, à quibus
48 fides ipſis habetur. Si eos amicos amplectêris, qui tibi in rebus nequiſsi
mis gratificantur: nulli erunt, qui tuum odiũ in uitæ conſuetudine, propter
Quo pacto ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. 49 res optimas & utilitatẽ tuam, ſuſcipere uelint. Familiarẽ te illis prębe, qui
te adeunt, non faſtuoſum. Nam ſerui quoque dominorum faſtidium & tu-
morem uix ſuſtinuerint, at humanitas grata & iucunda eſt omnibus. Si
autem aptus ad conſuetudinem hominum eſſe ſtudes, neque contentioſus
50 ſis, neq; moroſus: nec in rebus omnibus alijs aduerſeris, uictoriãq; tibi uen
dices: neq; familiarium iras aſperè excipias, etiamſi nulla iuſta de cauſa ira-
ſcantur: (cedendum quidem illis eſt, dum adhuc feruet animus: tum uerò
demum, ubi ad ſeſe redierint, ſunt obiurgandi) neq; in ridiculis ſerias res a-
gas: neq; in rebus ſerijs, nugis gaudeas: (nam quicquid nõ tempeſtiuè, nec
in loco fit, ubiq; moleſtum eſt) neq; beneficia cum faſtidio conferas: (quo
uitio multi laborant, qui obſequuntur quidem, ſed grauatim omnia mole
ſteq; faciunt) neq; libenter accuſes & crimineris: (grauè enim eſt) neq; ad
51 obiurgandũ propendeas, quod iracundiã extimulat. Cõuiuia & compo-
tationes

A tationes cauere & uitare, cõſultiſsimum certè fuerit. Sed ſi quando ita ceci- *Cõuiuia citra*
derit ut intereſſe cogaris, ſurge ante ebrietatem. Cum enim mens uino ob- *ebrietatem.*
ruitur, idem illi euenit, quod curribus, è quibus aurigę ſunt excuſſi. Nam ut
hi temerè feruntur, carentes gubernatoribus: ſic animus in multa delicta
impellitur, ratione perturbata. Magnanimus eſto, tanquam immorta- 52 *Magnanimitas.*
lis: re tua familiari moderatè fruere, tanquam mortalis. Quantum
petulantiæ modeſtia præſtet, ex eo perſpicitur, quod omnes è cæteris im- 53 *Modeſtia*
probè factis fructum aliquem capiunt: hæc uero ſola, cladem & perniciem *petulantiæ*
affert. Nam ſæpenumero fit, ut iſti, ſi quem offendêre uerbis, reipſa graues *præſtat.*
pœnas luant. Cum quibus amicitiam tibi conſtitutam eſſe uis, de illis ho 54 *Laudatio*
norificè loquere, audientibus aliquibus, quos renunciaturos eſſe putas. *amicitiæ con-*
principium enim amoris eſt laudatio, uituperatio inimicitiarum. Cum *ciliatrix.* 55
deliberas, præterita pro exemplo tibi proponito rerum futurarũ. Nam quę *Conſilij capi-*
obſcura ſunt, è manifeſtis facilimè dijudicantur. Antequàm incipias, cõſul- *endi delibera-*
to: ubi conſulueris, maturè facto eſt opus. Crede à dijs nihil tribui poſſe *tio qualis eſſe*
melius bona fortuna: à nobis ipſis, bono conſilio. Quibus de rebus apertè *debeat.* 56 57
profiteri uereris, & tamẽ cum amicis aliquibus communicare cupis, ſic ora 58
tionem inſtitue, quaſi res aliena ſit. Nam eo pacto, & quid ipſi cenſeant co-
gnoſces, nec tu te prodes. Sed cum alicuius conſilium in tuis negocijs 59
expetis, cõſidera in primis, quomodo res ſuas ipſe adminiſtrarit. Nam qui
ſuis in negocijs inconſultus eſt, nunquam de alienis melius deliberabit.
Sic autem curæ tuæ acuentur ut bene mediteris omnia, ſi cogitaris, quæ in- 60
conſultam temeritatem damna ſequãtur. Nam ualetudinem quoque tum di-
ligentiſsimè curamus, quando ægrotationũ moleſtias in memoriam reuo-
camus. Regum mores imitare, & illorum ſectare ſtudia. Videberis enim *Rex imitandus.*
eos probare, & de eis magnificè ſentire. Vnde hunc fructum capies, ut & a- 61
B pud multitudinem gloria floreas, et illorum beneuolentiam erga te augeas
& confirmes. Legibus quidem quæ feruntur à regibus, etiam obtem- 62
pera: ſed mores tamen & uoluntatem eorum, firmiſsimam eſſe legem du-
cito. quemadmodum enim in democratia uerſanti, multitudo colenda eſt:
ſic eum qui in imperio regio cõſedit, regem admirari oportet. Delectus 63 *Quo pacto gerẽdi magiſtratus.*
ad magiſtratum, nullius improbi miniſterio, in obeundis negocijs utitor.
Nam quicquid ille deliquerit, tibi, ut autori, acceptum feretur. À publi-
cis functionibus diſcede, nõ ditior, ſed glorioſior. Laus enim multitudinis, 64
magnis opibus eſt præferenda. Nullius improbi negocij uel adiutor uel 65 *Aduocationes & patrocinia.*
patronus eſſe uelis. Nam ipſe quoque talia uideberis agere, qualia perpetrata
à cæteris defendes. Sic te para, ut alijs plus poſsis: & æquo tamẽ iure cum 66 *Aequalitas ſeruanda.*
cęteris uiuito, ut te iuſticiã colere appareat, nõ ob imbecillitatẽ, ſed propter
humanitatem & æquitatem. Paupertatem cum iuſticia cõiunctã, opibus 67 *Honeſta*
male partis præfer. Nam cum diuitiæ uiuentibus tantum proſint: iuſticia, *paupertas in-*
quæ etiam poſt obitũ gloria florentes efficit, longe utique præſtantior eſt iu- *iuſtis opibus*
dicanda. Præterea, opes etiam nequam hominibus contingere poſſunt: at *potior.*
honeſta fama, nequaquã. Aemulare, beatum'ue iudica neminem eorum 68 *Mens in*
qui lucris iniuſtis diteſcũt: ſed eos pluris facito, qui amore iuſticię iacturam *primis exco-*
faciunt, aut affliguntur. Nam iuſti, ſi nulla re alia iniuſtis præſtant, ſpe ta- *lenda.*
men utique meliore fruuntur. Omnium quidem rerum quæ ad uitam de- 69 *Corpus laborum ſit tolerans.*
gendam attinent curam ſuſcipito, in primis tamen tuum ingenium & men-
tem exercere atque expolire conator. Maxima enim res, in re minima, eſt bo-
na mens in hominis corpore. Da operã, ut corpore ſis laborioſus, animo 70 *Lingua ne rationi anteuertat.*
ſtudioſus: ut altero perficere queas quę decreueris, altero cõducibilia pro-
ſpicias. Quicquid dicturus es, prius apud animum tuum reputa. Sunt e- 71 *Viciſsitudo rerum omnium.*
nim multi, quorũ cogitationi lingua anteuertat. Exiſtima nihil rerum hu

manarum eſſe firmum. ſic enim nec in rebus ſecundis lætitia exultabis, nec A
Duo lo- quẽdi tẽpora.
72 in aduerſis conſternaberis. Duo loquendi tempora facito: uel de rebus
tibi planè cognitis, uel de ijs quæ dicenda neceſſariò ſunt. In his enim ſolis
Celandæ res tam ſecundæ quàm aduerſæ.
73 taciturnitati præſtat oratio: aliàs uerò tacere quàm loqui potius eſt. Gau-
dere quidem debes ob proſperos ſucceſſus, & moderatè ferre dolorem ca-
lamitatum, ſed utraq; tege ac diſsimula. abſurdũ autem eſt, cum domi opes
noſtras occultemus, obambulare ſic, ut animi affectiones omnib. pateant.
Probra magis timenda quàm pericula.
74 Magis caue reprehenſionem quàm periculum. nam improbis & nihili ho-
minibus, formidoloſus uitæ finis eſſe debet: at bonis uiris, uita cum igno-
minia. Summo ſtudio elabora, ut in tuto uiuere queas: ſed ſi quando tem
75 pus inciderit, ut pericula ſint adeunda, incolumis bello euadere ſtude cum
laude & gloria, non cum infamia & uituperio. Nam fatali neceſsitate quaſi
lata ſententia, moriendum eſt omnibus: ſed honeſtè mortem oppetere, Na
tura peculiare præſtantium uirorum munus eſſe uoluit.

Præcepta ad omnem ætatem accõmodata.

Mirari uerò non debes, multa quæ diximus, iſti ætati tuæ non conueni re: nam me quoq; id non præterijt. Sed conſtitui, una eademq; opera, conſilium tibi dare & de præſenti uitæ ratione, & quid in poſterum tibi faciendum eſſet denũciare, teſtatumq; relinquere. Nam quando & quomodo his utendum ſit, facile intelliges: at fidelem & beneuolum monitorẽ ægrè inuenies. Ne igitur cætera ex alijs tibi quærẽda eſſent, ſed ut hinc omnia uelut è penu depromeres, exiſtimaui nihil, in quo tibi conſulere poſſem, eſſe prætereundum.

Boni adoleſcentes ſalutaria præcepta libenter amplectuntur.

Magnas autem Deo gratias agam, ſi ſpes quam de te concepi, me non fefellerit. Nam cæterorum hominum plurimos, quemadmodum cibis iucundiſsimis potius quàm ſaluberrimis delectari cernimus: ſic ad eos amicos ſe libentius adiungunt, qui ſocij delictorum, quàm qui uitiorum reprehenſores aut monitores eſſe malunt. Te uerò in diuerſa eſſe puto ſententia: hoc argumento uſus, quòd induſtria ſingulari doctrinam & inſtitutionem reliquam complecteris. B Nam qui ipſe ſibi imperauit ut honeſtiſsimis rebus incumbat, eum cõſentaneum eſt, etiam alijs ad uirtutem exhortantibus libenter obtemperaturum.

Sola uirtus ſolidas & diuturnas uoluptates parit.

Maximè uerò incitaberis ad deſiderium & ſtudium honeſtarum rerum, ſi animaduertes, eas uerìſsimarũ uoluptatum eſſe procreatrices. Nam ſocordiæ luxuriæq; ſectatoribus, moleſtiæ tanquam indiuiduæ comites hærent, nec eos uoluptate frui pura & ſolida patiuntur. At qui uirtutem induſtria ſibi comparant, uitamq; ſuam ſobriè prudenterq; inſtituunt, ſemper oblectationes ſynceras & conſtantiores adipiſcũtur. & illic quidem primùm gauiſi, tandem dolemus: hic uerò, poſt moleſtias, uoluptate perfundimur. In omnib. aũt rebus, non tam principij meminimus, quàm finem ſenſu percipimus. Nam pleraq; in uita non propter res ipſas agimus, ſed propter ea quæ ſequuntur, elaboramus.

Illuſtribus hominibus neceſſe eſt uirtuti dare operã.

Cogitabis autem, licere improbis & abiectis hominibus, quiduis ſine diſcrimine agere (nam tale ſtatim ab initio uitæ ſuæ fundamentum iecerunt) at bonis & honeſtis uiris uirtutem negligere cõceſſum non eſt: aut fieri nequit, quin à multis reprehendantur. Omnes enim non tam oderunt flagitioſos, quàm eos qui uirtutis profeſſi ſtudium, re nulla uulgo antecellunt: nec iniuria. Nam cum eos improbemus, qui uerbis ſaltem mentiuntur: quanto magis illos dicemus improbos & nihili homines, qui in tota uita ſuæ dignitatis gradus non retinuerunt? Meritò autem exiſtimandũ eſt, eius farinæ homines non in ſeſe tantum delinquere, ſed eſſe fortunæ quoque proditores: quæ cum eis opes & gloriam & amicos in manus tradiderit, ipſi parata fœlicitate indignos ſe præbuerunt.

Dij quoq; bonos amãt, malos oderunt.

Quòd ſi fas eſt mortali, uoluntatem deorũ coniecturis indagare: illos quoq;, in ſibi coniunctiſsimis potiſsimum, demonſtraſſe arbitror, quomodo affecti ſint aduerſus homines improbos, &

erga

erga bonos uiros. Nam cum Iupiter, ut eſt à poetis proditum, & omnes credunt, Herculem Tantalumq́ genuerit, alterum propter uirtutem immortalitate donauit, alterum ob improbitatem maximis ſupplicijs affecit. Decet igitur, in hæc exempla intuentes, uirtutis & honeſtatis flagrare deſiderio: nec ea ſeruare duntaxat quæ nos diximus, ſed & poetarum optimæ ſententiæ diſcendæ, & quæ alij uiri ſapientes utiliter præcepere, legenda ſunt. Nam ut apes uidemus omnibus quidem floſculis inſidere, ſed de ſingulis utilia carpere: ſic eruditionis comparandæ ſtudioſos, nihil inexploratum relinquere, ſed utilia undique colligere decet. Tametſi enim hæc omnia diligenter à nobis præſtita fuerint, uix tamen naturæ noſtræ errata & improbitatem ſuperabimus.

E ſingulis ſcriptis optima quæq́ ſeligi & excerpi debent.

ISOCRATIS ORATIO AD NICOCLEM, DE REGNO.

ARGVMENTVM.

VNius orationis meminit Plutarchus, pro qua Iſocrati Nicocles uiginti talenta dono dederit. Mihi uerisimilius uidetur, (quanquam noſtra parum intereſt) id factum etiam eſſe, & quidem magis, propter reliquas duas, quarum altera Nicocles ſeu Symmachicus, altera Euagoras inſcribitur. Laudationes enim principib. gratiores ſunt quàm admonitiones, quæ in hac continentur. Oſtendit enim hic, qualem eſſe regem oporteat: eumq́ magno ſtudio hortatur, & ſaluberrimis præceptis inſtruit, ad regnũ clementer & fœliciter adminiſtrandum. Repetuntur ex Parænesi nonnulla, ſed alijs uerbis: & hic etiam pleraq́ ſunt, quæ paucis mutatis ad priuatos homines facilimè trãsferantur. Sed præſtat argumentũ ab ipſo autore in oratione περὶ τῆς ἀντιδόσεως *expoſitum audire. Hæc autem eius uerba ſunt, quæ quidem huc pertineant. Duarum igitur orationum partes quaſdam audiuiſtis. Volo autem etiam de tertia pauca recitare, ut planius intelligatis, omnes meas orationes ad uirtutem & iuſticiam tendere. Suadet aũt hæc quæ iam dicetur, Nicocli Cyprio, qui tum regnabat, quomodo ciuibus ſit imperandum. Non eſt autem eodem modo ſcripta, quo iam lectæ. Nam illæ quicquid dicitur, cõſentiens ſemper ſuperioribus & incluſum habent. In hac uerò contrarium fit. Diſſoluta enim & diſtincta à prioribus, uelut in capita redegi, ac omnia quæ ſuadeo, paucis uerbis exponere conor. Hac autem de cauſa id argumentum tractaui, quod exiſtimabam, monendo & præcipiendo, me eius animo maximam utilitatem allaturum, & mores meos optimè demonſtraturum. Atq́ ob eandem iſtam cauſam nunc etiam oſtendere conſtitui, non quod inter cæteras optimè ſcripta ſit, ſed quod ex ea optime cognoſci queat, quo pacto et cum priuatis hominibus & cum principibus agere ſoleam. Apparebit enim, me liberè & è dignitate noſtræ ciuitatis, cum eo diſſeruiſſe, nec diuitijs illius, nec potentiæ ſeruiliter adulantem, ſed & ſubditorum cauſam agentem, &, quantum in me quidem fuit, ipſam gubernationem, quàm fieri potuit, leuiſsimam conſtituentem. Cum igitur cum rege colloquens, populo patrocinatus ſim, quanto magis in populari uerſantibus republica, hortator & autor ero, ut multitudinem colant? Ac in exordio quidem & limine orationis, reprehendo principes, quos mentem excolere ac exercere ingenium magis decuit, quàm alios, quum ipſi peius inſtituti ſint idiotis. Ea diſputatione abſoluta, Nicoclem moneo, ne ſocordiæ indulgeat: neq́ ita omiſſo animo ſit, tanquam regnum ueluti ſacerdotium ſuſcepiſſet: ſed, ut ſpretis uoluptatibus, animum rebus gerendis intendat. Conor autem id illi etiam perſuadere, abſurdiſsimam rem exiſtimandam eſſe, ſi uideas deteriores imperare præſtantioribus, & ſtolidiores mandata dare prudentioribus: aſſerens, quanto magis aliorum ignorantiam contemnat, tanto magis fore ut mentem ſuam exerceat.*

QVI uobis regibus, Nicocles, ueſtes aduehere ſolent, aut æs, aut aurum laboratum, aut aliquid aliud eius generis, quo ipſi egent, uos abundatis: mihi quidem facilimè conuinci poſſe uidentur, quòd non largitionem, ſed mercaturam faciant, ſuasq́ merces longè artificioſius uendant, quàm hi qui ex profeſſo cauponantur. Ego uerò exiſtimaui hoc pulcherrimum fore munus, ac utiliſsimũ, & cùm mihi danti, tum tibi

Quod regibus donatur, calliſsimè uenditur.

Aptiſsimũ regi munus eſt, prudẽs et fidelis admonitio,

tibi accipienti honeſtiſsimum, ſi deſcribere ac definire poſſem, quibus offi- A
cijs præſtandis, & quibus rebus fugiendis, optimè & ciuitatem & regnum
Quæ res idiotas in officio contineant. adminiſtraturus eſſes. Nam priuatos quidem homines permulta ſunt quæ
erudiant, & in primis uita expers deliciarum, & ſingulis diebus de paran-
do uictu quaſi dimicandi neceſsitas. Deinde leges, quibus ſinguli in ſuis ci
uitatibus parere coguntur. Poſtea libertas illa quoq; magnam uim habet,
qua palàm licet & amicis caſtigare, & inimicis exagitare delicta mutua. De
nique poetæ ueteres præcepta de uiuendi ratione reliquerunt. Quare con-
Reges nemo monet. ſentaneum eſt, eos ex his omnibus fieri meliores. Tyrannis autẽ nihil eiuſ-
modi contingit, ſed quos omnium maximè inſtitui conueniebat, hi mox
ſuſcepto principatu, ſine ullis monitoribus ætatem exigũt. Perpaucis enim
ad eos patet aditus: qui uerò familiariter cum eis uiuunt, ad gratiam & di-
Verũ uita priuata regiæ dignitati præſtet. cunt & faciunt omnia. Proinde cum in ſua poteſtate habeant & plurimas
pecunias, & maxima negocia: propterea quod hiſce copijs & occaſionib.
abutuntur, effecere, ut multi dubitent, utrum priuatorum hominum medio
critas & moderatio, tyrannicæ uitæ ſit præferenda. Nam cum honores eo-
rum & diuitias atq; potentiam intuentur, omnes eos dijs ſimiles eſſe cen-
ſent, qui monarchijs potiuntur. Cum uerò in memoriam ſibi reuocant &
metus & pericula, & ordine recenſentes inueniunt, alios ab his quos mini-
mè id decuerat, interemptos: alios, ut in coniunctiſsimos ſecum delinque-
rent, eſſe coactos: alijs utraq; hæc uſu ueniſſe: rurſus mutata ſententia, ſtatu-
unt, præſtare quocunq; modo uiuere, quàm cum talibus calamitatibus uni
Regni adminiſtratio ſummam prudentiam requirit. uerſę Aſiæ dominari. Eſt aũt huius inæqualitatis & perturbationis cau-
ſa hęc, quòd regnum, tanquam ſacerdotiũ, cuiuslibet uiri eſſe putant, quod
ſummum eſt rerum humanarum omnium, maximamq; prouidentiã poſtu
Generalia hic præcepta tradi. lat. Quomodo igitur ſingulæ res commodiſsimè rectiſsimeq; adminiſtra-
ri & poſsint, & debeant, & bona conſeruanda, calamitates effugiendę ſint, B
ſuaderi: illorum officij eſt, qui unà perpetuò uiuunt. In uniuerſum autem,
quæ ſtudia tanquã ſcopus tibi propoſita eſſe debeant, & in quibus uerſan-
dum ſit atque immorandum, ego recenſere conabor. Vtrum uerò donum
Nõ facilè aut temerè de ſcriptis iudicãdũ. hoc, pro argumenti dignitate ſit abſolutum & expolitum, ab initio dijudi
cari facile non poteſt. Multa enim & numeris deuincta poemata, & ſoluta
oratione cõſcripti libri, dum adhuc in mentibus autorũ incluſa tenerẽtur,
magnas ſui expectationes concitarunt: ſed perfecta tandem & edita in pu-
blicum, longè tenuiorem quàm pro concepta ſpe gloriam conſecuta ſunt.
Qui regibus cõſulit, uniuerſæ reipublicæ conſulit. Enimuero conatus ipſe præclarus eſt, ut ab alijs prætermiſſa conquiramus,
& monarchijs ueluti leges præſcribamus. Nam qui priuatos homines inſti
tuunt, hi ſolis illis proſunt. Si quis uerò dominos multitudinis ad uirtutem
excitarit, is utriſque commodauerit, tum his qui imperant, tum his qui pa-
Regum officium conſiderandum. rent imperio. nam illis principatus ſecuriores, his reſpublicas manſuetiores
effecerit. Primùm igitur cõſiderandũ eſt, quod'nam ſit regum officium.
Nam ſi totius negocij caput, atq; id in quo uis rei eſt, probè cõſtituerimus,
in ea intuentes, melius de cæteris quoq; partibus dicturi ſumus.

Arbitror equidem conſtare inter omnes, conuenire eis, ut ciuitatem &
calamitatibus liberent, & res eius ſecundas tueantur, & è parua magnã effi
ciant. Nam cætera quę quotidie incidunt, horũ cauſa fieri, & ad hæc referri
Regem prudentia decet antecellere. debent. Illud autem perſpicuum eſt, oportere illos in quibus hæc facultas
eſſe debeat, & qui hiſce de rebus deliberaturi ſint, non ſocordiæ ignauiæq;
eſſe deditos, ſed uidere ac circumſpicere, ut ſint alijs longè prudentiores.
Extra controuerſiã enim eſt, pro eo ac animos ſuos excoluerint, eos etiã re-
gna habituros eſſe. Quare nulli pugili tam opus eſt corpus exercere, quàm
regibus animum & ingenium. Nam celebres conuentus uniuerſi, nullam
partem

A partem conſtituunt eorum certaminum & præmiorum, pro quibus uos ſingulis diebus decertatis. Hæc igitur conſiderantem te dare operam decet, ut quantum honoribus, alijs antecellis, tantum etiam uirtutibus eos ſuperes: neq; putes, curam & ſtudium in alijs prodeſſe rebus, ad hoc uerò ut meliores & prudentiores fiamus, nihil habere uirium: neq; tantæ infœlicitatis condemnes homines, ut artes quaſdam ad cicurandas beſtias, & animos illorum agreſtes excolendos inuenerimus, ipſi uerò nobis ipſis nihil ad uirtutem adiumenti adferre queamus: ſed quod & inſtitutio & cura noſtrum animum utiliter erudire queat, ita ſis animo affectus, & tum inter pręſentes ad prudentiſsimos te adiungito, tum exterorum quoſcunq; poteris accerſito, tum neq; celebrium poetarũ neq; ſophiſtarum quenquam incognitum prætermittito, ſed aliorum auditor eſto, aliorum diſcipulus: ac ita te para, ut minorum ſis iudex, maiorum æmulator, & uelut aduerſarius in certamine de palma ſapientiæ. Nam per hæc exercitia celerrimè talis fies, qualem eſſe oportere nos cõſtituimus eum, qui rectè ſit regno præfuturus, & urbem ita ut decet adminiſtret. Sic uerò ipſe te maximè cohortabere, ſi abſurdum eſſe duxeris, ut deteriores præſtantioribus præſint, & ſtolidiores prudentioribus imperent. Nam quo uehementius aliorum amentiam, ut turpem, deſpicies: eo diligentius mentem & ingenium tuum exercebis.

Diligẽtia ingenia excoluntur.

Regẽ multa legere & audire decet.

Præſtãtior, imperare debet inferiorib.

Hinc igitur eos auſpicari decet, qui fungi uolent officio, munusq; ſuum pręclarè adminiſtrare. Præterea te etiam & hominum & ciuitatis amantem eſſe decet. Nec enim fieri poteſt ut uel equis, uel canibus, uel uiris, uel ulli rei aliàs is rectè præſit, qui illis non gaudet ac delectatur, qui curæ ipſius ac fidei mandati ſunt. Multitudo curæ tibi ſit, & omnis in eo tuus deſudet labor, ut imperio tuo delectentur & gaudeant. Notum enim eſt, & oligarchias eas, & cætera imperia eo diuturniora eſſe, quo diligẽtius multitudinem
B coluerint. Sic autem præclarus populi gubernator eris, ſi neq; uulgi petulantiæ frenos laxaris, neq; alijs cõceſſeris, ut in populum pro libidine graſſentur: ſed ſi in id operã dederis, ut honores & magiſtratus ad optimos deferantur, cæteri tuti ſint ab omni iniuria. Hæc enim elementa prima & maxima ſunt fœlicis reipublicæ. Mandata & inſtituta uitioſa loco moue, & muta, & maximè quidem optimorum inuentor eſſe labora: ſed ſi id fieri nequit, illa imitare, quæ apud alios laudabiliter recepta ſunt. Leges quære in uniuerſum æquas & utiles, & inter ſe conſentientes: & præter hæc, quæ controuerſias quàm paucißimas pariant, & compoſitiones quàm fieri poteſt celerrimas inter ciues efficiant. Hæc etiim ineſſe oportet omnia in legibus bene conſtitutis. Effice, ut è laboribus & opere faciundo præmia & lucrum ſperent: è forenſibus controuerſijs, cæteriſq; callidis aucupijs, pœnas & damna expectent: ut illa expetant & ſectentur, hæc auerſentur & fugiant. De illorum controuerſijs ne ſententiam feras ad gratiam, neq; aliàs aliter, ſed de ijſdem rebus ſemper eadem decernito. Etenim & decet & expedit, ut regum animi & ſententiæ de iure, ſint immutabiles, nec unquam uarient, ad bonarum legum exemplum. Vrbem adminiſtra non aliter quàm paternam domum, quod ad ædificia reliquoſq; apparatus & copias attinet, luculentè & regaliter: quod ad exactiones & reditus, accuratè & diligenter, ut ſimul & lauderis, neq; ſumptibus exhauriaris. Magnificentiam in nulla re ſuperuacanea, magniq; ſumptus oſtenta: ſed tum in prædictis rebus, tum pulchritudine poſſeſsionum, tum beneficentia in amicos. Nam quæ in hunc modum expenderis, hæc & tibi manent, & poſteris tuis plures commoditates quàm pro expenſarũ ratione, allatura ſunt, aut quàm profuſiones pecuniarum attuliſſent. Religionem eam ſerua, quam à maioribus accepiſti: ſed id pulcherrimum ſacrificium & maximum cultum exi

Præcepta generalia.

Rex ſit humanus et ciuiũ amans, illiſq; placere ſtudeat.

Qua moderatione tractandus populus.

Mala inſtituta abrogãda.

Leges quales eſſe debeant.

Laborib. præmia, calũnijs ſupplicia cõſtituenda.

Regũ ſententiæ ſint immutabiles.

Vrbis adminiſtratio.

Magnificentia.

Religio.

ſtima, ſi ipſe ſis optimus & iuſtiſsimus. Maior enim ſpes eſt, tales facilius ali A
quid boni à dijs impetraturos, quàm illos qui multas pecudes mactant.
Honos. Præcipuos honores coniunctiſsimis, uerißimos beneuolentiſsimis defer.
Satellitium. Tutiſsimum ſatellitium corporisq; cuſtodiam eſſe puta, & amicorum uirtu
tem, & ciuium beneuolentiam, & tuam prouidentiam. Hæc enim ſunt, per
Sumptus mo quæ imperium facilimè cùm paretur, tum conſeruetur. Cura patrimonia
derandi. priuatorum: & cogita, prodigos de tuis ſumptus facere, & rei amplificandę
intentos tuas opes augere. Bona enim in urbe habitantium omnia, ad fami
Veracitas. liam pertinent regum qui bene imperant. Veritatis perpetuò tantũ ſtu-
dium & reuerentiam præ te fer, ut tuis uerbis maior ſit fides, quàm aliorum
Hoſpitalitas iuramentis. Fac ut hoſpitibus omnibus in urbe tua tutò uerſari liceat: &
in contractibus, nullæ contra leges iniuriæ fiant: atq; inter aduenas eos ma-
ximi facito, non qui tibi munera aduehunt, ſed illos qui tuæ beneficentiæ
ſubſidium cum fiducia expetunt. quod ſi feceris, propter honores illis habi
Liberalitas. tos, magis alij te prædicabunt. Exime ciuibus formidinem, neq; terribi-
Clementia. lis eſſe uelis nihil delinquentibus. Nam qualis tu in alios fueris, tales ipſi ui
ciſsim erga te erunt: multosq; timeat neceſſe eſt, quem multi metuunt.
Iræ ſimulatio Iraſci, aut aliquid per iram agere nunquam decet: ſimulare, cum tempus po
Acrimonia. ſtulat, non dedecet. Acrimoniã tuam proba, indagatione rerum quæ ge-
runtur à ciuibus omniũ: clementiã, moderatione & mitigatione ſupplicio-
Autoritas. rum. Autoritatẽ imperij tuere, non acerbitate aut ſæuitia pœnarũ, ſed ex-
cellenti præter cæteros ſapientia, ut te ſuæ ſaluti melius quàm ſemetipſos
Belli & pacis cõſulere arbitrentur. Bellicoſus eſto ſcientia rei militaris, & apparatu: pa-
ſtudium. cificus, ut ne quid præter ius & æquum concupiſcas, tibiq; uendices.
Vicinia. Erga ciuitates imbecilliores talẽ te præbe, quales in te potentiores eſſe uel-
Cõtrouerſiæ. les. Noli de rebus omnibus contendere, ſed de illis duntaxat, quarum
Victoria. uictoria tibi profutura eſt. Contemnendos exiſtima, non eos qui utili- B
Magnani- ter ſuccumbunt, ſed qui cum damno ſuo uincunt. Magnanimos puta,
mitas. non eos qui maiora ſuſcipiunt quàm ſuſtinere poſsint, ſed illos qui & me-
Imitatio. diocria deſiderant, & quæ aggrediuntur, perficere poſſunt. Aemulare
non eos qui latiſsimè imperium propagarunt, ſed qui præſens imperium re
Beatitudo. ctiſsimè geſſerunt: & exiſtima te ab omni parte beatum fore, non ſi omnib.
hominibus cum terroribus & periculis imperites, ſed ſi talis fueris qualis
nunc es, & ea agens quæ in præſentia ſtudio tibi habes, mediocria deſidera
Amicitiæ. ris, & nulla re ad uſum neceſſaria carueris. In amicitiam tuam admitte,
nõ omnes qui ſe ingerunt, ſed eos qui tua natura digni ſunt: neq; cum qui-
bus iucundiſsimè tempus conteres, ſed quorum opera adiutus, urbem me-
Familiari- lius gubernes. Accuratiſsimè inquirito in mores & ingenia tuorum fa-
tates. miliarium: non ignarus, te talem à tuæ uitæ ignaris iudicatum iri, quales illi
Miniſtri. fuerint cum quibus uiuis. Tales præfice rebus illis quas ipſe non perfi-
Fideles. cis, quaſi tibi aſſcribendũ ſit, quicquid illi fecerint. Fideles exiſtima, non
qui quicquid dixeris aut feceris, laudant: ſed qui etiã errata & delicta repre
Libertas ad hendunt. Poteſtatem fac uiris ſapientibus liberè dicendi ſententiam, ut
monendi. ſi quibus de rebus dubitas, præſto ſint, qui illas unà tecũ examinent. Diju
Aſſentatores dica inter eos qui arte aſſentantẽ, & qui ex beneuolẽtia te colũt, ne improbi
meliore cõditione, & in maiore apud te gratia ſint, q̃ boni uiri. Audi quid
Sermonũ ob de ſe mutuò dicãt: & conare cognoſcere cuiuſmodi ſint, nõ minus eos qui
ſeruatio. dicunt, quàm illos de quibus dicunt. Iiſdẽ ſupplicijs affice calumniato-
Calumniæ. res, quibus delinquentes. Impera tibi ipſi non minus, quàm cęteris: idq;
Sibi impera- maximè regium putato, ſi nulli uoluptati ſeruias, ſed cupiditates magis in
re. poteſtate habeas, quàm ciues tuos. Nullam familiaritatem temerè aut in-
Familiaritas. cogitanter contrahe: ſed te aſſuefacito, ut illis congreſsibus gaudeas, qui
te &

A te & ſapientia augeant, & efficiant ut alijs melior uidearis. Ne ob illa ti- *Virtus.*
bi placeas, quæ etiam ab improbis perfici poſſunt: ſed uirtutē laudi tibi du-
cito, cuius nulla pars imptobis contingere poteſt. Veriſsimos honores *Veriſsimi ho-*
eſſe puta, nō qui palàm ex metu tibi habentur, ſed cum ſoli ſunt, ſi pruden- *nores.*
tiam tuam plus quàm fortunam tui ciues admirentur. Si fortè ita cecide *Ineptiæ tegē-*
rit, ut re aliqua leuiore gaudeas, clam facito: ſed cum reb. maximis ſeriò oc- *dæ.*
cupatus es, oſtenta. Non poſtules ut alij modeſtè uiuant, regibus petu- *Rex ſit exē-*
lanter uiuere liceat: ſed tuam temperantiam alijs exempli uice proponito. *plo ciuibus.*
Nec enim ignoras, totius ciuitatis mores ad exemplum magiſtratuum con
formari. Hoc tibi argumento ſit quod regno bene præſis, ſi uideris, ſub- *Signa bonæ*
ditos & ditiores & modeſtiores ſub imperio tuo eſſe factos. Magis ex- *gubernatiōis.*
petendum ducito, ut liberis tuis honeſtam famam, quàm magnas opes re- *Famæ ſtudē-*
linquas. nam hæ mortales ſunt, illa immortalis: fama pecuniæ acquiri *dum.*
poſſunt, fama pecunijs emi non poteſt. opes etiam improbis contingunt:
gloriā uerò parare non poſſunt, niſi uirtute præſtantiſsimi. Splendidus *Splendor ue-*
eſto in ueſtitu, & cæteris corporis ornamentis: in alijs uerò actionibus to- *ſtium.*
lerans eſto laborum, ut reges decet, ut qui uident, ob aſpectum te regno di-
gnum iudicent: familiares tui, ob animi tui robur, ijſdem aſſentiantur.
Conſidera ſemper & dicta & facta tua, ut in delicta quàm pauciſsima inci- *Cōſideratio.*
das. Optimum quidem eſt, ipſum articulum & punctum temporis & *Ne quid*
modi attingere: quoniam uerò id facilè cognoſci attingiq; non poteſt, ma- *nimis.*
lis citrà reſiſtere, quàm ultrà progredi. Mediocritatis enim uis magis in eo
quod parum, quàm in illo quod nimium eſt, cernitur. Vrbanus eſſe ſtu- *Vrbanitas*
de, & grauis. Nam alterum imperio dignum eſt, alterum familiaribus con- *grauitate tem*
greſsibus accommodatum. ſed hoc eſt rerum omnium difficilimum. Nam *perata.*
qui grauitatem affectant, plerunq; frigere: qui urbani eſſe ſtudent, nimis
B abijcere ſeſe comperiuntur. Eſt autem utraq; hac forma utendum, & anne-
xum utriq; incommodum effugiendum. Quæ ad regni adminiſtratio- *Experientia*
nem pertinentia, exactè ſcire deſideras, ea aggredere doctrinæ & experien *cū ſcientia cō*
tiæ adiumentis. Nam doctrina uias oſtendit: ſed ſi ipſis reb. gerendis exer- *iungenda.*
cearis, id conſequêre, ut res dextrè adminiſtres. Cogita, quæ res eueni- *Euentus adhi*
ant & obijciantur priuatis hominibus & tyrannis. Nam ſi præteritorum re *bendus in con*
cordére, de futuris etiam rectius deliberabis. Minimè decere puta, cum *ſilium.*
aliqui priuati homines mortem oppetant, ut poſt obitum laudentur: ut re- *Virtutis ſtu-*
ges ea ſtudia & actiones fugiant, quæ uiuentibus ipſis gloriam pariant. *dium.*
Imagines uirtutis tuę potius, quàm corporis monumenta relinquere uelis.

Maximè da operam, ut & te & urbem in tuto colloces: ſed ſi periculum *Honeſtas ſe-*
adeundum fuerit, honeſtè mori potius quàm turpiter uiuere præoptabis. *curitate po-*

In omnib. tuis factis, Regni memento, ut ne quid hoc honore indignū *tior.*
facias. Caue admittas, ut tua natura ſimul penitus intereat: ſed cum cor- Cogita te re-
pus mortale tibi datum ſit, animus immortalis, da operam, ut immortalem gem eſſe.
animi tui memoriam relinquas. Meditare, ut de præclaris actionibus di *Spectāda im*
cas: quo aſſueſcas eadem etiam ſentire atq; infigere animo, quæ dictitas. *mortalitas.*
Quæ tibi cogitanti optima uidebuntur, ea re ipſa perficito. Quorū glo- *Sermones*
riam miraris, eorum res geſtas imitare. Quæ tuis liberis præciperes, ea *præclari.*
ipſe facere ne graueris. Vtere præceptis noſtris, aut tute inueni meliora. *Fac quæ pro*
Sapientes exiſtima, non eos qui de reb. minutis curioſe rixantur, ſed qui de *bas.*
maximis rebus egregiè dicūt: nec eos qui alijs felicitatem pollicentur, cum *Qui ſapientes*
ipſi in maximis anguſtijs uiuant: ſed qui mediocria de ſe profitentur, ue- *perhibendi.*
rùm & negocia dextrè obire, & inter homines uerſari commodè poſſunt:
nec in uitæ mutationibus perturbātur, ſed pulchrè & moderatè res tam ſe-
cundas quàm aduerſas ferre norunt.

Artificis eſſe diſperſas ſententias apte colligere. Neq; mireris nos multa dixiſſe, quæ tute quoq; intelligis. nam hoc me quoq; non præterit, ſed probè noram, cum tanta multitudo ſit & priuatorũ hominũ & principum, alios tale aliquid dixiſſe, alios audiuiſſe, alios à nonnullis facta uidiſſe, nõnulla etiã ipſos in quottidiano uſu habere. Verùm in his orationib. quæ ad præceptiones de officijs pertinent, nõ requirenda eſt nouitas, in quib. nec admirabile, nec incredibile, nec inuſitatũ quicq; cõperitur: ſed hic doctiſsimus habendus eſt, qui quę in aliorũ animis diſperſa iacent, quàm plurima colligere, & elegantiſsimis uerbis explicare poteſt. A

Optima quæque probamus ſed iiſdem non delectamur. Illud quoq; mihi ſatis notum fuit, quòd & poemata & alia ſcripta ſuaſorij generis, omnes quidem utiliſsima eſſe iudicant, ea tamen non libentiſsimè audiunt: ſed eodem erga illa ſunt animo, quo erga monitores: quos uniuerſi quidem laudant, eorumq; tamen congreſſus refugiũt, ac malunt cum unà delinquentibus uiuere, quàm cum monitoribus. Hoc uel ex Heſiodi, uel Theognidis, uel Phocylidæ poeſi cognoſcitur. Nam hos fatentur optima conſilia reliquiſſe uitæ hominum: quamuis autem hoc dicant, malunt mutua ſua ſtulticia potius tempus perdere, quàm in illorũ præceptionibus uerſari. Præterea ſi quis è præſtantibus poetis, quas gnomas ſeu ſententias uocant, in quibus illi potiſsimum elaborarũt, excerperet, illis etiam nihilo plus delectarentur. *Obiurgatio peruerſorum hominum.* Libentius enim comœdiam aliquam nequiſsimam & ineptiſsimã audirent, quàm ea quæ ita artificioſe compoſita ſunt. Et quid neceſſe eſt ſingulis commemorãdis immorari? In uniuerſum enim ſi naturas hominum conſiderare uoluerimus, inueniemus pleroſq; nec cibis ſaluberrimis gaudere, neq; ſtudijs pulcherrimis, nec actionibus optimis, nec doctrinis utiliſsimis: & eas uoluptates habere maximas, quæ rationi utilitatis maximè aduerſantur: ac tolerantes & induſtrios uideri eos, qui officium negligunt. Quare qui fieri poſſet, ut aliquis talibus, ſiue moneat, ſiue doceat, ſiue utile aliquid dicat, placeret, qui præter ea quæ dicta ſunt, prudentib. inuident & obtrectant, ſimplices putant eos qui mente carent? B Sic autem ueritatem rerum abhorrent, ut ne ſua quidem propria negocia norint. Nam de ſuis rebus cogitantes, mœrent: cum de alienis diſputant, gaudent: & ferre mallent corporis infortunium, quàm animo aliquid agitare, & de re aliqua neceſſaria cogitationem ſuſcipere. Deprehendet autem eos aliquis in congreſsibus inter ſeſe conuicia uel dicere, uel audire: in ſolitudine non deliberare, ſed optare, aut precari. Hæc aũt nõ in omnes dico, ſed ad iſtos duntaxat pertinere uolo, qui his quæ diximus uitijs obnoxij ſunt. *Voluptati omnes inſeruiunt.* Illud tamẽ palàm eſt, ſi qui ſunt qui uelint aliquid multitudini gratum uel dicere, uel facere, illis exquirendas eſſe orationes non utiliſsimas, ſed fabuloſiſsimas. Nam cum tales audiunt, gaudent: ſed cum certamina & prælia ſpectãt, mœrent. Quare admirationem merentur & Homeri poeſis, *Homerus. Tragici.* & qui primi Tragœdiã inuenerunt, quòd animaduerſa humani ingenij natura, utriſq; hiſce formis ad poeſin ſuam abuſi ſunt: alter enim certamina & bella ſemideorum fabuloſe perſecutus eſt, alteri fabulas oculis ſubiecerũt, ut illæ dimicationes & prę lia non narrari, ſed geri uideantur: nec audiri ſolum à nobis, ſed etiam ſpectari poſsint. Cum igitur talia exempla in promptu ſint, demonſtratum eſt, ſi quis deſideret auditores allicere & demulcere, ab admonitionibus & conſilijs eſſe abſtinendum, ſed illa & ſcribenda & dicenda, quib. populũ gaudere uidet. *Conſultandi facultas eſt finis doctrinæ.* Hæc expoſui propterea, quòd exiſtimaui, te non oportere unum eſſe de multis: ſed cum ſis multorum rex & dominus, non aſſentiri debere cæteris, neq; uel res graues & ſerias, uel prudentes homines, metiri ac ponderare uoluptatibus, ſed in actionibus utilibus periculum illorum facere: præſertim quum ſapientiæ profeſſores de animi exercitationibus inter ſeſe diſſentiant. Nam alij per diſputationes dia-

lecticas,

A lecticas, alij per eloquentiæ præcepta, alij per alia neſcio quæ, ſuis auditoribus ſapientiam pollicentur. In eo uerò cōſentiunt omnes, quòd bene inſtitutum & eruditum hominem oporteat, è ſingulis horum, ſibi prudentiam conſilij capiendi comparare. Sunt igitur ea de quibus adhuc ambigitur, miſſa facienda: & amplectendũ id, de quo nulla controuerſia eſt: ut rectius de illis iudicetur: & conſiliarij maximè, occaſionibus oblatis, atq; in ſubitis arduisq; rebus, ſpectandi ſunt: repudiatis illis, qui ambages agunt, ac generaliter & in uniuerſum de rebus dicunt: multoq; magis illi ſunt improbandi, qui temerè nulloq; cum fructu nugantur. Satis enim clarum eſt, eum qui ſibi ipſe nihil prodeſt, nunquam alios facturum eſſe prudentiores. Prudentes autem, & qui longius quàm alij proſpicere poſſunt, magnifacito & colito: ac perſuaſum habeto, BONVM conſiliarium utiliſsimam, & rege omnium digniſsimam eſſe poſſeſsionem. Illos etiam tuum regnum maximè amplificaturos credito, qui tuam mentem plurimũ iuuare & excolere poſſunt. Ego quidem, pro mea intelligentia, te admonui: & eum honorem quem poſſum, tibi habeo. Velle autem debes, ut etiam alij, quod initiò dixi, non conſueta munera tibi offerant, quæ uos longe pluris emitis à donantibus, quàm à uendentibus: ſed ea, quibus tametſi multum utaris, idq; nullum diem facere intermittas, nihil decedat, aut deteratur, ſed quæ maiora & precioſiora ipſo uſu fiant.

Conſiliarij quomodo explorandi.

Bonus conſiliarius.

Bona præcepta ſunt regi præſtantiſsimum munus.

NICOCLES, AVT SYMMACHICVS.

ARGVMENTVM.

SVperiore libro regis officium expoſitum eſt: hic etiam ciuiũ munus erga regem deſcribitur. idq; fit ſub ipſius Nicoclis perſona, ſuis aulicis & regni proceribus, aut etiam alijs ſubditis,
B *præcipientis. Duplex eſt titulus, more Platonico. Prior Nicocles, alter Symmachicus, id eſt ſocialis: ea de cauſa, ut opinor, quod inter bonum regem & probos ciues συμμαχία quædam, id eſt ſocietas eſt, dum utriq; publico bono & tranquillitati, fœlicitatiq; reipublicæ, ueluti coniunctis copijs inſeruiunt. Primùm autem eloquentiæ defenſio ponitur, fortaſſe propter craſſos & barbaros aulicos, quorum ignauiam & peruerſitatem etiam in præcedentis orationis epilogo graphicè depinxit. Deinde oſtendit, præſtantiſsimam reipublicæ formam eſſe Monarchiam. Poſtea, ſe regnum iuſto titulo poſsidere: atq; id moderatè, prudenter, clementerq; adminiſtrare. Poſtremo loco præcipit, quid fieri, quid omitti à ſuis uelit.*

SVNT qui de eloquentia non optimè ſentiant, & ſapientiæ ſtudioſos aſsiduè criminentur: ac dicant, eos nō amore uirtutis, ſed ſui compendij & auaritiæ gratia, tales diſputationes inſtituere. Ego uerò, ex illis qui hunc in modum affecti ſunt, perquàm audire uelim, quũ bene dicēdi ſtudio deditos fugiāt, cur eos qui rectè uiuendi conſilia agitant, laudent? Nam ſi emolumenta eis moleſta ſunt, plura & maiora è factis quàm è dictis fieri cōperiemus. Deinde illud quoq; abſurdum eſt, ſi ignorant nos pietatem colere, & iuſticiam exercere, & cæteris ſtudere uirtutibus, nō ut deteriore quàm alij conditione ſimus, ſed ut bonis in uita plurimis perfruamur. Quare non accuſandæ res illæ ſunt, per quas aliquis cum uirtute alijs pręſtare poſsit: ſed homines potius, qui res illas per abuſum deprauāt, aut eloquentiam ad impoſturas & iniurias conferunt. Miror autem, cur iſti qui hoc animo ſunt, non etiam diuitias & robur & fortitudinem in crimen uocent. Nam ſi propter eos iraſcuntur eloquentiæ, qui decipiunt & mentiuntur: etiam alijs bonis rebus notas inurere debent. Nec enim defuturi ſunt illarum rerum poſſeſsione inſtructi, qui deliquiſſe, & per eas multos afflixiſſe comperiantur. Verùm non conuenit, ſi qui obuios uerbe-

Eloquentiæ contra calumniatores defenſio.

Lucrũ è uirtutibus etiam ſperari.

Non bonæ res accuſari debent, ſed hominũ illis abutentium peruerſitas.

rant,robur accuſare : neqꝫ propter homicidas,fortitudini conuiciari : neqꝫ A deniqꝫ hominū improbitatem in res transferre : ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus malè utuntur,& ciues ſuos per ea lędere conantur,quæ ad eorum ſalutem conuertere potuiſſent.

Entomiū eloquentiæ.

Iam uerò , neglecta ſingularū rerum tali diſtinctione,eloquentiam in uniuerſum damnant: & in eum errarem impellūtur,ut non animaduertant, ſe illi rei eſſe inimicos,qua non alia conceſſa eſt generi mortalium, quæ ſit pluriū utilitatum cauſa & effectrix. Nam reliquis naturæ noſtræ dotibus, nihil cæteris animantibus antecellimus, ſed ab illis longè tum celeritate,tum robore, tum alijs facultatibus ſuperamur.Sed cum data tandem eſſet occaſio, ut emergente naturæ ui, mutuò cōſilia conferremus, & noſtras ſententias inuicem explicaremus : non ſolum ferinam uitam deſeruimus,ſed in unū congreſsi,urbes condidimus, & leges tulimus,& artes inuenimus,et ferè ad omnia ſolerter à nobis inuēta,oratio ſuas uires & opes contulit.Hæc enim eſt,quæ de iuſtis & de iniuſtis,& turpib. & honeſtis leges tulit:quæ niſi cōſtituta & diſtincta fuiſſent, nulla exiſtere potuiſſet hominū cōſociatio. Hac & improbos cōuincimus, & uiros pręſtantes laudibus ornamus.Per hāc & ſtolidos erudimus,& prudentes exploramus.Nam ita dicere ut decet,rectè ſentiendi maximū ſignū eſſe credimus:& oratio uera et legitima & æqua,honeſti & fidelis animi ſimulacrum eſt. Huius ope & de controuerſijs diſceptamus, & de ignoratis inquirimus. Nam argumentis & probationibus,per quas dicendo perſuademus,illis ipſis etiam in alijs deliberationibus utimur.& eloquentes dicimus eos, qui ad populum uerba facere poſſunt : prudentes uerò illos putamus, qui in conſilij capiendi deliberatione ipſi ſecum optimè de rebus diſputarint. Quod ſi de hac facultate in ſumma dicendum eſt, nihil quod prudenter agitur,ſine orationis ſubſidio fieri reperiemus:ſed orationem et operum & cogitationum omnium ducem eſſe, qua eo magis quiqꝫ utūtur, B quo ſunt alijs prudentiores. Quare qui de magiſtris eloquentiæ, & ſapientiæ ſtudioſis, cōtumelioſe loqui non uerentur:odio non minore digni ſunt quàm hi,qui templa ſtatuasqꝫ deorum immortalium uiolant.

Regum eſt, promulgare quid fieri uelint:ciuiū, obtemperare.

Ego uerò cùm omnes orationes probo, quarum quantulacunqꝫ tandem utilitas eſſe poteſt:tum uerò pulcherrimas,& regib. digniſsimas,& mihi maximè conuenientes eas iudico, quæ de honeſtis actionibus, & gerendæ reipublicæ ratione præcipiunt. atqꝫ inter illas ipſas excellere cenſeo,quæ & principes docent, quomodo ſit tractanda multitudo : & homines priuatos, quomodo erga principes affecti eſſe debeant. Hæc enim quædam uelut inſtrumenta eſſe uideo, ut urbes & fœliciſsimæ & ampliſsimæ fiant. Ac alteram quidem huius doctrinæ partem,quomodo ſit gerendum imperium, ex Iſocrate audiuiſtis:eam uerò quæ reſtat, de ciuium officijs erga magiſtratus, ego recitare conabor:non quòd illum ſuperare ſtudeam,ſed quia me potiſsimū decet,hiſce de rebus apud uos diſſerere.

Propoſitio.

Nam ſi ego non indicaſſem, quæ à uobis fieri uellem, & uos à mea ſenrentia aberraretis : nō iuſtam uobis iraſcendi cauſam haberem.Si uerò prædixiſſem omnia,& tamen nihil eiuſmodi fieret:iam non iniuria contumacibus ſuccenſerem. Arbitror autem, uos ita maximè excitari & acui poſſe , tum ut recordemini, tum ut exequamini quæ dicta fuerint,ſi non in conſulendo tantum occupatus, certis capitibus enumeratis diſceſſero : ſed ſi inſuper oſtēdero,

PRIMVM caput: Nullum reipub. ſtatū eſſe regno potiorem.

Primùm,præſentē reipublicę formam eſſe amplectendam & magnifaciendam,non tantum quia neceſſe ſit, neqꝫ ideo quòd ea perpetuò ſumus uſi : ſed ob id etiā,quòd hæc inter omnes reipublicæ formas præſtantiſsima eſt. Deinde, quod ego non contra leges hoc imperiū teneam, aut alijs ui extortum , ſed ſanctè & iuſtè, tum propter primos maiores,tum propter patrem, tum propter me ipſum:

Nam ſi

A Nam ſi prius hæc demonſtrata fuerint, nemo erit quin ipſe ſeſe maximo dignum ſupplicio iudicet, ſi meis & conſilijs & imperatis non obtemperauerit. Quod igitur ad reipublicæ formas attinet (nam de hoc initiò dicere conſtitui) omnes mihi aſſentiri arbitror, iniquiſsimum uideri, ut eadem bonis & improbis tribuantur: æquiſsimum uerò, ut recta ratio ineatur, & diſcrimen ſeruetur, ne inęquales æqualia cõſequantur, ſed ut fortuna & honor cuiq; pro merito & dignitate ſua contingat. At Oligarchiæ & Democratiæ id ſpectant, ut æqualitas ſit inter eiuſdem reipublicæ ſocios: & in eo ſtatu præclarũ habetur, ſi nemo plus alio poſsit, id quod ignauis & improbis expedit. Monarchiæ uerò principem locum præſtantiſsimo cuiq; deferunt, ſecundum illi qui à primo eſt proximus, tertiũ & quartum cæteris eadem ratione. Quæ ſi non ubique recepta & uſitata ſunt, uoluntas tamen & conſilium politiæ id ſpectat. Quòd ſi & ingenia hominum & actiones acutius intueamur, uniuerſi Monarchias præſtare iudicabunt. Quis uerò ſanæ mentis eſt, qui non optet in ea ciuis eſſe republica, in qua ſua uirtus non ignoretur, potius quàm ut in multitudine ignobilis, nullaq; re uulgo potior, deliteſcat? Quinetiam, hanc tanto mitiorem & æquiorem iudicemus, quanto facilius eſt unius uiri iudicio & uolũtati ſatisfacere, quàm multorum & uariorum ingeniorum approbationem & fauorẽ emereri. Quòd igitur monarchia & iucundior ſit, & lenior, & æquior, plurib. oſtendi poſſet: ſed hinc etiam idem facilè intelligi poteſt. In cæteris uerò, quanto monarchiæ potiores ſint & ad conſulendum, & ad res neceſſarias opportunè conficiendas, ſic pulcherrimè cernemus, ſi maxima negocia inter ſe comparata excuſſerimus. Nam qui ſingulis annis magiſtratus ineunt, homines imperiti ſunt, in uita priuata nati & educati, neque de republica quicquam prius intellexerunt, aut uſu edocti compertum habuerũt. Qui uerò iiſdem

In regno ſeruatur æqualitas.

Facilius eſt uni placere, quàm multis.

Reges uſu rerũ præſtãt idiotis.

B rebus perpetuò præſunt, etiamſi minus ingenijs ualeant, crebro uſu tamen & experientia cæteris longè antecellunt. Illi præterea, dum alij alios intuentur, multa negligunt: hi uerò cum norint ſua prouidentia omnia perfici oportere, diligenter de ſingulis cogitant. Ad hæc Democratici & Oligarchici ambitioſis inter ſe diſſenſionibus, reipublicæ nocent: at Monarchæ, qui neminẽ habent cui inuideant, de omnibus rebus id ſtatuunt quod utiliſsimum eſt. Præterea illi cum maximam temporis partem in priuatis negocijs conſumant, nullam cognitionem ad ea negocia quæ incidêre, afferunt, nec ea peragenda tempeſtiuè ſuſcipiunt. Deinde cum in curijs conuenêre, ſæpius eos reperias inter ſeſe rixantes, quàm communiter conſultantes. Hi uerò quia neq; curias, neq; tempora definita habent, noctu & interdiu negocijs intenti, nullas occaſiones negligunt, ſed in tempore ſingula peragunt. Ad hæc illi inter ſeſe inimici ſunt, & uellent tam ſuperioris quàm ſui temporis magiſtratus urbi peſsimè præfuiſſe, ut ipſi maximam gloriam conſequerentur: hi uerò, cum per omnem uitam rerum potiantur, ſemper eandem beneuolentiam habent erga rempublicam. Et, quod eſt omnium maximum, alteri rempublicam ut rem priuatam, alteri ut alienam curant: alteri in conſilium adhibent ciues audaciſsimos, alteri delectu ex omnib. habito, prudentiſsimos: alteri honorant eos qui in turba dicere poſſunt, alteri rebus gerendis idoneos euehunt. Neq; uerò in quotidianis tantum negocijs, quæ uelut in orbem redeunt, Monarchiæ excellunt, ſed omnes etiam belli gerendi commoditates complectuntur. Nam & conſcribere milites, & illis uti ſeu clam ſeu palàm, & alios perſuadere, alios cogere, alios largitionibus adducere, alios alijs officijs & artificijs demereri: in Monarchijs longè facilius eſt, quàm in cæteris imperijs. Et hæc non minus rebus ipſis quàm uerbis probantur. Nam tum Perſarum potentiã uniuerſi

Ipſi curã rerũ ſuſcipiunt.

Cũ nemine altercantur.

Tempeſtiuè adminiſtrant omnia.

Aemulantur ac inuidẽt neminι.

Rempublicã ut rem priuatam curant.

Bonis & prudentibus conſiliarijs utũtur.

In bellis fœlicius gerunt omnia.

Perſæ.

ſcimus,

ſcimus, ad tantam proceſsiſſe magnitudinem, nõ ob ſingularẽ aliquã eorũ A
prudentiam, ſed quod præter cæteros regiam poteſtatem magnifaciunt &
Dionyſius. uenerantur: tum Dionyſij tyranni opes illo ipſo auctas & cõfirmatas eſſe.
qui, cum reliquam Siciliam uaſtatam & deſolatã ſuſcepiſſet, ſuam uerò patriam obſidione cinctam, non ſolum eam præſentibus periculis liberauit,
Carthagineñſ. ſed & Græcarum ciuitatum maximam effecit: Tum Carthaginenſes & La-
Lacedæmonij. cedæmonios, qui inter omnes Græcos optimè rempublicam adminiſtrant,
domi quidem paucorum poteſtate regi, ſed in bellis regio parêre imperio.
Athenienſes. Quin ciuitatẽ Athenienſiũ etiã, quæ monarchijs infenſiſsima eſt, oſtendi poteſt, quando multos imperatores mittit, affici cladibus: cũ uerò in belli diſcriminibus, unũ ſummæ rerũ præficit, bene rem gerere ſolêre. Enimuero, quînam euidentius probari poteſt, maximi faciẽdas & præſtantiſsimas eſſe monarchias, quàm huiuſmodi exemplis? Eſt enim perſpicuũ, eos qui perpetuò regiæ poteſtati parẽt, eſſe potẽtiſsimos: & ad gerendũ bellũ inſtructiſſimos: &, qui Oligarchias bonas habent, in bellis, & ijs rebus quæ maximè ipſis curæ ſunt, partim unum imperatorẽ, partim regẽ exercitib. cum imperio præficere: & qui Monarchias oderunt, quando multos duces mittunt, nihil rectè fœliciterque perficere. Quod ſi quid è uetuſtatis memoria re-
Monarchia Iouis. petendum eſt, dij etiam Iouem regem habere dicuntur. qui ſermo ſi uerus eſt, apparet, deos etiam hunc ſtatũ cęteris anteferre. Sin rei ueritatem nemo nouit, ſed ipſi coniecturis in eam opinionem adducti ſumus: id argumento eſt, nos omnes Monarchiam præſtantiſsimam iudicare. Nec enim tali reipublicæ forma deos uti diceremus, niſi eam longè inter cæteras eminere crederemus. Ac de politijs quidem, quantum alijs aliæ præſtent, nec inueniri nec dici poſſunt omnia: ſed inſtituto noſtro etiam hæc dixiſſe ſufficiat.

SECVNDVM caput: Se & iurè tenere imperium, & id præclarè adminiſtrare.

Quod uerò nos iurè imperium teneamus, multo breuius, & maiore omnium aſſenſu expedietur. Quis enim ignorat, Teucrũ noſtri generis prin- B
cipem, cæterorum ciuium aſſumptis maioribus, huc nauigaſſe: & urbe condita, ipſis agrum diſtribuiſſe? Pater uerò Euagoras, imperium ab alijs amiſſum, maximis periculis aditis, recuperauit: & eò rem redegit, ne Phœnices amplius tyrannidem in Salaminios exerceant, ſed ut regnum hi etiam nunc teneant, quorum id ab initio fuit. Reſtat igitur ex his quæ propoſui, ut de me ipſo breuiter aliquid dicam, quo ſciatis talem eſſe ueſtrũ regem, qui non propter maiorum tantum excellentiam, legitimamque ſucceſsionẽ, ſed ob meam quoque uirtutem meritò etiam maiore honore quàm hoc, dignus iudicarer. Arbitror enim omnes confeſſuros, inter alias uirtutes maxi-
Iuſticia. mi faciendas eſſe iuſticiam & temperantiam. Non enim per ſe tantum no-
Temperãtia. bis proſunt, ſed ſi conſiderabimus & naturas et uires & uſum negociorum, inueniemus omnia ab his uirtutibus aliena, maximorum malorum cauſas extitiſſe: quæ uerò cum temperantia & iuſticia coniuncta ſunt, maximè iuuare uitam hominum. Quòd ſi qui ueterum ob has uirtutes celebrantur,
Iuſticia Nicoclis. æquum eſſe puto, ut eadem mihi quoque gloria contingat. Ac iuſticiam quidem inde potiſsimum perſpicietis, quòd imperium adeptus, quamuis regiam pecunijs uacuam & omnia ſumptibus exhauſta, negocia uerò turbarum plena, ita ut magnam curã & cautionem atque præſidia ſumptusque requirerent, ſuſcepiſſem: nec ignorarẽ, talibus temporibus, alios omnib. modis detrimenta rei familiaris ſarcire, & adigi ut contra naturam ſuam multa faciant: nihil tamen iſtorum omnium ad iniuriam faciendam me impulit, ſed ita ſanctè & præclarè curam rerum geſsi, ut nihil prætermiſerim, quod ad incrementa & fœlicitatem reipublicæ pertineret. Nam & ciues tanta manſuetudine tractaui, ut nec exilia, neque cædes, neque publicationes bonorum, nec ulla alia talis calamitas, me regnante inciderit: & cum in Græciam

nullus

A nullus nobis patêret aditus, ob bellum præteritum, & nos ubiq; ſpoliare-
mur: pleraq; pacata reddidi, dum alijs omnia perſoluo, alijs partes aliquas:
alios oro ut morã intercedere patiantur, cum alijs ut licuit tranſigo de con
trouerſijs. Præterea cum Inſulani, uicini noſtri, nobis iraſcerentur, & rex
Perſarum recõciliationem uerbis profiteretur, reuera infenſus eſſet: utraq;
hæc mitigaui, dum alterũ officijs demereri ſtudeo, erga alteros me iuſtum
præbeo. Nam à rerum alienarum cupiditate tam longè abſum, ut alij ſi pau
lo uicinis potentiores fuerint, mox & agri partem eripiant, & multa præ-
ter ius & æquum ſibi uendicent: Ego uerò, ne eam quidem regionem acci-
pere uolui, quæ mihi data fuit. malo enim cum iuſtitia meam ditionem ſo-
lam tenere, quàm per iniuriam imperium, hoc noſtro longè lateq; maius,
acquirere. Et quid neceſſe eſt ſingulis commemorandis immorari, præſer-
tim cum paucis de me ipſo rem totam abſoluere poſsim. Nemo enim repe-
rietur, qui à me ſit affectus iniuria: plures uerò tum ciues tum alios Græcos
beneficijs affeci, & maiora munera utriſq; dedi, quàm omnes qui ante me
regnum tenuerunt. Enimuero decet, ut qui iuſtitiæ ſtudium ſibi laudi du-
cunt, & pecuniæ contemptũ præ ſe ferunt, tanta de ſeſe prædicare poſsint.
Quin de temperantia quoq; mea, plura etiã his & maiora habeo quæ com
memorem. Cum enim ſcirem, omnes homines, chariſsimos habere libe-
ros & uxores ſuas, grauiſsimeq; iraſci his qui in eos deliquerint: & contu-
meliam in his perpetratam, maximarum cladium cauſam præbuiſſe, ita ut
propterea multi tum priuati tum principes interierint: ſic hęc crimina fugi,
ut ex quo tempore regnum ſuſcepi, nullum corpus attigerim, excepta uxo
re mea. nõ quod ignorarim, illos etiam celebrari à populo, qui modò in ci-
ues non ſint iniurij, aliunde ſuas uoluptates explere ſtudent: ſed uolui, par
tim huiuſmodi ſuſpiciones à me remotiſsimas eſſe, partim ciuib. meos mo-
B res tanquam exemplum proponere. non ignarus, ſolere multitudinem in
ijs ſtudijs ætatem conſumere, quibus ſuos principes uident occupatos. Pręterea decere cenſui, ut reges tanto pręſtantiores eſſent priuatis hominibus,
quanto maioribus honoribus afficiuntur: & iniquiſſimos eos eſſe, qui alios
modeſtè uiuere cogunt, nec ipſi ſubditis ſuis modeſtiores ſunt.

Temperantia Nicoclis.

Iniuriæ factæ liberis & uxoribus grauiſsimè uindicantur.

Regum bona exempla ciuiũ mores emendant.

Deinde, cæteris in rebus multos etiam è populo uidebam eſſe continen
tes, ſed deſiderio puerorum & mulierum etiam ſummos uiros non reſiſte-
re. Quare oſtendere uolui, me in his etiam continere poſſe, in quibus non
alijs tantum præſtarem, ſed uiris etiam uirtutis opinione celeberrimis. Ad
hæc, non potui non ſummopere accuſare illos, qui ductis uxoribus, et inita
totius uitæ ſocietate, pactis & conuentis non ſtant: ſed dum ſuis uoluptati
bus indulgent, eas offendunt, à quibus ipſi ſe minimè offendi uolunt: & in
alijs contractibus æquitatem colunt, ſolas uerò conuentiones cum uxori-
bus factas uiolant: quæ tanto ſolennius cuſtodiendæ erant, quanto ſunt q̃
aliæ propiores & maiores. Non animaduertunt illi ſcilicet, ſeipſos ſibi fa-
ctiones & diſsidia in ſuis regijs ſerere. Eſt autem bonorum regum officiũ,
ut conentur non in urbibus ſuis tantum alere concordiam: ſed curare, ut fa
miliæ quoq; & priuatæ ipſorum ædes nullis diſsidijs turbentur. Hæc enim
uniuerſa, temperantiæ munera & iuſticiæ ſunt. Nec in procreatione libe-
rûm, uulgatam regum conſuetudinem ſum imitatus: nec decere cenſui, ut
alios ex humiliore muliere ſuſciperem, alios è nobiliore: alterosq; nothos,
alteros genuinos relinquerẽ: ſed hoc uolui, ut omnes gloriari poſſent, ſe ge
nus atq; originẽ ſuam ducere, ſi mortales ſpectes, ab Euagora: ſi ſemideos,
ab Aeacidis: ſi deos, à Ioue: et nemo è me genitus hac nobilitatis prærogati
ua ſpoliaretur. Cum uerò multa me hortata ſint, ut in hoc uitæ inſtituto
perſeuerarem, illud uel in primis mouit, quòd fortitudine & eloquentia &

Plerîq; succũbũt libidinibus

Vxores non contriſtandæ.

E concubinis nulli ſuſcipiendi liberi.

C callidi-

calliditate, cæteriſq; rebus quæ celebrantur, etiam malos quoſdam uiros A
præditos uidebam: ſed temperantiam & iuſticiam, proprias eſſe bonorum
& honeſtorum uirorum poſſeſſiones. Pulcherrimũ igitur eſſe duxi, ſi quis
poſſet in his uirtutibus, quaſi ab alijs ſeparatis, elaborare, quæ improbis
nulla ex parte contingere queunt, ſed & maximè genuinæ, & firmiſſiſsimæ
& maximæ, & maximis laudibus dignæ ſunt. Hiſce de cauſis hæc in ani-
mum induxi, & tẽperantiæ iuſticiæq; præ cæteris uirtutibus longe maiori
ſtudio, quàm alij ſolent, incubui. Eas etiam uoluptates expetiui, non qua-
rum actiones omni ſplendore uirtutis carent, ſed quæ ob fortia facta glo-
Virtutes è circumſtãtijs iudicandæ. riam pariunt. Explorandæ autem & iudicandæ uirtutes ſunt, non eodem
modo uniuerſę, ſed iuſticia in egeſtate, temperãtia in poteſtatibus, toleran-
tia in ætate iuuenili. Ego uerò his temporibus omnibus, ingenij mei ſpe-
cimen dedi. Nam cum inops pecuniarum relictus eſſem, ita ſtudioſus iuſti-
ciæ fui, ut nemini ciuium moleſtus fuerim. Nactus poteſtatem, ut mihi lice
ret quicquid libuiſſet, temperantia priuatos ſuperaui. Hæc uerò utraque
præſtiti ea ætate, qua plurimos inueniemus in actionibus ſuis maximè de-
linquere. Et hæc omnia fortaſsis apud alios dicere ueritus eſſem, nõ quin
facta mea mihi laudi ducam, ſed quòd oratio mea parum fortaſſe fidei inue
niſſet. Vos uerò ipſi mihi teſtes eſtis eorum quæ diximus omnium. Lau-
dandi autem ſunt, & digni admiratione, natura quoq; modeſti: ſed multo
magis etiam, qui conſilio & uoluntate tales ſunt. Nam qui fortuitò, nõ cer
Tertiũ ac præcipuũ caput, de officio ciuiũ erga regẽ to propoſito, temperantiam colunt, fortaſſe mutarint ſententiam. Qui ue-
rò præter naturæ bonitatem, etiam certò ſtatuunt, ſummum bonum eſſe in
uirtute poſitum, haud dubiè per omnem uitam in hac ſtatione perſeuerãt.
Ideo autem & de me ipſo, & de cæteris rebus quas diximus, plura uerba fe-
ci, ne ullum prætextum aut excuſationem uobis reliquam facerem, quo mi
nus libenter & alacriter meis imperatis & conſilijs duceretis obtemperan- B
Officium diligẽter faciẽdũ dum. Aio igitur, unumquemq; ueſtrûm id quod ſui officij eſt, iuſtè & dili-
genter perficere oportere. Nam utrum iſtorũ omiſſum fuerit, actiones de-
Nihil negligendum. teriores eſſe neceſſe erit. Nihil igitur ex mandatis negligite, aut contem-
nite: cogitantes, non in eo quidem quod uioletur, per ſe tantũ eſſe momen
Fides erga regem. ti: ſed quòd ſingulæ partes id efficiant, ut res uniuerſa uel pręclarè uel malè
habeat, ſic in ea intẽti eſtote: et nihilo minus curate mea quàm ueſtra: neq;
putetis paruum bonum eos honores eſſe, qui illis habentur, qui rebus no-
Alienis abſtinendum. ſtris diligenter præſunt. Alienis abſtinete, ut ſecurius ueſtras opes tenea-
tis. Tales erga alios uos præbere debetis, qualem erga uos me eſſe uultis.
Aequalitas. Ne feſtinate diteſcere potius, quàm probitatis opinionẽ auferre. nec enim
Fama potior opibus. ignoratis, eos & apud Græcos & apud Barbaros plurimorum bonorũ do-
minos conſtitui, qui maxima uirtutis gloria florent. Iniuſta lucra ne putetis
Iniuſta lucra. auctura eſſe diuitias, ſed periculũ paritura. Ne putetis in accipiendo lucrũ,
Accipere. Expendere. in expendendo damnum eſſe. Neutrum enim horum ſemper eandem uim
habet: ſed utrum in tempore ac cum uirtute factum fuerit, id profuturũ eſt
Alacriter inſeruiendum. facientibus. Nihil penitus à me mandatum, grauatim facitote. Nam qui-
cunq; ueſtrûm plurimis utilitatibus meis inſeruierint, maximos fructus in-
Regũ multi oculi et aures, ac longæ manus. de priuatim percipient. Cuius rei unuſquiſq; ueſtrûm ſibi conſcius fuerit,
eam me quoq; non clam fore exiſtimet. Nam etſi corpus meum pręſens nõ
fuerit, at mentẽ meã ſingulis actionib. adeſſe putet. Nã ſi hoc animo eritis,
de rebus omnibus modeſtius conſuletis. Nihil occultate, neq; quod poſsi
Clandeſtinæ machinatiões periculoſæ. detis, neq; quod facitis, neq; quod acturi eſtis: ſcientes, fieri nõ poſſe, quin
cũ clandeſtinis machinationibus multi timores cõiuncti ſint. Ne ſtudeatis
rempublicam callidè aut occultè gerere: ſed ita ſimpliciter & apertè, ut ne
Examẽ actionum. quis, etiam ſi uelit, uos facile calumniari queat. Probate actiones, & putate
malas

A malas eſſe, quas ignorari à me uelletis: bonas, quibus ego auditis, uos probiores iudicabo. Ne reticeatis, ſi quos uideritis imperio meo inſidiari, aut in eo ſe improbè gerere: ſed & arguite, & exiſtimate idem ſupplicium deberi occulrantibus, quod delinquentibus. Fœlices putate non eos qui clàm habent maleficia ſua, ſed qui nihil delinquunt. Nam conſentaneum eſt, ut alteri meritas ſcelerum pœnas luant, alreri factis ſuis dignum prẹmiū recipiant. Nullas ſodalitates aut concilia, ſine autoritate mea inſtituire. Nam huiuſmodi conſpirationes, in alijs politijs multum ualent: at in Monarchijs, periculoſæ ſunt. Fugire non tantum peccata, ſed etiam eiuſmodi ſtudia, quæ ſine peccati ſuſpicione eſſe nequeunt. Meam amicitiam tutiſſimam & firmiſſimam eſſe putate, præſentemq; ſtatum tuemini, nec ullā deſiderate mutationem: non ignari, neceſſe eſſe ut per huiuſmodi tumultus etiā urbes intereant, & priuatæ domus euertantur. Sæuitiam aut manſuetudinem dominorum, non tantum ingenijs & naturis tribuite, ſed moribus etiam ciuium. Multi enim iam ob ſubditorum improbitatem, aſperius imperare, quàm pro ſua ſententia & uoluntate, coacti ſunt. Securi ac bono animo eſtote, non tam propter meam clemenriam, quàm propter ueſtram uirtutem & innocentiā. Quo ego tutior fuero, eo uos ſecuriores eſſe putate. Nam rebus meis probè conſtitutis, eadem ueſtrarum quoq; rerum ratio futura eſt. Humiles uos eſſe decet erga meum imperiū, ſic ut in inſtitutis perſeueretis, & leges regias obſeruetis: ſplendidos uerò, & in publicis adminiſtrationibus, & meis mandatis obeūdis. Exhortamini iuniores ad uirtutē non tantum præceptionibus, ſed in ipſis actionibus ueſtro exemplo eis demonſtrate, quales præſtantes uiros eſſe oporteat. Docete liberos ueſtros parère imperio regio, & aſſuefacite eos, ut in huius uirtutis ſtudio potiſſimū uerſentur. nam ubi parère didicerint, multò rectius imperabunt. Quòd

Deferēdi improbi. *Bona cōſcientia.* *Conſpirationes.* *Nec malum, nec eius ſimile* *Amicitia regis.* *Nouæ res fugiendæ.* *Seditioſi ciues dominos exaſperant.* *Innocentia.* *Regis ſecuritas.* *Humilitas.* *Splendor.* *Iuuentus exēplis erudienda* *Obediētia docenda.*

B ſi fideles fuerint, & iuſti, bonorum noſtrorum participes erūt: ſin improbi, ſuas opes in diſcrimē adducēt. Maximas putare liberis & firmiſſimas opes uos tradituros, ſi eis noſtram beneuolentiā reliqueritis. Miſerrimos & infœliciſſimos putate, quotquot fidem fregerunt illis, qui eis fidem adhibuerant. Neceſſe enim eſt, ut tales in perpetua trepidatione metuq; omniū reliquam ætatem exigant, & amicis non magis credere auſinr quàm inimicis. Bearos iudicate non opulentiſſimos, ſed eos qui ſibi nullius ſceleris conſcij ſunt. Bona enim conſcientia totius uitæ quoddam quaſi cōdimenrum eſt. Ne putetis improbitarem plus quàm uirrutem prodeſſe, aut nomen ſaltem odioſius habere: ſed cuiuſmodi appellationes ſingulis rebus indirę ſunt, talem etiam uim illarum eſſe ducite. Ne inuidete illis, qui apud me primum locum tenent: ſed contendite, & enitimini, ut probitate & uirtute ueſtra illis æquari mereamini. Amandos & honorandos eos eſſe putate, quos rex magnifacit, ur eadem hæc uobis etiam à me tribuantur. Qualia de me præſenre dicitis, talia etiam cum abſum ſentite. Beneuolētiam erga nos factis magis quàm uerbis oſtendite. Quæ uobis ab alijs fieri ægrè fertis, alijs ipſi ne feceritis. Quæ oratione ueſtra damnatis, in uita ſtudio ne habeatis. Vobiſcum actum iri credite, pro eo ac erga nos affecti fueritis. Non tantū laudate bonos, ſed etiam imitamini. Verba mea pro legibus habete, operamq; dare ut illis obtemperetis, ſcientes quòd his qui maximè uoluntati meæ ſatisfacere ſtuduerint, uiuere licebit ut ipſi uolunt. Caput uerò eſt omnium quę diximus: Quales exiſtimatis ueſtros ſubditos erga uos eſſe oportere, tales uos erga meum imperium eſſe debetis. Quæ ſi feceritis, quorſum attinet multa dicere, quid inde ſit euenturum? Nam ſi & ego me deinceps ita geſſero ur ſuperiori tempore, & mihi uos eodem modo inſeruieritis: quamprimum uidebitis & ueſtras opes priuatim creuiſſe, & meum

Beneuolentia regis. *Perfidia miſerrima.* *Bona conſcientia.* *Virtus improbitate potior.* *Non inuide, ſed imitare.* *Sermones de rege.* *Re, non uerbis ama.* *Summa legū.* *Vita uerbis reſpondeat.* *Verba regis pro legibus.* *Obedientia qualis eſſe debeat.* Obedientiæ præmium, fœlicitas.

imperium auctum, & ciuitatem fœlicem eſſe factam. Operæprecium igitur eſt, tantis bonis propoſitis, omnia facere, ac labores & pericula quæuis perferre. Eſt autem in poteſtate ueſtra ſitum, ut ſine ullo negocio & malo, ſi fidi ſaltem et iuſti fueritis, hæc omnia perficiatis. A

EVAGORAS.

ARGVMENTVM.

ORatio funebris eſt, ſcripta in laudem Euagoræ Salaminiorum regis, in Cypro inſulæ Nicoclis, ad quem præcedentes duæ orationes ſcriptæ ſunt, patris. Cuius hiſtoriam non melius cognoſcere poſſumus, quàm ex Iſocrate, quem non opinor tam futurum fuiße impudentem aſſentatorem, ut uel in Encomio manifeſta mendacia ſcriberet, ſi uera eſſent quæ Diodorus Siculus libro XVI ſcribit. Ordo orationis talis ferè eſt. Primum Euagoræ nihil poße gratius fieri, quàm ſi res ab eo geſtæ, ornata oratione celebrentur: idq; difficile factu eſſe, oſtendit. Deinde exorſus à natalibus, per omnes ætatum ordines, uirtutes & facinora eius egregia, copioſißimè & ſplendidißimè perſequitur, uſq; ad obitum. Deniq; Nicoclem ad paternæ exempli imitationem hortatur. Atq; adeò, ſi quis diligentius rem expendat, epidictici generis uerior & melior finis eſſe uidebitur, ut auditores ad uirtutē excitentur, quàm ut rhetores uel ingenia ſua et eloquentiam oſtentent, uel defunctorum gloriæ ſeruiant: quanquam hi quoq; fines ſimul incidunt. Inſunt autem fabuloſa quædam, & multæ amplificationes, quæ in genere demonſtratiuo potißimum locum habent. Depicta & expreßa hic eſt, tanquam Apellis penicillo, heroici uiri illuſtris imago, qui ſua uirtute omnes aduerſantis fortunæ impetus repreßit & ſuperauit.

Præſtātibus uiris ſummus honos habetur cum res eorū geſtæ prædicantur.

CVM uideo, Nicocles, te patris tui funus ornare, non multitudine & elegantia tantum apparatus, ſed etiam choris & muſica, & ludis gymnicis: ac præter hęc, cùm equorum tum triremium certaminibus, ac ſumma deniq; omnia facere: exiſtimaui Euagoram (ſi quis defunctis ſenſus de noſtris rebus & actionibus eſt) hæc etiam grato animo accipere, & gaudere, uidentem, iſtam ſui curam, & tuam magnificentiam. B Sed ei tamen id multo fore acceptius, quàm omnia cætera, ſi quis de actionibus eius & periculis dicere poſſet, pro dignitate rerum ab eo geſtarum. Inuenimus enim, uiros appetentes honorum, & magnanimos, non tantū ob uirtutē laudari uelle, ſed glorioſum obitū etiam uitæ præferre, gloriæq; quàm uitæ ſtudioſiores eſſe: & omnia deniq; facere, ut immortalem ſui memoriā relinquant. Sumptus uerò iſti nihil eiuſmodi præſtant, ſed diuitiarum ſignum ſunt. Qui uerò muſica & alijs certaminibus occupantur, alij ſuis facultatibus & uiribus, alij artificijs oſtentatis, ſemetipſos honoratiores efficiunt. At oratio ſi præclarè res eius geſtas exponat, hoc Euagoræ præſtiterit, ut eius uirtus in perpetua memoria & prędicatione omnium hominum uerſetur.

Non fabuloſi heroes, ſed noſtræ ætatis egregij uiri celebrandi ſunt.

Eſſet igitur etiam aliorum officium, ut ſuæ ætatis præſtantes uiros laudarent, ut et hi qui facinora ueterum uerbis ornare poſſunt, cū apud eos uerba facerent, quibus res notæ eſſent, uera dicerent: & iuniores, maiore uirtutis ſtudio incitarentur, ſcientes, ſe maioribus laudibus celebratū iri, quàm illos, quorum ipſi uirtutem ſuperaſſent. Nunc uerò quis nō deſpondeat animum, cum uidet eos qui ſub bellum Troianum & ante illa tempora uixerunt, diuinis laudibus celebrari, & res eorum geſtas etiam in Tragœdijs ſpectandas proponi: ſe uerò præſciat, ne quidem ſi uirtutes illorum ſuperarit, unquā talibus laudibus dignatū iri? id quod INVIDIAE eſt imputandū, quæ id ſolū boni habet, quod autores ſuos potiſſimū torquet & cruciat.

Inuidia.

Sunt enim quidam ita præfractis ingenijs, itaq; moroſi, ut eos laudari libentius audiant, quos utrum nati ſint, aut unquam in terris fuerint, ignorant: quàm ut eos probent, à quibus ipſi affecti ſunt beneficijs. Non decet autem, ut uiri prudentes horum ſtulticiæ ſeruiant. Negligendi ſunt tales: & aſſue-

Spretis peruerſorum hominū iudicijs

officium faciendum eſt.

A & aſſuefaciendi cæteri, ut de illis audiant, de quibus dici eſt æquius: præſer
tim cum uideamus, & artes, & omnia cætera eſſe aucta & expolita, nõ per
eos qui à prioribus tradita retinuerunt: ſed illorum potius opera, qui corri-
gere, locoq; mouere minus proba & bella, non dubitarunt. Equidem ſcio

Poetis facilius eſt ornare præclara facinora, quàm oratoribus.

eſſe difficile factu quod inſtitui, ut præſtantis uiri uirtutem ſoluta oratione
celebrem. id' que hoc ſigno maximè cernitur, quòd homines eruditi & elo-
quentes, de alijs multis et uarijs rebus dicere audent: de talibus uerò, nemo
illorum unquam conſcribendum aliquid ſuſcepit. Nec ego illos propterea
culpandos ulla ex parte cenſeo. Nam poetis ornamẽta multa cõceſſa ſunt,
quibus licet deos miſcere hominum cœtibus, ac introducere colloquentes
& adiutores in prælijs, pro ipſorum prorſus arbitrio: & iſthæc eadem expli
care uocabulis nõ tantum receptis, ſed alia peregrinis, alia nouis, alia tranſ-
latis: ac deniq; nihil prætermittere, ut omnis generis figuris poeſin uarient.
Orationis autem ſolutæ ſcriptorib. iſta negata ſunt: ac omnino neceſſe eſt,
ut & uſitato genere orationis, & ſententijs quas res ipſę ſuppeditant, utan
tur. Præterea, poetæ certis menſuris & numeris deuinciunt omnia: orato
res nullum tale adiumentum habent. in quibus rebus tantũ uenuſtatis eſt,
ut etſi neq; uerba, neq; ſententiæ præclaræ fuerint, ipſa tamen concinnitas
numerorum, aptęq; dimenſiones, alliciant & demulceant audientes. Quo-
rum quanta uis ſit, inde perſpicietur. Nam ſi quis etiam laudatorum poe-
matum dictiones & ſententias reliquerit, metro diſſoluto, nequaquam ita
præclara, ut nunc, uidebuntur. Quamuis autem tanto melior ſit conditio
poeſeos, tantæq; commoditates, non propterea tamen ceſſandum: ſed peri
culum faciendum eſt, an etiam ab oratoribus fortes uiri celebrari poſsint,
nihil deterius, quàm ab illis qui carminibus & uerſibus eos ornant.

Natales Euagoræ.

Ac primum de ingenio naturaq; Euagoræ, eiuſq; natalibus, tametſi ple
B riq; id antea norunt, mihi quoq; aliquid dicendum uidetur, cęterorum cau
ſa: ut omnes intelligãt, cũ pulcherrima ipſi & maxima exempla relicta fue-
rint, eum à uirtute maiorum minimè degeneraſſe. Nam in confeſſo eſt, eos
qui ſuum genus ad Iouem referũt, ſemideorum eſſe nobiliſſimos: inter hos
ipſos autem nemo eſt, quin Aeacidis principatum deferat. In alijs enim fa
milijs, alios præſtantiores, alios humiliores inueniemus: hi uerò, ſuis tem-

Aeacus.

poribus omnes, omnium fuêre celeberrimi. Nam Aeacus Iouis filius, ac ge
neris Teucridarum autor, tantum excelluit, ut cum in Græcia ſiccitates exti
tiſſent, & corrupti aeris uitio multi perijſſent, poſtquam ad calamitatis ma-
gnitudinem iam nihil accedere poterat, magiſtratus urbium ſupplices eum
audierint, exiſtimãtes ſe per eius nobilitatem & pietatem, celerrimè urgen
tium malorum à dijs remedium impetraturos. Salutem adepti, uotorumq;
deinde compotes facti, in Aegina templum omnium Græcorum nomine
ædificarunt, eo in loco, in quo ille uotum nuncupauerat. Quare & dum in
humanis fuit, maxima gloria floruit: et poſt obitũ dicitur Plutoni et Proſer
pinæ, maximis honoribus præditus, adeſſe in iudicio. Huius filij fuerunt

Telamon. Peleus.

Telamon & Peleus: quorum alter expeditione cum Hercule contra Lao-
medõtem ſuſcepta, primas ob uirtutem meruit: Peleus uerò, in pugna con-
tra Centauros, præclarè ſe geſſit: & in multis alijs periculis ſpectatus, Theti
dis Nereidos, mortalis ipſe, immortalis cõiugio potitus eſt: et ſolius huius,

Aiax. Achilles.

ex omni uetuſtatis memoria, in nuptijs Hymenæum à dijs cantatũ eſſe, pro
ditum eſt. Hi ambo filios habuerunt, Telamon Aiacem & Teucrũ, Peleus
Achillem: qui maximum & clariſſimum uirtutis ſuæ ſpecimen ediderunt.
Nec enim in ſuis urbibus tantũ principem locum tenuere, nec in illis locis
in quibus conſederant: ſed expeditione ſuſcepta à Gręcis cõtra Barbaros,
& multis utrinq; congregatis, quum nemo uit nominis alicuius domi reli-

 ctus eſſet,

ctus eſſet: in illis periculis Achilles omnibus antecelluit, Aiax ſecundum A
Teucer. ab eo uirtutis locum obtinuit. Teucer uerò & horũ cognatione dignus,
& nomine cæterorum inferior: poſtquam in expugnanda Troia ſtrenuam
operam nauarat, in Cyprum aduectus, & Salamina condidit, ueteris illi ur
bi patriæ nemine impoſito, & familiã nunc regnantem reliquit. Tanta igi
tur eſt Euagoræ à maioribus accepta præſtantia. Vrbe autem ſic condita,
Teucridæ ab exule Phœnice regno deiecti. primum Teucri poſteri regnum tenuerunt. Inſecutis uerò temporibus, qui
dam exul è Phœnicia aduenit, & ab eo qui tum regnabat, in fidem amici-
tiamq; receptus, magnamq; potentiam nactus, non gratiam pro his retulit,
ſed hoſpitij iure uiolato, et quia uir acer erat, ad fraudandos alios, & per in-
iuriam ſuis rationibus proſpiciens, eiecto rege bene merito, ipſe regnũ oc-
cupauit. Cum uerò conſcientia ſcelerum trepidaret, resq; ſuas in tuto col-
Salamin barbarie deformata. locare uellet: tum urbem barbaris hominibus atq; inſtitutis impleuit, tum
totam inſulam ſeruituti regis Perſarũ ſubiecit. Tali ſtatu rerum Euagoras
Præſagia de Euagora. naſcitur, de quo uoces ex obſcuro editas, & omina, & uaticinia, et uiſiones
in ſomnis oblatas, è quib. amplior humana ſorte uideatur, omittere ſtatui:
non quin uera eſſe putem quæ dicuntur, ſed ut omnibus probem, tantum
abeſſe ut per mendacium rebus eius geſtis quicquam affingam, ut etiam ea
de quibus larga eſſet dicendi materia præterierim, ſi in paucorum noticia,
non in omnium ciuium conſcientia uerſentur. Sumam autem de eo dicen
Puericia. di exordium, è rebus quæ ſunt extra omnem controuerſiam. Nam puer ad
huc excelluit & forma, & uiribus, & modeſtia, quę bona illi ætati conueni-
entiſſima ſunt. quibus de rebus teſtimonium perhibebunt hi: de tempe-
rantia, ciues unà cum eo inſtituti: de pulchritudine, omnes qui eum uide-
runt: de uiribus, certamina in quibus æquales ſuperauit. Cum uerò adole
Virilis ætas, et opinio de eo. uiſſet, hæc etiam unà creuerunt omnia, & inſuper acceſſit fortitudo, & ſa-
pientia, & iuſticia: neq; hæc, ut in alijs quibuſdam, mediocria, ſed ſingula B
præſtantiſsima. Tantum enim & corporis & animi uirtutibus excelluit, ut
qui tum regnabant, quoties eum uidebant, percellerentur, & de regno me-
tuerent: exiſtimantes non poſſe fieri, ut talis natura in priuatæ uitæ obſcu-
ritate deliteſceret. Cum uerò mores eius intuebantur, tantam illi fidem ha
berent, ut ſi quis alius aliquid aduerſus ipſos improbè moliri auderet, Eua-
goram ſibi adiutorem fore confiderent. Ac neutra eos, quanquam tantum
inter ipſas intereſſet, fefellit opinio. Nec enim priuatus perpetuò manſit,
neq; in illos deliquit: ſed tam ſollicitè deus ei proſpexit, quo honeſtè regno
potiretur, ut quæ citra impietatem peragi non poterant, alius perpetrarit:
Euagora ad ea reſeruato, per quæ imperium iuſtè ſancteq; ſuſciperet. Nam
Occaſiões recuperandi regni. quidam inter proceres aulicos, & tyrannum per inſidias occidit, & Euago
ram comprehendere conatus eſt: exiſtimans infirmam ſibi regni poſſeſſio-
nem fore, niſi illum quoq; è medio ſuſtuliſſet. Hoc uero periculo euitato,
cum incolumis Solos Ciliciæ urbem perueniſſet, nõ eo animo fuit, quo alij
eſſe ſolent in huiuſmodi calamitatibus. Cęteri enim ex imperijs deiecti, ob
præſentes fortunas ſunt animis abiectioribus: ipſe uerò tantum animo ro-
bur concepit, ut cum antea priuatam uitam egiſſet, poſtquam in exilium a-
ctus fuit, ſibi regnum uendicandum duceret. Ac errones quidem fugitiuos
deſpexit, noluitq; ſupplex eſſe deterioribus, neq; per alios reditum quære-
re uoluit: ſed ea occaſione potitus, quæ religioſos homines decet, ut acce-
ptas iniurias ulciſcantur, non ipſi autores iniuriarum ſint: cum conſtituiſ-
ſet, aut re bene geſta imperare, aut uoto fruſtratus mortem oppetere, aſſum
ptis hominibus, ur plurimi dicunt, circiter quinquaginta, illorum ope ſibi
reditum in patriam patefacere conatus eſt. Vnde etiã præſtans eius animus
& apud ſocios auctoritas perſpicitur. Nauigaturus enim cũ tam paucis ad
tam in-

A tam ingens facinus perpetrandum, quamuis acerbiſsima quæq; in conſpe- *Tyrãnus ab*
ctu eſſent, neq; ipſe tamen abiecit animum, neq; quiſquam è cõmilitonibus *Euagora in-*
periculorum ſocietatem deſerere uoluit: ſed & illi, tanquam deum ducem *terfectus.*
ſecuti, omnes in fide manſerunt: & ipſe, quaſi robuſtiorem quàm aduerſarij
haberet exercitum, aut futurorũ eſſet pręſcius, ſic animo affectus fuit. Neq;
hæc à me fingi, res ipſa oſtendit. Nam cum in inſulam è naui deſcendiſſet,
non caſtellum aliquod firmum occupandum cenſuit, ut corpore ſuo in tu-
to collocato circumſpiceret, an aliqui è ciuibus opitulaturi eſſent: ſed mox
anguſta quadam in mœnibus porta perfracta, ſocijs'que ſuis ſine mora per
eam introductis, impetum in regiam fecit. Porrò tumultus qui huiuſmo-
di temporibus incidunt, & cæterorum trepidationem, & exhortationes il-
lius, quid opus eſt multis dicere? Cum uerò tyranni ſatellites ei reſiſterent,
reliqui uerò ciues ſpectatores eſſent (nam alterius imperium, alterius uirtu
tem ueriti, quieſcebant) non prius pugnare deſtitit, & ſolus contra multos,
& cum paucis aduerſus hoſtes uniuerſos, quàm capta regia, & hoſtes ultus
eſt, & amicis opem tulit, & familiæ ſuæ patrios honores reſtituit, & ipſe do
minum ciuitatis ſeſe conſtituit.

Opinor autem, etiamſi nihil adderem, ſed hic finem facerem orationis Amplificatio
meæ, facilè tamen ex his cognoſci poſſe, & Euagoræ uirtutem, & magnitu facinoris Eua
dinem rerum ab eo geſtarum. Verùm opinor utraq; hæc, è ſequentibus di- goræ.
lucidius perſpectũ iri. Nam cũ tot monarchæ omnib. temporibus fuerint,
nemo reperitur, qui honorem hunc pulchrius quàm ille parauerit. Quod
ſi res geſtas Euagorę cum ſingulis illorum factis contulerimus, neq; fortaſ-
ſis oratio audientibus placuerit, neq; tempus orationi ſuffecerit. Sin præ-
ſtantiſsimis quibuſq; prolatis, eum cum illis comparauerimus, nihilo peius
habebimus, & maiore compendio rem abſoluemus. Quis igitur Euagorę
B pericula non illis anteferret, qui patria regna ſuſceperunt? Nemo enim ita
ſocors & ignauus eſt, qui hoc imperium à maioribus accipere malit, quàm
ſanctè partum, ut ab illo factum eſt, ſuis liberis relinquere. Ac inter ueteres
patriorum regnorum recuperationes hæ maximè celebrantur, quas apud
poetas audimus. Hi enim nobis non ſolum pulcherrimas ſuperiorum tem
porum commemorant, ſed pro ſua licentia nouas ipſi comminiſcuntur. ne-
mo tamen illorum de ullo fabulatus eſt, qui tam acerbis & formidabilibus
periculis aditis, in ſuum regnum redierit. Nam pleroſq; introduxerunt for
tuitò potitos imperijs: alios, qui dolo et fraude hoſtes uicerunt. At inter po
ſteriores, & fortaſsis inter omnes, Cyrum, qui Medis imperiũ eripuit, Per- *Cyrus.*
ſisq; tradidit, & plurimi & maximè admirantur. Is uerò exercitu Perſarum,
Medorum copias uicit, quod multi & Græci & Barbari facilè fecerint. Ac
hunc, animo ſuo & corpore, pleraq; ex his quæ diximus, perſeciſſe conſtat.
Deinde è Cyri expeditione nondum perſpicuum eſt, quod & Euagoræ pe
ricula fuerit aditurus: ſed ex rebus ab hoc geſtis, omnibus euidens eſt,
quod facilè illa quoq; facinora fuiſſet aggreſſus. Præterea, hic ſanctè & iu-
ſtè peregit omnia: illi uerò nonnulla nõ ſine uiolatione pietatis obtigerũt.
Noſter enim hoſtes occidit: Cyrus uerò matris patrem interemit. Quare ſi
qui ſpectare uelint, non euentuũ magnitudinem, ſed uirtutis quæ in utroq;
fuerit, contentionem faciant: iure huic etiam Euagoram prætulerint. Ac ſi
breuiter, & ſine tergiuerſatione, ac inuidiæ metu, ſed liberè aperteq; dicen
dum eſt, nemo neq; mortalis, neq; ſemideus, nec immortalis inueniet, qui
pulchrius & ſplendidius, aut magis piè, q̃ hic, regnũ ſit adeptus. Et hęc illa
ratione facilime credent, ſi his quæ nunc dicimus, aliquis nõ nimis diffiſus,
exquirere inſtituerit, quomodo regnis ſinguli præfuerint. Apparebit e-
nim, me nõ de induſtria captaſſe magniloquentiã, ſed rei ueritate adductũ,
ita confi-

ita confidenter de eo diſſeruiſſe. Nam ſiquidem paruis in rebus excelluiſ A
ſet, tales etiam orationes de eo haberi æquum fuiſſet. Iam uerò confitebun-

Regnum.

tur omnes, Regnum inter diuina & humana bona maximũ, & ſplendidiſ-
ſimum, & ſumma eſſe armorum quoq; contentione digniſsimum. Eum
igitur qui re in tota rerum natura longè pulcherrima, pulcherrimè potitus
eſt, quis orator, aut poeta, aut exquiſitor eloquentiæ, pro rerum geſtarũ di-

Diligens cogitatio & reliquæ uirtutes Euagoræ.

gnitate collaudauerit? Neq; uerò cum in his excelluerit, in alijs inferior fu-
iſſe comperietur. Sed primùm quamuis ingenio excellentiſsimo eſſet, &
plurima prudenter intelligere, fœliciterq; conficere poſſet: non tamen ne-
gligenter ac temerè quicquam agendum ſibi cenſuit, ſed in inquirendo, co
gitando, deliberando, plurimum temporis conſumpſit: exiſtimans, ſi men-
tem probè exercuiſſet, fore ut regnum ſuum floreret: & demiratus eorũ mo
rem, qui uitæ cauſa cæterarum rerum curam ſuſcipiunt, ipſam uerò mentẽ,
à qua uitæ totius uniuerſa ratio pendet, omnino negligunt: in rebus dein-
de adminiſtrandis idem planè ſenſit ac tenuit. Cum enim uideret, ſuarum
rerum diligentiſſimos curatores, moleſtijs affici minimis: & ueras animi re
miſſiones non in ignauo ocio eſſe poſitas, ſed in rectè factis, & tolerantia
laborum: nihil inexcuſſum prætermiſit. Nam ita perfectè res ſingulas tene
bat, ita ciues ſingulos norat, ut neq; inſidiatores ipſi anteuerterent, nec bo-
ni ab eo ignorarentur, ſed ut cum ſingulis pro merito ageretur. Non enim
ciues aut puniebat, aut honorabat, ex aliorum ſermonibus: ſed pro ſua con
ſcientia de eis iudicabat. Quia igitur in has curationes ipſe ſeſe collocarat,
nullis in rebus quæ ſingulis diebus incidunt, ne in una quidẽ deceptus eſt:
ſed ita piè & humaniter regnum adminiſtrauit, ut hoſpites non magis Eua-
goræ felicitatem ob imperiũ prædicarent, quàm ciues fortunatos dicerent,
qui in tali regno uiuerent. Nam hoc perpetuum eius ſtudium fuit, ne quem
iniuria læderet, & ut bonos honoraret, et pro imperij quidem autoritate cũ B
omnibus ageret, ſed delinquentes legitimis ſupplicijs coherceret. nihil ille
quidem cõſiliarijs indigebat, ſed tamen ſententias amicorum de rebus om
nibus audiebat. Familiaribus, ſodalibus, & quacunq; neceſsitudine cõiun
ctis, multis in rebus de iure ſuo concedebat, hoſtibus ubiq; ſuperior. Gra-
uitatem non toruitate uultus, ſed uitæ inſtituto præ ſe ferebat, nulla in re or
dinis aut conſtantiæ negligens: quicquid nudis uerbis recepiſſet, non mi-
nus religioſe ſeruans, quàm ſi iuſiurandum interpoſuiſſet. Animos illi fa-
ciebant non fortunæ munera, ſed conſcientia rectè factorum. Amicos be-
neficijs ſibi ſubijciebat, alios animi magnitudine ſubiugabat. Formidabi-
lis erat, non quòd multis iraſceretur, aut moleſtus eſſet, ſed quòd ingenio
longè cæteris antecelleret. Voluptatibus imperabat, non ſeruiebat: paucis
laboribus multum ocij parans, non ob paruas recreationes magnos labo-
res cumulans. Deniq; nihil prætermiſit quod in regib. requiritur, ſed è ſin-
gulis gerendæ reipublicæ rationibus, eo quod præſtantiſsimum ineſt, ſele-
cto: Popularis fuit, cultu & amore multitudinis: Politicus, gubernatione
urbis: Imperatorius, recto in periculis conſilio: Regalis, eo quòd in his om

Ab Euagora quomodo exornata & amplificata Salamis.

nibus excellebat. Hæc fuiſſe in Euagora, & plura etiam his, ex ipſis fa-
ctis facilè intelligitur. Nam cum urbem barbarie deformatam ſuſcepiſ-
ſet, ita ut ob Phœnicum imperium nec Græcos admitteret, nec artes ſciret,
nec emporio uteretur, nec portus teneret: tum hæc omnia correxit, tum e-
tiam agri multum adiecit, & muro circumdedit, & triremes ędificauit: et re
liquis apparatibus ſic urbem auxit, ut cum quauis græcarum urbium certa-
re poſsit: tantiſq; copijs munijt, ut multi nunc eam timeant, qui dudũ con-
tempſerant. Neq; uerò fieri poteſt, ut urbes ita creſcant, niſi quis talib. mo-
ribus eas gubernet, quales Euagoras habuit, & ego paulo antè ſtudui com
memorare.

A memorare. Quare nihil periculi eſt, ne maiora dicam quàm pro eius uirtu-
tibus: ſed illud uerendum potius, ne magnitudinem rerum ab eo geſtarum
oratione mea nequaquam attingam. Quis enim ſatis prædicet uirum tali
præditum ingenio, qui non ſuam tantum urbem bonis inſtitutis excoluit,
ſed & finitimos inſulæ incolas, ad manſuetudinem & moderationem dedu
xit? Priuſquã enim Euagoras regno potiretur, tam inhumani & ſęui erant,
ut eos principes optimos putarent, qui Gręcos acerbiſſimè odiſſent, & cru
deliſſimè tractarent. Nunc uerò uſq; adeò alij facti ſunt, ut æmulatione qua
dam inter ſeſe certent, qui Græcorum amantiores & ſtudioſiores uidean-
tur: & plurimi uxoribus è noſtra regione ductis, liberos ex illis ſuſcipiant,
& cùm poſſeſſionibus tum inſtitutis Græcanicis magis gaudeant, quàm pa
trijs & domeſticis: pluresq; in muſicis & alijs artib. eruditi in his locis uer-
ſentur, quàm apud eos, ubi antea degere ſoliti fuerant. neq; quiſquam eſt,
qui hæc accepta Euagorę ferenda eſſe non fateatur. Euidentiſsimũ autem
certiſsimumq; hoc ſignum eſt, & morum & ſanctitatis eius. Nam Græcorũ
cõplures, optimi & honeſtiſsimi uiri, relicta patria, habitatum in Cyprum
conceſſerunt: exiſtimantes, Euagoræ regnum plus humanitatis & æquita-
tis habere, quàm ſuas domi reſpublicas. Ac cæteros quidem nominatim
recenſere, perquàm operoſum fuerit. Cononem uerò, qui propter uirtutes *Conon adiuto*
plurimas princeps Græcorum fuit, quis ignorat, cum noſtra urbs cladem *re Euagora*
accepiſſet, ad Euagoram, ſelectum è cęteris omnibus, ſeſe contuliſſe? quod *Lacedæmoni*
exiſtimabat, ſe apud eum & ſaluti ſuæ rectiſsimè conſulturum, & reipubli- *os debellauit.*
cæ erigendę adiutorem quamprimum habiturum. Quanquam uerò prius
de multis rebus recta & fœlicia conſilia inierat, nulla tamen de re unquam
uiſus eſt quàm de his, melius ſtatuiſſe. Siquidem ita contigit, ut propter ad-
uentum in Cyprũ multis beneficijs & afficeret, & afficeretur. Quamprimũ
B enim congreſſi ſunt, pluris ſeſe mutuò fecerunt, quàm ueteres amicos. De-
inde, cùm cæteris de rebus perpetuò conſenſere, tum de noſtra ciuitate in
eàdem fuere ſentẽtia. quam cum uiderent, ingenti mutatione facta, parêre
Lacedæmonijs, grauiter moleſteq; tulerunt, ſicut utrunq; decuit. Nam al-
teri naturâ erat patria, alterum ob multa & magna beneficia lege in ciuita-
tem adſcripſerant. Cogitantibus uerò ipſis, quomodo eam è calamitatibus
eriperent, mox opportunitatem Lacedæmonij præbuerunt. Qui cũ Græ-
cis terra mariq; imperarent, inſatiabili cupiditate imperij ſubacti, Aſiam
quoq; uaſtare cœperunt. Ea igitur hi occaſione arrepta, regios duces quid
conſilij capiendũ eſſet dubitantes, docuerunt, nõ terra, ſed mari aggredien
dos eſſe Lacedæmonios: exiſtimantes, ſi peditatu cõſcripto terra uiciſſent,
mediterraneis duntaxat conſultum fore: ſin mari ſuperaſſent, totam Græ-
ciam ea uictoria gauiſuram. id quod euentu quoq; comprobatum eſt. Nam
cum duces paruiſſent, claſſe comparata, Lacedæmonij nauali prælio uicti,
imperio exuti ſunt, Græci uerò libertatem recuperarunt: & noſtra urbs
antiquæ glorię partem denuò recepit, delatumq; à ſocijs principatum acce
pit. & hęc geſta ſunt, Conone quidẽ duce. Sed Euagoras cùm ipſe ſtrenuã
operam nauauit, tum maximam copiarũ partem comparauit. Pro quibus
meritis nos eis maximos honores decreuimus, et ſtatuas poſuimus eo in lo
co, in quo Iouis Seruatoris ſimulacrũ eſt, tum illi, tum ſibi inuicem uicinas:
ut monumẽtum eſſent & maximi utriuſq; beneficij, & amicitiæ inter ipſos.
Rex uerò Perſarum, non eodem modo erga ipſos affectus fuit: ſed quo ma *Euagoras re*
iora & glorioſiora geſſerant, eo magis eos formidauit. Ac de Conone qui- *gi Perſarum,*
dem alio loco dicemus. Quę uerò mens eius erga Euagoram fuerit, ne ipſe *integrum de-*
quidem diſsimulare ſtuduit. Conſtat enim, eum in bellum Cyprium maio *cenniũ reſtitit*
re conatu incubuiſſe, quàm in cætera uniuerſa: & hunc maiorẽ & grauiorẽ

aduerſarium iudicaſſe,quàm Cyrum,qui cum eo de regno dimicauit. Cu- A
ius rei hoc maximum ſignum eſt. Nam audito fratris apparatu , adeò con-
tempſit,ut parũ abeſſet quin ob incuriã,in ipſa propè regia per eum oppri-
meretur: alterũ uerò tam diu antè formidauit,ut inter accipiendũ ab eo be-
neficia , bellum aduerſus eum moliretur : non ille quidem iuſticię regulam
ſecutus,ſed tamen non ſtulto prorſus cõſilio. Norat enim multos tum Græ
corum tum Barbarorum,ab humilibus & contemptis initijs profectos,ma
xima imperia euertiſſe.Intelligebat etiam Euagoræ magnanimitatẽ,& ſuc-
ceſſus eius,gloriamq́ rerum geſtarum non lentè progredi:ſed & inſupera-
bili eum eſſe ingenio, & fortunam habere propiciam & adiutricem. Qua-
re non iratus ob antè facta,ſed de futuris ſollicitus,neq́ Cypto tantum me-
tuens,ſed de rebus longe maioribus,bellum contra eum ſuſcepit:idq́ tan-
to cũ impetu,ut in eam expeditionem amplius quinquaginta millia talen-
tûm inſumpſerit. Euagoras tamen omnibus copijs inferior , oppoſito ſuo
conſilio contta tam immenſos apparatus , ſe in his longe admirabiliorem
præbuit,quàm in prędictis omnibus. Quoad enim eum pace frui patieban
tur,ſuam duntaxat urbem habuit. Poſtquam uerò armis ſe defendere coa-
ctus eſt, ſic uirtus eius enituit, talemq́ adiutorem filium Protagoram ha-
buit,ut parum abfuerit,quin tota Cypro potiretur. Phœnicen uerò uaſta-
uit,Tyrum ui cœpit, Ciliciam ută rege deficetet impulit : & tantam hoſtiũ
ſtragem edidit,ut multi Perſarum,ſua mala deplorantes,uirtutem illius re-
Perſarũ conſuetudo. cordentur. Tandemq́ effecit,ut eos tanta belli ſatietas caperet , ut , cùm re-
ges ſuperioribus temporibus conſueuiſſent non redire in gratiam cum ijs
qui defecerant, antequam corpora ipſorum in poteſtate haberent , cupidè
pacem fecerint,ſoluta quidem lege illa,ſed nulla diminutione facta de Eua
goræ imperio. Ac Lacedæmonijs quidem qui ea tempeſtate et gloria & po B
tentia maxima florebant,intra triennium eripuit imperium. ſed bello con-
tra Euagoram in decimum uſq́ annum prorogato , dominum earundẽ re-
rũ eum reliquit,quas ante illatũ bellũ habuerat. Et quod admiratione maxi
ma dignum eſt,quam urbem Euagoras,altero regnãte,cum quinquaginta
uiris cœpit: eam magnus rex,tantis copijs inſtructus,ſubigere non potuit.
Amplificationes. Enimuero qua ratione uel fortitudo,uel prudentia,uel uniuerſa uirtus Eua
goræ dilucidius oſtendi poſſet,quàm talibus facinoribus & periculis? Nõ
enim cętera bella tantum,ſed etiam illud ab heroibus geſtum, quod ab uni
uerſis hominibus celebratur,ſuperauit. Nam illi quidem cũ uniuerſa Græ-
cia Troiam ſolã cœperunt : hic uerò cum unam tantũ urbem haberet,bellũ
totius Aſiæ ſuſtinuit. Quare ſi tam multi laudare ipſum uoluiſſent, quàm il
los,maiorem etiam quàm illi gloriam adeptus eſſet. Quem enim inuenie-
mus illius ſæçuli,ſi nunc omiſsis fabulis,rem ipſam ſpectemus,qui talia per
Congeries. fecerit,aut qui tantarum in rebus mutationum autor fuerit? Nam & è priua
ta uita ad regnum ſuapte uirtute aſcendit, & ſuũ genus planè pulſum à rei-
publicæ functionibus,in conuenientem dignitatis gradum reſtituit : ciues
uerò è Barbaris Græcos,ex effœminatis bellicoſos , ex obſcuris celeberri-
mos effecit. Præterea cum locum eum abhorrentem à commercijs,& pror-
ſus efferatũ inueniſſet,manſuetiorem & mitiorem reddidit. Pòſt,ſuſceptis
cum rege inimicitijs, tam pręclarè eum ultus eſt,ut bellum in Cypro geſtũ
nulla obliuione ſit abolendũ. Donec uerò adhuc ei ſocius eſſet,tanto plus
in ipſo quàm in cæteris præſidij fuit,ut extra controuerſiam, ad nauale cir-
ca Gnidum pręlium,maximas ei uires contulerit. Quo confecto,rex totius
Aſiæ dominatu potitus eſt: Lacedęmonij,qui antè in Aſia graſſabantur,de
ſua patria periclitari coacti ſunt: Græci , excuſſo iugo ſeruitutis,libertatem
recupetarunt: Athenienſiũ opes ita auctæ ſunt, ut qui prius illis imperarẽt,
ad ipſos

A ad ipſos uenirent imperium tradituri. Quare ſi quis me roget, quid inter Dubitatio.
Euagorę facinora maximum eſſe iudicem, utrum nauatam operam & appa
ratus contra Lacedęmonios, propter quæ, hæc quæ diximus, facta ſunt: an
poſtremum bellum, an occupationem regni, an totam rerũ adminiſtratio-
nem: minimè ſim habiturus quid reſpondeam. Nam ſingula quæ accurati-
us apud animum meum expendo, maxima mihi uidentur. Quare, ſi qui ue *Fœlicitas E-*
terũ immortalitatem uirtute ſibi pepererunt, illum etiam eo munere digna *uagoræ.*
tũ eſſe cenſeo: his argumẽtis adductus, quòd hic in terra quoq; fœlicius, et
Deo longè acceptius, quàm illi, uixit. Nam ſemideorũ pleroſq;, & eos qui-
dem celeberrimos, inueniemus in maximas calamitates incidiſſe. Euago-
ras uerò non admirabiliſsimus tantum eſſe mox ab initio perſtitit, ſed etiã
beatiſsimus. Quæ enim fœlicitatis pars ei defuit, qui tales maiores habuit,
quales nemo alius niſi ex eâdẽ familia oriundus? tantũ uerò & corpore cæ-
teris & robore præſtitit, ut nõ Salaminos tantũ, ſed Aſiæ uniuerſæ dignus
eſſet imperio? Deinde in regno, quod pulcherrimè parauerat, uitã exegit:
cũ mortalis genitus eſſet, immortalẽ nominis ſui memoriã reliquit: tamdiu
uerò uixit, ut neq; ſenectutis expers eſſet, neq; morbis qui hanc ętatẽ comi
tanĩ, premeretur. Pręterea, quòd rariſsimè fit, et difficilimũ eſt, ut idẽ & mul
tos & fœlices liberos habeat, nę hoc quidẽ ei defuit, ſed & ipſum cõtigit. et
quod maximum eſt, neminem èſe natum reliquit, qui uulgaribus appella-
tionibus ſalutetur: ſed alium regem, alios principes, alias principũ uxores
& dominas. Quare, ſi qui poetarum de aliquo ueterum magnificentius lo-
cuti, dixere, quòd deus inter homines fuerit, aut numen, & non mortalis:
illa uniuerſa de illius natura & ingenio conuenientiſsimè dicerentur. Puto
autem me multa quæ dici deberent de Euagora, prætermittere. Deſidero
enim uigorem prioris ætatis meæ, cuius ope accùratius & ſtudioſius hanc
B laudem perfeciſſem. Verumetiam nunc, quantum in meis uiribus fuit, lau-
dibus non caret. Ego uerò, Nicocles, pulchra monumenta eſſe ſtatuo, etiã
corporũ imagines: ſed longe maioris eſſe precij puto, ſimulacra mentis & *Magni uiri*
actionum, quæ in ſolis orationibus artificioſe elaboratis conſpiciuntur. *prædicatione*
Quas ego propterea præfero, quòd ſcio præſtantes uiros nõ adeò propter *uirtutum po-*
formam corporis ſuperbire, quàm facinora nominiſq; ſui memoriam ſibi *tiſsimum hono*
laudi ducere. Deinde, quia neceſſe eſt expreſſas corporũ formas apud eos *rantur.*
duntaxat eſſe, apud quos poſitæ fuerint: ſed orationes in Gręcia uulgari, &
in cœtus eruditorum editæ magnifieri ac diligi poſſunt, apud quos florere
gloria potius eſt, quàm apud alios uniuerſos. Præterea fictis & pictis ima
ginibus, nemo naturam corporis expreſſerit: at mores noſtros & animos
qui in orationibus inſunt, ex his facile eſt imitari, ſi quis repudiata ignauia,
uir bonus eſſe meditetur. Atq; hac etiam de cauſa libentius hanc orationẽ *Nicoclis pa-*
ſcribendam ſuſcepi, quòd exiſtimaui, & tibi & tuis liberis, & cæteris ab E- *rentis præ-*
uagora oriũdis, nullam pulchriorem adhortationẽ poſſe obtingere, quàm *ſtantiam eſſe*
ſi quis congregatas eius uirtutes, & uerbis exornatas, uobis ſpectandas, *imitandam.*
quotidieq; uerſandas manibus & animis, tradidiſſet. Nam cæteros ad uir
tutis & ſapientię ſtudium, laudibus aliorum propoſitis, exhortamur, ut ea-
rum laudũ æmulatione incitati, earundem etiam uirtutũ deſiderio inflam-
mentur. Ego uerò te ac tuos, non alienis exemplis uſus, ſed domeſticis
hortor, & ſuadeo, ut in eo elabores, ne uel eloquentia, uel ſapienti rerũ ad-
miniſtratione, ſis ullo Græcorum inferior. Neq; putes ideo, quia toties de
ijſdẽ te adhortor, te accuſari à me ignauię, quaſi nũc ea negligas. Nec enim *Nicoclis en-*
uel me uel alios præterit, te & ſolum & primum ex his qui regia dignitate *comium.*
præditi, opibus & delicijs circumfluunt, ſapientiæ ſtudium amplexum, ho
neſtos labores promptiſsimè capeſſere: nec illud etiam obſcurũ eſt, quòd

D 2 multos

multos reges tuo exemplo adduces, ut omiſſis illis rebus, quibus nunc impenſius quàm par eſt delectantur, huiuſmodi præceptis et diſputationibus incumbere ſtudeant. Verùm ego quamuis hæc ſciam, nihilominus & facio, & faciam idem, quod in ludis gymnicis fit à ſpectatoribus. Nam illi acclamant curſoribus, non ignauiſsimis, ſed de uictoria cõtendentibus. Quare meum & cæterorum amicorum officium eſt, ea tum dicere, tum ſcribere, per quæ te acuemus ad ea deſideranda, quæ tibi etiam nunc placuerunt. Te uerò decet nihil prætermittere, ſed ut in præſentia, ſic etiam in poſterũ, dare operam, & exercere ingenium, ut & patre dignũ te præbeas, & cæteris tuis maioribus. Nam cùm omnibus conuenit magnifacere ſapiẽtiam: tum uerò uobis, qui in multos habetis imperium, in primis. Minimè uerò cõtentus hoc eſſe debes, ſi iam præſentibus præſtantior es: ſed indignari, ſi ipſe tali præditus ingenio, &, ſi prima origo repetatur, Ioue: ſin ad proxima ueniamus, è uiro uirtute præſtantiſsimo natus, nõ multum antecellas cùm cæteris, tum illis quoq; qui in pari dignitatis gradu collocati ſunt. Eſt autem in te ſitũ, ne his fruſtrere. Nam ſi in ſtudio ſapientiæ perſeuerabis, & tantos progreſſus feceris, quantos hactenus, celeriter talis eris, qualẽ te eſſe decet. A

HELENAE ENCOMIVM.

ARGVMENTVM.

ARgumentum huius orationis ex inſcriptione ſatis intelligitur. Eſt autem (ſi dicere liceat) τὸ ἐπιχείρημα ferè μεῖζον τοῦ θυλάκου, & πλείω τὰ πάρεργα τῶν ἔργων. Nam dum ſophiſtas reprehendit, dum Theſei res geſtas ornat, dum Paridem excuſat, dum ſeipſum tuetur, magna orationis pars in digreßionibus prolixis quidem, ſed & egregijs tamen, & ab inſtituto non prorſus alienis, conſumitur: ut ſterile per ſe argumentum, inuectis aliunde bonis locupletetur. Partem περὶ κάλλους, peculiari opere Lucianus æmulatus eſt, conatu maiore (ſi doctis credimus) quàm ſucceſſu. B

Reprehenſio ſophiſticarũ abſurditatum.

SVNT qui ſibi ualde placeant, ſi de argumento abſurdo & admirabili tolerabiliter dicere queant. Quare per omnem ætatem in ore habent, alij, non poſſe mentiri quenquã, aut contradicere, neq; duas de rebus ijſdem contrarias orationes haberi: alij, fortitudinem & ſapientiam & iuſticiam idẽ eſſe, neq; nos iſtarum rerum naturâ quicquam habere, ſed unam eſſe ſcientiam qua hæc omnia tradantur: alij tempus in rixis terunt, quæ quidem utilitatis nihil habent, ſed id duntaxat præſtant auditoribus, ne ocio & tranquillitate animi fruantur. Ego uerò, ſi has ineptias nuper in eloquentiæ ſtudium inuectas uidiſſem, & iſtos de inuentorum nouitate gloriari, non perinde miratus eſſem eorum inſolentiam. Nunc uerò quis adeò rudis eſt, qui non norit, Protagoram, & illius temporis ſophiſtas, talia, & his longè operoſiora et difficiliora ſcripta nobis reliquiſſe? Nam quî ſuperari ab ullo poſſet Gorgias, qui dixit, Nihil in rerum natura eſſe quod ſit? aut Zeno, qui probare conatur, eadem & poſſe & non poſſe fieri? aut Meliſſus, qui, cum res infinitæ ſint, demonſtrationes inuenire conatus eſt, tanquam unum quiddam eſſet tota rerum uniuerſitas? Quanquam autẽ illi tam euidenter oſtenderũt, facile eſſe de quacunq; re uiſum fuerit, falſam orationem comminiſci: adhuc tamen in eo loco immorantur iſti, quos decuit, omiſſis præſtigijs illis (per quas, in uerbis cõuincere ſe profitent, reipſa uerò iam olim ipſi conuicti ſunt) ueritati ſtudere, & ſuos auditores in illis rebus quæ in uita cõmuni uſum habent, erudire, atq; in actionib. ciuilibus earumq; peritia exercere. illud cogitantes, lõgè præſtabilius eſſe, de rebus utilib. mediocres opiniones habere, quàm ſuperuacaneas exquiſitè didiciſſe: et paululũ eminere in magnis, quàm in paruis quę uitã nihil iuuãt multũ excellere.

Argumenta nec noua, nec utilia.

Protagoras.

Gorgias.

Zeno.

Meliſſus.

Vtilia uitæ docenda.

A excellere. Verùm iſtis nihil aliud curæ eſt, niſi ut ab adoleſcentib. pecunias
colligant: idq; pręſtare poteſt cõtentio de rixis. Nam qui neq; publicã neq;
priuatam rem curant, hi diſputationibus illis potiſsimum delectantur, quæ
omni prorſus utilitate carent. Et quidem adoleſcentibus omnino uenia
huius erroris danda eſt, cùm omnibus in rebus ea maximi faciant, quæ ſu-
peruacanea, & à communi ſenſu abhorrentia ſunt. Magiſtri uerò iſti (ſi dijs *Adoleſcentes*
placet) obiurgari merentur, quòd eos accuſant qui in cõtractibus fraudãt, *ineptijs gau-*
& ſermone ad iniuriam abutuntur: ipſi uerò interim longè grauius peccãt. *dent.*
Nam illi alijs nocent, hi uerò familiares ſuos atq; diſcipulos potiſsimum *Impoſtores*
circumueniunt. Tantopere autem auxerunt mentiendi licentiam, ut iam *magiſtri.*
quidam uidentes, iſtos huiuſmodi rebus diteſcere, ſcribere audeant, mendi
corum & exulum fortunam fœliciorem, & magis expetendam eſſe, quàm
cæterorum hominum uitam. Id autem uenantur, ut uulgò perſuadeant, cũ
de rebus ita improbatis uerba ipſis ſuppetant, ad res præclaras exponẽdas,
luculenta oratione & copioſa ſe facilè abundaturos. Mihi uerò nihil ita ri *Eloquentiæ*
diculũ uidetur, quàm quòd his orationibus probare ſtudent, ſe rerũ ciuiliũ *uis in magnis*
peritos eſſe: cùm in illis ipſis quæ pollicentur, ſpecimen eruditionis ſuæ *argumentis*
præbere poſſent. Nam qui prudentia præſtare cæteris, & ſophiſtæ uideri *oſtentanda.*
uolunt, oſtentare ingenia & præſtare indoctis debent, non in rebus quas
alij Græci negligunt: ſed in illis, in quibus æmulos & aduerſarios, uniuer-
ſos habituri ſunt. Nunc uerò perinde faciunt, ac ſi quis pugilum præſtan-
tiſsimum ſeſe profiteatur, & eum in locum deſcendat, quo eum nemo ſequi
dignetur. Quis enim ſanæ mentis homo, calamitates laudare inſtituat? Sed
facilè cernitur, quòd ob ingeniorum infirmitatem eò confugiunt. Eſt enim
eiuſmodi ſcriptionũ una quædam uia, quam nec inuenire, nec diſcere, nec
imitari difficile eſt. At cõmunes & fide dignæ ac ueriſimiles orationes, per
B multas formas & occaſiones obſeruationesq; cognitu difficiles, inueniun-
tur & diſcuntur: ac tanto difficilius componuntur, quanto grauitas ſcurri-
litate, res ſeria ludis & iocis laborioſior eſt. Quod ex eo probatur, quòd ne
mo unquam qui apes, & ſalem, & reliqua eius generis, laudare uoluit, uer-
bis deſtitutus eſt. Qui uerò de rebus omnium confeſsione præclaris & bo-
nis, aut uiris uirtute præſtãtibus, aliquid dicere conati ſunt: hi uniuerſi, lon
gè tenuius, quàm pro argumentorum magnitudine, dixerunt. Non enim
eiuſdem ingenij eſt, pro utrarumq; dignitate dicere: ſed parua expeditũ eſt
oratione ſuperare: ingentium æquare dicendo magnitudinem, difficilimũ.
ac de reb. glorioſis difficile eſt dicere aliquid, quod nemo antè dixerit: ſed
de rebus contemptis et humilibus, quicquid fortè dixeris, omne proprium
eſt. Quapropter eum qui de Helena ſcripſit, maximè laudo inter eos qui
bene dicẽdi ſtudium habuerunt, quòd eam mulierem celebrandam duxit,
quæ & genere, & forma, & gloria, præſtantiſsima fuit. Sed ille tamẽ interim *Gorgias non*
etiam quiddam non animaduertit. Nam cum ſe laudationem eius ſcribere *encomium, ſed*
profiteatur, defenſionem potius factorum eius nobis reliquit. Non autem *apologiã He*
eiuſdem generis eſt, nec de rebus ijſdem, oratio. imò nihil fieri poſſet magis *lenæ ſcripſit.*
contrarium. Defendendi enim ſunt, qui alicuius iniurię accuſantur: laudan
di, quorum eſt aliqua, præter cæteros, præſtantia uirtutis, aut aliarũ rerum.
Ne uerò, id quod facilimum eſt, facere uidear, ut in reprehenſione aliorum
nihil ipſe meum proferam, conabor de hac ipſa dicere, prętermiſsis omnib.
quæ cæteri dixerunt. Orationis aũt exordiũ, à primordio generis ipſius du
cam. Nam cum ſemidei plurimi à Ioue procreati ſint, ſolius huius mulieris *Helena Io-*
pater uocari uoluit. & quanquam Alcmenæ filium maximi fecerit, tanto *uis filia.*
plus honoris tamen Helenæ habuit, ut illi quidem robur dederit, quod ui *Helenes & Hercu*
cæteros omnes uincere poteſt: huic uerò pulchritudinem attribuerit, quæ *lis comparatio.*

ipſi robori imperare ſolet. Quia uerò ſciebat, non quiete & ocio, ſed bellis A
& periculis, ſplendorem & excellentiam contingere: nec ipſorum corpora
tantum immortalitate donare, ſed etiam pèrpetuitatem nominis & gloriæ
dare decreuerat: alterius uitam laboribus & periculis plurimis obnoxiam
Rapta à Theſeo. eſſe uoluit, alterius formam illuſtrem & expetendã reddidit. Ac primùm
Theſeus, Aegei nomine, reipſa Neptuni filius, uiſa ea, dum quidem imma
tura erat adhuc, ſed forma longè præſtantiſſima: uſq; adeò à pulchritudine
eius ſuperatus eſt, alios uincere ſolitus, ut, cum patriam haberet ampliſsi-
mam, & regnum tranquilliſsimum: opinatus in illis ipſis bonis, uitam ſibi
acerbam fore, niſi eam coniunctam haberet: poſtquam uoluntate parentũ
& fratrum ea potiri non potuit (nam expectabant illi & ætatem puellæ, &
oraculũ Delphicũ) ſpreto Tyndarei regno, & Caſtoris Pollucisq; uiribus,
Pirithous. & periculis omnib. quæ à Lacedęmonijs imminebant, Aphidnam quæ At
ticæ urbs eſt, ui raptam pertulerit. Tanto ſe autem Pirithoi beneficio, qui
in ea rapienda ſocius & adiutor fuerat, affectum eſſe putauit, ut inſtituente
illo ambire Proſerpinam Iouis & Cereris filiam, & eum, ut ſecum deſcende
ret ad inferos, aduocante, poſtquam dehortando & diſſuadendo nihil pro
fecit: quanquam in conſpectu erat calamitas, tamen eum comitatus ſit: exi-
ſtimans hanc mercedem eius deberi meritis, & ſuſceptę unà periculi ſocie-
Theſeus facinorum Herculis æmulus. tati, ne quicquam quod iuſsiſſet Pirithous, detrectaret. Si igitur is qui
hæc egit, uulgaris aliquis aut plebeius fuiſſet, & non uir excellentiſsimus:
nondum appareret utrum hæc laus Helenes, an Theſei potius eſſet accuſa-
tio. Iam uerò inueniemus inter alios celebres uiros, alium fortitudinis, aliũ
ſapientiæ laude, alios alijs huiuſmodi uirtutibus caruiſſe: huic uerò ſoli de-
fuiſſe nihil, ſed eius induſtriæ & fœlicitati, uirtutem ſuis numeris omnibus
abſolutam, contigiſſe. Lubet autem de eo dicere prolixius. Nam laudato-
res Helenæ hoc argumento maximam ſibi fidem conciliaturos exiſtimo, ſi B
oſtenderint, amatores & admiratores eius, ipſos inter cæteros admirabi-
liſsimos extitiſſe. Nam quæ noſtra ætate facta ſunt, de illis haud iniuria no-
ſtrum iudicium interponimus. ſed in rebus ita remotis à noſtra memoria,
par eſt, ut cum illorum temporum prudentibus uiris conſentiamus. Pul-
cherrimum autem hoc eſt, quod poſſum de Theſeo dicere, quod Herculis
temporibus natus, ita ſe geſsit, ut pari cum eo gloria floreret. Nec enim ſi-
mili ferè armorum genere duntaxat ſeſe ornarunt, ſed eadem quoq; ſtudio
habuerunt, ut decebat eorum neceſsitudinem. Nati uerò è fratribus, alter
Ioue, Neptuno alter, fraternas etiam cupiditates habuerunt. Nam hi ſoli ex
omni memoria, pro defenſione humani generis, ut ſtrenui athletæ, ſemper
uelut in procinctu ſteterũt. Sic aũt contigit, ut alter celebriora & maiora, al
ter utiliora & Gręcos propius attingẽtia certamina ſuſciperet. Nam illi Eu
ryſtheus imperabat, ut boues ex Erythea abigeret, ut mala Heſperidũ af-
ferret, ut Cerberum adduceret, & alios tales labores ſubiret, quibus nihil
alijs profuturus, ſed ipſe pericula ſubiturus erat. Hic uerò, cũ ſui iuris eſſet,
ea certamina delegit, quibus uel Græciam, uel patriam ſuam, beneficijs ſibi
Taurus Marathonius. obligaret. ac tum Taurũ immiſſum à Neptuno, qui agros uaſtabat, timidè
refugientibus alijs omnibus, ſolus domuit, magnoq; metu & magna deſpe-
ratione, omnes urbis incolas liberauit: tum deinceps Lapithis auxiliatus,
Centauri. & expeditione cõtra Centauros bimembres, & celeritate & uiribus & au-
dacia præſtantes ſuſcepta, qui urbes alias uaſtarant, alijs imminebant, alijs
minitabantur: his prælio uictis, mox quidem eorum ferociæ proteruitatiq;
modum ſtatuit, ac non multo pòſt genus eorum prorſus deleuit. Circa ea-
Minotaurus. dem tempora, cum monſtrum illud in Creta educatum, ſed ex Paſiphae So
lis filia natum eſſet, cui tributi nomine noſtra urbs bis ſeptenos pueros,
ſingulis

A ſingulis annis,ex oraculo,mittebat: cum uideret eos duci,toto populo co-
mitante,ad necem indignam,certumq́ interitum,& uiuentes adhuc luge-
ri tanquam mortuos: ita indignatione exarſit, ut potius eſſe duxerit emo-
ri,quàm uiuere turpiter,ſi ipſe princeps urbis,eam cogi pateretur,ut hoſti-
bus tam miſerabile tributum penderet. Conſcenſo igitur unà cum illis na-
uigio,& ea natura ſuperata,quæ quidē è uiro & tauro conflata erat,ſed tan
to robore pollebat, quanto par eſt eam quæ talibus corporibus conſtat:nō
tantum pueros parētibus incolumes reſtituit,ſed etiam urbem tam iniuſto,
tam acerbo & ineuitabili mandato liberauit. Equidem ſum animi dubius,
quid conſilij de reliquis capiam. Nam poſtquam ad Theſei facinora perue Excuſatio
ni,deq́ illis dicere cœpi:uereor in medio curſu oratione abrupta, Scironis prolixioris
& Cercyonis,aliorumq́ eius generis immanitatem prætermittere. quibus commemora
ille fortiter ſuperatis, multarum & magnarum calamitatum Græcis reme- tionis de The
dium attulit. Sed uideo me modum excedere,uereorq́ ne qui me putent ſeo.
de hoc magis laborare,quàm de ea propter quam hæc inſtituta fuit oratio.
Ob hæc utraq́ igitur ſtatui,plurima quidem tranſire ſilentio, ad uitandum
auditorum faſtidiū:ſed cætera, quàm breuiſsimè licuerit,percurrere, ut par
tim illis,partim mihi ipſi gratificer.neq́ prorſus illorum inuidiꝑ cedam, qui
ex maleuolentia,nihil quod dicitur,non cauillari conſueuerunt. Fortitu-
dinis igitur ſuæ ſpecimen in his facinoribus edidit, in quibus ipſe ſolus ſuo
corpore periclitatus eſt. Sed rei militaris ſcientiam in prꝑlijs oſtendit,quꝑ
uniuerſæ ciuitatis copijs munitus fecit. Pietatem uerò erga deos, & in A- *Herculis li-*
draſti, & liberorum Herculis ſupplicationibus. Nam hos,prælio uictis Pe- *beri.*
loponnēſibus,ſeruauit:illos ſub Cadmea cæſos, Thebanis inuitis,ſepelien *Argiui ad*
dos tradidit. Cæteras uerò uirtutes & moderationem, cùm in his quꝑ dixi- *Thebas occiſi.*
mus,tum in urbis adminiſtrandæ ratione. Cum enim animaduerteret, eos *Democratia*
B qui ciuibus per uim imperare ſtuderēt,ſeruire alijs, & qui cæteris uitam pe- *per Theſeum*
riculoſam redderent,ipſos metu perterritos uiuere,cogiq́ ut bella gerant, *Athenis con-*
ciuibus quidem adiutoribus aduerſus hoſtes, copijs uerò aliunde paratis *ſtituta.*
contra ſocios in republica: præterea,ſpoliare templa deorū, optimos ciues *Tyrannorū*
interficere, diffidere coniunctiſsimis,nihilo ſpe meliore aut hilarius uiuere *ſcelera & ca-*
quàm qui in uincula coniecti, iudicium capitis ſubituri ſunt: ſed foris qui- *lamitates.*
dem fœlices uideri,ipſos uerò apud ſeſe pluribus quàm alios moleſtijs con
fici: (quid enim acerbius eſt, quàm in perpetuo metu uiuere, ne à proxi-
mè aſſiſtente iuguleris, & cuſtodes non minus formidare quàm inſidiato-
res?) his omnibus contemptis, & exiſtimans id genus hominum non eſſe
principes,ſed peſtes ciuitatum: demonſtrauit, facilius eſſe, ſimul & impera
re, & nihilo uiuere moleſtius, aut maiore cum periculo, quàm eos qui pari
cum cæteris ciuibus iure acquieſcunt. Ac primùm quidem ciuitatem, quæ
prius ſparſim & uicatim habitabatur, in unum locum cōgregatam, tantam
effecit, ut etiam nunc, ex eo tempore, græcarum urbium ampliſsima ſit.
Deinde patriam communem omnibus conſtituit: & libertati aſſertis ciuiū
animis, in contentione honorum, parem aditum ad magiſtratus omnibus
eſſe uoluit. Confidebat enim, ſe non minus fore principē, ſi ſeſe exercerent,
quàm ſi torperent ignauia. Et cum ſciret, eos honores qui à uiris magnani-
mis deferuntur, longè ſuauiores eſſe, quàm illos qui à ſeruitute oppreſsis
habentur: tantū abfuit ut quicquam ciuibus inuitis ageret, ut ipſe quidem
ſummam rerum penes populum eſſe uellet, illi uerò ſoli ipſi principatum
deferrent: exiſtimantes, eius monarchiam fideliorem et æquiorem fore, ſua
ipſorū democratia. Non enim, quod alij ſolent, labores ciuibus mandabat,
uoluptatibus ſolus ipſe fruebatur: ſed pericula ſibi ſeorſim uendicabat, uti
litates communes omnibus eſſe uolebat. Quare uitam etiam ſine ullis inſi-
dijs,

dijs,ſumma omnium caritate peregit,non peregrino milite imperium mu- A
niens,ſed beneuolentia ciuium ſatellitij uice uſus:poteſtate rex, beneficijs
popularis. Tanta enim æquitate,tam præclarè urbem adminiſtrauit, ut e-
tiam hodie quoddam eius manſuetudinis ueſtigium,in noſtris inſtitutis re
liquum,animaduertatur. Non'ne igitur eam quæ & Ioue nata,& tantę uir

Accõmodatio laudum Theſei,ad propoſitum.

tuti ac modeſtiæ dominata eſt,laudari decet,ac honorari, cũ hac perſuaſio-
ne,longè omnibus omniũ temporũ hominibus eam præſtitiſſe? Nec enim
teſtem fide digniorem , neque iudicem magis idoneum bonorum,quibus
Helena prædita fuit , quàm Theſei morem adducere poterimus. Ne uerò
uidear ob inopiam in hoc loco immorari,aut abuſus uiri unius gloria, eam
laudare:quæ reſtant,explicabo. Nam cum poſt Theſei deſcenſum ad infe-

Helena ab omnibus Græciæ principib. expetita.

ros,Lacedæmonẽ reuerſa,iam nubilis eſſet, uniuerſi reges illius tẽporis,&
principes urbiũ,idẽ quod Theſeus de ea ſenſerũt. Quanquam enim poteſtas eis
dabatur,primarias è ſuis urbib. mulieres deligendi:ſpretis tamẽ domeſticis
nuptijs,ad eam profecti ſunt,ambiendi gratia. Cũ uerò nondũ eſſet explo
ratũ,cõmuni adhuc fortuna, quis'nam eius cõiugio potiretur : adeò nemo
tamen erat qui uocaret in dubiũ,quin armis de ea dimicandũ foret, ut indi-
ctis comitijs,fidẽ ſibi mutuò dederint : ſe omnino adiuturos dignatũ illius
cõnubio,ſi quis eam per uim abduxiſſet. ſinguli enim putabant,ſe ſibi prę-
ſidium illud parare . Spe igitur priuata,uno uiro excepto, ſunt omnes fru-

Iudicium Paridis.

ſtrati. ſed communis opinio quæ de ea fuit,fefellit neminem. Poſt paruum
enim temporis ſpacium,orta inter deas lite de formæ præſtantia,cuius arbi
ter honorarius Priami filius Alexander delectus eſt:ac Iunone dante regnũ
Aſiæ,Minerua uictoriam in bellis, Venere coniugium Helenes : cum non
poſſet inter corpora dijudicare,neque diuinorum uultuum fulgorem ſuſtine
re,ac munerum potius eſſe iudex cogeretur : familiaritatem Helenes cæte-
ris omnibus antepoſuit. non quòd uoluptates præcipuè ſpectaret (quanquam B
enim eas uiri ſapientes multis alijs rebus præferunt , non tamen eò impul-
ſus eſt) ſed deſiderauit Iouis gener fieri, & nominari: exiſtimans , eum ho-
norem lõgè maiorem & præclariorem eſſe, quàm Aſiæ regnum. ac magna
imperia & potẽtiam etiam nihili hominibus olim obuentura: tali uerò mu-
liere, èx omni poſteritate neminem dignatum iri. Animaduerit etiã, ſe nul
lum pulchrius patrimonium ſuis liberis poſſe relinquere , quàm ſi tam pa-
ternam quàm maternam originem ad Iouem referrent. Norat enim, cætera
fortunæ còmmoda celeriter interire , aut tranſire ad alios : ſed nobilitatem
apud eoſdem perpetuò reſidere . Quare hunc delectum in totius ſui gene-
ris commodum ceſſurum proſpiciebat, cũ cætera munera non ultra ſui æui
terminos duratura eſſent. Nemo autem uir prudens eſt, quin hæc eſſe pru-

Defenſio Paridis.

dentiſsimè cogitata fateatur. Sed quidam ex eorũ numero, qui nihil quod
rem anteceſsit, conſiderant, ſed ex euentu iudicant omnia, cõuicijs eum in-
ceſſere non dubitarunt : quorum amentia, ex ipſis maledictis, animaduerti
ab omnibus facilè poteſt . Quid enim magis ridiculum admittere queant,
quàm ſi ſua ingenia illi antecellere ſperent , cui ex uniuerſo mortalium ge-
nere, ſapientię primas deæ detulerunt? Nec enim quibus de rebus tanta in
ter ipſas orta eſt contentio, earũ fortuitò quempiam oblatum, arbitrũ ſum-
pſerunt: ſed apparet nimirum, nihilo minus eas in optimo iudice deligẽdo
ſtuduiſſe, quàm de re ipſa laborarunt. Conſiderandum autẽ eſt, qualis fue
rit: & iudicium de eo faciendum, non è uictarum iracundia, ſed è communi
conſenſu illarum omnium , in eo iudice deligendo. Nihil enim prohibet,
quin à potentioribus malè accipiantur etiam innocentes: at cum honorem
adipiſci, ut qui mortalis eſt, dearũ iudex fiat, id uerò contingere nõ poteſt,
niſi uiro laude ſapientiæ præſtantiſsimo . Miror autem , eſſe quenquam,
qui malè

A qui malè ſibi conſuluiſſe illum putet, qui cum ea uiuere decreuerit, propter
quam multi ex ſemideis emori uoluerunt. An uerò nõ deſipuiſſet, ſi ſciens
deas de forma contendere, formam ipſe ſpreuiſſet: nec id maximum donũ
exiſtimaſſet, quod ab illis quoq; maximi fieri uidebat? Quis uerò coniugiũ
Helenæ aſpernatus eſſet, qua rapta, Græci non ſecus indignati ſunt, quàm
ſi tota Græcia uaſtata fuiſſet? Barbariq; ita ſuperbierunt, ac ſi nos omnes
ſuperaſſent? Neq; uerò obſcurum eſt, quibus animis utriq; fuerint. Nam
cum antea multa inter eos crimina interceſsiſſent, propter alia nihil moue-
runt, ſed ob hanc tantum bellum concitarunt, non tantùm iræ magnitudi-
ne, ſed & longitudine temporis, & multitudine apparatuum, quantum ad
eum diem nullum unquam extiterat. Quamuis autem poteſtas daretur, al
teris, Helena reddita, urgentibus malis & periculis liberari: alteris, ea ne-
glecta, in omne deinceps tempus domi ſecurè uiuere: neutri hæc uoluerũt.
ſed illi patiebantur potius & urbes excindi, & agros uaſtari, ne Gręcis eam
concederent: hi malebant in aliena terra conſeneſcere, & patriã potius nun
quam intueri, quàm hac relicta domum reuerti. Et hæc egerunt, non quòd
uel Alexandrum uel Menelaum tanti facerent: ſed alteri pro Europa, alteri
pro Aſia dimicabant: exiſtimãtes, in utra corpus eius incoleret, eam regio-
nem fœliciorem fore. Tanta uerò cupiditas inceſsit laborum & expeditio
nis illius, non Gręcis tantum et Barbaris, ſed dijs etiam, ut ne filios quidem
ſuos à Troiani belli diſcriminibus abeſſe uoluerint. Nam Iupiter præſcius
fati Sarpedonis, Aurora Memnonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis: ta
men eos cohortati, cæteris adiunxerunt. exiſtimantes, glorioſius ipſis fore,
ut dimicantes de filia Iouis occumberent, quàm ut expertes illorum pericu
lorum, domi conſeneſcerent. Quis uerò miretur, eos de ſuis filijs ita ſta-
tuiſſe, cum ipſi dij in eo bello multo acrius & uehementius præliati ſint, q̃
B contra Gigantes? Nam contra illos coniunctis uiribus dimicarunt: at pro-
pter hanc ipſi inter ſeſe digladiati ſunt. Probabiliter autem & illi ſic ſenſe *Encomiũ pulchritudinis.*
runt, & hac grandiloquentia mihi uti conceſſum eſt. Nam inſigni pulchri
tudine prædita fuit, qua in tota rerum natura nihil eſt auguſtius, nihil pre-
cioſius, nihil diuinius. Cuius uires hinc facilè intelliguntur. Multa enim
ſunt, quibus plus honoris habeatur, quàm uel fortitudini, uel iuſticiæ, uel
ſapiẽtiæ. at, quæ pulchritudine deſtituuntur, illorũ nihil inueniemus quod
diligatur, ſed contemni potius omnia, quæ huius boni expertia ſunt: & uir
tutem propterea potiſsimum celebrari, quòd omnium actionum & ſtudio
rum pulcherrima eſt. Quantoperè uerò pulchritudo antecellat omnib. re-
bus, è noſtris affectionibus erga formoſos intelligi poteſt. Nam cæteris re-
bus, quarum uſus aliquis nobis eſſe poteſt, tantum potiri uolumus, animi
uerò propenſione ulterius haud progredimur. ſed pulchrorum amor na-
tura nobis eſt inſitus, cuius tanto maiores uires ſunt, quàm ut conſultandi
ſpacium prębeat, quanto res ipſa potentior eſt. Et his qui ſapientia, uel alia
quapiam ſimili facultate pręcellunt, inuidemus, niſi nos quotidianis benefi
cijs alliciant, & ſui amorem extorqueant: at formoſis, è primo aſpectu, be-
neuolentia coniungimur: & eos ſolos, quemadmodum deos, colendo nõ
defatigamur: ſed ſuauius eſt illis ſeruire, quàm alijs imperare: maioremq;
illis gratiam habemus, ſi multa imperent, quàm ſi nihil faciendum denun-
cient. Et qui alicui alij facultati, ut opib. aut potentiæ ſeruiũt, illis adulatio-
nis crimen impingimus: at famulos pulchritudinis, elegantes et induſtrios
exiſtimamus. Tantam uerò pietatem & prouidentiam formæ impendi-
mus, ut ſi qui formoſorum, malo conſilio florem ætatis proſtituerunt, ſeue-
riore cenſura notemus, quàm eos qui in aliena corpora deliquerunt. Qui
uerò ita ſuam formam cuſtodiũt, ut tanquam in templum, nullus improbis

pateat aditus: eos deinceps honoramus, perinde ac ſi toti ciuitati beneſeciſ A
Iouis & deorum amores. ſent. Et quid opus eſt humanis opinionib. recenſendis immorari? cū ipſe Iupiter in alijs potentiā ſuam demōſtret, ad pulchritudinem uerò humili perſona aſſumpta, dignetur accedere? Nam ſub Amphitryonis ſpecie, ad Alcmenam uenit: in aureum hymbrem mutatus, cum Danae cōgreſſus eſt: cygnus factus, in ſinum Nemeſeos confugit: ac iterum, ſub eiuſdem auis ſpecie, Ledam ſibi deſpondit. Semper autem arte quapiam, nunquam ui, tales naturas uenatus eſt. Tanto autem apud deos forma honoratior eſt quàm apud nos, ut etiam ſuis uxoribus, ſi alicuius pulchritudine uincantur, ignoſcant. Ac multæ immortalium proferri poſſunt, quæ ab humana forma uincerentur: tantum abeſt, ut ulla rem eam ſibi dedecori eſſe putans, clàm habere ſtuduerit, ut tanquā re bene ac laudabiliter geſta, hymnis celebrari potius,
Diuina Helenæ potentia. quàm ſileri uoluerint. Cuius rei hoc euidētiſsimum ſignū eſt, quòd plures inuenimus, ob formę pręſtantiā immortalitatem adeptos, quàm propter uirtutes cęteras uniuerſas. Quibus Helena tanto meliore conditione fuit, quanto etiam facie ipſis præſtitit. Non enim tantū immortalitatem adepta eſt,
Caſtor & Pollux. ſed poteſtatem diuinā conſecuta, primùm fratres, qui fato iam cōceſſerant, inter deos retulit. Cum autem euidentem facere mutationē illam uellet, honores ita manifeſtos eis dedit, ut in mari cōſpecti, periclitantes ſeruent, qui
Menelaus. cunque ipſos piè inuocauerint. Deinde Menelao tantam gratiā retulit, pro laboribus & periculis ſua cauſa ſuſceptis, & aditis: ut cū genus uniuerſum Pelopidarū interijſſet, malis inexplicabilibus intricatū, non tantū ex illis malis eum eripuerit, ſed mortalem eius ſortem diuinitate mutarit, eumque contubernalem ſibi & aſſeſſorem in uniuerſum æuū conſtituerit. Harū rerum Spartiatarum urbs, diligentiſsima uetuſtatis cuſtos, reipſa teſtimoniū mihi perhibebit. Nam in hodiernū uſque diem Therapnis in Laconia, patrio ritu ſanctè illis ſacra faciunt, non tanquā heroibus, ſed utriſque ut diuis. Oſtendit B
Steſichorus. aūt etiam Steſichoro ſuam potentiā. Qui quū initio ſui carminis, eam nōnihil perſtrinxiſſet maledictis, ſurrexit oculis orbatus: ſed poſtquā, cauſa calamitatis intellecta, palinodiā, quā uocant, fecit, eius beneficio uiſum recepit.
Homerus. Quinetiam Homericorū interpretū quidā aiunt, eam noctu Homero apparuiſſe, ac mandaſſe, ut de illis ſcriberet, qui ad Troiā militaſſent, ut ita mors eorum optabilior, quàm aliorū uita redderetur: & ex parte quidē, etiā propter Homeri ſolertiā: in primis uerò propter Helenam, ita uenuſtā, gratioſam, & apud omnes celebrē eſſe factā eius poeſin. Eos igitur qui opib. pollent, donarijs et ſacrificijs & ſupplicationibus, cæteriſque cultib. eruditos, ſtudioſa & honorifica celebratione ipſam placare & honorare decet, ut quæ tum irrogare pœnā, tum gratiā referre poſsit. Nam liberaliter inſtitutos, tales ei primitias immolare cōuenit. Plura ſunt aūt quę præterij, quàm quæ cōmemora
Artes & libertas accepta ferenda Helenæ. ui. Nam præter artes & quædā ingenioſe cogitata, cæteraſque utilitates quæ in illā Troianūque bellū referri poſsēt, iure id quoque acceptū Helenæ referet, quòd Barbaris ſeruire nō cogimur. Teſtanť enim hiſtorię, cū Gręci propter eam, concordiā iniſſent, expeditione ſuſcepta cōtra Barbaros: tum primùm Europam tropæū contra Aſiam erexiſſe. Vnde res noſtræ ita mutatæ ſunt, ut paulo ſuperiorib. temporibus, ſi qui inter Barbaros infelices erant, imperiū in Gręcas urbes ſibi arrogarēt. Nam Danaus ex Aegypto profugus, Argos occupauit. Cadmus Sidonius Thebis imperauit: Cares, inſulas tenuerūt: Pelops Tantali filius uniuerſam Peloponneſum ſubegit. ſed poſt illud bellū, noſtræ gentis opes & uires ita auctæ ſunt, ut & multas urbes, & multū regionis, Barbaris eripuerint. Quare ſi qui ſunt qui hæc uelint expolire & dilatare, nō illis occaſio defutura eſt, ut Helenā extra ea quę diximus laudent, ſed inuenient & multa & præclara et noua dicendi de ea materiam.

BVSI.

BVSIRIS.

ARGVMENTVM E GRAECO.

A *HAec oratio ad Polycratem, ſophiſtam quendam, ſcribitur, paupertate ad profitendã rhetoricam adactum: qui quidem genere Athenienſis erat, ſed tum in Cypro docebat. Scribit autem ei Iſocrates, ut amicus, ad ea eius errata corrigenda, quæ in orationibus duabus, Encomio Buſiridis, & accuſatione Socratis, admiſerat. Hic enim eſt, qui Anyto & Melito eam orationem ſuppeditauit, qua Socrates capitis accuſatus eſt. Accuſationis autem capita fuerũt hæc, quòd nouos deos apud Athenienſes introduceret, dicens, colendas eſſe auiculas, & canes, & eius generis alia: eoq́ pacto ſtudioſos adoleſcentes corrumperet. Quæſiuerunt autem aliqui, quam ob cauſam non recta uia contra hunc ſophiſtam diſputarit Iſocrates? an magiſtro illi pepercerit? Nos uerò dicimus, eum iram eſſe ueritum Athenienſium, qui Socratem recens condemnarant. Videtur autem eos hac oratione uelut arguere, quòd iniuriam optimo uiro fecerint. & quidem ipſos deinceps impij ſui iudicij pœnituit, ac graui peſtilentia afflicti, pœnas dederunt Socratis temerè interfecti. Perijt autem, Lachete prætore. Vnde poſtea edixerunt, ne quis in poſterũ Socratis publicè, uelut in cõmuni theatro meminiſſet. Narratur autẽ huiuſmodi quiddam accidiſſe: Euripidem, quum aliquid de eo dicere uellet, nec id tamen auderet, finxiſſe fabulam de Palamede, ut ſub eius perſona occaſionem haberet obſcurè ad Socratis interitum, & factum Athenienſium alludendi, his uerbis: Occidiſtis occidiſtis Græcorum optimum. Animaduertente autem populo hæc uerba ad Socratem pertinere, in toto theatro eſt orta comploratio. Scribit igitur Iſocrates hanc orationem ad Polycratem, reprehendens eum. Si quis autem cauſam requiris, cur non altera oratio de Socrate quoq́, ſit ab autore noſtro expoſita: is meminerit, quod iam diximus, uitandæ offenſionis Athenienſium cauſa, id eſſe prætermiſſum. Buſiridis uerò argumentum hoc eſt. Buſiris Libyes & Neptuni filius, natus in Libya regione, ſpreta patria in Aegyptum migrauit, ac urbem ſibi cognominem Buſirin condidit, quæ id nomen etiam hodie retinet. Crimini autem ei datum eſt, quòd non tantum hoſpites non admitteret, ſed etiam ſacrificaret. Polycrates igitur, ut ſophiſta & ſcriptor orationum, defenſionem Buſiridis, & criminum quæ illi obijciebantur purgationem, ſcribere inſtituit. in quo ab Iſocrate reprehenditur, qua ratione ſcri-*
B *bendum fuiſſet encomiũ ſubijciente. Quare & hæc oratio inter quatuor laudationes numeratur.*

ALIVD ARGVMENTVM IN BVSIRIDEM,

[redacted]

BVſiridem Virgilius illaudatum uocat, hoc eſt, ab omni etiam ſpecie ullius uirtutis alieniſſimum. Eſt igitur huius orationis ὑπόθεσις, non παράδοξος tantum: id eſt admirabilis (ſic enim Cicero interpretatur) ſed planè ἄδοξος, id eſt infamis. Quæ argumenta, quanquam ad acuenda & oſtentanda ingenia potiſsimũ inuenta eſſe uideantur, hinc tamen non ea ſolũ utilitas petenda erit, ſed optimæ reipublicæ forma (quantũ quidem παρέργως fieri potuit) præclarè deſcripta inuenietur. Inſunt etiam alij loci inſignes, quibus erudiri ſtudioſi adoleſcentes poſſunt. Quare ſcriptũ hoc, diligenti lectione digniſsimum eſt, nõ magis propter τὰς τῶν λογοδαιδάλων [illegible], quàm ob rerum uitæ utilium cognitionem. Videri uult Iſocrates, amico cuidã ſophiſtæ rationem laudationis præſcribere: ſed reuera id eum agere opinor, ut Polycratis improbitatem & inſcitiã exagitet, qui mercenarius accuſator Socratis (uiri ſapientiſsimi & ſanctiſsimi, quem noſter autor, ut decuit, maximi fecerat, cariſsimumq́ habuerat) eſſe non dubitarit: & philoſophiæ ſtudium profeſſus, portentoſis quibuſdã argumentis ſine ulla dexteritate tractandis delectetur.

QVum moderationem tuam, Polycrates, mutatumq́ uitæ genus cognouiſſem, & orationum tuarum quaſdam ipſe legiſſem: de tota quidem docendi ratione, ad quam neceſſitate impulſus es, cupidiſsimè tecum liberè diſſeruiſſem, arbitror enim omnium eſſe officium, qui & exercitatiores ſunt, & ſolidiorem rei cognitionem habent, ut hoc quaſi tributum conferant ad eos ſubleuandos, qui paupertate nulla ſua culpa premuntur, & ex philoſophiæ profeſsione rem facere ſtudent. Quia

Amico ſuum ſtudium pollicetur.

uerò nondũ ita contigit ut conueniremus, cætera quidem differemus, dum A
coràm copioſius colloqui licuerit. Quæ autem in præſentia tibi conferre
poſſem, ad te quidem ſcribenda, cæteros uerò, ſummo ſtudio celanda eſſe

Amici liberè monendi.

duxi. Quanquam autem intelligo, pleriſq; qui admonentur uelut innatũ
eſſe, ut non ad ſecuturas utilitates reſpiciant, ſed reprehenſiones tanto ini-
quioribus animis ferant, quanto ſeueriore cenſura in errata inquiſitum fue
rit: ſubeundæ tamen hæ ſunt inimicitiæ his, qui aliquib. ex animo bene uo
lunt: operaq; danda eſt, ut qui hunc in modum erga cõſultores affecti ſunt,
ab iſta opinione deducantur. Cum igitur animaduerterim, defenſione Bu-
ſiridis, & accuſatiõe Socratis te uel in primis gloriari, magnificeq; efferri ſò
lere: oſtendere tibi conabor, te in utriſque orationibus oratoris officiũ mi-

Buſiris à Polycrate non defenſus, ſed magis accuſatus.

nimè prꝍſtitiſſe. Nam cum nemo ignoret, ſi quem laudare uelimus, tribuen
da illi eſſe plura bona quàm re uera illi adſint: in uituperando autem cõtra-
riam uiam eſſe inſiſtendam: tantum abeſt ut eam in dicendo rationem tute
ſecutus ſis, ut Buſiridis defenſionem profeſſus, non modò crimina quæ illi
obijciuntur, non refutaris, ſed tam inſignem illi uiolatarum legum notam
inuſſeris, ut nihil contumelioſius excogitari queat. Nam cum alij, quibus
eum proſcindere maledictis libitum eſt, hoc uno duntaxat conuicio inceſ-
ſant, quòd hoſpites qui fortè ad ipſum perueniſſent, ſacrificarit: tu etiam

Socrates laudatus potius quàm accuſatus.

deuorare homines ſolitum, criminatus es. Cum uerò Socratem accuſare
inſtituiſſes, tanquam laudare uolens, Alcibiadem ei tribuiſti diſcipulũ, quẽ
ab eo fuiſſe eruditum nemo quidem norat, ſed longè alijs antecelluiſſe om-
nes confiteantur. Quare ſi defunctis poteſtas daretur, pro ſuo arbitrio de
tuis orationibus ſtatuendi: alter tibi gratiam haberet: alter, tametſi in alios
fuiſſet humaniſsimus, tanta tamen indignatione commoueretur, ut tua uer
ba quouis ſupplicio uindicaret. Quare quî fieri poteſt, ut nõ erubeſcat po
tius quàm glorieturis, quem diligi magis conſtet ab illis quos uituperarit, B

Polycratem non conſentanea dixiſſe.

quàm ab his quos laudandos ſuſceperit? Adeò autem tibi curæ non
fuit conſentanea loqui, ut dixeris eum Aeoli & Orphei gloriam æmula-
tum eſſe: idem'que demonſtres, nihil illi ſtudio fuiſſe, quod cum eorum
congrueret inſtitutis. Nunquid enim facinora iſtius cum factis Aeoli,
quæ memorantur, conferemus? At is quidem hoſpites in ſuum littus ui
tempeſtatis eiectos, domum in patriam reducendos curauit: iſte uerò (ſi
tibi quidem adhibenda fides eſt) hoſpites ſacrificatos deuorauit. An iſtum
Orpheo comparabimus? At is mortuos ab inferis reduxit, iſte uiuentes an
te fatum orco tradidit. Quare ſummopere ſcire uelim, quid'nam facturus
fuiſſet, ſi eos contemneret: quem, in admiratione uirtutis eorum omnia cũ

Ratio temporum neglecta.
Errata non tantum reprehendenda, ſed etiam emendanda.

illorũ factis ex diametro pugnantia, ſtudio habuiſſe conſtat. Hoc uerò eſt
omnium abſurdiſsimum, te in genealogijs alioqui occupatũ, dicere nõ du-
bitaſſe, quòd eos fuerit æmulatus, quorum patres illis temporib. nati non-
dum erant. Ne uerò id quod cuiuis in promptu eſt, facere uidear, ut tua di
cta reprehendam, meorumq; nihil proferam: conabor tibi paucis oſtẽdere,
in hoc ipſo argumento (quanquam id minimè quidem probum eſt, neque
honeſtam orationem ſuppditat) quæ ſit cùm in laudando, tum in defenden
do ratio ineunda.

Nobilitas Buſiridis.

De nobilitate igitᷣ Buſiridis, quis nõ facile dixerit? cui pater Neptunus,
Libye Iouis ex Epapho neptis mater fuit? quã mulierem primam ferunt re
gia dignitate potitã, regioni ſuũ nomen indidiſſe. Cum uerò tales ei paren
tes contigiſſent, non propter ſplendorẽ nataliũ ſuperbijt, ſed etiam ſuꝍ uir-

Aegyptũ imperij ſui ſedem deligit Buſir.

tutis perpetuum monimentum eſſe relinquendum exiſtimauit. Quare ma
ternum imperium aſpernatus, ut minus quàm pro naturæ ſuæ præſtantia,
multis ui armorum ſubactis, maxima potentia parta, in Aegypto regnum
conſtituit,

A conſtituit, exiſtimans, nullam in toto terrarum orbe ſedem illi regioni prę-
ferendam. Videbat enim, cætera loca non commodè, nec conuenienter ad
uniuerſi mundi naturam ſita eſſe, ſed alia hymbribus ac niuibus inundari,
alia feruoribus infeſtari: hanc uerò regionem in pulcherrima orbis parte ſi-
tam, & plurimorum ac omnis generis bonorum feraciſsimā: Niloq́;, uelut
immortalibus mœnibus, circundatam, qui non tantum eam cuſtodit ac mu
nit, ſed fœcundat etiam, alimoniamq́; ſuppeditat, inſuperabilis & inexpu-
gnabilis inſidiatoribus, ſed incolis ſuis ad deriuationes & alia cōplura op-
portunus. Nam præter ea quæ diximus, uim quoq; illorum ad agriculturā
propè diuinam effecit. hymbrium enim & ſiccitatum, quibus apud alios
Iupiter præeſt: horum utrorumq; ſinguli poteſtatem habent: ac tam immen
ſa eſt illorum fœlicitas, ut ſi pręſtantiam ſpectes, naturamq́; regionis, & cam
pos latiſſimè patentes, terra cōtinente fruantur: at exportatione rerū quib.
abundant, & importatione quarum egent, ob fluminis huius commodita-
tem, inſulam incolant. Nam circum circa eam ambiens, & totam interflu-
ens, magnam eis utriuſq; rei copiam ſuppeditauit. Inde igitur auſpicatus,
unde ſapientes ordiri decet, ſimul & amœniſsimum locum occupauit, &
talem, unde incolis omnia ad uictum neceſſaria abundè ſuppeterent. Dein
de ciuibus ordine diſtributis, alios ſacris præfecit, alios opificijs incumbe-
re iuſſit, alios rei militari uacare coegit: exiſtimans, res neceſſarias & opes,
tum è terrę cultu, tum ex opificijs ſuppeditari oportere: ſed earum cuſtodiā
tutiſsimā eſſe, partim rei militaris exercitationem, partim pietatē in deos.
Abſoluit igitur omnes numeros boni reipub. gubernatoris. nam ut ſinguli
eaſdem artes perpetuò exercerent, imperauit: haud ignarus, eos qui ſubin-
de aliud atq; aliud munus ſuſciperent, nihil exquiſitè cognitum habere, aut
dextrè obire: at qui rebus ijſdem perpetuò ſunt occupati, eos in ſuo genere
B plurimum excellere. Vnde hoc Aegyptij conſecuti ſunt, ut in ſingulis arti
bus longè plus alijs artificibus antecellant, quàm cæteri artifices hominib.
artium ignaris. Ordinē præterea in regno & uniuerſa reipublicæ guberna-
tione tam præclarū ſeruant, ut etiā philoſophi celeberrimi, cū hiſce de rebus
diſputationes inſtituūt, Aegyptiā reip. formam cęteris anteponant: et Lace
dæmonij, qui partē aliquā inde ad ſe tranſtulerunt, ſuā remp. optimè admi-
niſtrēt. Nam ut nemo militantiū ſine uenia principis peregrè abeat, et cōcœ
nationes, & corporū exercitationem, prætereaq́;, ne inopia rerum neceſſa-
riarum coacti, mandata negligant, aut alijs artibus occupentur, ſed ut om-
nem ætatem, omne ſtudium in armis & expeditionibus conſumant: ab Ae
gyptijs hæc omnia petita ſunt. Tanto autem peius his inſtitutis Lacedæ-
monij ſunt uſi quàm Aegyptij, ut omnes militiæ dediti, ui alijs ſua eripere
ſtudeant: illi uerò ita uiuunt, ut eos decet, qui neq; propria negligunt, nec
alienis inſidiantur. Quantum uerò inter utranq; gerendæ reipublicæ ra-
tionem interſit, ex eo perſpici poteſt. Nam ſi omnes ignauiam et auaritiam
Lacedæmoniorum imitemur, mox perierimus, cùm ob uictus quotidiani
penuriam, tum propter inteſtina bella. ſin Aegyptiorum recta inſtituta ſe-
qui uoluerimus, & alijs opus facere, alijs horum opes tueri uiſum fuerit:
ſinguli noſtris ditionibus contenti, fœliciter uiuere poterimus. Quin etiā
ſapientiæ ſtudium, illi, tanquam autori, acceptum ferendum erit. Nam ſa-
cerdotibus ita proſpexit, primùm ut è ſacris reditibus opes haberent: de-
inde quum ſumma ſanctimonia ipſorum legibus requiratur, ut temperan-
ter uiuerent: deniq; quū immunes ſint à militia, cæteriſq; laborib. ut quietè
atq; in ocio degant. Illi igitur hiſce commodatibus fruentes, ad corpora iu
uanda medicinam inuenerunt, non eam quæ periculoſis pharmacis utitur,
ſed eiuſmodi quæ cum æquè tutò ſumi poſsint ut cibi quotidiani, tantas ta

Aegypti tēperies, Nili opportunitas.

Aegyptiorū gens diuiſa in ſacerdotes, opifices & milites.

Opificia. Agricultura. Res militaris. Religio.

Philoſophi Aegyptiorū remp. probāt.

Lacedæmonij quæ ab Aegyptijs mutuati ſint.

Lacedæmoniorū lōgè deterior quàm Aegyptiorum politia.

Sacerdotes Aegyptij inuentores & medicinæ, & philoſophiæ.

men utilitates habent, ut nemo neget eos & ſaluberrimis eſſe corporibus, A
& diutiſsimè uiuere. In animorum uerò remedium philoſophiæ exercita-
tionem protulerunt, quæ tum leges ſancire, tum rerum naturam indagare

Adoleſcentũ exercitia.

poteſt. Ac ſenioribus quidem optima delegauit: iunioribus uerò perſua-
ſit, ut omiſſo uoluptatũ ſtudio, in aſtronomia, & computationibus, & geo-
metria uerſarentur. quarum artiũ facultates, alij ut ad alia conducibiles lau-
dant, alij etiam demonſtrare conantur, ad uirtutem quoq; conſequendam

Pietas Aegyptiorum.

adiumenti plurimum afferre. Maximis autem laudibus & admiratione di
gna eſt eorum pietas, & religioſus cultus numinis. Nam qui ita ſe compa-
rarunt, ut uel ſcientiæ uel uirtutis nomine maior ſit de eis quàm pro digni-
tate & meritis opinio: hi deceptis nocent. Qui uerò diuinis rebus ita præ-
ſunt, ut & auxilia & pœnæ, certiores & paratiores, quàm in uita cernitur,

Metus impendentis ultionis & ſupplicij.

eſſe uideantur: hi demum uitæ humanæ plurimum proſunt. Nam qui ab
initio timorem hunc nobis iniecerunt, in cauſa fuere, ne uitam internos pla
nè beſtialem uiueremus. Illi igitur hæc ita ſanctè auguſteq; adminiſtrant, ut
etiam iuramenta in illorum ſacris religioſiora ſint, quàm quę apud alios re-
cepta ſunt: et ut exiſtiment, ſingulis peccatis confeſtim paratam eſſe pœnã,
neq; fore ut in præſentia deliteſcant, aut ultio in liberos differatur. Neque

Quid ſibi uelint Aegyptiorum ſuperſtitiones.

illi temerè ſic opinantur. Multas enim eis & uarias diuinitatis exercitatio-
nes ille conſtituit, ut qui quædam ex animalibus apud nòs contemptis, coli
& honorari, lege lata, uoluerit. non quòd eorum uim ignoraret, ſed partim
quia cenſuit uulgus aſſuefaciendũ eſſe ad obſeruanda omnia mandata prin
cipum: partim, quòd in rebus euidentibus experiri uoluit, quomodo erga
occulta affecti eſſent. Putabat enim eos qui hęc negligerent, fortaſſis etiam
maiora contempturos. Qui uerò in omnibus ęqualiter ordinem ſeruarent,
illos iam edidiſſe ſpecimen ſuæ in colenda religione conſtantiæ. Multa au

Pythagoras Aegyptiorũ diſcipulus.

tem, niſi feſtinatio ptohiberet, & magna de ſanctitate Aegyptiorum com- B
memorari poſſent, quę ego neq; ſolus neq; primus perſpexi, ſed multi cùm
noſtræ tum ſuperioris ætatis homines: quorum de numero fuit etiam Sa-
mius Pythagoras. qui profectus in Aegyptũ, illorumq; factus diſcipulus,
tum reliquam philoſophiam primus in Gręciam intulit: tum ſacrificiorum
& cõſecrationum in templis & ſacrificijs maius quàm cæteri ſtudiũ habuit:
exiſtimãs, etiamſi propterea nihilo plus à dijs cõſequeretur, ſe ſaltem apud
homines ob eam rem in maxima celebritate futurũ, id quod etiã ei uſuue-
nit. Tantũ enim nobilitate cęteris excelluit, ut et iuniores omnes, eius diſci
puli eſſe cuperent: & ſeniores omnes mallent ſuos liberòs apud eum eſſe,
quàm rem familiarem curare. & hæc in dubium uocari non debent. Nam
etiam nunc, qui ſe diſcipulos eius eſſe profitentur, eos magis tacentes admi
ramur, quàm alios eloquentiæ gloria præſtãtiſſimos. Fortaſsis autem con
tra hæc obijcias: me regionem quidem & leges & pietatem, atq; inſuper ſa
pictiam Aegyptiorũ laudare, ſed harũ rerum autorẽ eum eſſe quem poſue

Veriſimiliora hæc eſſe, quàm quæ Polycrates de Buſiride dixerit.

rim, nulla ratione demonſtrare poſſe. Ego uerò, ſi quis alius hoc mihi oppo
neret, arbitrarer eruditè me ab eo teprehendi. Tibi uerò non conuenit, hoc
obijcere. Cũ enim Buſiridem laudare uoluiſſes, dicere non dubitaſti, quòd
& Nilum ui ab ſuo curſu abruptũ, regionem circumfluere coegerit: & quot
quot hoſpites adueniſſent, deuorarit: nullum autem argumentũ, quo pro-
baretur, hæc ab eo eſſe facta, protuliſti. Non'ne igitur ridiculum fuerit, te
ab alijs exigere, quæ tute ne minima quidem ex parte, unquam præſtitiſti?
Nam lõgè abſurdiora, quàm nos, dicis: qui nihil illi, quod fieri nequeat, tri
buimus, ſed leges & reipublicæ conſtitutionem, quæ præſtantium uirorũ
opera eſſe ſolent. Tu uerò talium facinorum opificem eum nobis exhibes,
quorum neutrum ullus homo fecerit. Nam alterum beluinæ crudelitatis
eſt, alterum

A eſt,alterum diuinæ potentiæ. Deinde,etiamſi utriq; falſa dicimus,ego ta-
men his uerbis uſus ſum quæ laudantium ſunt:tu uerò illis, quæ uituperan
tibus conueniunt.Quare nõ ueritatem tantum neglexiſti , ſed à tota forma
quæ in laudando ſequenda eſt,aberraſti. Præterea ſi tuis fabulis omiſsis,
mea oratio excutienda eſt,nemo illi iurè fidem abrogabit. Nam ſi quem a-
lium hæc feciſſe conſtaret,quæ ego illi tribuo , ne ipſe quidem negarim me
nimis audacem eſſe,qui notam omnibus ueritatem extorquere ſtuderem.
Nunc cum res in medio poſita,& coniectura niti neceſſe ſit, quem nam a-
liquis inſtitutorum & legum apud Aegyptios (ſi uerisſimiles coniecturas
conſideret)potius autorem eſſe credat,quàm eum qui ſit & Neptuno geni
tus,& maternum genus ad Iouem referat,& maxima potentia præditus,&
apud alios maximi nominis fuerit? Nec enim conſentaneum eſt,his rebus
omnibus inferiores aliquos tantorum bonorum potius,quàm illum,auto-
res extitiſſe. Quinetiam ipſa ratione temporũ,qui cõuicia in eum iaciunt,
mendacij facile conuincuntur. Nam ijdem ſunt, qui Buſiridem & cęſorum
hoſpitum accuſant,& eum ab Hercule interfectum eſſe dicunt. Conſtat au
tem inter omnes hiſtoricos,Perſeo Iouis filio & Danaes,quatuor ætatibus
Herculem eſſe iuniorem,Buſiridem uerò plus quàm ducentis annis ſenio
rem.Quid uerò abſurdius,cum factas illi calumnias refutare inſtitueris , q;
argumentum hoc tam euidens,tam firmum prætermiſiſſe? Verùm tu ueri-
tatis nulla ratione habita,poetarum maledicta ſecutus es, qui ex immorta-
libus genitos,atrociora tum perpetraſſe,tum pertuliſſe aſſerunt, quàm ho-
minum nefariorũ filios : talesq; fabulas de ipſis dijs commenti ſunt,quales
nemo contra ſuos inimicos dicere audeat.Nec enim furta ſolum & adulte-
ria,& quòd hominibus ſeruierint,eis exprobrarunt,ſed et liberorum deuo
rationes,& patrum exectiones,& incœſtos cum matribus concubitus , &
B multas alias iniurias,contra eos commenti ſunt. Pro quibus nondum illi
quidem meritas pœnas dederunt,non tamen omni ſupplicio caruerunt.
Nam alij errones & mendici fuere , alij cæcati ſunt , alij pulſi patria bellum
perpetuum contra domeſticos ſuos geſſerunt. Orpheus autem talium fa-
bularũ præcipuus autor,in fruſta diſcerptus interijt. Quare ſi ſapimus,il-
lorum deliria non imitabimur. neq; enim decet,cum legibus cautum ſit,ne
alius alium conuicijs laceremus,ut omnis licentia quiduis de dijs effutien-
di detur. quin cauemus potius , & tam eos qui talia dicunt , quàm qui cre-
dulas aures præbent , delinquere putamus? Ego uerò non deos tantum,
ſed etiam ex illis progenitos,alienos ab omni ſcelere ac uicio fuiſſe credide
rim.ſed tum ipſos naturâ uirtutes omnes inſitas habuiſſe , tum alijs,ad ho-
neſtiſsima & præclariſsima ſtudia duces & magiſtros extitiſſe. Abſurdum
enim eſt,cũ noſtræ ſobolis proſperitatẽ dijs acceptã feramus,exiſtimare,ip
ſis eandẽ rem in ſemetipſis curę non eſſe. Atq; adeò ſi cui noſtrûm,ius & ar
bitrium naturæ humanæ permittatur , quis eſt qui famulos ſuos improbos
eſſe concederet? illos igitur non damnaremus , ſi ex ſeſe genitos tanta im-
pietate & ſceleribus pollui pateremur? Tu quidem te putas, etiã tibi pror
ſus alienos,ſi te magiſtro utantur,optimos eſſe redditurum:deos uerò nul-
lam prorſus exiſtimas curam habere de uirtute ſuorũ liberûm? At iſta ratio
ne duobus turpiſsimis criminib. inuoluuntur. nam ſi bonos eos ne quidem
eſſe uolũt,deteriore ſunt quàm homines ingenio. Sin uolunt quidẽ,ſed ra-
tionẽ , qua id efficiant,ignorãt,ſophiſtis ſunt imbecilliores. Quanquã autẽ
multa in re inſunt,per quę & laudatio & defenſio extendi poſſet,nõ tamen
uerbis opus eſſe cenſeo. Nec enim hæc ut alijs oſtentarem ſcripſi,ſed ut tibi
oſtenderẽ quomodo hæc utraq; fieri debeant,in hunc modũ diſſerui. Nam
orationẽ à te conſcriptã, non defenſionẽ Buſiridis,ſed confeſsionẽ rectius
appella-

Buſiridem ab Hercule occi di nõ potuiſſe.

Poetarũ impietas & mendacia.

Poetæ, homines dijs inuiſi & miſeri.

Admonitio.

Neq; deos, neq; deorum filios, quicquã flagitioſum aut turpe admiſiſſe.

appellabimus criminum, quæ illi obijciuntur. Nec enim eum culpa uacare A oſtendis, ſed alios quoq; illa eadē feciſſe declaras, quod ignauiſſimū eſt refugium delinquētibus. Si enim facile nō eſt ullū facinus reperire, quod prius perpetratum nō ſit, & qui in ſingulis deprehenſi ſunt, nihil graue admiſiſſe putabimus, alios modò eadem feciſſe conſtet: non'ne omnib. facilimas defenſiones faciemus, & malè cogitantibus magnā feneſtram ad licentiā aperiemus? Optimè autē perſpicies, quàm ſtultè iſta dicta ſint, ſi ad teipſum omnia retuleris. Cogita enim, ſi magnis et acribus criminibus accuſatus eſſes, atq; in iſtum modū aliquis tibi patrocinaretur: quid animi tibi fore cenſes? Equidē ſcio te illi multò infenſiorem futurū, quàm accuſatoribus. An uerò turpe non eſt alios ita defendere, quem ad modū ſi tu defendereris, uehementer iraſcerere? Præterea illud quoq; conſidera, & apud animū tuum cogita: ſi quis tuorum familiarium induci ſe pateretur, ad ea facienda, quæ tu laudare ſoles: an non miſerrimus eſſet omniū & qui nunc ſunt, & qui unquam fuerunt? Scribendæ'ne ſunt eiuſmodi orationes, quarū id ſummū bonū ſit, ſi neminem auditorum perſuadere poſſint? Fortaſſis autē dices, nec te id lauiſſe, ſed exemplum ſtudioſis relinquere uoluiſſe, quomodo res turpes & malæ defendendæ ſint. Verùm ſi prius ignorabas, nunc ſaltē te intellexiſſe opinor, multo facilius aliquem abſolutū iri, ſi nec os aperuerit, quàm ſi in hunc modum cauſam ſuam egerit. Quin illud quoq; perſpicuū eſt, cum ueluti fatalis calamitas ſtudijs impēdere uideatur, atq; literati in odio ſint: quòd ob iſtius generis orationes maior etiam illis inuidia conflabitur. Itaq; ſi mihi obtemperare uolueris, ante omnia quidem in poſterū nulla improba argumenta tractabis: aut ſaltem operam dabis, ut ea dicas, quæ nec tibi infamiā pariant, nec occaſionem præbeāt calumniatoribus bonorū ſtudiorū. Neq; miraberis, etiamſi iunior ſum, nec tibi ulla neceſſitudine coniunctus, quòd tam expeditè monere te aggredior. Exiſtimo enim, nec natu maximorum, B nec coniunctiſſimorum, ſed eorum qui plurimum & poſſunt & uolūt prodeſſe, ut his de rebus conſilia dent, eſſe officium.

Frigida eſt defenſio, aliquid ab alijs quoq; factum eſſe, oſtendere.

Ne Polycratem quidem ad hunc modū excuſari ſe uelle.

Tacere præſtat, quàm perniciosa dicere.

Peruerſæ orationes reipub. literariæ odiū concitant.

Admonitio.

Excuſatio ſuę admonitiōis.

ARGVMENTVM IN ORATIONEM
contra Sophiſtas.

Σοφὸς ſapiens, σοφίζω ſapientē reddo: inde fit σοφιστὴς, qui ſapiētes alios reddit, ut ἀναγὸς à ἀνάσσω. fuitq; ſuapte natura honeſtiſſimum uocabulum, quemadmodū etiam tyrannus, qui nō alius eſt quàm rex, monarcha, princeps, aut quiſquis tandem unus rerum potitur. Tandem uerò, ut fit, hominum improbitas profeſſioni cōcitauit inuidiam, ut ſophiſtæ uocabulū in uitio ponatur. Varius tamen eius uſus eſt. Sic enim Phauorinus exponit: Σοφιστὴς ὁ ῥήτωρ, ὁ φιλόσοφος, ὁ παραλογιζόμενος, καὶ ἀπατεὼν, ὁ διδάσκαλος, ὁ ἰδεοποιός. id eſt, Sophiſta ſignificat rhetorē, ſeu oratorem, philoſophum, eum qui falſis concluſiunculis utitur, & impoſtorem, magiſtrum, inuentorem argutiarum. Nos pro ludimagiſtro, pro inſtitutore adoleſcentiæ, pro profeſſore liberalium artium ſophiſtam accipere poſſumus. qui quidem in definitionibus Platonicis, quæ Xenocrati tribuuntur, ſatis odioſè deſcribitur. Σοφιστὸς, inquit, νέων, πλουσίων, ἐνδόξων, ἔμμισθος θηρευτής. id eſt, Sophiſta eſt adoleſcentium diuitum & illuſtrium mercenarius uenator. Iidem uariè paſſim à Platone perſtringuntur, ut quodam in loco dicat, eos euidentem eſſe diſcipulorum perniciem. In eius igitur generis dicendi magiſtros, hac oratione inuehitur Iſocrates, ut qui præter quæſtum nihil propoſitū habeant, & inanium pollicitationū magnificentia non tantum impoſturam faciant, ſed & ſemetipſos & omnes eruditos in ſummum odium & inuidiam adducant. Ineſt in hac oratione præter alia inſignis locus de ingenij ui, & quantum recta inſtitutio ualeat, prudentiſſimè tractatus.

ORATIO CONTRA SO-PHISTAS.

A Si omnes iſti adoleſcētię magiſtri uera dicere uellēt, neq; maiora promitterēt q̃ præſtarent: nō malè audirēt ab idiotis. Nunc eorũ qui audent nimis incōſideratè gloriari, arrogātia factũ eſt, ut rectius ſibi cōſuluiſſe uideantur, qui in ocio degere malunt, q̃ ſapientię profeſſores & ſtudioſi. Quis enim nō ſimul & oderit & contemnat, primùm eos qui in rixis uerſantur: qui quidē ueritatis indagationē profeſsi, mox initiò ſuarum pollicitationũ mentiri nō dubitant? Omnibus enim perſpicuũ eſſe opinor, futurarũ rerum prænotionē non eſſe noſtri ingenij, ſed humanæ prudentię captũ uſq; adeò excedere, ut Homerus, quem ſapientiſſimũ fuiſſe perhibēt, etiā deos interdum de futuris deliberantes introduxerit: nō quòd eorũ animum perſpectum ille haberet, ſed tamen oſtendere nobis uoluit, id ex eorum numero unum eſſe, quæ nobis prorſus negata eſſent. Iſtorũ uerò tam inſignis cōfidentia eſt, ut perſuadere conentur, ſe tradituros eſſe adoleſcentibus qui ipſorum opera uti uelint, & quid facere debeant, & per eam ſcientiā fœlicitatis eos cōpotes reddituros. Quamuis autem tantorum bonorũ doctores & dominos ſeſe conſtituant, non tamen eos interim pudet, quatuor aut quinq; minas pro his petere. At ſi reliquarum poſſeſsionum aliquam, longè minoris quàm par eſſet, uenderent, ne ipſi quidem ſe deſipere negaturi eſſent. Iam cum uirtutem & fœlicitatem uniuerſam tam parui uænum exponant, quaſi ualde ſapiant, aliorum præceptores eſſe uolunt: dictitantes, ſe auro & argento non indigere (quæ minuendi forma pecuniolam per contemptum appellant) & tamen appetitione parui lucelli, diſcipulis

Inanes pollicitationes odioſæ.

Futurarum rerũ ſcientia negata generi mortalium.

Homericorũ deorum deliberationes.

Fœlicitas quinq; minis uenalis.

Sophiſtæ pecuniæ contemptum præ ſe ferunt uerbis, quã uehemēter appetunt.

B ſuis tantum non immortalitatem pollicentur. Hoc uerò in primis ridiculum eſt, quòd illis diffidunt, à quibus numeranda merces eſt, quibus ſe iuſtitiam tradituros promittunt: quorum uerò magiſtri nunquam fuere, illos pro diſcipulis ſpondêre iubent. in quo ſanè ad ſecuritatem non malè ſibi conſulunt, ſed contraria pollicitationibus agunt. Nam qui aliquid aliud docent, eos quàm accuratiſsimè ſibi cauere decet, ne circumuēti mercede ſua fraudentur. Nihil enim prohibet, quo minus alterius cuiuſpiā artis peritiā adepti, pacta & conuenta uiolent, fidemq; frangant. At eos qui ex uirtute & temperantia quęſtum factitant, non'ne abſurdũ eſt, non diſcipulis fidem potiſsimũ adhibere? Nam ſi in alios boni & iuſti uiri fuerint, non utiq; illis iniuriam facient, quorum opera tales euaſerunt. Si igitur homines indocti hæc omnia colligentes, animaduerterint, eos qui ſapientiā docēt, & fœlicitatem tradunt, ipſos anguſtia rei familiaris premi, & à diſcipulis mercedulā exigere, & cum in ſententiolis contradictiones obſeruent, eaſdē in actionibus ipſis non animaduertere: prȩterea, cum futurorum ſcientiam ſimulent, de præſentibus nihil opportunè nec dicere nec conſulere poſſe: ſed magis inter ſe cōſentire, et plura dextrè perficere alios qui reguntur opinionibus, quàm illos qui ſe ſcientiā habere iactitant: iurè opinor cōtemnunt, & exiſtimāt nugas eſſe & ſordes, nō animi eruditionē, diſputationes illas. Neq; uerò hi tantũ accuſandi ſunt, ſed etiā eloquentię gerendæq; reip. magiſtri, qui & ipſi ueritatē ſecurè negligunt, & hoc artis eſſe putant, ſi quàm plurimos, exiguitate mercedis, & magnificētia pollicitationũ adduxerint, ut aliquid ab eis emungere poſſint. Adeò uerò ſtupidi et ipſi ſunt, & alios eſſe opinantur, ut, cùm deteriores orationes ſcribant, quàm aliqui idiotæ ex tempore effundunt: tamen polliceantur, ſe diſcipulos ſuos ita uelle acuere ad artem oratoriam, ne quid, quod in ipſis cauſis inſit, inexcuſſum prȩtereant. nec in ea facultate, uel uſui rerum, uel ingenio diſcipuli, quicquam tribuũt. Aiunt

Sponſores à uirtutis diſcipulis petere.

Idiotæ cur doctos aſpernentur.

Eloquētiæ magiſtri ſtupidi et impudentes.

Aliud eſt ars pingendi literas, aliud bene dicendi ſcientia.

enim, ſe eloquentię pręcepta, perinde ut literarũ ſcientiã, tradituros. in quo A illi quidẽ quę utriuſq; rei natura ſit, non cõſiderant: ſed putant, ob excellentiã promiſsionũ tum ſeſe in admiratione futuros, tum oratoriæ inſtitutioni precium acceſſurum eſſe. in quo certè falluntur. Artibus enim autoritatem conciliant, nõ qui multa inſolenter de eis iactare audent, ſed qui id quod in ſingulis ineſt, eruere ac proferre poſſunt. Ego uerò magnis opib. id prętulerim, ſi tantũ philoſophia poſſet, quantũ iſti iactitant. Nos enim fortaſſis etiã neq; poſtremi eſſemus, neq; minimos ex ea fructus perciperemus. Quia uerò ſecus res habet, uelim nugatores iſtos tandem conticeſcere. Quia uideo, non tantum nocentes conuicijs peti, ſed cæteros uniuer os, qui in hiſce ſtudijs uerſantur, ijſdem calumnijs inuolui. Miror autem quenquã eſſe, qui ſuos liberos illorum fidei docendos committat: quorum tanta inſcitia eſt, ut ineptiſsimã ſimilitudinem eius rei quę opere cernitur, ad eloquẽtiæ ſtudium detorqueant. Quis enim, iſtis ſolis exceptis, ignorat, literas loco moueri non poſſe, ſemperq; eaſdem manere: unde ijſdem, in ijſdem uocabulis, perpetuò utimur: cum eloquentię ſit diuerſiſſima ratio. Nam quod ab alio dictum eſt, dicenti poſt illum non perinde expedit: ſed is peritiſsimus artis eſſe creditur, qui pro dignitate rerum dixerit, eaq; protulerit, quę ab alijs antè inuenta non fuerint. Maximum autem huius diſsimilitudinis argumentum hoc eſt, quòd orationes præclaræ eſſe non poſſunt, niſi occaſionum & decori diligens habita ratio fuerit. at hæc in literis omnia minimè requiruntur. Quare qui huiuſmodi exemplis utuntur, multo æquius eſſet, ut mulctæ nomine argentũ ſoluerent, quàm ut pro mercede poſtularẽt: qui dum ipſi doctoris opera cum primis egent, alios erudire aggrediũtur.

Quantũ ingenio, quantum eruditioni ſit tribuendum.

Si uerò nõ tantũ alij accuſandi ſunt, ſed mea quoq; ſentẽtia explicanda eſt: arbitror uiros prudẽtes omnes in eo mihi aſſenſuros, quòd multi in ſcholis eruditi, homines imperiti perpetuò manſerint: & alij quidã, nullo unquam B præceptore uſi: & eloquentiæ facultatẽ, & reip. gerendę ſcientiã ſint aſſecuti. Nam tum eloquẽtiæ, tum cæterarum rerũ omniũ facultates, natura inſitę ſunt hominib. ingenioſis, & uſu rerũ exercitatis. Inſtitutio aũt eoſdẽ acuit, & ad uitã agendã reddit inſtructiores. Nam in quę hactenus uelut errantes inciderant, ea quaſi è penu, confeſtim depromere docet. At ſi qui ſunt infirmiorib. ingenijs pręditi, hi quantũuis diligẽti inſtitutione, nunquã eò peruenient, ut uel dextrè in rebus gerẽdis uerſent̃, uel elegãtes orationes ſcribãt: id quidem fortaſsis aſſequẽtur, ut ipſi ſeſe quodãmodo uincant, et multis in rebus prudẽtiores fiant.

Præcepta rhetorum facile diſcuntur, ſed magnã in utẽdo prudentiã requirunt.

Libet autem, poſtquam huc prouectus ſum, dilucidius hæc exponere. Dico igitur, genera illa præceptionum, ad quarũ normam & præſcriptum orationes omnes cùm dicimus, tum componimus, ſi quis magiſtrum nõ facilè pollicentem, ſed artis peritum inuenerit, cognitu non eſſe perdifficilia. At in ſingulis rebus, quæ prius diſcernendæ ſunt, & inter ſeſe miſcendę, & ordine diſponendę: ab illis nõ aberrare, neq; occaſiones negligere, aut excedere modum, ſed & argumentis totam orationem decenter uariare, & uerba ita collocare ut numeroſa ſint, & muſicũ quendã concentum efficiant: hæc demum curam ingentẽ poſtulant, & animum generoſum, ingenijq; ſagacitatem requirunt.

Quo pacto docenda ſit rhetorica.

Pręterquam autẽ quòd neceſſe eſt diſcipulum ab ingenio non deſtitui, etiam genera cauſarum cognouiſſe, & in illarum uſu exerceri eum oportet. Magiſtrũ uerò decet præcepta omnia quàm accuratiſsimè fieri poteſt, percenſere, ita ut nihil quod doceri poſsit, prætermittat: in reliquis uerò tale de ſemetipſo exemplũ prębere, ut qui id expreſſerint, imitariq; potuerint, ſtatim floridius et elegãtius quàm alij, dicere uideantur. quæ omnia ſi coniuncta fuerint, tum demum ſtudioſi perfectũ aliquid habituri ſunt. Sin quicquam ex his quæ diximus,

deſidera-

A deſiderabitur, neceſſe erit ut ab ea parte diſcipuli ſint minus parati. Equidē ſcio, ſophiſtas iſtos, modò ſubortos, & iſtam arrogātiam recens amplexos, quanquam magna eſt eorū & multitudo & inſolentia, omnes tamen obnoxios eſſe hiſce criminibus, ac proinde hunc ſermonem ægrè laturos. Reliqui nobis ſunt ętate noſtra ſuperiores, qui artes, quas uocant, ſcribere auſi, non ſine reprehenſione dimittendi ſint. Promiſerunt enim, ſe docturos, quomodo in iudicio contendendum ſit, quaſi de induſtria odioſiſſimum uocabulum delegiſſent: id quod hoſtes potius, quàm huius doctrinæ principes facere decuiſſet. Præſertim cum ea quæ doctrina comprehendi poſſunt in ea re, nihilo plus ad forenſes controuerſias, quàm ad cætera genera orationum cōferre queant. Sunt autem longe deteriores, quàm qui in contentionibus uolutantur: quòd hi tales oratiunculas recitant, quibus ſi quis cum ad rem uentum eſſet, inſiſteret, ſtatim in omnibus eſſet improbandus, & tamen uirtutis & temperantiæ ſtudium profitentur: illi uerò, cum ad ciuilem eloquentiam hortentur, neglectis alijs cōmoditatibus quæ illi inſunt, curioſitatis tantū et auaritię ſe doctores nominare non dubitant. Atqui doctrinæ iſtius præceptis obtemperarent, facilius fortaſsis ad æquitatē quàm ad eloquentiam acuerentur. Neq; me quiſquam in ea opinione eſſe putet, quaſi iuſtitiā doceri poſſe putem. Nullam enim in uniuerſum talem artem eſſe puto, quæ diſtortis ingenijs, & ad uirtutem nō appoſitis, uel temperantiæ, uel iuſtitiæ ſtudium atq; amorem inſereret. Nihilominus tamen præceptiones rhetoricas aptiſsimas eſſe puto, ad præparationem quandā & exercitationem uirtutis. Ne uerò uidear aliorum pollicitationes calumniari, & ipſe rem ſupra modum exaggerare, deſino: ac me facilè probaturum alijs quoq; ita hæc eſſe confido, ijs argumentis & rationibus, quæ me in hanc
B ſententiam deduxerunt.

Reprehenſio eorum qui artes litigandi ſcriptas reliquerunt.

Inſtitutio quatenus ad uirtutem conducat.

ISOCRATIS PANEGYRICVS,

ID EST, IN CELEBRI CONVENTV POPVLI ATHEnienſis habita Oratio, in qua, commemoratione uirtutis maiorum, & prædicatione potentiæ & autoritatis, qua pollcant Athenæ, ſuadet, ut ſopitis inteſtinis Græciæ bellis, expeditio contra Barbaros ſuſcipiatur.

ARGVMENTVM.

Haec eſt celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Iſocrateas, quā alij decem, alij quindecim annis elaboratā eſſe putāt. ampliore utiq; ſpacio tēporis q̄ elephantis partus. Abundarunt nimirum Græci (ut Cic. inquit) non ingenijs tantū, ſed etiam ocio. Proinde nos (de me autem & mei ſimilibus loquor, non de doctiſsimis uiris) non tantum non imitari, ſed ne quidem mirari, aut ſatis intelligere illorum eloquentiam poſſumus. Mixta eſt hæc oratio ex genere demonſtratiuo et ſuaſorio. ſed ad deliberatiuum tamen, ſi finem ſpectes, ut Quintilianus docet, referenda erit. Qui ſcopus ſit, malo uerbis Iſocratis, ex oratione περὶ τῆς ἀντιδόσεως, quàm meis explicare, cum ſic (loquitur autem de Panegyrico) inquit: Nam oratio quæ prima uobis oſtenditur, illis eſt ſcripta temporibus, cùm Lacedæmonij Græcis imperarent, noſtræ uerò opes humiles eſſent. Hortatur autem Græcos ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam, & cum Lacedæmonijs de principatu diſputat & contendit. Hoc fundamento iacto, declaro, quicquid Græcia bonorum habeat, id noſtræ urbi acceptum eſſe ferendum. Diſtinxi autem orationem, & quandam eius partem ueluti ſeorſim poſui, quæ tractat de eiuſmodi beneficijs. dumq; euidentius oſtendere conor, ducatum noſtræ urbis eſſe: hinc ferè id docere aggredior, noſtræ urbi, propter bellica pericula propulſata, ancipitemq; Martis aleam fœliciter tentatam, magis etiam honorem habendum eſſe, quàm ob cætera beneficia. Paulo pòſt adijcit: Cogitate igitur cum animis ueſtris, corrumperé ne adoleſcentes uidear, an uerò ad uirtutem & ſubeunda pro republica pericula potius adhortari? Aequius'ne ſit ob hanc orationem mulctam irrogari, an potius mihi maximas à uobis gratias agi & referri? qui tantis & talibus laudibus extuli tum urbem noſtram, tum maiores, tum præ-

clara illorum temporum facinora: ut & illi qui prius idem argumentum tractauerant, erubeſcentes ob ea quæ dixerant, omnes ſuas orationes aboleuerint: et qui etiam hodie inter eloquentes habentur, hiſce de rebus, diffiſi ingenijs ſuis, nihil amplius dicere audeant. Idem hoc argumētum de bello Barbaris inferendo, in oratione ad Philippum repetitum, collatio Athenienſium & Lacedæmoniorum in Panathenaico uberius explicata eſt, ut uideatur Iſocrates laudatiſſimam hanc orationem ſuperare, & ipſe ueluti ſecum certare uoluiſſe. A

Nulla præmia conſtitutā uiris ſapientibus.

SAepe admirari ſoleo, quid in mentem illis uenerit, qui celebritates haſce congregarunt, & ludos gymnicos inſtituerunt, ut corporum uiribus tanta præmia proponerent: eos uerò qui reipublicæ ſtudio labores capiunt, & animis ita ſeſe parant, ut alijs quoque proſint, nullo prorſus honore dignarentur. quorum utique ratio maior habēda fuiſſet. Nam etſi robur pugilum duplicaretur, nullus tamen ex eo fructus rediret ad cæteros: at unius uiri prudentia fruuntur omnes, qui optimis eius conſilijs parêre uoluerunt. Quamuis autem hæc ita ſint, tamen, abiecto animo, torpori atque ignauiæ me dedere nolui: ſed cum exiſtimem, gloriam ipſam ex hac oratione ad me redituram, ſat magnum mihi præmium futurum, prodij ut conſilium darem & de bello Barbaris inferendo, et de concordia inter nos ipſos conſtituenda.

Argumentū huius orationis.

Nō ideo quia idem argumentum ab alijs tractatum ſit, ſe à ſcribendo deterritum.

Neque uerò ignoraui, multos, ſi dijs placet, ſapientiæ profeſſores, cupidè hoc argumentum arripuiſſe. ſed cùm cæteros tanto interuallo me ſuperaturum confido, ut illi nihil unquam dixiſſe de hoc negocio uideantur: tum ijs orationibus honeſtiſsimè labores noſtros impenſum iri cenſui, quæ & maximis de rebus agerent, & maximè oratorum ingenia oſtenderent, & utiliſsimæ eſſent audientibus. quarum de numero etiā hæc èſt. Deinde harum rerū tempòra & occaſiones nondum præterierūt, ut eas oratione renouari ſuperuacaneum ſit. Tum demum enim finis dicendi faciendus eſt, ubi aut res ipſæ peractæ ſunt, neque amplius deliberandum eſt: B aut quum òratio ſic elaborata eſt & conſummata, ut ad eius excellētiam nihil ab ullo addi poſſe uideatur. Quandiu autem neque rerum ſtatus emendatus eſt, & prius habitæ orationes nihil approbationis merentur: an non ſollicitè cogitandum, de tali oratione exquirenda, quę, ſi proſperè ſucceſſerit, & inteſtina bella præſentesque tumultus ſopiet, & maximis nos malis liberabit? Præterea ſi fieri minimè poſſet, ut alio atque alio modo ijſdem de reb. diceretur, ſuperuacaneum iudicari poſſet, eiuſdem argumenti non diſsimili tractatione, faſtidium párere auditoribus. Cum autem ea natura ſermonis ſit, ut eadem uariè ac multipliciter explicari poſsint, & magna dicendo deprimi, parua exaggerari, & ueteribus nòua ueluti ueſtis indui, & his quæ recens acta ſunt, uetuſtatis quædam opinio conciliari queat: iam committendum amplius non eſt, ut ea repetere nolimus, de quibus alij dixere: ſed dari opera debet, ut eos eloquentia ſuperemus. Res enim olim geſtæ, nobis omnibus communes relictæ ſunt: ſed eas in tempore proferre, & ſententijs atque argumentis idoneis confirmatas, & ſplendore uerborum exornatas, prudentium hominum peculiare eſt. Sic autem exiſtimo, cùm cæteras artes, tum uerò eloquentiæ ſtudium maximè auctum iri, ſi quis honoret ac miretur, non eos qui dicendi principium alijs præripuerint, ſed eos qui ſingulas orationum partes optimè perfecerint: neque illos qui de rebus à nemine prius tractatis dicere inſtituerint, ſed qui res ita oratione illuſtrant, ut nemo alius idem præſtare poſſe uideatur.

Non cōferenda hæc oratio cum forēſibus rixis.

Enimuero ſunt qui uituperēt orationes quæ uulgi captū excedunt, & exquiſitius elaboratas: ac in eo errore uerſantur, ut eas quæ ſummo ſtudio & elegantia confectæ ſunt, cum cauſidicorum conflictationibus in iudicijs de priuatis contractibus conferant. Quaſi uerò eadē utrarūque ratio eſſe debeat, & nō alteræ ad cauſæ uictoriam

alteræ

A alteræ ad oſtentationem cõparatæ ſint. aut ipſi mediocritatem perſpiciant?
is uerò qui accuratè dicere poteſt, non etiam ſimpliciter dicere poſſit? Ve-
rùm ſatis apparet, eos duntaxat ab iſtis laudari, à quibus ipſi non longè ab-
ſunt. ſed cum illis mihi rei nihil eſt: eos uolo, qui nullum uerbũ temere pro-
bent, ſed & moroſe iudicent, & tale aliquid in meis orationibus requirant,
quod apud alios non inueniant. Ad eos igitur poſtquã meipſum paululũ
iactaro, mox de reipſa dicere aggrediar. Equidem alijs uſitatũ eſſe uideo,
ut in exordijs auditores ſibi concilient, & excuſationis loco adferant, uel
ſibi non ſatis ſpacij fuiſſe datũ ad meditandum: uel, difficilem eſſe inuentu
talem orationem, quæ rei magnitudini reſpondeat. Ego uerò, niſi et pro rei
dignitate dixero, & ſicut tum gloria mea, tum tempus, non id tantũ quod
in hac oratione ſcribenda conſumpſi, ſed totius meæ uitæ poſtulat: hortor
ac iubeo, ut nemo mihi det ueniam, ſed omnes me derideãt & cõtemnant:
nihil enim eſt quod pati nõ merear, ſi nihilo præſtantior alijs, adeò magni-
ficas facio pollicitationes. Ac de me quidem hæc præfari priuatim uolui.

Ingens Iſocratis, de ſua eloquentia, fiducia.

Quod autem ad rempublicam attinet: qui mox, ut huc progreſſi ſunt, do-
cent; abolitis mutuis odijs & inimicitijs, belli aciem contra Barbarum
eſſe dirigendam, cladeſque ex inteſtinis bellis acceptas commemorant,
& fructus ex illa expeditione percipiendos: uera quidem dicunt, ſed non
inde ordiuntur, unde hæc potiſsimum conſtitui, & per quę perfici poſſunt.
Nam Græcorum alij nobis ſubijciuntur, alij Lacedæmonijs parẽt. Etenim
formæ rerumpublic. quibus in ſuis ciuitatibus utuntur, pleroſq; ipſorum
ita diſtinxerunt. Quiſquis igitur exiſtimat, cæteros communi aliquo bono
fruituros, priuſquam principes recõciliati fuerint: is nimium pueriliter ſen
tit, & longè abeſt à rei ueritate. neceſſe enim eſt, ut qui non oſtentationi tan
tum ſeruiunt, ingenijq; famam aucupantur, ſed aliquid etiam perficere cu-
B piunt: eas orationes quærãt, quib. hæ urbes perſuadeantur, ut pari & ęquo
inter ſeſe iure uiuant, & tum principatus diuidãt, tum quę lucra nunc à Grę
cis abradere ſtudent, Barbaris extorqueant. Ac noſtra quidem urbs ad hęc
facilè adducetur, ſed Lacedæmonij peruicaciores adhuc ſunt: falſa nimi-
rum perſuaſione imbuti, patrium ſibi eſſe, ut duces in bello ſint. Si quis ue-
rò eis oſtenderit, hunc honorem ad nos pertinere potius, quàm ad ipſos, o-
miſſa fortaſſis accuratiore de his rebus diſputatione, ad id quod expediet
conuertentur. Iurè igitur etiã alij hinc exorſi fuiſſent, nec prius ea de quib.
nemo dubitat, ſuadere debuiſſent, q; illa explicaſſent, de quibus inter nos
omnis controuerſia eſt. Me uerò, utraq; de cauſa decet in his immorari po
tiſsimũ, tum ut aliquid promoueatur, & omiſſa hac inter nos cõcertatione,
cõmuni conſilio bellũ Barbaris inferatur: tum, ſi fortè hoc perfici nequeat,
ut eos palàm faciam, qui Gręcorum felicitatem impediunt: omnibuſq; per-
ſpicuum fiat, noſtram ciuitatem & antehac iurè maris imperium tenuiſſe,
& nunc ducatum non iniuria ſibi uendicare. Nam ſiue hi propter ſingula
honorandi ſunt, qui maximũ rerũ uſum ſummamq; potẽtiam habent: ſine
controuerſia nos principatum, quem antea tenuimus, recipere conuenit.
Nemo enim aliam urbem oſtendet, quę terreſtri bello tantũ emineat, quan
tum noſtra in periculis in mari excellit. Siue aliqui iudicium hoc iniquum
eſſe dictitantes, (multas enim fieri mutationes, neq; principatus ab ijſdem
perpetuò teneri) contendũt, uel eos qui hunc honorẽ primùm adepti ſint,
uel qui beneficia in Græcos plurima contulerint, principatũ, tanquã aliud
aliquod præmiũ, obtinere debere: etiam illos nobiſcũ facere arbitror. Nam
quo quis in horũ utrorumq; conſideratione longius progredietur, eo lon-
gius à tergo relinquemus eos, qui de his contendere auſi fuerint. In cõfeſſo
enim eſt, noſtram urbem & antiquiſſimam eſſe, & maximam, & apud om-

Athenienſes & Lacedæmonij ante omnia ut conſentiant, neceſſe eſſe.

Athenienſium principatum eſſe, non Lacedæmoniorũ

Peritiores rei bellicæ, potentiores, antiquiores, beneficentiores in Græcos, præ cæteris honorandi.

 nes

nes homines celeberrimam. Quanquam autem hoc adeò pulcherrimum A
fundamentum ſit, propter ea tamen quæ ſequuntur, plus etiam honoris no
bis deferendum eſt. Nec enim hanc terram incolimus pulſis prioribus co
lonis, nec uacuam occupauimus, nec ex multis gentibus fortuitò collecti
ſumus, ſed ita honeſtè & liberaliter nati, ut quæ nos produxit, eam perpe-
tuò tenuerimus. Sumus enim indigenę, ijſdemq́ nominib. urbem, quibus
coniunctiſſimos quoſq́, cõpellare audemus. Solis enim nobis ex omnibus
Græcis, eandem & nutricem & matrem uocare conuenit. Decet aũt, ſi qui
ſuæ magnanimitatis cauſam habere uolunt, & de principatu iurè conten-
dunt, & maiorum ſæpe mentionem faciunt, ut tale ſui generis primordium
proferre poſsint. Quæ igitur ab initio nobis contigêre, ac à fortuna donata
ſunt, tam excellentia nos habemus. Quanta uerò in alios beneficia contu

Beneficia collata in genus mortalium ab Atheniēſibus

lerimus, ita pulcherrimè perquiremus, ſi & primum tempus, & res ciuitatis
geſtas, ordine percurrerimus. Reperiemus enim, eam non tantum in
periculis bellicis excelluiſſe, ſed & reliqui apparatus, in quo conſedimus;
& quo in republica utimur, & propter quem uiuere poſſumus, ferè uni-
uerſi autorem extitiſſe. Neceſſe eſt autem, ut ea beneficia potiſsimum
proferantur, non quæ ob tenuitatem ignorata, ſilentioq́ tecta iacuerunt,
ſed quæ propter magnitudinem, ab omnibus hominibus, & olim, & nunc,
& ubiq́, tum commemorantur, tum in recenti memoria ſunt.

Inuentio frugum.

Primùm igitur, quo noſtra natura primùm eguit, id per noſtram urbem
ſuppeditatum eſt. Etſi enim hic ſermò fabulæ faciem præferre uideatur, ta-
men nunc etiam recitandus eſt. Nam cum Ceres poſt raptã Proſerpinam,
erroribus acta, in regionem noſtrã perueniſſet: noſtriſq́ maioribus, ob ac-
cepta beneficia, quæ non niſi initiatis audire fas eſt, bene cuperet: & bina
munera, quæ maxima ſunt, largita eſſet: fruges nimirum, quæ in cauſa fuere

Myſteria, ſeu initia Eleuſinia.

ne beluarum uitam uiueremus: & initia ſacrorum, quorũ participes, & de B
uitæ obitu & uniuerſo æuo ſpem ſuauiorem concipiunt: ea non tantũ pie-
tas, ſed humanitas etiam noſtræ urbis fuit, ut tantis bonis potita, nemini ea
inuiderit, ſed quæ acceperat, omnibus impertierit. Ac ſacra quidem etiam
hodie ſingulis annis oſtendimus. Frugum uerò in uniuerſum beneficia, &
uſus, et utilitates quæ ex illis oriũtur, docuimus. Quib. qui fidẽ abrogare ue
lit, ſi pauca duntaxat addiderimus, nemo erit. Primùm enim, ſi quis ea quæ.
diximus, propterea uilipendet, quòd antiqua ſint, ob id ipſum ea facta eſſe
iurè exiſtimauerit. Nam quòd ea multi dixerunt, & omnes audiuere, non
quidem pro nouis, ſed tamen pro fide dignis habenda ſunt. Deinde non
huc tantum confugere licet, quòd ſermonem & famam hanc, iam olim acce
perimus, ſed maioribus ſignis quàm hæc ſunt, uti poſſumus. Nam pleræq́
urbes, in ueteris beneficij memoriam, frumenti primitias quotannis ad
nos mittunt. Si quæ autem id omiſerunt, Pythia ſæpe imperauit, ut partes
frugum offerrent, & noſtræ urbi præſtarent ea quæ à patribus accepiſſent.
Quæ uerò magis credenda ſunt, quàm quę & oraculo cõfirmantur, & mul
tos Græcorum ſuffragatores habent, & ubi ueteres ſermones præſentibus
factis teſtimonium perhibent, & quæ modò fiunt cum ueterum ſermonib.
conſentiunt? Præterea, ſi omiſſis his omnibus, ad primam originem aſcen
dere libeat, inueniemus, quòd illi qui primùm in terris apparuere, uitã non
ſic inſtructã repererunt, ſed ipſi paulatim neceſſaria conquiſiuerunt. Quos
nam igitur ea ueriſimilius eſt uel dono accepiſſe à dijs, uel ſua inquiſitione
eſſe conſecutos? An non eos qui ſine controuerſia & primi nati ſunt, et ad
artes tractandas ingenioſiſsimi, & in deorum cultu religioſiſſimi? Quantis
uerò honoribus digni ſint, tantorum beneficiorum autores, docere, noſtri
inſtituti non eſt. Nemo enim illum honorem inuenerit, qui tanti beneficij
magnitudini

A magnitudini reſpondeat. De maximo igitur beneficio, quod & primum
fuit, & omnib. communiſsimũ, hæc dicenda habemus. Iiſdem uerò tempo *Coloniæ dedu-*
ribus ferè, cum noſtra ciuitas uideret, Barbaros maximam regionis partem *ctæ ab Athe-*
obtinere, Græcos uerò in anguſtias quaſdã concluſos, ob agri penuriã, ſibi *nienſibus.*
inuicem inſidias et bella facere, ac alios inopia uictus quotidiani, alios belli
calamitate perire: ne hæc quidem neglexit. ſed miſsis ducibus in ciuitates,
qui aſſumptis pauperrimis, ductu auſpicijsq; ſuis Barbaros uicere: & mul-
tas in utraq; continente urbes condiderunt, & in omnes inſulas, colonias
deduxerũt. Quo facto, utroſq;, tam ſecutos, quàm domi relictos, ſeruarũt.
Nam alteris domi agros ſatis multos reliquerũt, alteris opes plures quàm
prius habuerant, tradiderunt. Omnem enim hunc locum quem nunc tene-
mus, amplexi ſunt. Vnde illis etiam qui pôſt aliquò deducere colonias, no-
ſtramq; urbem imitari uoluerunt, eius rei, citra ullum negociũ poteſtatem
dederunt. Non enim neceſſe erat eos occupandę regionis cauſa periclitari,
ſed in eam profectos, quæ à nobis aſsignata erat Græcis, & à ditione Bar-
barorum reciſa, incolere. Quis uerò eſt qui principatum oſtẽdat, uel magis
patriũ, eo, qui uetuſtate plerarunq; urbiũ Græcarũ conditionẽ originemq;
ſuperat: uel utiliorem, qui Barbaros ſolum uertere coegit, Græcos ad tan-
tas opes euexit? Neq; uerò, cum in rebus maximis conficiendis adiumento *Leges &*
fuiſſet, cætera neglexit: ſed ſua beneficia ab eo auſpicata eſt, ut uictũ curaret *Politiæ.*
indigentibus, id quod in primis faciendũ eſt, ſi quis cætera rectè curata eſſe
uelit, & exiſtimans, uitam hac ſola re inſtructam, nondum eſſe dignam ui-
uendi deſiderio: tantam diligentiam in cæteris quoq; adhibuit, ut eorũ bo-
norum quibus fruuntur homines, quæ à dijs non accepimus, ſed mutua no-
ſtra opera ipſi nobis peperimus, nihil ſine urbe noſtra contigerit, plurima
B propter hanc ipſam euenerint. Nam, cum Græcos ſine legibus ferociterq;
uiuentes inueniſſet, et ſparſim habitantes, quorũ alij potentiorũ dominatu
contumelioſe uexabantur, alij quòd nullos magiſtratus haberent, interi-
bant: etiã his malis eos liberauit, dum alios ſibi ſubijcit, alios exemplo ſuo
emendat. Prima enim & leges tulit, & rempublicam conſtituit, id quod in-
de perſpicitur. Nam qui primi homicidij cauſam egerunt, & diſceptatione,
non ui et armis controuerſiam finiri uoluerunt, noſtrarum legum uindicijs
uſi ſunt. Quin etiam artes tum ad uitæ neceſſitatem utiles, tum cauſa uolu- *Artificia.*
ptatis excogitatas, partim ipſa inuenit: partim probatas & expolitas, aliorũ
uſibus accommodatas reddidit. Quæ uerò ad cæterarum rerum adminiſtra- *Hoſpitalitas*
tionem attinẽt, ea tam hoſpitaliter inſtruxit, & tam familiariter erga uniuer-
ſos, ut utriſq; tum pecuniarum egentibus, tum ſuis opibus frui uolentibus,
conueniant: & neq; felicibus incommodent, neq; illis qui ſine calamitate
in patria uiuere non potuerunt: ſed utriſq; apud nos ſit, alteris quidem iu-
cundiſſima uiuendi ratio, alteris tutiſsimum confugium. Præterea cum nõ *Mercimonia*
omnis tellus omnia ferat, ſed quibuſdam careat, quibuſdam abundet: neq;
facilè ratio iniri poſſet, tum quò alia exportanda, tum unde alia inuehenda
eſſent: etiam his incommodis medicata eſt. Nam in Græciæ meditullio Pi-
ræeum mercatum inſtituit, cuius tam excellens commoditas et copia eſt, ut
quarum rerum ſingulas apud alios nanciſci facile non eſt, ibi parari uniuer-
ſæ facilimè poſsint. Meritò autem laudantur etiam, qui celebres conuentus *Panegyres et*
inſtituerũt, eo quòd eum morem nobis tradidere, ut, quaſi fœdere inito, et *ſpectacula*
inimicitijs, ſi quæ fortè intercederent, conciliatis, in unum conueniamus. *Athenienſiũ.*
Deinde ut uotis & ſacris communibus factis, eius cognationis qua nobis
inuicem coniuncti ſumus, recordati, amiciores in poſterũ ſimus inter nos:
&, cum uetera hoſpitia renouemus, tum alia publica cõſtituamus: &, neq;
indoctis, neq; excellentibus ingenijs ignauum tempus abeat, ſed congre-

gatis Græcis, alijs ſuam fœlicitatem oſtẽtare, alijs hos inter ſe certantes ſpe A
ctare liceat, & neutri uoluptate careant, ſed utriq; habeant in quo glorien-
tur: alteri, cum uident ipſorum cauſa athletas laborare: alteri, dum cogitant
omnes, ut ipſos ſpectent, adeſſe. tanta inquam commoda, cum ex hiſce con
greſsibus ad nos redeant, ne in his quidem noſtra urbs poſtremas tulit. Et-
enim ſpectacula plurima & pulcherrima, quaſi peculiarem poſſeſsionẽ ha-
bet, alia magnitudine ſumptuum excellentia, alia propter artificia celebria,
alia utriſq; his præſtantia. Quin multitudo etiam eorum qui huc confluunt
tanta eſt, ut ſi quid boni in mutuis congreſsibus ineſt, id quoq; ipſa cõpre-
henderit. Amicitias præterea fideliſsimas apud nos potiſsimũ reperire eſt,
& colloquijs ac familiaritatibus omnis generis intereſſe licet. Adhęc, certa-
mina non tantum celeritatis & uirium, ſed & eloquentiæ & prudentiæ, ac
operum cæterorum omnium, & horum præmia maxima hic cernuntur.
Nam præter ea quæ ipſa proponit, etiam alijs perſuadet ut plus adijciant.
Nam quęcunq; à nobis decreta et comprobata fuerint, in tanta gloria ſunt,
ut apud omnes homines probentur & magnifiant. Præterea cæteræ cele-
britates, poſt longum temporis ſpacium coactæ, celeriter diſſoluuntur: no
ſtra uerò urbs hoſpitibus in omne æuum inſtar ſolennis conuentus, & cu-
Philoſophia. iuſdam celebritatis eſt. Philoſophiæ quidem, cuius ope hæc omnia inuen-
ta & cõſtituta ſunt, quę nos & ad actiones erudijt, & inter nos mitiores red
didit, & calamitates quæ tum ex inſcitia tum neceſſariò oriuntur, diſtinxit,
ac illas cauere, has generoſo animo ferre docuit: noſtra urbs honorem ha-
Eloquentia. buit. nec minus eloquentiæ, cuius deſiderio tenentur omnes, & tamen ea
præditis inuident. haud ignara, quòd ſolis nobis, inter omnes cæteras ani-
mãtes, hoc natura peculiare tribuit, quo inſigni bono uſi, etiã cæteris in re-
bus omnibus, illis pręſtitimus. Cũ uerò animaduerteret, in alijs actionibus,
ea fortunę ludibria eſſe, ut ſępenumero periti, uotorũ impotes fierent, et ſto B
lidi proſperos ſucceſſus haberent: orationis autem præclaræ & artificioſæ
facultatem negatam ignauis & ſtupidis, prudentis animi peculiare munus
eſſe: & eos qui ſapientes & indocti perhibeantur, hac re inter ſeſe potiſſi-
mum differre: præterea eos qui ab ineunte ætate liberaliter educati & inſti
tuti ſunt, ex fortitudine & opibus & alijs eius generis bonis non dignoſci,
ſed ex oratione potiſsimum dijudicari: & hoc certiſsimũ ſignum & euiden
tiſsimum eſſe, quomodo unuſquiſq; noſtrûm eruditus ſit: et ſi qui oratione
bene utantur, eos non in ſuis duntaxat urbibus autoritate ualere, ſed apud
exteros etiam honorari: his igitur de cauſis, tum ſapientia tum eloquentia
noſtra urbs cæteris hominibus tantũ ſtuduit antecellere, ut huius diſcipuli
ſint aliorũ præceptores: idq; cõſecuta ſit, ut nomen Græcorũ, non amplius
nationis & gentis, ſed rationis & mẽtis indiciũ uideatur: Gręciq; hi potius
uocẽtur, qui eruditionis noſtrę, quàm qui naturæ cõmunis participes ſunt.
Ne uerò uidear in partib. immorari, de rebus in uniuerſum me dicturũ
profeſſus, aut hæc celebrandæ urbis noſtræ cauſa attuliſſe, ob bellicarũ lau
dum inopiam: hactenus hęc propter eos dicta ſint, qui hiſce de rebus præ-
clarè ſentiunt. Arbitror autem, maiores noſtros non minus ob pericula bel
lica honorandos eſſe, quàm propter alia beneficia. Nec enim parua, neque
pauca, nec obſcura certamina ſubierũt, ſed multa & acria, & magna, partim
pro patriæ defenſione, partim ad tuendam libertatem aliorum. Hoc enim
Calamitoſorũ perpetuò noſtrę ciuitatis ingenium fuit, ut ſine diſcrimine omniũ periculis
aſyli Athenæ afficeretur, & Græcos ab iniurijs ſemper uindicaret. Quare etiam nonnulli
nos uituperant, quòd male conſulamus in eo, dum imbecilliorum amicitiã
colimus: quaſi uerò non hæc maxima noſtra laus ſit. Nec enim ex ignora-
tione, quantum ſocietates potentiores ad ſecuritatem præſtent, ita conſul-
tauimus,

A tauimus, ſed quanquam, qui harum rerum euentus eſſent, longè melius ſci
remus quàm alij, tamen maluimus imbecillioribus, etiam neglecta utili-
tate, potius opitulari, quàm potentioribus noſtri compendij gratia, adiuto
res eſſe iniuriarum. Cognoſci autem ex eo & cõſuetudo & potentia noſtræ
urbis poterit, ſi eos proferemus, qui noſtram opem implorarũt. Porrò ſup-
plicationes uel recens factas, uel paruis de rebus, omittam. Diu autem ante
Troiana tempora (inde enim fidem iurè petunt, qui de iure patrio conten-
dunt) uenerunt & Herculis liberi, & paulo ante illos Adraſtus Talai filius, *Adraſtus.*
rex Argiuorum, qui quidem, in expeditione contra Thebanos, clade acce
pta, cum ſub Cadmea interfectos ipſe tollere nõ poſſet, à noſtra urbe petijt,
ut communis ſortis miſerti, opem ferrent: neq; paterentur, ut qui in prælijs
occũberent, inſepulti abijcerentur, aut uetus inſtitutũ & patria lex abolere
tur. Herculis uerò liberi, Euryſthei inimicitias fugiẽtes, deſpectis cęteris ur *Herculidæ.*
bibus, ut quæ tantis calamitatibus mederi non poſſent, noſtram ſolam ur-
bem eſſe putauere, quæ iuſtam gratiã referret pro beneficijs quę pater ſuus
in uniuerſum genus mortaliũ cõtuliſſet. Hinc facilè perſpicitur, noſtram ur
bem, tum etiam imperatoria dignitate fuiſſe præditam, & nunc nõ iniuria
principatum ſibi uendicare. Quis enim eſt qui ſupplicare ſuſtineat uel infe
rioribus, uel aliorum ſubiectis imperio, præteritis potentioribus? de rebus
præſertim non priuatis, ſed publicis, & quarum curam ſuſcepturos conſen-
taneũ erat, non niſi eos qui primas inter Græcos ſibi uendicarent? Deinde
apparet, eos ſpe ſua nõ fruſtratos eſſe, qua freti, ad maiores noſtros cõfuge-
rant. Suſcepto enim bello, defunctorum quidem cauſa, contra Thebanos,
propter Herculis autem liberos, aduerſus Euryſthei potẽtiam: illos, admo-
to ad urbem exercitu, ad ſepulturam cadauera cognatis reddere coegerũt:
& inſtructa acie, Peloponnenſes, qui cum Euryſtheo in noſtrum agrũ im-
B petum fecerant, obuiam progreſsi, prælio uicerunt, illiusq; ferociam cõpe-
ſcuerunt. Quanquã autem propter alia quoq; facinora in admiratione fue
rant, tamen ob hæc facta, magis etiam celebrati ſunt. Nec enim paruũ quid
dã præſtiterunt, ſed utrorumq; fortunas ita mutauere, ut et is qui nobis ſup
plicare dignatus erat, hoſtib. ui ſuperatis, cõfectisq; quæ deſiderarat omni
bus, diſceſſerit: & Euryſtheus, qui nobis uim facturus aduenerat, ipſe ca-
ptus, ſupplex fieri coactus ſit. Qui quidem illum, qui natura humana prę-
ſtantior, & Ioue natus, dum mortalis eſſet adhuc, dei cuiuſdã robur habuit,
& mandatis & iniurijs alijs perpetuò diuexauit. Poſtquam uerò in nos de-
liquit, res eius ita mutatæ ſunt, ut poteſtati liberorum Herculis permiſſus,
contumelioſa morte perierit. Cum autem multa beneficia in ciuitatem La- *Lacedæmo-*
cedæmoniorũ contulerimus, ſic accidit, ut de hoc unico dicerem. Nam oc- *nijs ingratitu*
caſione uſi ſalutis & incolumitatis noſtra opera partæ, maiores eorum qui *dinem expro-*
nunc Spartæ regnant, Herculis uerò poſteri, in Peloponneſum quaſi poſtli *brat.*
minio redierunt, atq; Argos & Lacedæmona & Meſſenam occuparunt. &
Spartam, introductis nouis colonis, inſtaurarunt: bonorumq; quibus nũc
fruuntur, omnium, principes ipſis autoresq; extiterunt. Decuiſſet igitur, ut
illi horum memores, nunquam hanc regionem inuaſiſſent, è qua maiores
ſui progreſsi, tantam felicitatem adepti ſunt: nec huic urbi periculum creaſ-
ſent, quæ pro Herculis liberis, caput periculis obiecit. Cuius poſteris cum
regnum detulerint, qui conuenit, ut eam ciuitatem ſeruitute opprimere ſtu
deant, quæ totam eius familiam conſeruauit? Si uerò gratiæ referendę, &
æquitatis officijs omiſsis, ad inſtitutum redeundum, & in ipſius cauſæ ar-
cem inuadendum eſt: non utiq; patrium eſt, ut duces ſint aduenæ indige-
narum, neq; ut affecti beneficijs, benemeritorum, neq; ut ſupplices eorum
à quibus conſeruati ſunt. Poſſum autem etiam maiore compendio hiſce de

rebus diſſerere. Grçcarum enim urbium, noſtra ciuitate excepta, Argos, & A
Thebæ, & Lacedæmon, ut tum fuerunt, ſic etiam hodie maximæ ſunt. Ma-
nifeſtum autem eſt, maiores noſtros tantum inter omnes excelluiſſe, ut pro
pter Argiuos aduerſa fortuna uſos, Thebanis cũ animoſiſsimi eſſent, man-
data dederint, & ob liberos Herculis, Argiuos, cæterosq́ Peloponnenſes,
prælio ſuperarint: & è periculo quod ab Euryſtheo imminebat, Spartę con
ditores & Lacedęmoniorũ duces conſeruarint. Quare haud ſcio quid nam
de Græcię principatu nobis uẽdicando, ab ullo demõſtrari poſſit apertius.
Videtur autẽ conuenire, ut de rebus à noſtra ciuitate prius etiã cõtra Barba
ros geſtis, dicã: præſertim, cum orationẽ de imperio & ducatu, quo illos op
Veteres Atheniensiũ uictoriæ. pugnemus, inſtituerim. Et quidẽ, ſi omnia pericula enumerare uelim, iuſto
prolixior mihi naſcetur oratio. Dabo aũt operam, ut eadẽ ratione, quam in
priorib. ſeruaui, etiã hic de maximis tantũmodo diſſeram. Sunt igitur cupi-
diſſimę imperij gentes, & potentiſſimæ, Scythæ & Thraces & Perſæ. ita aũt
ſors tulit, ut omnes nobis inſidiatæ fuerint, noſtraq́ urbs aduerſus hos om
nes belli diſcrimen adierit. Proinde quid reliquũ erit aduerſarijs, ſi demon
ſtratũ fuerit, Græcos, ſi qui ius ſuũ adipiſci non potuiſſent, noſtræ urbi ſup
plicare ſolitos: Barbaros, qui Græciam ſeruituti ſubijcere ſtuduerunt, nos
primos inuaſiſſe? Fuit quidem bellum Perſicum omnium illuſtriſsimum:
uerùm non minora argumenta res olim geſtæ ſuppeditant, ubi de iure &
more maiorũ diſputatur. Nam dum humilis adhuc eſſet Grçcia, in noſtram
ditionem irruperũt Thraces cum Eumolpo Neptuni filio, Scythæ cum A-
mazonibus Martis filiabus, non uno tempore, ſed eo utriq;, quo Europæ
imperium inuadebant, infenſi quidem & infeſti Græcis uniuerſis, ſed pri-
uatim nos accuſantes. Exiſtimabant enim, ſe ita cõtra unam duntaxat urbẽ
periclitaturos, et uniuerſarũ ſimul potituros. Non tamen uotorũ compotes
facti, ſed cũ ſolis noſtris maioribus congreſsi, non minus ad internecionem B
deleti ſunt, ꝙ ſi uniuerſis hominib. bellum feciſſent. Euidens autẽ eſt, quan-
tam cladem acceperint. Nec enim fama illa tam diu durare potuiſſet, niſi res
Amazones. geſtæ inſignes fuiſſent. De Amazonibus quidẽ dicitur, nullam earũ quæ
huc uenerint, domũ redijſſe: cæteras, quæ domi manſerant, ob cladẽ hic ac-
Thraces. ceptam, regno pulſas eſſe. De Thracibus autẽ, cum ſuperiori tempore in ui
cinia noſtra habitaſſent, ob expeditionem tum factam, eos tam longè receſ
ſiſſe, ut intra noſtros & illorum fines, multæ gentes uariæq́ conſederint, &
magnæ urbes ſint conditæ. Præclara quidem & hæc ſunt, ac decora de prin
cipatu contendentibus. Cognata uerò his quę diximus, & talia ſunt, qualia
Perſæ. decent à tantis uiris oriundos, quę illi geſſere, qui Darij & Xerxis arma re-
pulerunt. Cum enim maximũ id bellum conflatum eſſet, & plurima pericu
la eodem tempore incidiſſent, ac hoſtes, ob multitudinem, ſe non ſuſtine-
ri poſſe putarent, illorumq́ fortitudinem inſuperabilem noſtri ſocij eſſe cre
derent: utriſq́ uictis, ut utriq́ conueniebat, & in uniuerſis periculis proba-
ta uirtutis ſuæ præſtantia, inſignem fortitudinis laudem & præmia merue-
rũt. Neq́ multo pòſt, maris imperium adepti ſunt, delatum ab alijs Græcis:
nec aduerſantibus iſtis, qui nunc eo nos ſpoliare contendunt.

Nemo uerò me ignorare putet, etiam Lacedæmonios circa illa tempo-
ra, multa in Græcos beneficia contuliſſe. Tantum uerò abeſt ut noſtræ ur-
bis laudes propterea imminuantur, ut etiam maiores ſint, quòd tam præ-
ſtantibus æmulis & aduerſarijs, tantopere præſtitit. Volo autem pauló plu
ra de his duabus urbibus dicere, & non celeriter nimis prætermittere, ut u-
traq́ nobis in memoria reuocentur, tum uirtus noſtrorum maiorũ, tum ini-
micitiæ contra Barbaros. Neq́ me latet quàm difficile ſit, ut poſtremò huc
progreſſus, de rebus dicam iam olim præreptis & occupatis, de quibus elo-
quentiſſimi

A quentiſsimi ciues, in publicis ſepulturis ſæpe uerba fecerunt. Neceſſe enim
eſt, maxima ex illis, iam antè in medium allata, & parua quædã relicta eſſe.
non tamen quæ reſtant, quoniã inſtituto noſtro ſeruiũt, ſilentio prætereun
da ſunt. Optimè igitur meritos, & maximis laudibus fuiſſe dignos eos exi
ſtimo, qui ſua corpora pro Græciæ defenſione periculis obiecerunt. tamen
illorum etiam nonnulla ratio habenda eſt, qui bello hoc ætate ſuperiores,
in utraqꝫ urbe magiſtratum geſſerunt. Illi enim fuere, qui præpararunt po-
ſteros, & multitudinem ad uirtutem cohortati, eos Barbaris acerrimos ad-
uerſarios effecerunt. Nec enim illi nullam reipub. curam habebant, neqꝫ pu
blicis opibus fruebantur ut priuatis, ut alienas negligebant, ſed eas admini
ſtrabant ut priuatas: abſtinebãt, ut abſtinere decet ijs rebus, quæ nihil ad ſe
pertinerent. nec argento fœlicitatem metiebantur, ſed is uidebatur opes tu
tiſſimas poſſidere, & pulcherrimas, qui ita ſe gerebat, ut & ipſe maximã lau
dem mereretur, & liberis ſuis honeſtiſsimam famam relicturus eſſet. Neqꝫ
uerò audacia inter ſeſe certabant, neqꝫ ſeſe mutuò ferociter impetebant: ſed
grauius eſſe putabant malè audire à ciuibus, quàm honeſtè pro patria oc-
cumbere. et magis erubeſcebant, ſi quid publicè delictum eſſet, quàm nunc
priuatim peccaſſe pudeat. In cauſa hoc fuit, quòd operam dabant, ut leges
accuratæ & præclaræ eſſent, non tam de priuatis contractibus, ꝙ de quotti
dianis moribus, ſtudijs & actionibus. Norant enim, bonis & honeſtis uiris
nihil opus eſſe multis ſcriptis, ſed è paucis pactionibus, et uelut teſſeris, eos
facile de re tum publica tum priuata conſenſuros. Tanta autem fuit eorum
ciuilitas & reipublicæ ſtudiũ, ut inter eos factiones eſſent, non utri alteris
ſublatis è medio, reliquis dominarentur, ſed utri ſuam, in ciuitatem benefi-
centiam illuſtriorem redderent: ſocietates coibant, non ob priuata cõpen-
dia, ſed propter multitudinis utilitatem. Eodem modo etiam res aliorum
B adminiſtrabant. Colebant enim Græcos, non exagitabant: exiſtimantes,
imperium, nõ tyrannidem eſſe in eos exercendam: duces potius quàm do
mini, ſeruatores, non peſtes appellari deſiderantes. beneficijs ciuitates alli-
ciebant, non ui euertebant: quicquid ſimpliciter promiſerant, religioſius
quàm nunc iuramenta ſeruabant. Pacta ita tenebant, ac ſi neceſſitate cõſtri-
cti tenerentur: nõ tam ob potentiã ſuperbiebant, quàm uitę modeſtiã laudi
ſibi ducebant: erga imbecilliores ita affecti, ut potentiores erga ſe affectos
eſſe uoluiſſent. Peculiaria quidem oppida ſuas urbes putabant, commu-
nem uerò patriam Græciã eſſe exiſtimabant. Cũ igitur his animis eſſent, &
his moribus adoleſcentiã imbuerent: eos qui contra Aſianos præliati ſunt,
tam ſtrenuos & fortes uiros exhibuerũt, ut nemo unquã uel poetarũ uel o-
ratorum, res ab eis geſtas pro dignitate celebrare potuerit. in quo ego illis
benigniſsimè ignoſco. Nihilo enim facilius eſt, eos laudare qui aliorũ uirtu
tes ſuperarunt, quàm illos qui nihil præclari geſſerunt. Nam alteris res de-
ſunt, alteris conuenientia uerba reperiri nequeũt. Nam quæ oratio tam prę
ſtantiũ uirorum laudibus par eſſe queat, qui eos qui ad Troiã militarũt, lon
giſsimo interuallo ſuperarunt? quandoquidẽ illi in una urbe expugnanda
decenniũ contriuerunt: hi uerò totius Aſiæ uires exiguo tempore debella
runt. neqꝫ patriam ſuam duntaxat conſeruarunt, ſed totam quoque Græ-
ciam à ſeruitute uindicarunt. Quæ uerò facinora, quos labores aut pericu
la detrectaſſent, ut uiuentes gloria florerent, qui famæ gratia poſt obitum
conſequendæ, tam intrepidè mortem oppetere uoluerunt? Arbitror
equidem deorum aliquem bellum hoc concitaſſe, admiratione uirtutis eo-
rum, ne tam generoſis animis præditi, in obſcuro deliteſcerent, aut uitam
ingloriam exigerent: ſed potius pari honore cum filijs deorum, quos ſe-
mideos appellant, afficerentur. Nam illi ut corpora naturæ neceſsitati

Laus ueterũ Athenienſiũ, qui pacatis rebus, ſummæ rerum præfuerũt: & egregia comparatio bonorũ & improborum magiſtratuũ

Collaudatiõ illorum qui Barbaros uicerunt.

reddiderunt, ſic uirtutis ſuæ memoriam immortalem reliquerunt. Ac inter A
Aemulatiões Lacedæmoniorũ et Atheniens. honeſtæ
maiores quidem noſtros & Lacedæmonios, ſemper æmulatio quędam ho
noriſq; contentio fuit, ſed de rebus pulcherrimis, temporibus illis concer-
tarunt, non ut hoſtes, ſed ut æmuli eiuſdem gloriæ. nec enim ad opprimen
dam Græcorum libertatem Barbaro ſunt adulati, ſed ſimul & de communi
ſalute conſenſerunt, & utri eam palmam obtinerent, de eo certamen fuit.
Declararũt aũt primùm uirtutẽ ſuam aduerſus copias à Dario miſſas. Quæ
Marathonia pugna.
cum è nauibus in Atticã deſcendiſſent, noſtri, nõ expectatis ſocijs, cõmune
bellũ ſuo periculo ſibi priuatim depopoſcerũt: domeſticoq; milite inſtru-
cti, totius Gręciæ cõtemptorib. occurrerũt, pauci multis myriadibus, tanq;
de aliena uita periclitandum eſſet. Lacedęmonij uerò, quamprimum de bel
lo in Attica audierant, relictis rebus omnibus, uenêre nobis opitulaturi, nõ
minore feſtinatione ac ſtudio quàm ſi hoſtes in ipſorũ ditione populabun
di uagarentur. Signum autem celeritatis & contentionis hoc eſt. Aiunt e-
nim, maiores noſtros eodem die & Barbarorum egreſſum in littus audiuiſ
ſe, & ad ſuæ regionis terminos defendẽdos progreſſos eſſe, & ſuperatis ho
ſtibus triumphaſſe. Illos uerò, tribus dieb. totidemq; noctibus, mille ac du-
centa ſtadia cum exercitu proficiſcentes, confeciſſe: uſq; adeò feſtinarunt,
alteri, ut ſocij periculorum eſſent, alteri, ut conflixiſſe uiderẽtur ante aduen
Expeditio Xerxis.
tum auxiliorum. Poſt hæc, ſecunda expeditio mota eſt, cuius ipſe Xerxes
dux fuit: relictaq; regia, imperator fieri auſus, totius Aſiæ uires cõtraxit. de
quo quis unquam inſtituit immenſa dicere, qui non minora quàm pro ueri
tate rerum dixerit? Nam tanta ſuperbia elatus fuit, ut rem paruã exiſtimans
ſubigere Græciam, taleq; ſui monumentum relinquere cupiens, quod hu-
manam naturam excederet, non prius deſtiterit, quàm inuenit, & per uim
extorſit, quod omnibus in ore eſt, ut cum exercitu continentẽ nauigarit, pe
dibus mare ambularit: tum Helleſponto ponte iuncto, tum Atho monte B
perfoſſo. Aduerſus eum igitur cuius tanta fuit elatio animi, qui tanta per-
Thermopylæ à Leonida Spartano occupatæ.
fecit, qui tot populis imperitauit: occurrerunt, diſtributo periculo, Lacedæ
monij, ad Thermopylas cõtra pedeſtrem exercitum, delectis mille de ſuis,
& ſociorum paucis aſſumptis, ut in anguſtijs eum prohiberent ulterius pro
gredi: noſtri patres ad Artemiſium, ſexaginta triremibus inſtructis con-
Artemiſium.
tra uniuerſam hoſtium claſſem. & hæc fecere, non tam contemptu hoſtiũ,
quàm æmulatione mutua: Lacedæmonij, quòd gloriã urbis noſtræ ob Ma
rathoniam pugnam æmulabantur, & ſe nobiſcum exæquare cupiebant, ue
riti, ne Græcia ſecundò à nobis conſeruaretur: noſtri maiores, potiſſimum
quidem, quia cupiebant partam gloriam tueri, & omnibus perſpicuum red
dere, priorem etiam uictoriam non fortunæ, ſed ſuæ uirtuti eſſe tribuendã.
Deinde, ut Græcos adducerent, ad naualis prælij fortunam tentandã: ac eis
demonſtrarent, multitudinem non minus in mari quàm terra, uirtuti succũ
bere. Quanquam autem par fuit audacia, diuerſam tamen fortunam exper-
ti ſunt. Nam illi perierunt, uictores animis, corporibus defatigati. nec enim
Athenienſes urbẽ deſerere, quàm imperare Græcis ut ſeruirẽt Barbaris, maluerunt.
hoc dicere fas eſt, eos eſſe uictos: nemo enim ex illis fugere dignatus eſt.
Noſtri uerò primas naues uicerunt: ſed poſtquã audiuere, hoſtes aditu poti
tos, domum reductis nauibus, & rebus urbanis ordinatis, ea de cæteris con
ſilia inierunt, ut cum prius multa præclarè geſſiſſent, in extremis periculis
longè fuerint excellentiores. Nam cũ ſocij omnes, animos deſpõderent, Pe
loponnenſes Iſthmum munirent, ſuæq; ſalutis priuatim rationem haberẽt;
aliæ urbes à Barbaris ſuperatæ, cum illis militarent, niſi fortè aliqua ex mi-
noribus per contemptum prætерita eſſet, triremes uerò mille & ducentæ
appellerent, & terreſtres copię innumerabiles in Atticam irrupturæ eſſent;
nec ulla ſalutis ſpes reliqua uideretur, ſed &. deſtituti à ſocijs, & ſpe omni
fruſtrati,

A fruſtrati, quanquam eis liceret non præſentia tantum pericula effugere, uerùm eximijs etiã honoribus frui, quos eis rex deferebat, exiſtimans, ſe, noſtræ urbis claſſe adiuncta, mox etiam Peloponneſo potiturum: repudiarũt eius munera. nec ira concitati aduerſus Græcos, à quibus deſerti erant, cupidè pacificationes cum Barbaris arripuerunt: ſed tum ipſi ad bellum pro libertate gerendum accingebantur, tum alijs qui ſeruituti ſeſe tradiderant, ignoſcebant. Putabant enim, contemptis oppidulis conuenire, ut quauis conditione ſalutem quærerent. At quæ Græciæ principatum ſibi uendicarent, illis nullo modo pericula detrectanda: ſed, quemadmodum uiris fortibus optabilius eſt honeſtè oppetere, quàm uiuere turpiter: ſic etiam primarijs urbibus præſtabilius eſſe, ut ex oculis hominũ & memoria prorſus aboleantur, quàm ut ſeruitute oppreſsæ cõſpiciantur. Non autem obſcurũ eſt, eos in hac fuiſſe ſententia. Cum enim fieri non poſſet, ut contra utraſq; copias ſimul exercitum inſtruerent, aſſumpta omni oppidana multitudine, in uicinam inſulam nauigarunt, ut alternis uicibus cõtra alterutros exercitus, & non ſimul contra ambos, Martis aleam experirentur. Enimuero, quomodo uiri præſtantiores illis, aut Græcorum amantiores oſtendi poſsunt, qui intueri ac ſuſtinere auſi ſunt, ne ſibi aliorum ſeruitus imputaretur, urbem ſuam deſolatam, agros uaſtatos, ſacra ſpoliata, templa incenſa, uniuerſi deniq; belli molem patrię ſuæ impendentem? Sed ne hæc quidem eis ſuffecerunt. Nam contra naues mille & ducentas ſoli pugnare non dubitarũt. Verùm hoc eis facere non licuit. Peloponnenſes enim pudefacti ob eorũ uirtutem, & exiſtimãtes, ſi noſtri interijſſent, ne ſe quidem fore incolumes: ſin uiciſſent, ſuas urbes in ignominia futuras: adire periculorum ſocietatem coacti ſunt. Ac tumultus qui in ea re incidunt, & clamores, & cohortationes, quæ communia ſunt omnium bellorum naualium, non uideo quorſum atB tineat multis commemorare. Quæ uerò huius loci propria ſunt, & digna principatu, & ſupradictis conſentanea: hæc eſt officij mei dicere. Tantum enim noſtra urbs cæteris, dum incolumis eſset, antecelluit, ut euerſa etiam, plures triremes ad periculum pro Græciæ ſalute adeundum contulerit, quàm cæteri omnes qui nauali prælio interſuerunt. Nemo autem adeò nobis inimicus eſt, quin fateatur nauale prælium uictoriæ cauſam extitiſſe, atq; idipſum noſtrę urbi acceptum eſse ferendum. Quare, cum bello petendi erunt Barbari, quorum decet eſſe principatum? non eorum qui bello ſuperiore ſe præclariſsimè geſſerunt? & in communibus diſcriminibus primas ferre meruerunt? nõ eos qui pro Græciæ ſalute ſuam urbẽ deſeruerũt? non eos qui et olim plurimas urbes condiderunt, et eaſdẽ denuò è maximis calamitatibus eripuerunt? An uerò non iniquiſsimè nobiſcum ageretur, ſi nunc minus dignitatis nobis & honoris tribueretur, ad quos tum pars maxima periculorum redundauit? & qui tum pro ſalute omnium in prima acie ſtetimus, nunc ſequi alios cogeremur? Hactenus quidem ſcio confeſſuros eſſe omnes, noſtram urbem et plurimorum bonorum autorem fuiſſe, & iure ſibi principatum uendicare.

Cõcludir, Athenienſibus deberi principatum.

Poſthæc uerò ſunt qui nos accuſent, quòd ſuſcepto maris principatu, multis cladibus Græcos affęcerimus: & inter alia crimina, Meliorum excidium, & Scionæorum interitũ, nobis exprobrant. Ego uerò nullum hoc malè adminiſtrati imperij ſignum eſſe puto, ſi acrius in aliquos, qui bello petere nos auſi fuerunt, animaduertimus: ſed hoc longè maius teſtimonium eſt, nos ſociorum ſaluti & cõmodis conſuluiſſe, quòd nulla urbs nobiſcũ coniũcta, in tales clades incidit. Deinde, ſi qui alij, in ijſdem negocijs, maiore clemẽtia ſunt uſi, iurè nos uituperant. Si uerò nunquam hoc factum eſt, & fieri nequit, ut tanta urbium multitudo cõtineatur in officio, niſi delinquentes puniantur: an non laudandi ſumus,

Refutatio. Athenienſes clementius geßiſſe maris imperium, quàm Lacedæmonios.

qui, quàm paucisſimis malè tractatis, imperium quàm diutisſimè tenere po A
tuimus? Puto autem, omnium iudicio, eos Græcorum patronos fuiſſe opti
mos, ſub quibus, qui paruêre, maximè floruerunt. At nobis principibus, in-
ueniemus & priuatarum familiarum fœlicitatem plurimum auctam, & ur-
bes maximas eſſe factas. Nec enim earũ incrementis inuidebamus, neq; tur
bas excitabamus, contraria reipublicæ forma introducta, ut inter ciues fa-
ctionibus ortis, utriq; nos colerent: ſed ſociorum cõcordiam in commune
Democratiæ æquitas. prodeſſe exiſtimantes, iiſdem legib. urbes omnes adminiſtrabamus, ea con
ſilia ſecuti, non quæ dominationem, ſed quæ ſocietatẽ decerent. Nam ſum-
mam quidem rerũ penes nos eſſe uoluimus, ſeorſim uerò ſuæ libertati ſin-
gulos permiſimus: & multitudinẽ tutati, dominationib. aduerſati ſumus:
iniquum putantes, ut multi paucorũ imperio regerentur, & qui re quidem
tenuiore, cætera uerò nihilo deteriores eſſent, à magiſtratib. & honoribus
excluderentur. Ac præterea, cum communis patria ſit, alios tyrannidẽ exer
cere, alios inquilinorũ locum tenere, & natura ciues, lege reipublicæ fun-
ctionibus ſpoliari: hæc, cum in paucorum dominatu reprehendenda habe
remus, & plura his, eandem reipub. formam, qua nos utimur, etiam apud
alios conſtituimus: quæ, cur pluribus laudanda ſit neſcio, præſertim cũ res
paucis abſolui poſſit. Hac enim per ſeptuaginta annos uſi, expertes tyranni
dum, liberi à Barbaris, ſine ſeditionibus inter nos ipſos, pacatè cum homini
bus uniuerſis uiximus. Pro quibus meritis æquum eſt, ut prudentes magnã
κληρουχίας, id eſt, aſsignationes agrorum excuſat. gratiã nobis habeant potius, quàm ut colonos ſorte delectos, atque in alias
terras ablegatos nobis obiiciant: quos in urbes deſolatas, ad tuendas eas,
præſidii loco, non ex auaricia, miſimus. Quarum rerum hoc ſignum eſt.
Nam cum regionem haberemus, ſi ciuium multitudinem ſpectes, anguſtiſ
ſimam, imperium uerò ampliſſimum, & triremes duplo plures quàm reli-
qui uniuerſi poſsideremus, quæ quidem eius generis erant, ut cum duplo B
Eubœa neglecta. pluribus dimicare potuiſſent, & Eubœa in conſpectu Atticæ propemodũ
ſita eſſet, quæ ingenio loci ad maris imperiũ aptiſsima erat, & cæteris cõmo
ditatibus reliquas inſulas omnes ſuperabat, quanquam in noſtra poteſtate
magis eſſet quàm noſtra ditio: atq; etiam ſciremus, & è Græcis cæteris, &
Barbaris eos in primis florere gloria, qui pulſis finitimis, copioſam & faci-
lem ſibi uiuendi rationem conſtituerunt: tamen horum nihil nos impulit,
ut Inſulanos uiolaremus. ſed ſoli è magna potentia præditis non recuſaui-
mus (quod negligentiæ fortaſsè tribuitur) tenuius uiuere, quàm hi qui ſer-
uire ſcilicet dicebantur. Et quidem ſi noſtri emolumenti rationem habuiſ
Scione Platæenſibus tradita. ſemus, non utiq; Scionæorum agrum appetiiſſemus, quem nos Platæen-
ſibus, qui ad nos confugerant, tradidiſſe conſtat: tantam uerò regionem ne
glexiſſemus, quæ nos omnes collocupletaſſet. Quum igitur ita nos geſſe-
Recriminatio decurionum, quos Lacedæmonii conſtituerant. rimus, tantis ueluti pignoribus traditis, nos aliena non appetere: illi tamen
nos accuſare audent, qui in decurionum numero ſunt, ſuasq; patrias afflixe
runt, ac effecere, ut ſuperiorum temporum & hominum iniuriæ paruæ ui-
derentur, & nihil reliqui ſit his qui fortè in poſterum ſtudioſi erunt impro-
bitatis. Profitentur illi quidem, ſe ſtudere Lacedæmoniis, atq; illorum inſti
tuta æmulari: ſed diuerſam ab illis rationem ſequũtur. Meliorũ calamitates
deplorant, ſed ſuos ipſi ciues tam nefario ſcelere ita uiolarunt, ut nulla illis
malis medicina poſsit adhiberi. Quam enim iniuriã prætermiſerunt? à quo
turpitudinis & ſæuitiæ genere abſtinuerunt? qui dementiſsimos pro fide-
liſſimis habuerunt? & proditores tanquam beneficos coluerũt? & quibuſ-
dam helotum ſeruiendum cenſuerunt, ut ſuis patriis inſultarent pro libidi-
ne? & eos qui ſe nefariis ciuium cædibus contaminarant, magis quàm pa-
rentes ſuos honorarũt? in eam porrò feritatẽ et inhumanitatem nos omnes
impule-

A impulerunt, ut felici ſuperiorũ temporũ ſtatu unuſquiſq; noſtrûm, etiam in paruis malis, multos haberet, qui ſui cõmiſeratione mouerentur: iſtis uerò imperantibus, ob domeſticorũ malorum multitudinem, nos mutuò miſereri deſierimus. Nemini enim tantum ocij reliquerunt, ut alienis malis doleret. Nam quis eorum effugere uiolentiam potuit? aut quis à publicis functionibus tam alienus & remotus fuit, qui uicinus eſſe calamitatib. non ſit coactus, in quas iſta ingenia nos coniecerunt? Neq; tamen eos pudet, ſuas urbes tam iniquè ac miſerè dilaceraſſe, & noſtram accuſare immeritò. Imò audent inſuper & priuata & publica iudicia apud nos facta proferre: cum ipſi trimeſtri ſpacio, indicta cauſa, plures interfecerint, quàm noſtra urbs, totius imperij tempore in iudicium adduxit. Exilia uerò, & ſeditiones, & legum confuſiones, & rerumpublicarũ mutationes, pręterea ſtupra liberorum, uxorum probra, pecuniarum rapinas, quis poſsit numerare? Illud ſaltem queo dicere, quæ apud nos acerbiſsima uiſa ſunt, facile aliquis uno ſenatuſconſulto impedire potuiſſet. At cædes & iniurias ſub iſtis perpetratas, medicari nemo queat. Quinetiam præſens pax, aut libertas, quæ cum in rebuſpub. nulla ſit, fœderibus tamen inſcripta habetur, non amplectenda magis eſt, quàm noſtrum imperium. Quis enim talem ſtatum deſideret, in quo crudeliſsimi piratæ mare tenent, armati milites urbes occupant: non modò pro imperij defenſione cum exteris nõ confligitur, ſed intra mœnia, ciues inter ſeſe præliantur? Interim igitur plures urbes captæ ſunt, quàm antequam pax conſtitueretur: & ob mutationum frequentiam urbiũ incolæ multò magis trepidant, quàm qui exilijs mulctati ſunt. Nam illi mala impendentia formidant, hi reſtitutionem expectant. Tantũ autem abeſt, ut uel libertati, uel ſuis legibus fruantur, ut aliæ tyrannis parcant, alię à Laconum præfectis teneantur, aliæ funditus euerſæ, aliæ à Barbaris op-

Græci quàm ſint calamitoſi. Lacedæmonijs imperantibus.

B preſſę iaceant. Quos in Europã traijcere auſos, & maioribus animis quàm par erat, elatos, nos ita cõpeſcuimus, ut non tantũ nullas cõtra nos expeditiones ſuſciperent, ſed ſuos etiã agros uaſtari paterentur: & qui mille ac ducentis nauib. Græciam circũnauigarant, intra Phaſelidẽ longa naue nulla appellerent, ſed quieſcerent, & occaſiones expectarẽt, neq; præſentibus uiribus confiderent. & hæc ob maiorũ noſtrorum uirtutẽ ita habuiſſe, urbis noſtrę calamitates perſpicuè oſtenderũt. Simul enim & nos principatu exuti ſumus, & Græcis calamitatũ principium exortũ eſt. Nam poſt cladem in Helleſponto acceptã, alijs imperiũ adeptis, Barbari nauali pręlio uicerunt, maris imperium habuerunt, pleraſq; inſulas occuparunt, in Laconicam egreſsi ſunt, Cythera expugnarunt, & uniuerſum Peloponneſum, circumnauigantes, afflixerunt. Magnitudo autem huius calamitatis ita maximè perſpicietur, ſi quis fœdera legerit, tum illa quę nobis imperantibus facta, tum hæc quæ nunc in literas relata ſunt. Apparebit enim, nos tunc & limites deſignaſſe imperij regis, & tributa quędam ordinaſſe, & maris uſu eum prohibuiſſe. Nunc uerò, ipſe eſt qui Gręciam gubernat, & quid ſinguli facere debeant, imperat, et tantum non pręfectos in urbibus cõſtituit. Hoc enim excepto, quid reliqui eſt? An' nõ & belli ius penes eum eſt, & pacis interpres fuit, & pręſentium rerum omnium præſes & moderator? An' non ad eum tanquam ad dominum nauigamus, nos mutuò accuſaturi? An' non eum regem magnum appellamus, perinde ac ſi eius mancipia ſimus? An' non in bellis quæ inter nos oriuntur, ſpem noſtrę ſalutis in eo collocamus, qui nos utroſq; uellet internecione deletos? Aequum igitur eſt, ut hiſce conſideratis, tum ob præſentem ſtatum indignatio ſubeat, tum noſtra imperandi ratio deſideretur: tum Lacedæmonij culpentur, quòd initio quidẽ belli ſuſcepti hanc belli cauſam prætexuêre, quaſi Græcos liberaturi eſſent: ſub finem autem,

Fœdera cũ rege Perſarũ.

Rex Perſarum Græcorũ ſequeſter.

Ionũ miſeriæ.

autem, tam multos ex eis Barbarorum tyrannidi dediderunt, & Ionas co- A
lonos noſtros, & ſæpe à nobis conſeruatos, ut à noſtra urbe deficerent, im-
pulerunt, & eoſdem Barbaris ſubiecerũt: quibus inuitis, & regionem ſuam
tenent, & contra quos belligerari nunquam deſtiterunt. Tum quidem indi
gnabantur Lacedæmonij, cum nos legitimum in quoſdam imperium uſur
pare uellemus, nunc uerò illos tam acerba ſeruitute oppreſſos nihil curant.
Non enim hoc mali ſatis eſt, quòd & deglubuntur exactionibus, & arces
ſuas ab hoſtibus occupatas uident: ſed ultra communes & publicas calami
tates, ſuis etiã corporibus acerbiora patiuntur, quàm apud nos ære empta
mancipia. Nemo enim noſtrûm ita flagellat famulos ſuos, ut illi homines
ingenuos mulctant. Hoc uerò ſummum malum eſt, quando etiam pro ipſa
hac ſeruitute ſibi ſtabilienda, coguntur unà militare, & arma contra eos
ferre, à quibus in libertatem aſſeruntur: & talia pericula ſubire, in quibus
uicti ſtatim pereant, uictores in poſterum durius ſeruiant. Quarum rerum

Accuſatio ignauiæ Lacedæmoniorũ.

cauſa quibus alijs imputanda eſt, quàm Lacedæmonijs, qui tanta potentia
præditi, nihil mouentur ſociorum olim ſuorum calamitatibus: & Barbarũ
Græcorum uiribus, ſuum imperium firmare patiuntur. Ac prius quidem
tyrannos eijciebant, & multitudini opem ferebãt: nunc uerò tantopere mu
tati ſunt, ut bellum gerant cum rebuſpublicis, & conſtituendis monarchijs
ſint auditores. Mantinenſium certè urbem, pace iam facta, euerterunt: Cad

Lacedæmonij regũ adiutores.

meam, Thebanorum arcem, occuparunt, & iam Olynthios & Phliaſios bel
lo petunt. Amyntæ uerò Macedonum regi, & Dionyſio Siliciæ tyranno, et
barbaro, Aſiam tenenti, nauant operam, ut illi maxima imperia conſequan
tur. Quid uerò abſurdius eſt, quàm ut ipſi principes Græcorum, unum ui-
rum, tot hominum dominũ efficiant, quorum neq; numerũ inuenire prom
ptum eſt: maximas uerò ciuitates, ne ſui quidem iuris eſſe ſinant, ſed uel ſer
uire cogant, uel maximis cladibus afficiant? Iam hoc omnium acerbiſſimũ B
eſt, ſi quis uideat, eos qui ſe Græcorum duces profitentur, contra Græcos,
tantũ non ſingulis diebus, exercitus ducere, cum Barbaris uerò ſocietatẽ in

Admonendi, nõ criminandi cauſa hæc eſſe dicta.

perpetuũ coijſſe? Nemo uerò exiſtimet, me odio aut animi acerbitate qua-
dam, aſperius hæc diſſeruiſſe: cum initiò dixerim, me de pacificatione uer-
ba facturum. Nõ enim hæc eò pertinent, ut apud alios Lacedæmoniorũ ur
bem in odiũ adducam: ſed ut, quantũ oratione cõſequi licet, efficiam, ut mu
tata ſententia, talia agere deſinant. Fieri autem nequit, ut quenquam à pec-
cando deterreas, & ad aliarum actionum deſiderium impellas, niſi delin-
quentes acriter & ſeuerè obiurgaris. Accuſare autem putandi ſunt, qui læ
dendi cauſa conuicia dicunt: admonere, qui propter audientis utilitatem,
idem faciunt. Nec enim de eadem oratione idem ſentiendum eſt, ſi non eo-

Lacedæmonij de amplificando Græciæ imperio non cogitant.

dem animo dicatur. Nam eorum ciuitati hoc etiã obijcere poſſumus, quòd
finitimos ad ſeruilem helotum conditionem adigunt: communitati uerò ſo
ciorum nihil eiuſmodi parant, ut noſtris controuerſijs abolitis, uniuerſi Bar
bari, qui totam Græciam undequaq; accolunt, non dominari nobis cupiãt,
ſed ſeruire cogantur. Enimuero par eſt, ut qui natura magnanimi ſunt, non
propter fortunam tument: talia facinora potius aggrediantur, quàm ut In-
ſulanos exactionibus uexent: quorum miſereri æquius erat, cum uideant
illos ob telluris anguſtias ut montes excolant, cogi: eos uerò qui in medi-
terraneis Perſicoq; regno conſedere, maximam agrorum partem ob terræ
abundantiam incultam negligere, & ex illis quos colunt, ingentes opes co
aceruare. Arbitror autem, ſi qui aliunde aduenientes, harum rerum ſpecta-
tores eſſent, ab illis nos ambos maximæ ſtulticiæ condemnatum iri, qui de
rebus tam exiguis periclitemur, cum liceret multa ſecurè poſsidere, & no-
ſtram ipſi regionẽ populemur, neglecta ubertate Aſiæ, qua frui poſſemus.

Regi

A Regi Perſarum quidem nihil perinde curæ eſt, nihil eius rationibus ita ac-
commodatum, quàm ſi quo pacto efficiat, ut inteſtinis bellis inter nos per- *Exercitus in*
petuò conflictemur. Nos uerò tantum abeſt ut ullas eius res conturbemus, *Cypro.*
aut ſeditionem in eius regno excitemus, ut etiam tumultus fortuitò illi co-
ortos, ſopire ſtudeamus. qui duorum exercituum ad Cyprum, altero eum
uti ſinimus, alterum obſidere, cum utriq; ſint è Græcia collecti. Nam & qui
defecêre, amicitia nobiſcum cõiuncti ſunt, & Lacedęmoniorũ fidei ſe com
mittunt: &, qui cum Tiribazo militant, & præſtantiſſimi quiq; è peditatu,
ex hiſce locis illuc uenerũt, & claſsis maxima pars ab Ionia unà nauigauit:
qui quidẽ multo libentius, coniuncto Marte, Aſiam uaſtarent, quàm inter
ſeſe, ob minuta quędã lucella, periculoſè dimicarent. Verùm de his omnib.
nos nullã curam ſuſcipimus, ſed de Cycladibus inſulis rixamur, ac interim
Barbaro tantam triremiũ multitudinẽ et tam ingentes exercitus ita temerè
nullaq; neceſsitate coacti tradidimus. Itaq; alia tenet, alijs imminet, alijs in- *Regi Perſa-*
ſidiatur, iurè contemptis nobis omnibus. id enim perfecit, quod nemo ex *rum conceſſa*
eius maioribus. Nam & nos & Lacedæmonij expreſsis uerbis confeſsi ſu- *quæ uoluit om*
mus, Aſiam regis eſſe. Gręcas igitur urbes, tanquam poſſeſsionem propriã *nia.*
ſic accepit, ut alias demoliatur, in alijs arces extruat. Et hęc omnia facta ſunt
propter noſtram amentiam, non propter eius potentiam. Mirantur qui- De potentia
dem nonnulli potentiam & ſucceſſus regis, eumq; uel inexpugnabilem, regis Perſarũ
uel certè ſuperatu perquàm difficilem eſſe dictitant, propterea quòd ma- quid ſentien-
gnas inter Græcos mutationes effecerit. Ego uerò cenſeo, qui talia dicunt dum.
eos non dehortari, ſed accelerare expeditionem. Nam ſi nobis omnib. con Inuerſio.
ſentientibus, ipſe turbis agitatus, non facilè oppugnari poterit: illud haud
dubiè tempus ualde metuendum eſt, cum res Barbarorum pacatæ & unani
miter conſtitutę fuerint, nos uerò, ut nunc fit, nos inuicem hoſtiliter exagi-
B tauerimus. Etſi autem illi meam ſententiam confirmant, tamen ne ſic qui- Extenuatio
dem rectè de illius potentia ſentiunt. Nam ſi demonſtrarent, eum prius ur potentiæ Per
bem utranq; ſimul ſuperaſſe, non iniuria nunc etiam nos perterrefacere co- ſicæ.
narentur. Si uerò nunquam id factum eſt, ſed dum nos & Lacedæmonij di
gladiamur, poſtquam cum alteris ſe coniunxit, opes eorũ florentiores red-
didit: nullum hoc ſignum eſt potentię illius. Nam huiuſmodi temporibus,
paruæ ſæpe uires magna momenta habuerunt. quia de Chijs etiam dicere
poſſum, cum utris illi fecerint, eos in mari fuiſſe potentiores. Verùm nõ ex
eo ſpectandæ regis opes ſunt, quando ſe cum alterutris cõiunxit, ſed inde,
cum ipſe ſolus, ſuiſq; uiribus bellum geſsit. Ac primùm, cum defeciſſet Ae *Aegypti à*
gyptus, quid obtinuit cõtra eos qui eam tenebant? An non illi bello geren *Perſis defe-*
do præfecit Perſarũ prestantiſsimos, Acrocomam, & Tithrauſten, & Phar *ctio.*
nabazum? hi uerò, bello in tertium annum ducto, pluribus cladibus acce-
ptis quàm illatis, tam fœdè receſſerunt, ut, qui defecerant, non amplius con
tenti libertate, finitimos etiam inuaderent. Poſthæc, bello cõtra Euagoram *Euagoræ de-*
moto, qui uni urbi in Cypro imperat, & in fœderibus exceptus ac regis po *fectio.*
teſtati permiſſus eſt, & inſulam incolens, in mari quidem prius cladem ac-
ceperat, & pro ſuę regionis defenſione tria millia cetratorum duntaxat ha-
buit: tamen tam humiles uires rex bello ſuperare nequit, in quo iam ſexen-
nium contriuit. Quòd ſi è præteritis futurorum coniecturam capere licet,
ſperandum eſt fore, ut alius quiſpiam prius deficiat, quàm hic ad deditio-
nem adigatur. Adeò lentè ac ſegniter regis actiones procedere ſolent. In
bello autem circa Rhodum geſto, cum Lacedæmoniorum ſocios, ob mo- *Bellum ad*
leſtias gubernationum bene cupientes haberet, noſtriſq; remigijs atque *Rhodum.*
auxilijs uteretur, *Conone ducente exercitum, qui omnium imperatorum * *In Græco*
diligentiſſimus fuit, & Græcis fideliſſimus, & rei militaris peritiſſimus: *eſt, κινωνος αὐ-*
τῷ στρατηγοῦντος.

quanquā talem nactus adiutorē, tamen non obſtitit quo minus Aſiana claſſis trienniū, tantum à centū triremibus obſideretur, militemq; XV mēſium ſtipendio fraudauit. Quare, quod ad illū attinuit, ſæpe dilapſi fuiſſent: ſed propter immin ēs periculū & ſocietatē ad Corinthū conſtitutam, uix tandē nauali prælio uicerūt. Et hæc ſunt maximè regia & ſplēdidiſsima eius facinora, quę iſti iactitare nunquā deſiſtunt, amplificandæ Barbaricæ potētiæ ita ſtudioſi. Nemo igitur obijcere poteſt, me nō iuſtis exemplis uti, aut parua quædam producere, maximis rebus prætermiſsis. Nam huius criminationis effugiendę cauſa, clariſsima facta cōmemoraui: non quin cætera meminiſſem, quòd ſcilicet Dercyllidas mille duntaxat legionarijs Aeolidē inuaſerit: Dracon Atarneo occupato, et tribus millib. cetratorū collectis, Myſium campū deuaſtarit: Thimbron, paulo pluribus traiectis, totam Lydiam ſit depopulatus: Ageſilaus, Cyri uſus exercitu, propemodū omni regione intra Alyn amnē potitus ſit. Neq; uerò uel exercitus qui regē perpetuò comitatur, uel fortitudo Perſarum extimeſcenda eſt. A

Dercyllidas.
Draco.
Thimbron.
Ageſilaus.
Perſæ homines effœminati, & ſeruilibus ingenijs.
Cyri minoris milites.

Nam qui cum Cyro in Perſiam aſcenderunt, perſpicuè demonſtrarunt, eos nihilo præſtantiores eſſe quàm maris accolas. ut enim cætera prælia, in quibus ſuccubuere, non commemorem, & concedam eos orta diſſenſione, noluiſſe contra regis fratrem ſtrenuè pugnare: at poſtquam Cyro mortuo, omnes Aſiæ incolę conuenere, illis temporibus tam afflictis, adeò turpiter in bello ſe geſſere, ut nihil reliqui fecerint, quod dicant, Perſarum fortitudinem prædicare ſolitis. Quum enim ſex millia Græcorū ante ſe haberent, qui quidē non è præſtantiſsimis delecti erant, ſed ita miſeri ac perditi, ut in ſuis ciuitatibus uiuere non poſſent, ignari regionis, deſtituti à ſocijs, ab illis qui unà aſcenderant proditi, amiſſo duce cuius auſpicia ſecuti erant: tanto tamen his inferiores fuerint, ut rex animi dubius quid conſilij capiendum eſſet, contemptiſq; ſuis copijs, principes Græcorum contra fidem datam & iuſiurandū, B comprehendere nō dubitarit: quaſi uiolata religione conturbaturus exercitum, & in deos impius eſſe maluerit quàm aperto Marte cum eis dimicare. Quū uerò nihil hę inſidię ei profuiſſent, & milites illa calamitate nō conſternati, unà manſiſſent: in eos abeuntes Tiſſaphernen & equites immiſit, à quibus in toto itinere inſidijs appetiti, perinde perrexerunt, ac ſi officij et ſecuritatis cauſa deducerentur, nihil ita metuentes ut loca deſerta, idq; ſummum bonum exiſtimantes ſi in hoſtes quamplurimos inciderent. Hoc uerò ſummum eſt eorum quæ diximus, quòd cum neq; prædatum ueniſſent, neq; uillulā aliquam occupaſſent: ſed infeſtis armis ipſum regē petijſſent, minore periculo deſcenderunt, quàm qui expetendæ Perſarum amicitiæ cauſa legationes obeunt. Quare ubiq; terrarum mihi uidentur perſpicuè molliciem ſuam demonſtraſſe. Nam & in maritimis Aſiæ locis, multis prælijs uicti ſunt: & in Europam tranſgreſsi, pœnas dederunt. quia quidam eorum malè perierunt, quidam turpiter euaſerūt, & tandem ad ipſam regiam deriſionem meruerunt. Neq; horum quicquam temerè factum eſt, ſed omnia meritò acciderunt. Nec enim fieri poteſt, ut qui ſic educantur, et ſic uitā ſuam inſtituunt, uel ulla uirtute præditi ſint, uel in prælijs de hoſtib. triumphent.

Perſarū corrupta diſciplina

Quæſo enim, quo pacto inter eos, his moribus, exiſtere poſsit uel egregius imperator, uel ſtrenuus miles: quorum pars maxima eſt confuſanea turba, & expers periculorum, bello quidem gerendo diſſoluta, ad ſeruitutem uerò melius erudita famulis noſtris? Nam celeberrimi & honoratiſſimi eorum, nunquam ęqualiter aut communiter, ciuiliter'ue uixerunt, ſed omnem ætatem ita exigunt, ut alijs cōtumelioſe ac pro libidine imperent, alijs ſeruiant, homines corruptiſsimis ingenijs. Exornant illi quidem corpora propter diuitias ſplendidiſſimè, animos uerò propter monarchias, humiles

A humiles & conſternatos gerunt, ad ipſam regiã numerantur & prouoluuntur, & omnibus modis abiecto animo eſſe diſcunt, hominẽ quidem mortalem adorãtes, & deũ appellantes, deos uerò magis ꝙ homines deſpiciẽtes. Proinde iſti qui ad mare deſcendunt, quos Satrapas uocant, Perſicam diſciplinam non dedecorant, ſed in ijſdẽ inſtitutis perſeuerant. Amicis enim fidẽ non ſeruant, cõtra inimicos uerò effœminati ſunt, partim humiliter, partim ſuperbè uiuentes: qui cum ſocios deſpiciant, hoſtes colũt. Ageſilai quidem exercitum ſuis ſumptibus octo menſes aluerunt: qui uerò pro ipſis in acie ſteterant, eos bis totidem menſiũ ſtipendio fraudarũt. et qui Ciſthenen occuparant, illis centum talenta dilargiti ſunt: eos uerò qui cum ipſis in Cypro militarãt, cõtumelioſius tractauere quàm captiuos. Vt uerò ſimpliciter dicam, neq; ſingula, ſed quę utplurimum fiunt, recenſeam, quis aut bellum cum eis geſsit, quin ditatus abierit: aut ſub iugum eorũ miſſus eſt, quin excruciatus interierit? Non'ne Cononem, qui illis duxit exercitum, & Lacedæmonijs imperiũ eripuit, comprehenſum interficere auſi: Themiſtoclem, qui pro defenſione Gręcię, nauali prælio eos uicit, maximis donationibus proſecuti ſunt? Quis igitur illorum amicitiam expetendam ducat, qui benemeritos ſupplicijs afficiunt, hoſtibus tam inſigniter adulantur? Quos uerò è nobis non uiolant? quod'nam tẽpus eſt, quo Græcis non inſidientur? quid rerũ omniũ habemus, in quod iſti non ſint hoſtili animo, qui & ſimulacra deorum & templa ſpoliare in priore bello: & comburere non dubitarunt? Quare laudandi ſunt Iones, quòd diris deuouerunt eos, qui templa incenſa inſtaurarent, aut in loca uetera reponerent. non quòd deeſſet unde ea reficerent, ſed ut monimenta poſteris eſſent Barbarorũ impietatis, et nemo fidem haberet tam nefarijs ſacrilegis, ſed eos & cauerent & metuerent, quos uiderent non tantũ noſtris corporibus, ſed ornamẽtis etiam & cultui

Crudeles in benemeritos, hoſtib. ſupplices.

Iones templa inſtaurari uetuerunt.

B deorũ bella intuliſſe. Poſſum autem de noſtris ciuibus quoq; multa huius generis referre. Nam cum cæteris contra quos bella geſſerũt, ſimulac in gratiam reditum eſt, inimicitiarum ueterũ obliuiſcuntur: Aſianis uerò, ne pro beneficijs quidẽ gratiam habent. Adeò immortalem gerunt contra eos iracundiam. & cùm patres noſtri multos capitis damnarũt, quòd Medis ſtudere uidebantur: tum in concilijs etiam hodie deuotionibus obſtringũt eos, antequam aliquid aliud publicè agatur, ſi quis ciuium, Perſarũ pacem aut amicitiam expetat. Eumolpidæ uerò & præcones, quando Eleuſinia ſacra initiorum celebrantur, iſtorũ odio, cæteris quoq; Barbaris, tanquam homicidis ſacra interdicũt. Natura porrò ſic eos odimus, ut multis famulis & ſermonibus perinde gaudeamus, ac Troianis & Perſicis, è quibus calamitates eorũ cognoſcere liceat. Comperies etiam è bello contra Barbaros geſto, hymnos eſſe factos: at è bello contra Græcos, lamentationes: & illos in feſtis cani, harum in calamitatibus nos meminiſſe. Homeri etiam poeſin opinor propterea celebriorem eſſe, quòd eos qui contra Barbaros militarunt, præclaris laudibus extulit: maiores'que noſtros eius artem propterea honoratam eſſe uoluiſſe, tum in certaminibus Muſicis, tum in puerorum inſtitutione, ut ſæpe audientes illa carmina, ediſceremus inimicitias cum Barbaris intercedentes, & admirantes uirtutem noſtrorum qui ad Troiam militarunt, eorundem facinorum gloriam adamaremus. Proinde mihi nimis eſſe multa uidentur, quæ nos hortentur ad bellum eis inferendum. In primis autem præſens occaſio, quæ tam euidens & præclara cum ſit, amittenda non eſt. Turpe enim fuerit, ea præſente non uti, præteritam deſiderare. Quid enim, regi bellum illaturi, amplius optabimus, quàm ea quæ nunc offeruntur? An'non Aegyptus & Cyprus ab eo defecerunt? Phœnice uerò & Syria bello uaſtatæ ſunt? & Tyrus quæ magnos

Perſæ natura infeſti & inuiſi Græcis.

Arripiendam præſentem opportunitatem.

Status Perſici regni.

illi animos fecit, ab hoſtibus tenetur? Non Ciliciæ ciuitates pleraſq; hi te- A
nent, qui nobiſcum faciunt: reliquas ſubigere facile eſt? Lycia, Perſarũ ne-
mo unquam potitus eſt. Hecatomnus uerò, Cariæ præſes, reuera quidem
iam olim defecit: ſed id palàm prę ſeferet, quãdo nos uoluerimus. A' Cnido
uerò Sinopen uſq;, Græci Aſiam accolant: qui non perſuadendi, ſed prohi
bendi nõ ſunt, ne bellum gerant. Cum igitur tantas opportunitates habea
mus, tantumq́; bellum Aſiam circumdaturum ſit, quid opus eſt nimis accu-
ratè diuinare de euentu? Qui enim à paruis partibus uincuntur, quid animi
habituri ſunt, aut efficient, cum omnibus nobis dimicare coacti? Sic autem
res habet. ſiquidẽ Barbarus maritimas ciuitates firmaret, maioribus ꝙ nũc

Inſulæ occupandæ.

præſidijs impoſitis: fortaſsis etiam inſulæ Aſiæ uicinę, ut Rhodus & Chios
& Samus, ad illius fortunas inclinarent. Si uerò nos eas prius occupaueri-
mus, ueriſimile eſt, etiam Lydos & Phrygas, & qui ſupra illos habitant, in

Inferendũ potius quàm propulſandum bellum.

eorum poteſtate fore, qui hinc bellum mouerint. Quare feſtinandum eſt, &
nulla mora interponẽda, ne idem quod noſtris patribus, nobis uſuueniat:
qui cum Barbaris ſegniores, quoſdam è ſocijs deſeruiſſent, coacti ſunt pau
ci contra multos periclitari: cum licuiſſet, ſi priores in Aſiam traiecissent,
totius Græciæ uiribus ſingulas gentes ordine ſubigere. Liquet enim, cum
bello petendi ſunt homines qui multis è locis colliguntur, non expectan-
dum eſſe dum congregentur, ſed diſperſos adhuc eſſe inuadendos. Illi igi-
tur cum in hoc initiò peccaſſent, omnia hæc correxere, maximis periculis
aditis. Nos uerò, ſi ſapimus, ſtatim ab initio curabimus, operãq; dabimus,
ut exercitu circa Lydiam & Ioniam conſtituto, anteuertamus. quia notum
eſt, etiam regem Aſianis imperare non uolentibus: ſed quia ſemper maio-
res copias ſecum habet, quàm ſinguli ex illis. Quibus ſi nos robuſtiorem
exercitum traiecerimus, quod, uelimus modò, facile fiet, ſecurè uniuerſa A-
ſia fruemur. Multo autem præclarius eſt, cum illo de regno bellare, quàm B
inter nos de principatu contendere. Eſt autem expeditio hac ætate ſuſcipi

Calamitates belli à nobis cumulatæ.

enda, ut qui in calamitatum ſocietate fuerunt, ijdem rebus ſecundis etiam
fruantur, neq; in perpetua miſeria uiuant. Satis enim longum fuit ſuperius
tempus, in quo quæ acerbitates non inciderunt? Cum enim natura homi-
num per ſe multis malis obnoxia ſit, nos ipſi plura quàm quæ neceſsitas
affert, inſuper excogitauimus, bellis & ſeditionibus inter nos excitatis. un
de alij in ſuis urbibus per iniuriam occiduntur, alij apud exteros cum uxo-
ribus & liberis errant: multi ob quotidiani uictus inopiam, apud hoſtes
ſtipendia facere, & dum contra amicos pugnant, mortem oppetere cogun
tur. Hæc nemini unquam indignationem mouerunt. Calamitates quidem

Miſeria temporum.

à poetis confictę, lachrymas eis excutiũt: ſed uera mala multa et acerba, quę
bellum peperit, intuentes, adeò miſericordia non commouentur, ut alienis
malis plus gaudeant quàm proprijs ſuis bonis. Fortaſsis autem ſimplicita-
tem meam multi deridebunt, ſi uirorum calamitates his temporibus deplo
rem, quibus Italia deuaſtata eſt, Sicilia ſeruitute oppreſſa, tot urbes Barba-
ris deditæ, cæteræq; Græciæ partes in tantis periculis ſunt. Ego uerò miror

Principum ſocordia deteſtabilis.

quomodo principes ciuitatum ſibi ſuperbiendum cenſeant, ſi nihil unquã
tantis de rebus neq; dicere, neq; cogitationis aliquid ſuſcipere potuerunt.
Decuerat enim eos, ſi præſente gloria digni eſſent, relictis rebus omnibus,
de bello Barbaris inferendo conſilium proponere, ſeq; autores profiteri.
Fortaſsis enim aliquid profeciſſent, aut fruſtrati ſuas orationes ſaltem, tan-
quam oracula, poſteris reliquiſſent. Nunc uerò iſti, quorum ſumma eſt au-
toritas, minuta quædam tractant: & nobis, qui reipublicæ negocia non at-
tingimus, mandant tantarum rerũ deliberationem. Enimuerò quanto pu
ſilliores animi ſunt noſtrorũ magiſtratuum, tanto accuratius alij proſpicere
debent,

A debent, ut pręſentibus inimicitijs liberemur. Quia nunc quidem fruſtra pa
ctiones de pace fiunt. nec enim bella componimus, ſed differimus, ac illud *Vnũ remediũ*
tempus expectamus, quo nos mutuò malis immedicabilibus afficiamus. *diſcordiarum,*
Decet autẽ, repudiatis in uniuerſum huiuſmodi conatibus, talibus operib. *ſi Barbari bel*
manus admoliri, quæ id nobis præſtent, ut & noſtras urbes ſecurius habite *lo petantur.*
mus, & inter nos ipſi maiore fide ac beneuolentia coniungamur. Eſt autem
ſimplex & facilis hiſce de rebus oratio. Nec enim firma pace frui poſſumus,
niſi communi conſilio & coniunctis uiribus bellũ Barbaris faciamus: neq;
Græci conſentient, priuſquam & amicitiæ propter eoſdem concilientur,
& pericula cõtra eoſdem adeamus. Hiſce porrò perfectis, & ubi quotidia
ni uictus inopiæ proſpectum fuerit, quæ & ſocietates dirimit, & iura neceſ
ſitudinum inimicitijs impetit, & omnes homines bellis & ſeditionibus in-
uoluit: fieri non poterit, quin & concordia inter nos conſtituatur, & uera
omnes beneuolentia coniungamur. Quibus de cauſis, occupati hac una re
eſſe debemus, ut primo quoq; tempore, bello hinc in Aſiam translato, hoc
ſaltẽ boni ex inteſtinis bellis adepti ſimus, ut rei militaris peritia hic parta,
contra Barbaros abuti libeat. At propter fœdera fortaſſe, conſilijs hiſce
ſuperſedendum, & non feſtinandum, neq; temerè bellum ſuſcipiendũ eſt. *Fœdera non*
Quid ni uerò? quum propter ea & ciuitates in libertatem aſſertæ, regi gra- *obſtare, quo*
tiam habeant, tanquam illius beneficij autori: et deditę Barbaris, potiſsimũ *minus regi*
quidem Lacedæmonios criminentur, ſed tamen etiã cæteros qui pacis con *bellũ inferri*
ditiones acceperunt, tanquam illorũ cauſa ſeruire coactæ. Deum immor- *poßit.*
talem, illáne fœdera ſunt rata habenda, quæ talis opinio cõſecuta eſt, quòd
Barbarus Græciæ curam gerat, & pacis cuſtos ſit: noſtrûm uerò quidã ſint,
qui eam uexent & infeſtent? Hoc uerò maximè ridiculum eſt, quòd in con-
ditionibus eas religioſiſsimè ſeruamus, quæ deterrimæ ſunt. Nam quę tum
B inſulas, tum urbes Europæas, ſuis legibus permittunt, iam olim irritæ ſunt,
& fruſtra inſcriptæ ſtatuis. Quæ uerò & nobis dedecori ſunt, & multos è ſo
cijs dediderunt, eæ demum immotæ manent: omniaq; comprobamus, quæ
refutanda, nec unum diem toleranda erant, cũ ſimiliora putanda ſint man-
datis quàm pactionibus. Quis enim neſcit, eas eſſe pactiones, cũ idem ius *Fœdera quid*
utriſq; tribuitur: mandata uerò, cum alteri deteriore conditione ſunt pręter *à mandatis*
ius & ęquũ? Quare legatos et huius pacis interpretes, iurè culpamus, quòd *differant.*
miſsi à Græcis, fœdera pro Barbaris fecerunt. Decuit enim eos, ſeu uiſum *Pacificato-*
fuiſſet ut ſinguli ſua tenerent, ſiue ut etiam in ui captos ius haberent, ſiue ut *res accuſandi.*
his acquieſceremus, quæ pacis tempore habebamus: unum aliquid ex illis
definijſſe, ac iure in mediũ propoſito, ſic ea in literas retuliſſe. Iam uerò, no-
ſtræ ac Lacedæmoniorum urbi nihil honoris tribuerunt, & Barbarum to-
tius Aſię dominũ fecerunt, ac ſi nos pro eo bellum geſsiſſemus, aut Perſarũ
imperium olim conſtitutum fuiſſet, nos recentes colonias habitaremus: &
non ipſi nuper hoc honore potiti eſſent, nos uerò ab omni æuo principatũ
Græciæ teneremus? Opinor autem, quàm contumelioſè nobiſcũ actum, &
quanto rex meliore conditione ſit, ſic fore dilucidius. Nam cum terra uni-
uerſa quæ cœli circumflexu tegitur, in duas ſit diuiſa partes, quarũ hæc Eu-
ropa, illa Aſia dicitur: medietatem accepit ex pacto, ac ſi cum Ioue imperiũ
partiretur, non cum hominibus fœdera faceret. Et hæc coegit nos lapideis
columnis inſcripta, in publicis templis cõſecrare: id quod multo pulchrius
tropæum eſt, quàm ea quæ in prælijs eriguntur. Illa enim, ob parua quædã
opera, & unum fortuitum caſum: hęc uerò, totius belli cauſa, & contra Grę
ciã collocantur. Propter quæ & iraſcẽdum, & ineunda ratio eſt, ut & pro Exhortatio-
anteactis pœnas irrogemus, & ne quid in poſterum mali accidat, proſpicia nes.
mus. Turpe enim eſt, cũ Barbari priuatim nobis ſeruiant, tantam noſtrorũ

ſociorum multitudinem, nobis conniuentibus, illorũ dominatu premi. & A

Troianum bellum.

cum Troiæ oppugnatores, ob unius mulierculę raptũ, cõmuni indignatione, priuatam unius iniuriã ita uindicandã cenſuerint, ut belli finem non antea fecerint, quàm eius qui autor iniuriæ fuerat, urbs euerteretur: nos cum tota Græcia uioletur, publicè de uindicanda iniuria non cogitare, cum ea

Facilitas & felicitas Barbarici belli.

perficere liceat, quibus optari meliora non poſſint. Solum enim hoc bellũ paci præſtat, ſpectaculo potius quàm expeditioni ſimile: & utriſque utile, tum cupidis quietis, tum bellum gerere deſiderantibus. Nam illi ſecurè ac ocioſe ſuis opibus frui poterũt, hi magnas opes aliorum occupabũt. Quod ſi quis in omnes partes animum uerſet, has actiones maximè nobis expedire inueniet. Age uerò, ſi nihil iniqui petas, ſed ipſam æquitatem tantummodo ſpectes, quibus tandem bellum inferendum eſt? An non illis qui prius

In odiũ & inuidiam adducit Barbaros.

quoq; Gręciam afflixerunt, & nunc inſidiantur, & hoc erga nos animo perpetuò ſunt? Quibus uerò inuidere debent homines non prorſus effœminati, ſed ea re moderatè utentes? non ne illis, qui diuina propè potentia præditi, nequiores ſunt, quàm homines apud nos calamitoſi? Quibus uerò bellum inferre potius debent uiri tum pietatis ſtudioſi, tum ſuæ utilitatis non negligentes? Non ne & natura hoſtibus, & patrijs inimicis, & maximas opes habentibus, & qui ſe minimè defendere poſſunt? Non ne in eos

Ratio colligendi exercitus, & tacita iuuentutis exhortatio.

hæc omnia cõpetunt? Præterea ciuitatibus, deligendo ex eis milite, moleſti non erimus: quod in his mutuis diſſenſionibus, iniquiſsimis animis patiuntur. Multo enim opinor pauciores fore, qui manere uelint, quàm qui expeditionis comites eſſe deſiderabunt. Quis enim ſiue iuuenis ſiue ſenex ita ignauus eſt, ut eius expeditionis ſocius eſſe nolit, cuius duces ſint Athenienſes & Lacedęmonij? quæ pro ſociorũ libertate ſuſcipiatur, quæ totius Græciæ conſenſu mittatur, quæ ad ulciſcendos Barbaros abeat? Quantam uerò famam, quantam memoriam & gloriam eorum fore cenſendum B
eſt, ſeu uiuant ſeu moriantur, qui in his operibus palmã obtinuerint? Cum enim, qui aduerſus Alexandrum militarũt, una urbe expugnata, tantis laudibus celebrentur: quid ijs fore credendum eſt, qui Aſia tota potientur? Quis enim uel poeta uel orator non laborabit & meditabitur, ut & ſui ingenij, & uirtutis illorum perpetuũ relinquat monimentum? Nõ autem ita

Epilogus.

ſentio nunc, ut orationis initio gloriabar. Tum enim credebã, me pro rerũ dignitate dicturum. iam uerò magnitudinem earum non aſſequor: & multa quæ dicere decreueram, mihi exciderunt. Vobis ipſis igitur conſiderandum eſt, quantam felicitatem adipiſci liceat, ſi bellum quo modò nos infeſtamur, ad Aſianos transferatur, & Aſianorum opes huc importemus. Neque uerò his auditis duntaxat, abire debetis: ſed qui in rebus gerendis uerſantur, & autoritate ualent, mutuis cohortationibus noſtram urbem & Lacedæmoniorum reconciliare ſtudeant. At eloquentiæ ſtudioſi, aduerſus

Adhortatio rhetorum, ut in hoc argumẽto ſeſe exerceant.

depoſitum, & de cæteris omnibus de quibus iam nugantur, ſcribere deſinant, & de hoc argumento inter ſe cõtendant, & adnitantur, ut hiſce de rebus melius quàm ego dicant: cogitantes, non decere ut magna polliciti, paruis rebus occupentur, & talibus propter quas, qui obtemperauerint, nihilo fœliciores erunt. In illis potius elaborandum eſt, quibus confectis, nec ipſi iſta inopia diutius prementur, & alijs maximorũ bonorum autores extitiſſe uidebuntur.

PLATAICVS, HOC EST, PLATAEENSIVM EXVLVM AD Athenienſes Oratio.

ARGVMENTVM.

A *PLataeæ Bœotiæ ciuitas fuit, Mardonij clade atq; interitu Perſarum memorabilis, Athenienſium quàm Thebanorum ſtudioſior. Vnde id tandē conſecuta eſt, ut petentibus Thebanis, urbe per Lacedæmonios euerſa, quotquot Platæenſes deprehenſi erant, occiderentur. Reliqui Athenas confugerunt. Illi igitur petunt ab Athenienſibus, ut in integrum reſtituantur. Eſt autem oratio acris & uehemens, qua Platæenſes tum ſuam fidem & beneuolentiam Athenienſib. probare, tum Thebanos accuſatione leuitatis, perfidiæ & crudelitatis eorum, in ſummum odiū adducere conantur. Platæenſium hiſtoriam uide partim apud Herodotum libro 9, qui Calliope inſcribitur: partim ſecundo & tertio apud Thucydidem.*

Collaudatio Athenienſiū, & petitio defenſionis.

QVum ſciamus, Athenienſes, uós & affectis iniuria libenter opitulari ſolitos, & pro acceptis beneficijs cumulatè referre gratiam: uenimus ſupplicaturi, ne nos, tempore pacis, patrio ſolo pulſos à Thebanis, negligatis, nec omni ope deſtitutos eſſe patiamini. Quanquam enim iam multi ad ueſtram fidem confugerunt, ac omnia quæ petierant, adepti ſunt: curam tamen urbis noſtræ uobis in primis putamus ſtrenuè ſuſcipiendam. Nec enim iniuſtius quàm nos, ullos tantis calamitatib. oppreſſos, nec qui ueſtram urbem diutius & fidelius coluerint, inuenietis. Ea prӕterea petituri ſumus, quæ ut periculi prorſus nihil habent, ita ſi à uobis impetrauerimus, omnibus ſanctiſsimi & iuſtiſsimi Græcorum uidebimini.

Cauſæ cur defendi debeant.

Conqueſtio de aduerſariorum potentia, & ſua imbecillitate.

Quòd ſi Thebanos in uniuerſum ita paratos uideremus, ut uobis perſuadere ſtuderent, ſe nulla nos affeciſſe iniuria, noſtram orationem paucioribus abſolueremus. Poſtquam uerò ea noſtra infœlicitas eſt, ut non cum iſtis tantum nobis conflictandum ſit, ſed etiam cum eloquentiſsimis oratoribus, quos è ueſtris ciuibus delectos, ſuæ cauſæ patronos adhibuerunt: neceſsitas poſtulat, ut rem prolixius explicemus. Difficile quidem eſt, non minora dicere quàm perpeſsi ſumus: (nam quæ oratio noſtris malis æquari queat, aut quis orator Thebanorum in nos crudelitatem ſatis acri-

Petitio attentionis.

B ter accuſet?) opera tamen danda eſt, ut ſic, ut poſſumus, iſtorū iniquitatem & uiolentiam patefaciamus. Hoc uerò maximam nobis indignationē mouet, quòd non modò longe deteriore conditione ſumus quàm cæteri Græci: ſed quòd pace conſtituta, fœderibusq; ſancitis, non modò communi libertate non unà fruimur, uerùm ne moderata quidem ſeruitute potiri potuimus. Oramus igitur, Athenienſes, ut cum beneuolentia nos audiatis, cogitantes, nihil accidere nobis poſſe, quod cum omni ratione tantopere pugnet, quàm quum Thebanis, ueſtris perpetuis inimicis, libertatem reſtitueritis, nos ne ſupplicantes quidem, eadem quæ inimiciſsimis data ſunt, poſſe adipiſci. Anteactis igitur longius immorari, non uideo quorſum attineat. Quis enim ignorat, eos & agrum noſtrum diuiſiſſe, & urbem euertiſſe? Conabimur autem uos de illis prӕmonere, quibus ſe uobis fucum facturos putant. Interdum enim dicere audēt, nos propterea ſic tractatos eſſe, quòd tributum pendere ac iuriſdictionem ſuam agnoſcete noluerimus. Vos uerò cogitate, primùm an æquum ſit, ob tanta ſcilicet crimina, tam iniquas & acerbas pœnas exigere? Deinde an uobis uideatur, Platæenſium urbem cogendam fuiſſe potius quàm perſuadendam, ut cum Thebanis ſeſe cōiungeret. Equidem opinor, nihil iſtis eſſe audacius, qui proprias ſingulorū noſtrorū urbes omni autoritate ſpoliant, ſuæq; reip. ſocietate uiolenter inuoluere eos uolūt, quibus id neq; cōmodum neq; neceſſarium eſt. Prӕterea in

Nō ideo quid Thebanis parēre noluerūt, urbem exſcindi debuiſſe.

factis ſuis ſibi non conſtant, ac in nos aliter graſſantur quàm in alios. De- A

Auaricia impulſos Thebanos, Platæas deruiſſe.

buerant enim, poſtquam perſuadere noſtræ urbi nō poterant, nos, quemadmodum Theſpienſes & Tanagræos, adigere duntaxat ad Thebanam iuriſdictionem. ſic enim intolerabilibus malis impliciti non fuiſſemus. Nunc uerò apparet, id eis non fuiſſe propoſitum, ſed agri noſtri occupationem eos ſpectaſſe.

Mos ueterū uiolatus.

Miror autem in quod uetus exemplum intuentes, aut qua iuris regula utentes, hæc dicturi ſint ſe à nobis poſtulare. Nam ſi patrium morem conſiderant, non alijs imperare, ſed Orchomenijs tributum pendere debent: ita enim res olim habuit.

Violata fœdera.

Sin fœdera eſſe rata uolunt, ſicut æquū eſt, quomodo negare poterūt ſe per iniuriā ea uiolare, in quib. expreſſum eſt, paruas ciuitates nō minus ꝙ magnas, ſuis legib. & libertati permittēdas? Opinor autē, eos non fore tam impudentes, ut hęc negare audeant:

Refutatio: Platæenſes inuitos cum Lacedæmonijs ſe cōiunxiſſe.

ſed illum prætextū arrepturos, nos Lacedæmonijs in bello fuiſſe coniunctos. ſe igitur, per noſtrum excidiū ſocietatis uniuerſæ cōmodis conſuluiſſe. Ego uero æquum eſſe cenſeo, ut nullum crimen aut accuſatio plus ualeat fœderibus & iuramentis. ſed ſi qui malè tractandi ſunt ob Lacedæmoniorum ſocietatem, non æquum fuit Platæenſes ex uniuerſis Græcis potiſsimū deligi. nec enim uoluntate noſtra illis, ſed coacti ſeruiuimus. Quis uero credat, tantam fuiſſe noſtram amentiam, ut eos qui noſtram urbem euerterunt, illis prætulerimus, qui nos ſua ciuitate donarunt? Sed difficile nimirum nobis erat nouis rebus ſtudere, cum nos paruum oppidum habitaremus, in tanta illorum potentia: præterea cum præfectus cum præſidio intra portas eſſet, & Theſpijs tātus exercitus caſtra haberet, qui nos, non tantum nihilo minus quàm Thebani, ſed iuſtius etiam perdidiſſent. Hos enim non decuit, pace cōſtituta, ueteres offenſas ulciſci: illi uero in bello deſerti, iure nos maximo ſupplicio affeciſſent.

Commune crimen.

Illud quoque uos non ignorare opinor, multos etiam ex alijs Græcis coactos eſſe, corporibus illorum ductum auſpiciaq; ſequi, animis & beneuolentia uobiſcum coniunctos. B quibus quid animi fore cenſendum eſt, cum audierint, Thebanos Athenienſi populo perſuaſiſſe, nemini eſſe parcendum, qui ſubactus fuerit à Lacedæmonijs? non enim aliò quàm huc iſtorum ſpectare uidetur oratio. Nec enim ob crimen aliquod peculiare noſtram urbem euerterunt, ſed idem hoc illis etiam communiter obijcere poterunt. Quare cogitandum eſt, & prouidendum, ne iſtorum iniuria ac inſolentia, multos qui iam olim Lacedæmoniorum imperium oderunt, reconcilient: ac efficiant, ut ſuam ſalutem & incolumitatem, in illorum ſocietate poſitam arbitrentur.

Thebanorum ſæuitia.

Recordamini quæſo, uos proximum bellum ſuſcepiſſe, non propter ueſtram aut ſociorum libertatem (omnes enim ea fruebamini) ſed eorum cauſa qui contra iuramenta & fœdera libertate ſpoliabantur. Acerbiſsimum igitur fuerit, ſi eas urbes, quas Lacedæmonijs ſeruire iniquum putaſtis, nunc à Thebanis euerti patiemini. qui ueſtram clementiam adeò non imitantur, ut, quod aliàs omnium miſerrimum uidetur, bello capi, illud ipſum ab hac urbe pati, nobis optabilius fuerit, quàm iſtos uicinos habere. Nam quorum urbes ui expugnaſtis, hi mox præfecto Laconico & ſeruitute liberati, nunc in concilio pari iure ac libertate fruuntur. Qui uerò prope iſtos habitant, partim nihilo minus quàm ære empta mancipia ſeruiunt: partim ab iſtis tam diu uexabuntur, dum eos eodem modo quo nos tractauerint. Lacedæmonios iſti quidem accuſant ob Cadmeam occupatam, & præſidia urbibus impoſita: ipſi uero, ſe nihil graue committere putant, qui non præſidia imponunt, ſed aliorum mœnia ſubruunt, alios funditus perdunt: tantaq; eſt eorū impudentia & improbitas, ut ſuæ ſalutis curam haberi ab omnibus ſocijs poſtulent, atq; interim pro ſua libidine alios ſer-

uitute

A uitute opprimere nõ uereantur. Quis igitur non oderit iſtorũ improbita-
tẽ? qui dominari uolunt imbecillioribus, & ipſi tamen cum potentioribus
æquo iure uiuere? & ueſtræ quidem urbi agrum ab Oropijs datum inui-
dent, ipſi uerò alienam regionem ui partiuntur. neq; hac malitia contenti,
dictitant, ſe propter ſociorum communem utilitatem hęc egiſſe. Decuiſſet
autem eos, cum hic concilium ſit, & ueſtra urbs prudentius quàm Theba
na deliberare poſsit: non huc uenire ad purganda ſua facta, ſed priuſquam
huiuſmodi quicquam egiſſent, ad uos ueniſſe capiendi conſilij gratia eos
oportebat. Nunc poſtquam noſtras opes ipſi priuatim diripuerunt, adue-
niunt, crimen cum omnibus ſocijs communicaturi: quod uos, ſi ſapitis, nõ
admittetis. Longè enim honeſtius eſt, hos adigi ad ueſtrã ſanctitatem imi-
tandam, quàm perſuaderi uobis ut participes ſitis iniuriarũ quas illi faciũt,
qui nihil decernunt quod cum iudicijs aliorum conſentiat. Omnibus enim
liquêre opinor, prudentium hominũ eſſe officiũ, dare operam, ut in bello,
quocunq; pacto ſint hoſtibus ſuperiores: pace uerò conſtituta, nihil pluris
eſſe faciendum fœderibus & iuramentis. Iſti uerò tum in omnibus legatio-
nibus nihil niſi libertatem & leges ſingulis uſitatas, iactitabant: poſtquam
uerò cenſent impunitatem ſibi datam faciẽdi quicquid libeat, neglectis cæ
teris omnibus, priuata ſua compendia & uiolentiam defendere audent: ac
dicere, quòd Thebani noſtras fortunas occuparint, id uerò è repub. ſocio-
rum eſſe. ſuo malo ignorantes, nihil unquã iniuſta lucra cuiquam profuiſſe:
ſed multos, qui aliena per iniuriam appetiuerunt, iurè de ſuis in maxima pe
ricula ueniſſe. Iam ne illud quidẽ dicere potęrunt, ſe fidem conſtanter ſer-
uare, ſi cum aliquibus ſe coniunxerint: metuendum uerò eſſe, nos, recupe-
rata patria noſtra, defecturos ad Lacedæmonios. Inuenietis enim noſtrã ur
bem bis expugnatã eſſe, propter amicitiã ueſtram: iſtos uerò, ſæpe in hanc
B urbem deliquiſſe. Ac ueteres quidem proditiones recenſere operoſum fue
rit: ſed Corinthiaco bello conflato propter iſtorũ iniurias, cum Lacedęmo
nij contra ipſos exercitum duxiſſent, à uobis conſeruati, nõ modò gratiam
uobis non retulerunt, ſed cum bellum ſedaſſetis, relictis uobis, ad Lacedæ
monios ſe contulerunt. & Chij quidem, & Mitylenæi & Byzantij, in fide
manſerunt: iſti uerò, qui tantam urbem habent, ne quidem quieſcere ac neu
trarum eſſe partium auſi, in eam & timiditatem & improbitatem & amen-
tiam ſunt impulſi, ut fide data affirmarint, ſe cum eis contra uos, qui urbem
ipſorum ſeruaueratis, militaturos eſſe. Propterea diuinitus illis pœna hæc
inflicta eſt, ut occupata Cadmea, ſint ad uos cõfugere coacti. Vnde etiam
perfidia eorum maximè perſpecta eſt. Nam denuò ueſtris auxilijs conſer-
uati, & in patriam reſtituti, ne minimum quidẽ tempus in fide manſerunt,
ſed mox miſsis Lacedęmona legatis, ultro ſeruituti ſe obtulerunt, parati ſer
uare omnia quæ prius promiſiſſent. Quid multis opus eſt? niſi enim illi
iuſsiſſent exules recipi, & facinoroſos urbe pelli: nihil ipſis obſtitiſſet, quo
minus inita cum Lacedæmonijs, à quibus læſi erant, ſocietate, uos tam be-
ne de ſe meritos bello petijſſent. Iſti igitur, qui nuper in ueſtram urbem ſe
tales præbuerunt, olim totam Græciam prodidêre, ueniam tamen impetra
runt de planè uoluntarijs & tantis iniurijs: nobis uerò eorum quæ coacti fe
cimus, nullam gratiam faciendam cenſent. Sed cum Thebani ſint, audẽt a-
lijs quaſi Laconibus ſtudeant objjcere, cum ipſos notum ſit diutiſsimè La-
cedæmonijs ſeruiſſe, & pro illorum imperio promptius quàm de ſua ſalute
dimicaſſe. Cui enim impreſsioni hanc in regionem factæ, non interfuerũt?
aut qui uobis perpetuo inimicitiores et infeſtiores, quàm iſti, fuerũt? Non'
ne in Decelico bello uos grauius afflixerunt, quàm illi qui in ueſtros fines
irruperant? Non'ne cum cladem accepiſſetis, ſoli è ſocijs decreuerunt, ue-

Thebanos rapina ſolos frui, crimen communicare cum ſocijs.

Peruerſitas Thebanorũ.

Thebani Athenienſes deſeruerunt.

Thebani Laconum ſemper ſtudioſi, Athenienſibus inimiciſsimi.

ſtram urbem & euertendam eſſe, & agrum in ouium paſcua conuertendũ, A
quemadmodũ Criſęum campum? Quare ſi Lacedæmonij Thebanis aſſen
ſi eſſent, nihil obſtitiſſet, quo minus uos, qui Græcos omnes conſeruaſtis,
ipſi à Græcis patria & libertate ſpoliati, & maximis malis affecti eſſetis.
Quod uerò tantũ beneficiũ commemorabunt? aut quod ſatis graue ſuppli
ciũ luent, ad extinguendas inimicitias eas, quas his de cauſis erga uos iurè
Non metuendam eſſe Thebanorũ ad Lacedæmonios defectionem.
ſubijſſent? Nulla igitur iſtis poſt tanta delicta excuſatio ſupereſt. At patro
ni eorum, hoc unum relinquitur ut dictitent, Bœotiam nunc propugnare
pro ueſtra regione. Sin uos ab eorum amicitia remoueritis, id ſocijs malè
ceſſurum eſſe. magnum enim in hoc momentum, multumq; periculi fore, ſi
iſtorum urbs cum Lacedæmonijs ſeſe coniunxerit. Ego uerò nec è re ſocio
rum eſſe puto, ut imbecilliores potentioribus ſeruiant: (nec enim ſuperio-
ri tempore propter ullam rem aliam, niſi ob hanc, bella geſsimus) nec The-
banos in eum furorem deuenturos, ut ueſtra ſocietate repudiata, Lacedæ-
moniorum poteſtati ſuam urbem permittant. non quòd eorum moribus
fidendum putem, ſed quia ſcio ipſos intelligere, alterutrum neceſſariò faci-
endum, uel ut in urbe manentes occidantur, & quę perpetrauere, ſimili pœ
na luant: uel ut fugiẽtes in exilium, in dubio ſint, & egeant, ſpe prorſus om
ni deſtituti. Num enim cum ciuibus eis bene conuenit? quorũ alios interfe
cerũt, alios urbe eiecerunt, direpta eorum re familiari? Aut cum alijs Bœo-
tis? quos non tantum iniuſtè opprimere conantur, ſed etiam quorundam
mœnia ſubruerunt, quorundam agros per uim rapuerunt. Quin ad ueſtrã
ciuitatem etiam poſtliminio redire nõ poterunt, toties à ſe proditam & de-
ſertam. Quare fieri non poteſt, ut pro aliena urbe uobiſcum ſuſcipiant ini-
micitias, quo ſuam urbem adeò temerè ac indubitanter amittant: ſed in om
nibus actionibus multo moderatiores erunt, & uos tanto accuratius colẽt,
Thebani quomodo tractãdi
quanto maiore metu de ſemetipſis æſtuabũt. Satis autẽ, his quę de Oropo B
egerũt, uobis oſtendêre, quomodo pro innata ipſis peruerſitate animorum
tractari debeant. Nam dum poteſtatẽ ſibi datam eſſe putarũt, faciẽdi quod
libuiſſet: uobiſcũ non ut cũ ſocijs egerunt. Sed uos tanq; infeſtiſsimos ho-
ſtes impetiuerũt. Poſtquam uerò decreuiſtis, ut ob ea delicta fœderibus ex
cluderẽtur: abiecta ſuperbia & ferocia, ad uos humiliori geſtu magisq; ſup
plices uenerunt, q; nos hoc tempore. Quare ſi qui oratorũ uos perterrefa-
cere conabuntur, periculũ eſſe dicentes, ne mutata ſententia, cũ Lacedęmo
nijs ſe coniũgant: nihil moueri debetis. his enim neceſsitatibus circũuenti
ſunt, ut multo libentius ueſtrum imperiũ, quàm Lacedæmoniorũ ſocietatẽ
Plus curanda eſſe fœdera q; Thebanorum defectionem.
ſuſtinerent. Etſi autẽ longè aliter res eorũ ſe habituræ eſſent, tamen ne ſic
quidẽ uos decere arbitrarer, ut maiori curæ uobis eſſet urbs Thebanorũ, q;
fœdera & iuramenta. Cogitandũ enim, primùm magis ueſtri moris eſſe, ut
probra & dedecus, q; ut pericula metuatis. Deinde, uſuuenire, ut in bellis
ſuperiores ſint, nõ qui ciuitates ui euertunt, ſed qui ſanctius & clementius
Græciã adminiſtrãt. & hæc plurib. exẽplis probari queant: ſed quis eſt qui
ea ſaltem quæ noſtris accidêre tẽporibus, ignoret? Non'ne Lacedæmonij
ueſtram potentiam, quę inſuperabilis uidebatur, repreſſerunt, quamuis ini
tio non optimè ad nauale bellum inſtructi? ſed propter opinionem hanc aſ
ſerendæ libertatis, Græcos ad ſe pellexerunt. Rurſum uos imperium eis eri
puiſtis, ex urbe non munita, & minimè florente progreſsi, ſed iuſticiæ ſocie
tate ac præſidio freti. Atque illa regi Perſarum non eſſe aſcribenda, poſtre-
mum tempus manifeſtè declarauit. Nam cum ipſi Xerxi negocium faceſſe
retur, uobis omni ſpe deſtitutis, omnibus uerò penè ciuitatibus Laconum
ſeruitute oppreſsis, bello tamen tam fortiter eos ſuperaſtis, ut illi pacem cu
pidiſsimè ſint amplexi. Nemo igitur ueſtrûm cohorreſcat, ſi pericula pro-
pter iuſti-

A pter iuſticiam adeunda fuerint: neq; ſibi ſocios defore putet, ſi quis opitulari uoluerit iniuria oneratis, non uerò ſolis Thebanis. Contra quos ſi nunc ſententiam tuleritis, efficietis, ut ueſtram amicitiam multi deſideraturi ſint. Quamprimum enim palàm factũ fuerit, uos paratos eſſe, ut ſine diſcrimine bella contra quoslibet pro defenſione fœderum ſuſcipiatis, qui nam tam amentes erunt, ut cum oppreſſoribus Græciæ ſe coniũgere malint, quàm uobiſcũ cõmunis libertatis defenſoribus? Sin aliter animati eſtis, quibus uerbis Græcos allicietis, bello iterũ ingruente: ſi libertatẽ prætendentes, Thebanorum libidini quaslibet ciuitates populandas permiſeritis? aut quî effugietis leuitatis & incõſtantię crimen, ſi Thebanos iuramenta & fœdera uiolare ſinetis, pro quibus ipſis ſtabiliendis, uos Lacedæmonijs inſerre bellum ſimulabitis? &, cum ipſi ueſtris poſſeſsionib. cedere uolueritis, ut ſocietatem quàm maximã redderetis: iſtos aliena tenere, ac ea facere permittetis, propter quæ uniuerſi peius de uobis exiſtimabũt? Hoc uerò eſt omniũ abſurdiſsimũ, ſi uobis decretũ erit, iſtis opem ferre, qui perpetuò Lacedæmonijs adheſerũt, ſi quid fœderib. contrariũ Lacedęmonij illis imperarint: nos uerò, qui diutiſsimè uobiſcũ eſſe perſeuerauimus, in extremo dũtaxat bello parère Lacedęmonijs coacti, propter hanc cauſam omniũ hominũ miſerrimos eſſe patiemini. Quos enim nobis miſeriores quiſquã inueniat, qui & urbe & agro & opibus uno die ſpoliati, rebus omnibus maximè neceſſarijs æquè omnes deſtituti, errones & mendici facti ſumus, ignari quò nos conuertamus, pulſi patria, deſperabũdi & errantes, Græciã circuimus, omnib. habitationibus angimur. Siue enim calamitoſos aliquos inuenerimus, dolemus, & cogimur, præter mala domeſtica, etiam alienorũ fieri participes: ſiue ad fœlices peruentũ eſt, acrior fit dolor noſter, non quòd illorũ opibus inuideamus: ſed ob hoc potius, quòd in aliorũ rebus ſecundis, noſtras miſe-
B rias quantę ſint, perſpiciamus. quę nos nullã diem ſine lachrymis exigere ſinunt. Nam & patriã lugere, & hanc mutationẽ lamentari, nullo tẽpore deſiſtimus. Quid enim nobis animi eſſe cenſetis, cũ uidemus parentes noſtros ſenio cõfectos longè aliter quàm pro dignitate tractari, neq; liberos noſtros ea ſpe qua eos ſuſcepimus, educari: ſed multos, ob paruas quaſdã ratiunculas ſeruire: alios ire ut mercede locent ſuam operã: alios, ut ſinguli queũt, uictũ quæritare, aliter quàm & gloria maiorũ, & ſua ætas, & generoſi noſtri animi poſtulabãt. Hoc uerò omnẽ doloris acerbitatẽ uincit, ſi quis uideat, à ſe inuicẽ diuelli, nõ ciues tantũ à ciuibus, ſed & uxores à maritis, & liberos à matrib. et totam cognationẽ diſsipari, quod noſtrorũ ciuiũ multis ob egeſtatẽ uſuuenit. Victus enim cõmunis amiſſus, effecit, ut ſpe priuata ſinguli nitantur. Opinor aũt uos neq; cætera probra ignorare, quæ paupertas & exiliũ afferũt, quæ nos animo quidẽ moleſtius quàm alia mala ferimus, oratione uerò prętermittimus, ueriti nimis accuratè in calamitates noſtras inquirere. Oramus aũt, ut ipſi illa cõſiderantes, aliquã noſtri curã ſuſcipiatis. Nec enim uobis alieni ſumus, ſed beneuolentia quidẽ uniuerſi uobiſcũ coniuncti, cognatione uerò maxima noſtrûm pars. Nam propter conceſsũ affinitatis ius, è ueſtrorũ ciuium filiabus pleriq; nati ſumus. Quare uobis non licet ea negligere, quæ petituri uenimus. Quid enim fieret incõuenientius, quàm, cũ prius ueſtræ patriæ ius nobis dederitis, ſi nunc noſtrã urbem nobis reſtituendã non cenſeretis? Deinde illud etiã non quadrat, cum ſingulorũ quos uel fortunę temeritas afflixit, uel hominũ iniuriæ, miſereamini: totã urbẽ ſic cõtra omnem æquitatẽ euerſam, nihil omnino miſericordię poſſe impetrare? prę ſertim quę ad ueſtrã fidẽ confugerit: et uobis antehac ſemper glorioſum & honorificũ fuerit, ſupplicũ eſſe miſertos. Nã cũ Argiui ad maiores ueſtros, ſupplices ueniſsent, ut ſub Cadmea interfectos tollerent, ab illis perſuaſi,

Intereſſe Atheníenſium, ut Thebanos coherceant.

Valde pathetica enumeratione malorum commiſerationem mouet.

Plataenſes cũ Athenienſibus neceßitudine & affinitate coniunctos, iuuandos eſſe.

Atheniẽſibus honorificum, opem tuliſſe ſupplicibus.

Thebaniſq; coactis, ut conſilia in melius referrent, nõ ipſi ſolum illis tem- A
poribus gloria floruerunt, ſed urbi etiam ueſtræ immortalem famam in om
ne deinceps æuum reliquerunt, quæ uobis nunc temerè amittenda nõ eſt:
cum turpe ſit, facta maiorum ſibi laudi ducere, & interim contraria de ſup-
plicibus ſtatuere. præſertim, cum nos de rebus multo maioribus & æquio-
ribus ſupplicemus. Nam illi, prius aliena ditione oppugnata, uos rogarũt:
nos, patria noſtra amiſſa. illi uos hortabantur ad mortuorum ſepulturam:
nos, ad reliquiarum quas crudelitas hoſtiũ non abſumpſit, conſeruationẽ.
Non autem eſt ſimile, nec æquale malum, ſepultura prohiberi mortuos, &
uiuentes patria fortuniſq; omnibus ſpoliari. ac illud quidem prohibentib.
contumelioſius eſt, quàm prohibitis. At ſine ullo receptaculo carentem pa
tria, ſingulis diebus affligi, et ſuis opem adeò ferre non poſſe, ut cura de eis
abijcienda ſit, quorſum dicere attinet, quanto ſit alijs calamitatibus acerbi-
us? Propterea uobis uniuerſis ſupplicamus, ut nobis noſtram regionem et

Petitio, ut ſua Platæenſibus reſtituantur.

urbem reſtituatis: ac ſeniores commonefacimus, ut cogitent quàm miſera-
bile ſit, hac ætate calamitoſum conſpici, & quotidiani uictus penuria labo
rantem: adoleſcentes, ut ipſi quoq; ſuis precibus & obteſtationibus, ęqua-
les iuuent, ne quum plura etiam mala quàm diximus pertulerint, plura to-

Beneficia Platæenſiũ in Athenienſes.

lerare cogantur. Debetis autem nobis ſolis è Græcia hanc ueluti ſtipem &
largitionem, ut profligatis opitulemini. Nam & maiores noſtros aiunt, cũ
ueſtri patres, bello Perſico, hac terra exceſſiſſent, ſolos ex his qui extra Pe-
loponneſum habitant, ſocietate periculorum adita, adiutores fuiſſe urbis
erigendæ & cõſeruandæ. Quare iure nobis idem beneficiũ reddetis, quod
priores in uos contulimus. Quod ſi uobis decretũ eſſet, perſonas noſtras
omnino negligere: tamen à ueſtra uirtute alienum fuerit, ſinere, ut ea regio
uaſta & inculta iaceret, in qua, clariſsima ueſtræ uirtutis, ac cæterorum qui

Ob tropæa Græcorũ, & heroas ac deos patrios, Platæas eſſe inſtaurandas.

illi prælio interfuere, monumẽta relicta ſunt. Nam reliqua tropęa, ab alia ci B
uitate contra aliam ſunt erecta: illa uerò, pro tota Græcia contra totius A-
ſiæ potentiam ſunt conſtituta. quæ quidẽ Thebani iurè aboleuerint. nam
illorum operum memoria ipſis contumelioſa eſt: uobis uerò conſeruanda
ſunt. nam illa facinora uos Græcię duces effecerunt. Neq; uerò heroũ, qui
locum illum tenent, obliuiſcendum eſt: neq; cõmittendum, ut illorum ho-
nores intercidant, quibus uos cum litaſſetis, id periculum ſubiuiſtis, quo
& iſtos & alios Græcos omnes in libertatem aſſeruiſtis. Eſt etiam maiorũ
quædam habenda ratio, neq; pietatis in illos quoq; officia ſunt prorſus ne
gligẽda. Cogitandũ, quibus animis affecti eſſent, ſi modò defuncti aliquid
rerum noſtrarum intelligunt, ſi animaduerterent, ſub ueſtro dominatu, eos
qui Barbarorum ſeruituti ſe ſubiecerunt, aliorum Gręcorum dominos eſſe
factos: nos uerò, qui in prælio pro tuenda libertate geſto, ſtrenuam operã
nauauimus, ſolos è Gręcis omnibus extorres eſſe profligatos: fortiumq; ui
rorum monumentis iuſta nõ perſolui, propterea quòd nulli adſint qui id fa
ciant. Thebanos uerò qui diuerſa fecere, illam regionẽ tenere. Illud etiam
recordamini, Lacedæmonios à uobis acerrimè ob hoc fuiſſe accuſatos,
quòd Thebanis, Græcorum proditoribus, gratificantes, uos bene meritos

Epilogus.

perdidiſſent. Ne igitur admittatis, ut hoc conuicium in ueſtram urbem re-
torqueatur: neq; iſtorũ libidinem præſenti ueſtræ gloriæ anteferatis. Quan
quam autẽ multa dici poſſent, quib. ad curam noſtræ ſalutis & incolumita-
tis excitaremini, tamen non poſſum breui oratione omnia complecti: ſed
& ueſtri officij eſt, ut & prætermiſſa uobis ob oculos ponatis, & recorda-
tione potiſsimum iuramentorũ & fœderum, itemq; noſtræ beneuolentiæ,
& inimicitiarum cum iſtis, ut ius & æquum poſtulat,
ita de nobis ſtatuatis.

AREOPAGITICVS.

ARGVMENTVM E' DIONYſio Halicarnaſſeo.

A *QVis lecta oratione Areopagitica, non modeſtior fieret? Aut quis conatum & inſtitutum huius oratoris non laudet? qui apud Athenienſes, de reipublicæ forma diſputare nõ dubitau t, ac autor eſſe, ut democratia, quæ tum uſitata erat, tanquam ciuitati pernicioſa, mutaretur. Qua de re magiſtratuum nemo referre inſtituebat. Videbat nimirum Iſocrates, eam ita eſſe confuſam & perturbatam, ut iam nec à magiſtratibus amplius priuati coherceri poßent, ſed unuſquiſq; cùm diceret, tum faceret, quicquid collibitum eſſet, ac omnes importunam confidentiam pro libertate populari haberent. Suadet igitur, ut à Solone & Cliſthene cõſtituta reſpublica, ueluti poſtliminio reuocetur. Cuius naturam & inſtituta recenſens, inquit, illa ætate grauius exiſtimatum eße dicendo aduerſari natu maioribus, quàm ordines deſerere. Democratiam eos iudicaſſe nõ in petulantia & proteruitate, ſed in moderatione & temperantia conſiſtere. Libertatem eos poſuiſſe non in contemptu magiſtratuum, ſed in imperatis faciendis. Poteſtatem & autoritatẽ improbo nemini permiſiſſe, ſed ſpectatißimis uiris mandaſſe magiſtratus: quod exiſtimarent, tales fore cæteros ciues, quales eſſent gubernatores ciuitatis. Tantum uerò abfuiſſe, ut peculatu et ſordibus rem familiarem amplificarent, ut ſuas opes in reipublicæ utilitatem, & populum ædilitijs munerib. conciliandum, effunderent. Præterea patribus maiori curæ fuiſſe filios iam puberes & adultos, quàm dum pueri eſſent, nec enim ignorabant, inquit, adoleſcentiæ modeſtiam plus prodeſſe reipub. quàm puerilem inſtitutionem: & recta ſtudia, ueramq; degendæ uitæ rationem, præſtare legum exactæ conſtitutioni. In id enim incumbebant, non ut ſupplicijs delinquentes cohercerent, ſed ut ne quid pœna dignum ab ullo committeretur. Exiſtimabant patriam quidem autoritate magna florere, priuatis autem licere nihil quod legibus interdictum eſſet, oportere: ſed illis potius acerbitates & pericula ſuſtinẽda eſſe magnis animis, nec eos fortuitis caſibus aut calamitatib. percelli debere.*

ALIVD, PER [redacted]

REumpublicarũ peſtes duæ præcipuè ſunt: Tyrannis, quando magiſtratus impunè in imbecilliores graßantur, atq; ad ſuam libidinem, auariciam, ambitionemq; omnia referunt: &
B *Anarchia, quum populus contempta legum & magiſtratuum autoritate, omnem & loquendi et faciendi pro lubito licentiam ſibi ſumit. Neutra autem confuſio et perturbatio diuturna eſſe poteſt, ſed ſubinde altera alteram, uelut terrigenæ illi fratres, euertit. Status inter has optimus eſt & uera libertas, quando bonæ leges & à magiſtratibus & à ciuibus ſacroſanctæ habentur, & optimi ac ſapientißimi imperant, reliqui modeſtè parent, ac iuuentutis diſciplinæ ſumma ratio habetur. Vt autem Athenæ aliàs à tyrannis diuexatæ fuerant: ſic temporibus huius orationis habitæ, diuerſum nomine, reipſa idem malum (nam ſæuißima tyrannis eſt ferocis populi graſſatio) ingruebat ὀχλοκρατία. Iſocrates igitur, uir ætate grauis, ſpectatæq; uirtutis & ſapientiæ, referre inſtituit de ſtatu ciuitatis emendando. idq; in ſummo conſilio Athenis, qui Areopagus, id eſt uicus ſeu campus Martius dicebatur. Hinc Areopagiticus titulus eſt, latinè Oratio ſenatoria nominari poſſet.*

MVltos ueſtrûm mirari puto, quid in mentem mihi uenerit, ut huc proceſſerim, profeſſus me de ſalute publica dicturum: perinde ac ſi reſpub. periclitaretur, & in magno metu eſſet: cum tamen triremes amplius ducentas habeat, & omnia circumcirca etiam pacata ſint, & maris imperiũ teneat, & ſocietate multorum floreat, qui, ſi quid opus ſit, alacriter nos iuuent, ac longe plures tributa pendant, & imperata faciant. Quarum rerum præſidio freti, dixerit aliquis, eſſe cõſentaneum, ut magnanimi ſitis, tanquam procul extra omne periculum poſiti: hoſtibus uerò ueſtris, haud iniuria metuendum, & de ſalute & incolumitate conſultandũ eſſe. Tametſi autem non ignoro, uos iſta cogitantes, & conſiliũ orationemq; meam contemnere, & ſperare, his copijs Græciã uniuerſam occupaturos: mihi tamen hæc ipſa metum incutiunt. Florentiſſimas enim (ut ſibi perſuaſere) ciuitates, peſſimis uti uideo conſilijs: & eas, quæ maxime ſecuræ ſunt, plurimis

Rebus ſecundis non nimiũ fidendum.

Res ſecundæ ſuperbiam & calamitates pariunt.

periculis circumueniri. In cauſa hoc eſt, quod neq; ſecundę, nec aduerſę res A
ullæ mortalibus ultrò ac per ſeſe eueniunt: ſed ita conſtitutũ eſt, ut opes &
potentiam, amentia cum petulantia coniuncta, comitetur: inopiam uerò
& humilitatem, prudentia & moderatio. Quare difficile iudicatu eſt,
utram iſtarum partium, quaſi patrimonium, aliquis liberis ſuis relinquere
malit. Siquidem uidemus ex ea quæ deterior uidetur, pleraq; mutari in me
lius, & incrementa ſumere fœlicitatis: alteram uerò, quæ præſtantior habe-

Exempla uicisſitudinum fortunæ.

tur, ſolere in deterius recidere. Quarum rerum plurima exempla ſuppedi
tant, cum priuatæ res, frequẽtisſimis mutationibus obnoxiæ: tum uerò ma
iora, & auditoribus euidentiora, caſus noſtri & Lacedæmoniorum. Nos
enim, uaſtata urbe à Barbaris, ob cautam & diligentem rerum adminiſtra-
tionem, principes Græcorum extitimus. Quum uerò ad magnitudinẽ no-
ſtræ potentiæ nihil accedere poſſe uideretur, & noſtra opinione inuicti eſ-
ſemus: de urbis excidio periclitati ſumus. Lacedæmonij item, ex obſcuris
olim, & paruis oppidulis progresſi, ob uitę modeſtiam & ſtudium rei mili-
taris, Peloponneſum ſubegerunt. Pòſt autem faſtu & ſuperbia elati, & ter-

Athenienſiũ ſtatus nõ optimus.

ræ mariſq; imperium adepti, eadem quæ nos diſcrimina ſubierunt. Quiſ-
quis igitur huiuſmodi mutationes nõ ignorat, et tantas opes tam ſubitò e-
uerſas uidet, & præſenti ſtatui tamen fidit, ineptus eſt, & incogitans. Pręſer
tim cum noſtra urbs non ita, ut olim, floreat, odiaq; Græcorum & inimici-

Increpatio negligentiũ magiſtratuum.

tiæ cum rege Perſarũ renouatæ ſint, quæ nos antehac afflixerunt. Sum au
tem animi dubius, utrum exiſtimem uos affici nulla reipublicæ cura: an, cũ
quidem eam curetis, non tamen animaduertere, in quantis turbis ciuitas
noſtra uerſetur. Nam ea rerum ueſtrarum facies eſt, ut urbes in Thracia ami
ſiſſe, ultra mille talenta fruſtra in ſtipendia militũ profudiſſe, apud Græcos
in odio eſſe & criminibus, hoſtes facti Barbàro, præterea Thebanorũ ami-
cos ſeruare coacti, ueſtroſq; ſocios perdidiſſe uideamini. Ob hæc facta, B
bis iam quaſi re bene geſta, ſupplicationes decreuimus: ac ſegnius & negli
gentius in comitijs deliberamus, quàm hi quibus omnia ſecundisſima acci

Niſi ſummæ rerũ rectè conſulatur, nulla felicitas diuturna eſſe poteſt.

derunt. Neque uerò mirum eſt, nos hæc tum agere, tum pati. Nihil enim
ritè ab ullis perfici poteſt, niſi de ſumma reipublicę rectè deliberarint. Tam
etſi enim alijs nõnulla ſucceſſerint, ſeu fortuitò, ſeu uirtute uiri alicuius: pau
lo pòſt tamen eos, æque inopes eſſe cõſilij, & in eaſdem turbas incidere ne-
ceſſe eſt. Id quod è noſtris euentibus cernitur. Cum enim uniuerſa Græcia
noſtræ ciuitatis, poſt nauale Cononis prælium, & rebus à Timotheo fœlicis-
ſimè geſtis, imperium agnoſceret: res ſecundas minime diu ferre aut retine
re potuimus, ſed celeriter eas cõminuimus, & proteruè disſipauimus. Nec
enim Reipub. formam, qua quicquã rectè adminiſtretur, habemus, nec ha
bere ſtudemus. Atqui notũ omnibus eſt, fœlicitatẽ potisſimũ & parare &
retinere eos, non qui maximis & pulcherrimis mœnibus muniti ſunt, aut
qui maximam hominũ turbam in aciem educunt: ſed eos, qui ſuam ciuitatẽ

Politia, ciuitatis anima.

optimè ac modeſtisſimè gubernãt. Nec enim alia ciuitatis anima eſt, quàm
forma & conſtitutio reipublicæ: quæ uim eandem habet, quam in corpore
prudentia. Siquidem hæc eſt, quæ de rebus omnibus deliberet, & cùm res
ſecundas tueatur, tum calamitates effugiat. Ad hanc & leges & oratores &
homines priuatos ſemet accommodare, & quaſi eoſdem fieri neceſſe eſt, &
ea quoſque fortuna uti, talemq; uitam agere, qualem rempublicam habue-
rint. Quæ cum deprauata ſit, nihil nos mouet, neq; de ea corrigenda cogita
mus: ſed in iudicijs quidem præſentem ſtatũ & mores accuſamus, dictitan-
tes in Democratia ciuitatem nunquam æquè fuiſſe perturbatam: at ſi res ip
ſæ noſtriq; animi ſpectentur, magis ea delectamur, quàm illa nobis à maio-
ribus relicta. De qua ego uerba faciam, & propterea me huc acceſſurũ de-
nunciaui,

A nunciaui. Nam hanc unam eſſe rationem inuenio, qua & imminentia pericula declinentur, & mala præſentia remoueantur: ſi eam Democratiã reuocare uoluerimus, quam & Solon, quo nemo fuit populi ſtudioſior, legibus ſuis conſtituit: & Cliſthenes, tyrannis eiectis, populoq́ in urbem reducto, in integrum reſtituit. Qua nec populariorem, nec reip. utiliorem inueniemus. Idq́ inde clariſsimè cernitur, quod, qui ea uſi ſunt, rebus multis pręclare geſtis, & apud omnes maximam gloriam adepti, imperium à Græcis ultrò delatum acceperunt. At qui hanc præſentem concupiuere, omnibus inuiſi, & acerba multa paſsi, & excidium & internecionem uix euitarunt. Quis igitur eam politiam laudabit, aut amplectetur, quæ & antea tot malis cauſam præbuit: & nunc, ſingulis annis, præceps fertur in deterius? An nõ metuendum eſt, ne hiſce calamitatum incrementis, tandẽ in acerbiores clades quàm olim impingamus?

Democratiã Solonis & Cliſthenis reuocandam eſſe

Ne uerò ſummatim tantum, & uno ueluti faſce hæc audieritis, ſed exactè ac diſtinctè ſingulis cognitis potiora eligatis, & rectius iudiceris hiſce de rebus: ueſtri officij eſt, ut me dicentem attentè audiatis. Ego uerò, quàm potero breuiſſimè, conabor de his utriſq; apud uos diſſerere.

Petit attẽtionem, de ueteri laudata, & præſenti uitioſa Democratia dicturus.

Nam qui rempub. illo tempore geſſerunt, politiam conſtituere, non quæ nomine quidem humaniſsimo & manſuetiſsimo appellaretur, reipſa uerò experientibus alia uideretur: neq; ſic ciues erudiere, ut petulantiam pro Democratia, legum neglectum pro libertate, confidentiam pro æqualitate, & licentiam hæc faciendi pro fœlicitate haberent: ſed cum tales & odiſſent et ſupplicijs afficerẽt, ciues uniuerſos meliores et modeſtiores effecerunt.

ὀχλοκρατίας, ſeu ἀναρχίας deſcriptio.

DESCRIPTIO VETERIS REIPVB.

Plurimũ autẽ ad ſtatũ fœlicem ciuitatis hoc eis cõtulit, quod cum duo ęqualitatis genera recepta ſint, quorũ alterũ idem ſine diſcrimine omnibus, alterũ ſingulis pro dignitate tribuit: nõ ignorarũt, utra eſſet utilior: ſed hac æqualitate, quæ nullũ diſcrimen inter bonos & improbos facit,

Duplex æqualitas.

B tanq; iniqua, repudiata, illã quę ſingulis ea diſpertit quę merẽtur, amplexi, & in gerenda rep. ſecuti ſunt. Nec promiſcuè omnes ad ſortitionẽ magiſtratuum admiſere, ſed meliores, et ſingulis munerib. obeundis aptiſsimos, adhibito iudicio, prætulerunt. Nam ad eorũ exemplum, penes quos ſumma rerũ eſſet, etiam cęteros ſeſe cõparaturos ſperabant. Deinde populariorem putarunt hanc rationẽ, ea quę ſorte magiſtratus creat. Nam ſortitionis gubernatrix Fortuna eſt, & ſæpe magiſtratus cõtingunt paucorũ potentię ſtudioſis, quos oligarchicos dicimus. At cũ integerrimi quiq;, delectu habito potiores ferunt, in populi poteſtate eſt, eos eligere, qui præſentem ſtatũ maximè conſeruatũ uolunt.

Iudicio, non ſorte creati magiſtratus.

Vt autẽ hæc multitudini placerent, nullęq; de magiſtratibus contentiones orirentur, in cauſa hoc erat, quod laboribus et frugalitati ac parſimonię aſſueuerant, neq; ſua negligebant, alienis inhiabant, aut detrimenta rei familiaris peculatu et ſordibus emendare nitebãtur: ſed quod ſinguli de ſuis opibus, cum res ita poſtulabat, etiã remp. iuuarẽt, nec exactius ſcirent, quos haberent è curia, quàm è ſuis prædijs reditus. Quin etiam à publicis uectigalibus adeò ſanctè abſtinebant, ut illis temporibus difficilius eſſet inuenire qui rempublicam capeſcere, quàm nunc, qui priuatam uitam agere uelint. Nec enim reipub. curam, negociationem & quæſtum, ſed publicam occupationem & miniſterium exiſtimabant. nec à primo initi magiſtratus die computabant, an ſordidi aliquid lucelli anteceſſores nõ præripuiſſent: ſed potius, an aliquid in officio neglexiſſent, quod minime ſegniter eſſet prætereundũ.

Ciues ab ambitione & peculatu alieni.

Et ut omnia paucis abſoluam, ita ſtatuebãt, oportere populũ, tanquam dominũ, conſtituere magiſtratus, et punire delinquentes, & iudicare de cõtrouerſijs. at qui propter opum affluentiam ocium agere poſsent, his curandam eſſe rempublicã non minori fide ac diligentia, quàm rem familiarem. Qui ſi præclarè ſuũ munus adminiſtraſſent,

Populus creet, ditiſsimi & prudentiſsimi gerãt magiſtratus.

laudandos

laudandos eos eſſe, illo honore contentos: ſin male rem geſsiſſent, nulla ue A
nia dignandos, ſed maximis ſupplicijs afficiendos. Enimuero quam'nam
aliquis aut firmiorem, aut iuſtiorem Democratiam hac inueniat, in qua po
tentiſsimi rebus præficiuntur, at illorum ipſorum, populus dominus conſti
Summa rerũ bene conſtituta, etiam ſingulæ partes bene habent. tuitur? Et quidem hunc in republica ordinem ſeruarunt, unde facile intel
ligitur, eos etiam in quotidianæ uitæ ratione, honeſtatis ac legum perpe-
tuò fuiſſe ſtudioſos. Aliter enim fieri nequit, quin qui ſummæ rerum funda
mẽta ritè iaciunt, etiã ſingulas partes, recte quaſi exædificent. Ac primùm
Religio. quod ad ad religionem et cultum deorum atrinet (hinc enim ordiri mihi iu
rè uideor) nihil inæqualiter, nihil confuſe adminiſtrabant: nec, ſi quando
uiſum eſſet, tauris trecentis miſsis, magnificè ſeſe efferebant, aliàs uerò etiã
patria ſacra omittebant: neq; feſta peregrina, nec perinde ſancta et ſolennia
quibus epulæ coniunctæ ſunt, ſplendidè celebrabant, in templis uerò reli-
gioſiſsimis ſacra faciebant mercede locata: ſed illud ſaltem obſeruabant, ne
quid à patribus acceptum, uel abrogarent, uel quicquam ultra cõſueta adij-
cerent. Nec enim magnitudine ſumptuum religionem metiebantur, ſed ſol
licita eorum rituum obſeruatione, quos ipſis maiores tradiderant. Quapro
pter etiam dijs mutua ipſorum cura erat, ne tempeſtates temerè ac tumul-
tuoſe errarent, ſed & ad agros colendos, & fruges percipiendas accommo
Concordia ciuium, & diuitũ pauperũq; conſociatio. datæ eſſent. Conſimilem ad modum etiam inter ſeſe agebant. Nec enim
de repub. tantum conſentiebant, ſed in priuata quoq; uita ſe ita mutuò cu-
rabant, ut eos decet qui ſapiunt, & communi patria utuntur. Nam tenuio-
res ciues adeò non inuidebant ditioribus, ut non minus ſolliciti eſſent de
magnis familijs, q̃ de ſuis proprijs: exiſtimantes, opes ſuas ab illorũ fœlici-
tate pendere. Ac locupletes tantũ aberat ut deſpicerent eos, qui re minus
lauta erant, ut exiſtimarent, ciuium inopiam dedecori ſibi eſſe, illorum'que
neceſsitatibus ſubuenirẽt, alijs agros colendos mediocri pecunia locantes, B
alios ad negociationem ablegantes, alijs ſuppeditantes, unde alia quædam
opificia & quæſtus inſtituerent. Nec enim metuebant, ne alterutrũ ſibi uſu
ueniret, ut uel ſortis iacturam facerent, uel magnis moleſtijs partem aliquã
datæ pecuniæ recuperarent: ſed nõ minus tuta eſſe arbitrabãtur quæ expen
Iudiciorum ſeueritas. derant, q̃ quæ domi repoſita ſeruabant. Videbant ſcilicet, iudices nõ abuti
lenitate, ſed legibus obtemperare: neq; ſibi licentiã permittere, in aliorũ pe
riculis iniuſtè agendi, ſed magis eos iraſci fraudantibus, q̃ illos ipſos qui af
ficiebantur iniuria. Exiſtimabant enim, eos qui fidem contractuum uiola-
rent, pauperib. eſſe pernicioſiores, quàm opulentis. Hos enim, ſi deſierint
clientelas ſibi adſciſcere, pecunia credita tenuioribus, paruis reditibus ſpo
liatum iri: illos uerò, ſi deſint qui aliquid ſuppeditent, extrema inopia labo
raturos. Quare cũ hoc animo eſſent, neq; opes ſuas celabat quiſquam, neq;
conferre alijs pecuniam detrectabat, ſed libentius uidebant eos qui mutuũ
petebant, quàm qui reddebant. Vtraq; enim illis uſuueniebant, quæ pru-
dentes homines expetenda cenſeant, ut ſimul & ciuibus prodeſſent, et ſuas
opes ignauas eſſe non paterentur. Et quod ſummum eſt, & ad ciuilem con-
ſuetudinem aptiſsimum, ut & poſſeſsiones in tuto eſſent illis qui eas iurè
Cauſæ fœlicitatis reipub. tenebant, & cõmunes æqualiter omnibus indigentibus. Fortaſsis autem
erunt, qui hæc quæ diximus reprehendant, quod actiones illorum tempo-
rum laudem: cauſas uerò, propter quas & inter ſeſe tam pacatè uixerint, &
Diſciplinæ iuuentutis cura ſumma. urbem tam præclarè gubernarint, non explicem. Ego uerò, et ſi nonnihil
eius quoq; generis me dixiſſe puto: plura tamẽ & dilucidius hiſce de rebus
diſſerere conabor. Nam illi non quidem puerilis inſtitutionis magnam cu-
ram habebant, adoleſcẽtibus uerò uirili ſumpta toga, quicquid libuiſſet li
cere ſinebant: ſed qui iam integra ætate erant, diligẽtius curabãtur quàm in
pueritia.

A puerítia. Maiores enim noſtri, modeſtię tantam rationē habuerunt, ut ſena
tū ex Areopago, cenſuræ morū præfecerint. Neq; quiſquā in eum ordinem *Senatus A-*
admittebatur, niſi qui honeſto loco nati eſſent, et egregiū uirtutis & tempe *reopagi, diſci*
rantiæ ſuæ ſpecimen in uita præbuiſſent Quare non mirum eſt, eum ſenatū *plinæ cuſtos,*
uniuerſis totius Græciæ concilijs antecellere. Porrò quę olim eius loci ra *et morū cēſor.*
tio fuerit, ex his quæ etiam hodie fiunt intelligitur. Nam nunc quoq; uide-
mus delectos ad hoc iudiciū, etiamſi cæteris in rebus intolerabiles ſint, q̄
primum in Areopagum aſcenderint, non audere indulgére ingenio, ſed il-
lis inſtitutis potius uti, quàm immorari prauitati ſuæ. Tantum illi metū im
probis iniecerunt, & tam illuſtre ſuę uirtutis & modeſtię monumentum in
eo loco reliquerunt. Hunc igitur talem, ut dixi, ſenatū cenſuræ morū pręfe *Priuata diſci*
cerunt. Et quidē inſcitiæ reos egerunt eos, qui ibi præſtantiſsimos uiros fo *plina legibus*
re arbitrabantur, ubi leges exactiſsimæ habeantur. Quod ſi eſſet, nihil pro- *præſtantior.*
hiberet, quo minus omnes Græci æquales eſſent: cum procliue ſit, ut leges
alij ab alijs exſcriptas mutuentur. Verùm non ex ea re uirtutis incrementa
ſunt, ſed ex quotidianæ uitæ conſuetudine proficiſcuntur. Nam pleroſq; il-
lis moribus & inſtitutis ſimiles euadere neceſſe eſt, in quibus ſinguli educa
ti fuerint: ſiquidem & multitudo, & nimis exquiſita legū conſtitutio, ſignū
ſunt mali ſtatus Reipublicæ. Nam dum delicta, quaſi aggerib. obiectis co- *Multitudo*
hercere nituntur, cumulari leges neceſſe eſt. Decet autem prudentes magi *legum ſignum*
ſtratus, non porticus implere legibus, ſed efficere, ut ciues animis inſitū iu- *malæ ciuitatis*
ſticiæ ſtudium habeant. Non enim ſenatuſconſulta, aut plebiſcita, ſed præ-
clara inſtituta fœlicem ciuitatem efficiunt. Nam homines malè inſtituti, le-
ges etiam exquiſitiſsimas negligere audent. at qui rectè & conſtanter edu-
cati ſunt, etiā bonis legibus obtemperare ſtudent. Hęc illi cogitantes, nō id
ſpectabāt, quib. modis immodeſtos punirēt: ſed qua ratione ciues adduci
B poſſent, ut ne quid uellent pœna dignum admittere. Hoc enim ad ſe perti-
nere exiſtimabant: ſupplicijs infligendis inuigilare, hoſtium eſſe. Cura- *Adoleſcentiæ*
bant igitur, cùm omnes ciues, tum uerò adoleſcentes in primis. Videbāt e- *cura.*
nim eam ætatem turbulentiſsimis affectibus agitari, & plurimis redunda-
re cupiditatibus: maximeq; neceſſarium eſſe, ſic inſtitui, ut honeſtis ſtudijs
& actionibus, laboribus' que qui uoluptates coniunctas haberent, dele-
ctari aſſueſcerent. qui ſic liberaliter edocti, & magnitudini animorum aſ-
ſuefacti eſſent, in ſolis illis rebus eos perſeueraturos. Porrò uniuerſis ea-
dem exercitia præſcribere, in tanta rei familiaris inæqualitate, non potue-
runt: ſed ut ſingulorum facultates ferebant, ita mandabāt aliquid. Nam te- *Pauperum a-*
nuiores ad agriculturam, ad opificia, ad negociationes deducebant: non i- *doleſcentum*
gnari, inopiæ cauſam eſſe pigritiam, & inopia pleroſque impelli ad flagitia *occupationes.*
& ſcelera. Quare fonte improbitatis et malorum ſublato, exiſtimabant etiā
cætera delicta, quæ inde uelut ebulliunt, poſſe præcaueri. At locupletes a- *Diuitū adole*
nimū ad rem equeſtrem, & gymnaſia, & uenationes, & philoſophiam ad- *ſcentū ſtudia.*
iungere cogebant. Hoc enim eam uim habere perſpiciebant, ut alij uirtuti-
bus excellerent, alij flagitijs plurimis abſtinerent. neq; contenti ſolas leges *Cenſura mo-*
tuliſſe, de cætero negligentes erant: ſed ciuitatem in tribus, regionem in po *rum.*
pulos partiti, uniuſcuiuſq; uitam ſpectabāt, & immodeſtos in ſenatū duce
bāt: is uerò alios monebat, alijs minitabatur, alios, ut par erat, puniebat. No *Supplicia.*
rant enim duos eſſe modos, qui & ad iniurias impellerent, & à ſcelerib. de- *Diligentia.*
terrerēt. Nam apud quos nemo ſtudiū habet flagitia uel cauēdi, uel punien
di, neq; ſeuera iudicia exerceantur: ibi etiam bona ingenia corrumpi. At u
bi delinquentes neq; facile deliteſcant, neq; conuicti uenię ſpem habeant:
ibi demum naturæ morumq; prauitatem paulatim aboleri, uel certe immi-
nui ſolere. Illi igitur, his cognitis, utraq; re ciues in officio continebant, &

ſupplicijs & cura. Tantum enim aberat, ut laterẽt eos hi qui deliquerant, ut A

Adoleſcentiæ quanta olim modeſtia.

ante animaduerterẽt, quos nam ueriſimile eſſet, peccaturos eſſe. Quare nõ in luſtris adoleſcentes aleæ ludo incũbebant, nec uerſabantur apud tibicinas, aut in huiuſmodi conuentibus, in quibus nunc totos dies conterũt: ſed illis ſtudijs immorabantur, ad quę deducti et ordinati erãt. Ac eos qui principem in illis locũ tenebant, admirabantur, & ſectabantur. Forũ autem ita fugiebant, ut ſi quando tranſire cogerẽtur, appareret eos id magna cũ uerecundia & modeſtia facere. Seniorib. aduerſari aut maledicere, grauius eſſe putabant, quàm nunc in parẽtes delinquere. In caupona edere aut bibere, nemo ne frugi quidẽ ſeruus audebat. Grauitati, nõ ſcurrilitati ſtudebant: & homines dicaces, et ad irridendũ paratos, quos iam urbanos & facetos uocant, illi pro infœlicibus habebant.

Peccata populi, iuuentutis præſertim, magiſtratibus imputanda.

Neq; uerò me quiſquã exiſtimet iniquũ aut iratũ eſſe adoleſcentiæ. Neq; enim quicquã harum rerum acceptum illi ætati ferri debet, & noui plurimos hac ratione minimè delectari, qua eis licet impunè tam petulãter agitare. Quare iniquũ fuerit eis ſuccenſere: illi potius accuſandi ſunt, qui paulo ante nos rempub. geſſerũt.

Sapientis ſenatus autoritas ciues & modeſtos & felices efficit.

Felicitas ciuitatis.

Iſti ſunt qui primi huic licentię feneſtrã, fracta ſenatus autoritate, patefecerũt: penes quẽ dum ſumma rerũ erat, non accuſationibus, non criminibus, non exactionibus, nõ paupertate, neq; bellis ciuitas redundabat: ſed ciues et inter ſe cõcordes ac tranquilli erant, & cũ alijs uniuerſis pacatè uiuebant. Prębebant ſeſe Grę cis fideles, Barbaris formidabiles. nam illos quidẽ conſeruarãt: hos uerò ſic ulti erant, ut bene ſecũ agi putarent, ſi nullis amplius malis afficerentur. Vnde etiam factũ eſt, ut in magna ſecuritate degerẽt, et pulchriora & ſumptuoſiora eſſent ędificia & apparatus in agris, q̃ intra mœnia: ac multi ciuiũ, nec in ſolennib. feſtis in urbem deſcenderent, ſed ſua re familiari, quàm publicis ſpectaculis frui mallent. Nec enim illa, quorũ gratia ueniſſet aliquis, luxurioſè aut ſuperbè, ſed prudenter inſtruebant: neq; fœlicitatẽ, pomparũ aut B ędilitiorũ munerum cõtentionibus, aut ſimili quapiã inſolẽtia metiebãtur: ſed quotidianę uitę modeſtia, & tali rerũ neceſſariarũ copia, ne qui ciues egerent. Ex illis rebus iudicandi ſunt reuera fœlices, et nõ faſtuoſè gerentes rempublicam.

Athenienſiũ peruerſitas.

Nam quis quęſo eſt paulo prudentior, ut nunc quidem res habet, quem pręſens ſtatus non magno dolore afficiat? cum uiderit ciuium aliquos, ipſos quidem, utrum habituri ſint ad uictum neceſſaria, nec ne, ante prætoria quaſi ſortem ducere: & cenſere tamen, ut alantur è Græcis hi, qui remos agere uoluerint? Et quum in aureis ueſtimentis ſolennia feſta celebrent, in ijs hybernare, quæ ego dicere nolo, ſicut etiam alia multa prætereo, quæ inter ſeſe minime conſentiunt in hac gubernatione, ac inhoneſta, & ſupra modum indecora ſunt reipublicæ.

Pauperes, adoleſcentes, magiſtratus, ſenes, quomodo in officio continendi.

Quarum rerum, illo ſenatu, nihil reperiebatur. Succurrebat enim is inopiæ tenuiorum beneficijs, nec illis deerat locupletiorum benignitas. Iuuentutis intemperantiam honeſtis inſtitutis, & acri animaduerſione cohercebat. Magiſtratuum auariciæ frenos inijciebat ſupplicijs, & indagatione ſolerti iniuriarum. Senibus torporem excutiebat honorib. gerendorum magiſtratuum, & adoleſcentum obſeruantia.

Epilogus.

Quæ igitur, per deos immortales, reſpublica melius conſtitui queat, quàm hæc, quæ rerum omnium curam tam diligentem ſuſcepit? Et quidem inſtituta illius ætatis pleraq; recenſuimus. Quod ſi quædã prætermiſſa ſunt, illorum quoq; conſimilem fuiſſe rationem, de hiſce facile intelligitur.

Occupatio.

Non defuerunt autem, qui audita hac oratione, me quidem maximis laudibus extulerint, & maiorũ noſtrorũ fœlicitatem prædicarint, qui hanc in gerenda republica rationem ſecuti eſſent: non tamen exiſtimarint, uos eam æmulaturos, ſed ui cõſuetudinis impulſos, malle, præſenti rerum ſtatu acerba perpeti, quàm emendatione reipublicæ uitam degere fœliciorem.

Addebant

A Addebant etiam, eſſe mihi periculum, ne dum optima cõſulerem, inſenſus
plebi, & oligarchiæ inſtituẽdæ cupidus uideret. Ego uerò, ſi de rebus igno
tis & nouis uerba facerem, & ob illas conſtituendas, uos iuberem deligere
aliquos, quorum ſententia & autoritate illa conficerentur, per quod genus
hominũ antehac popularis ſtatus abrogatus eſt: iurè hoc nomine accuſa-
rer. Iam uerò nihil tale dixi, ſed de gubernatione diſſerui, nõ occulta, ſed
manifeſta, quam noſtis omnes, & patriam uobis eſſe, & cùm reipub. noſtrę
tũ alijs Græcis plurimas peperiſſe utilitates: ac inſuper à talibus uiris ſanci-
tam et conſtitutam, quos nemo eſt quin fateatur, omnium ciuium maximè
fuiſſe populares. Quare mecum iniquiſsimè ageretur, ſi talis reipub. ſuaſor
nouarum rerũ cupidus eſſe uiderer. Deinde ex eo quoq; mea mens facilè
perſpicitur, quod in omnibus meis orationibus cernitur, oligarchias, et in-
iuſtas prerogatiuas à me uituperatas: ęqualitatem uerò & democratias lau
datas eſſe, non quidem omnes, ſed rectè ordinatas. neq; id à me factum eſſe
temerè aut fortuitò, ſed iurè atq; prudenter. Noui enim et maiores noſtros,
tali conſtitutione longè alijs præſtitiſſe: & Lacedæmoniorum ob hoc ma-
xime rempub. florere, quod populari ſtatu potiſsimum utuntur. Nam cum
magiſtratus eligendi ſunt, & in quotidiana uita cæteriſq; ſtudijs & inſtitu-
tis, uidemus apud eos æqualitatem plus ualere quàm apud cæteros: quæ
quidem inſtituta oligarchijs contraria, in republica populari recepta, & uſi
tata ſunt. Quod ſi rem accuratè perpenderimus, inueniemus, clariſsimis &
magnis ciuitatibus utiliores eſſe democratias, quàm oligarchias. Nam e-
tiam noſtram rempublicam, quæ ab omnibus reprehendi ſolet, ſi confera-
tur, non cum hac quam modò recenſui, ſed cum illa, quæ triginta tyranno-
rum temporib. extitit, nemo erit, quin eam diuinitus conſtitutã arbitretur.
Lubet autem, licet id ab inſtituto alienum uidebitur, ſignificare, & comme
B morare, quantum inter hanc noſtram & illam interſit: ut ne quis exiſtimet,
populi me delicta quidem curioſius exagitare, ſed ſi quid præclare magnifi
ceq; geſtũ ſit, præterire ſilentio. Erit autẽ hęc cõmemoratio neq; prolixior,
nec inutilis audientibus. Nam poſtquã nauibus circa Helleſpontũ amiſ
ſis, illas reſp. clades accepit: quis è natu maioribus ignorat, eos qui popula
res uocabantur, quiduis cupidiſsimè potius fuiſſe ſubituros, q̃ ut imperata
facerent? qui quidẽ acerbiſsimum ac indigniſsimũ iudicarint, ut ea ciuitas,
quæ Græcis imperaſſet, aliorũ imperio premeretur, & hos quidẽ in fœdera
conſentire noluiſſe: ſed paucorũ potentię ſtudioſos, non recuſaſſe, quo mi
nus & mœnia diruerent, et ſeruitutẽ ſuſtinerent? Et tum quidẽ cum ſumma
rerũ penes multitudinem eſſet, nos aliorũ arcibus impoſuiſſe præſidia: ſed
cum triginta illi remp. gererent, ab hoſtibus noſtrã arcem occupatã? & illo
quidẽ tempore Lacedæmonios fuiſſe noſtros dominos: poſtquã uerò exu-
les reuerſi, pro libertate pugnare auſi fuerũt, & Conon prælio nauali uicit,
legatos ab eis ueniſſe, qui noſtræ ciuitati maris imperiũ traderent? Prete-
rea quis meorũ ęqualium nõ meminit, in illa democratia urbem ſic exorna
tam fuiſſe & templis & ſacrificijs, ut qui etiãnum huc aduenıũt, eam eſſe di
gnã cenſeant, nõ Gręciæ tantũ, ſed totius orbis imperio? At triginta tyran
nos ſacrificia neglexiſſe, fana ſpoliaſſe, & naualia tribus talentis deſtruẽda
uendidiſſe, quæ urbi non minus mille talentis cõſtiterant? Porrò ne clemen
tiã quidem illorũ quiſquam laudauerit magis q̃ democratię. Nam illi ex Se
natuſc. urbis imperiũ adepti, M. & CCCCC. ciues indicta cauſa occiderũt: in
Piræeũ uerò plures q̃ quinquies mille fugere coegerũt. At hi potiti uicto-
ria, & armis recuperata patria, ſublatis è medio non niſi ijs qui malorũ ma-
xime autores fuerant, ſuas cõtrouerſias tam præclarè & iuſtè cõpoſuerunt,
ut qui cæteros eiecerant, æquali iure cũ ijs uiuerẽt, qui ſeſe ipſi reſtituerant.

Refutatio ſe non ſtudere nouis rebus.

Democratia Laconica.

Etiã uitioſam democratiam triginta tyrannorum oli garchiæ præferendam.

Comparatio democraticorum & oligarchicorũ.

ἀμνηστία, id eſt iniuriarũ obliuio ſancita à Thraſybulo.

A

Aeris alieni ſolutio.

Hoc uerò maximum & pulcherrimum ſignum eſt æquitatis & manſuetudinis populi. Nam qui in urbe remanſerant, cùm centũ talenta mutuati eſſent à Lacedæmonijs, ad eos obſidendos, qui Piræeum occuparant, indicta concione de reddenda pecunia, cùm multi dictitarẽt æquum eſſe ut Lacedæmonijs ſatisfacerẽt, non qui obſidionem tuliſſent, ſed qui mutuò accepiſſent: decreuit populus, ut communiter ab omnibus ſolutio fieret. Enimuero cum hoc animo eſſent, tantam inter nos concordiam effecerunt, & ſic auxerunt rempub. ut Lacedæmonij, qui in oligarchia ſingulis ferè diebus, nobis aliquid imperabãt, in democratia ſupplices fierent, ut obſiſteremus ne à Thebanis funditus excinderentur. In ſumma igitur utriſq; hoc propoſitũ fuit, ut alteri ciuibus imperare, hoſtib. ſeruire: alteri alijs imperare, cũ ciuibus æquo iure uiuere uellent.

Cur hæc commemorarit.

Hæc duabus de cauſis recenſui, primũ ut oſtenderẽ, me non oligarchiæ, aut ullius iniuſtæ prærogatiuæ autorem eſſe, ſed rempub. iuſtam & modeſtam deſiderare. Deinde ut perſpiceretur, democratias etiam malè conſtitutas, pauciores calamitates gignere: & eas quæ bene adminiſtrantur, hoc ipſo excellere, quod & iuſtiores ſint, & ciuibus iucundiores.

Emendanda uitia, non uirtute maiorum gloriandum.

Fortaſsis autem aliqui mirabuntur, quid in mentem mihi uenerit, ut uobis ſuadere non dubitem, ut rempub. quæ tanta & tam pręclara fecerit, mutetis: & aliàs tantopere laudem democratiam, aliàs temere mutata rurſum ſententia, præſentem ſtatum increpem & reprehendam. Ego uerò etiam priuatos homines, qui pauca rectè agunt, in multis delinquunt, accuſo, & deteriores exiſtimo quàm deceat: eos præterea, qui ex integerrimis uiris nati, nequiſsimis & improbiſsimis paulò quidẽ probiores ſunt, ſed à uirtute parentum longè degenerarunt, uitupero: & ſuadere illis uelim, ut tales eſſe deſiſterent. Idem etiam de ſtatu publico ſentio: ac cenſeo nullam uobis eſſe cauſam, cur ſuperbiatis, & præclarè uobiſcũ agi putetis, ſi paulo maior ſit apud nos legum reuerentia, quàm apud homines illos ne- B pharios et inſanos: ſed indignari potius ac ægrè ferre debetis, nos maiorib. noſtris eſſe deteriores. Nec enim cum triginta tyrannorũ improbitate, ſed potius cum horum uirtute certandum nobis eſt, præſertim cum nos deceat uniuerſis mortalibus uirtute & ſapientia antecellere. In hunc modũ, non nunc primùm, ſed ſępe iam, et apud multos diſſerui. Noui enim, in ſingulis alijs locis, peculiari quodam genio naturas fructuum & arborũ & animantiũ genera innaſci, quæ longe ab alijs differant, & excellant:

Athenienſiũ dexteritas.

noſtram uerò tellurem, uiros & educare & gignere poſſe, nõ tantum ad artes & actiones ingenioſiſsimos, ſed qui uirtutis etiam & ſapientię palmam obtineant. Idq; ex ijs certaminibus iudicandum, & euidenter cognoſcendum eſt, quæ aduerſus Amazonas & Thraces, & Peloponnenſes uniuerſos ſuſceperũt: & è periculis, quæ in bellis Perſicis adiere, in quibus & ſoli, & cum Peloponnenſibus, tum pedeſtribus, tum naualibus prælijs, Barbaris ſuperatis, præter cæteros, fortitudinis laudem, clariſsimis facinoribus editis, meruerunt. Neq; uerò quicquam eiuſmodi feciſſent, niſi natura, & ingenijs longè alijs præſtitiſſent.

Alienæ laudes non arripiendæ.

Nemo autem opinetur, ad nos, qui nunc uerſamur in repub. laudationem hanc pertinere. Imò potius contrarium. Nam tales orationes laudes quidem ſunt eorum, qui ſe dignos uirtute maiorum præbuerunt: accuſatio uerò illorum, qui nobilitati ſuæ ignauia & flagitijs labem & maculam aſperſerũt. id quod nos facimus. Nec enim diſſimulanda ueritas eſt. Cum enim in nos tanta naturæ benignitas extiterit, nos eius munificentiã non conſeruauimus, ſed in ignorantiam, & tumultum, & malarum rerũ cupiditatem incidimus. Verùm ſi dicendo quę reſtant omnia perſequens, reprehendero & accuſaro præſentem ſtatum, uereor ne longius ab inſtituto aberrem. Sed de illis rebus & prius diximus, & iterum dicemus, niſi uobis

perſuaſero

A perſuaſero, ut talibus delictis modum faciatis. Vbi uerò pauca de his quæ ab initio inſtitui, diſſeruero, locum dabo alijs, ſi qui dare conſilium uoluerint. Nos enim, ſi rempubl. ita geremus, ut nunc fit: aliter fieri non poterit, quin conſimilem ad modum & conſultemus, & belligeremur, & uiuamus, & ferè omnia mala tum patiamur, tum agamus, quæ & in præſentia & olim perpeſsi ſumus. At mutata republica, nimirum cōſentaneum eſt, nos iiſdem ſucceſsibus uſuros, quos noſtri maiores habuerūt. Quia neceſſe eſt, ex eadem gubernandi ratione etiam actiones æquales & conſimiles exiſtere.

Aut mutanda respub. forma, aut mala ferenda.

Deliberandum autem eſt, maximarū rerum cōtentione facta, utræ nobis ſint eligendæ. Ac primùm uidendum, quomodo tum Græci, tum Barbari, erga illam politiam affecti fuerint, & qui adhuc illorum erga nos animi ſint. Nec enim hæc duo hominum genera minimam partem conferunt ad fœlicitatem, ſi de nobis ita ſenſerint, ut par eſt, & nobis expedit. Græci igitur, ſic illo tempore noſtris magiſtratibus fidebant, ut plurimi ex illis, ultrò noſtræ ciuitati ſe traderent. Barbari uerò tantopere cauebant, ne quid noui contra Grçcos molirentur, ut neq; longis nauibus ad Phaſelidem accederent, neq; cum exercitibus intra Halyn amnem deſcenderent, ſed ſe ne cōmouerent quidem. Nunc uerò eò res redierunt, ut alteri noſtram urbem oderint, alteri nos deſpiciant. Et de Græcorum quidem odio, prætores ipſos audiuiſtis. Rex Perſarum autem ſuum erga nos animum, literis miſsis declarauit.

Græcorū & Barbarorum affectus erga Athenienſes.

Etiam hoc addendū eſt, dum ille præclarus ordo in rep. ſeruabatur, ita ciues ad uirtutem inſtituti erant, ut inter ipſos quidem nulli motus orirentur, ſed ut omnes quotquot in Atticam impetum feciſſent, prælio uincerent. Nos contrà, nos mutuò laceſſere nullū diem intermittimus: Rem uerò militarē ita negligimus, ut nomina militię dare non audeamus, niſi accepta pecunia. Hoc uerò maximum eſt, quod eo tempore nemo ciB uis rei familiaris penuria laborabat, neq; mēdicando à quibuslibet obuijs, urbem probro afficiebat: nunc uerò, plures ſunt quibus deſit, quàm quibus ad uictum neceſſaria ſuppetant. Quibus profectò uitio uerti non debet, ſi remp. planè negligunt: in hoc intenti, quibus rationibus quotidie famem ſedare liceat.

Athenienſiū ignauia et inopia.

Ego itaq; exiſtimās, ſi maiores noſtros imitemur, nos & præſentibus malis liberatum iri, & non tantum noſtræ ciuitati, ſed uniuerſis etiam Græcis ſaluti fore: ea de cauſa & huc acceſsi, & hanc orationē habui. Vos autem, his omnibus conſideratis, ea decernitote, quæ reipublicæ maximè profutura uidebuntur.

Epilogus.

PANATHENAICVS.

ARGVMENTVM.

PAnathenæa, Suida autore, duplicia fuere: altera maiora, quinto quoq; anno: altera minora, ſingulis annis celebrari ſolita. Inſtitutæ autem hæ ſolennes feriæ feruntur in memoriam Erichthonij & Theſei, qui Athenienſes ſparſim in agris habitantes, in urbem coegerint. Hæc igitur oratio, uel quia in Panathenæis recitata fuit, uel quòd Athenienſium omnia præclara facinora prædicat, eorumq; laudes omnes à prima origine repetit, Panathenaicus inſcribitur. Huius ſcripti Cicero meminit his uerbis: Eſt quietè & purè & eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, qui uno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt. Qualem Iſocratis, qui eum librum qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, uixitq; quinquennium poſtea. hæc ille. Orditur autem à ſenili περιαυτολογίᾳ, de ſuo ſcribendi genere, de fortuna & uita ſua, de calumnijs ſophiſtarum, quas prolixè refutat. Deinde proponit ſe oſtenſurum, Athenienſes melius eſſe de Græcia meritos, quàm Lacedæmonios. quod quanquam etiam in Panegyrico ſit factum, tamen hunc locum non illius argumenti, ſed huius eſſe proprium. Itaq; in ea collatione pergit, Athenienſium laudes exaggerans, Lacedæmoniorum deprimens: illorum facta excuſando, horum criminando, uarijs proœmijs & digreſſionib. paſſim intera

textis. Tandē ueluti per dialogū introducit quendā defenſorem & laudatorē Laconū, cuius dicta ipſe acriter refutat. Poſtea deliberat cum auditoribus & amicis, quid de editione huius orationis ſit ſtatuendū: quæ cū ab omnib. approbata eſſet, Philolacon ille denuò accerſitus, ſingulare Iſocratis reconditūq́ artificiū explicat ingenioſe omnino ac eleganter. Poſtremò, pro more ſuo iterū de ſenectute morboq́ ſuo dicit, quem interim dum hæc cōmentaretur, ſit perpeſſus: eruditos lectores et cenſores requirit, hebetiū & ſegniū ingeniorū in iudicando ſtulticiam atq́ temeritatem inſectatur. Hæc huius libri κεφάλαια ſunt. Τὰ μερικὰ (ſi quis uel ignauia, uel negotijs impeditus totū opus legere grauabitur) diligēter ad margines annotauimus. Adſcribā tamē (ut rudiores in legendo minus errēt, attētioresq́ ſint) ipſius autoris de hoc libro teſtimoniū. Vidéris (inquit ille Philolacon) inſtituiſſe hanc orationē cōficere omnino diſsimilē alijs, quæ ignauis lectoribus ſimplex & facilis intellectu uideretur, ſed acutis & diligentibus obſcura difficilisq́, referta hiſtorijs & multiplici doctrina, plena uarietatis & mendaciloquentiæ, non eius quæ ciuibus improbè nocet, ſed talis quæ cum feſtiuitate quadam auditores oblectare ſimul & iuuare queat. A

Cuiuſmodi orationes olim ſcripſerit Iſocrates.

QVum iunior eſſem, ſcribere inſtitui orationes nō fabuloſas, neq; portēti mendacijq; plenas, quib. hominum uulgus magis gaudet, quàm ad ſalutem ſuam pertinentibus: neq; eas in quib. res olim geſtæ & bella Græcanica explicantur, quanquam ſciebam eas iurè laudari: nec eas etiam quę ſimplices, ac omnibus ornamentis carere uidebantur, quas cauſidici adoleſcentibus ſuadent meditandas & tractandas eſſe, ſiquidem aduerſarios uincere ſtudeant. Sed, his omnibus omiſsis, illas amplexabar, quæ quid & reipublicæ noſtræ, & Græcis omnibus expediret, conſulebant, & cùm enthymematis multis refertæ erant, tū non pauca cōtrapoſita & comparia, cæteraſq; figuras quæ in eloquentię ſtudio effulgent, continebant, & auditores geſtu & uoce applaudere cogebant. Nunc uerò longè alia mea ratio eſt.

Qualis hæc oratio futura ſit.

Nec enim annis nonaginta quatuor, quos ego nunc exceſsi, nec in uniuerſum illis qui canos iam habēt, cōuenire arbitror, ut eo B modo adhuc dicant: ſed ſic potius, quemadmodū omnes quidē ſperēt, aut optent: nemo uerò facilè poſsit, niſi & tolerare labores, & uehementer animum intendere uelit. Hæc propterea præfatus ſum, ut, ſi quibus hæc oratio, quæ modò recitabitur, ſegnior prius editis uidebitur, eam cum illarum uarietate non conferant: ſed ea ratione, quam probari nobis in pręſentia oſtendimus, de ea iudicent.

Propoſitio: ſe res geſtas Athenienſiū celebraturū.

Diſſeram autem de rebus noſtræ urbis geſtis, & de uirtute maiorum, non ab illis ducto exordio, ſed ab his quæ ipſi mihi euenerūt. Hæc enim anteuertenda eſſe duco. Cum enim honeſtè ac ſine cuiuſquā iniuria & moleſtia uiuere perpetuò ſtuduerim: ab improbis & obſcuris quibuſdā ſophiſtis, calumnijs exagitatus ſum.

Querela de calumnijs ſophiſtarum.

unde, cū alij me non ſatis pernoſſent, talem me iudicarunt, qualem eſſe ab alijs audierant. In primis igitur, & de me ipſo dicam, & de illis qui ſic de me ſentiunt: ut, ſi fortè id conſequi liceat, maledicta quorundam coherceam: alijs oſtendam, in quibus olim ſtudijs uerſari decreuerim. Quę, ſi oratione conſentanea explicare potuero, ſpes mihi eſt et reliqui æui ſine moleſtia exigendi, et hanc orationem cum attentione maiore auditum iri. Non autem eloqui uerebor, neq; qui tumultus in animo meo nūc exortus ſit, neq; abſurditatem quam nunc intelligo, neq; an officiū faciam.

Iſocrates bonis ingenij, corporis & fortunæ florens.

Ego enim maxima bona adeptus, quorum participes eſſe omnes optent: primùm ſanam mentē in ſano corpore, nec eam mediocriter, ſed ut cum illis contendere poſſem, quorum in his rebus ſingularis fœlicitas eſſe putatur: deinde tantas rei familiaris copias, ut nulla unquam re mediocri, aut quam homo prudens expetendam cenſeat, caruerim: deniq; id etiam, ne unus ex abiectis & contemptis eſſem, ſed ex illorum numero, de quibus eruditiſsimi & honeſtiſsimi quiq; Græcorum & ſentiunt & colloquuntur, ut de uiris bonis & doctis, Hæc inquā

omnia

A omnia cum mihi cõtigerint, alia excellenter, alia quantũ ſatis eſt: tamen mihi uitam iucundam nõ efficiunt: ſed mea ſenectus ita moroſa, ita faſtidioſa & querula eſt, ut ſæpe cõditio & natura mea mihi diſplicuerit, quam nemo alius contempſit, fortunamq; meam ſim miſeratus. cũ nihil haberem aliud in quo hanc accuſarem, niſi quòd meum philoſophię ſtudium, quod ab ineunte ætate propoſitũ mihi fuit, quædã calamitates & calumniæ interpellarunt: ingenium uerò meum propterea damno, quòd id ad res gerendas imbecillius & mollius eſſe noui, quàm oporteat, & ad eloquentiã neq; perfectum, neq; ubiuis utile. ſingularũ quidem rerũ ueritatem cõiectura melius indagare id poteſt, quàm illi qui ueritatis perceptã ſcientiã profitentur: ſed ſi in conuẽtu illis ipſis de rebus, coram multis hominib. dicendũ ſit, ut paucis dicã, omnibus eſt deterius et infirmius. Nam utraq; iſthęc, quę apud uos maximas uires habẽt, uocis magnitudo & audacia, ſic mihi deſunt, ut haud ſcio an ulli ciuiũ. quibus facultatib. qui deſtituũtur, cõtemptiores ſunt (nullis enim actionib. idonei, nullius eſſe precij putantur) quàm qui in ærarios relati, tribu mouentur. His enim ſpes aliqua ſubeſt mulctę diſſoluendæ: illi uerò naturã haud unquam mutauerint. Nõ tamen propter hæc animũ deſpondi, ut ſocordia quadã prorſus inglorius & in obſcuro uiuerẽ: ſed poſtq; mihi negatũ fuit accedere ad rempub. ad ſapiẽtiæ uehemens ſtudium, & ad ea ſcribenda quę cogitando eruiſſem, confugi: neq; minuta quædã aut priuata negocia, de quibus nonnulli nugantur, tractanda ſuſcepi: ſed de ſtatu Græciæ, de regijs & rerumpub. negocijs diſſerui: proptereaq; me iure alijs tanto honoratiorem futurum ſperaui, quàm qui ſuggeſtum conſcendunt, quanto de maioribus & pulchrioribus rebus quàm illi dicerem. Verùm nihil tale mihi contigit. Atqui nemo ignorat, pleroſq; oratorum ita eſſe animatos, ut non reipublicæ utilitatem, ſed quæſtum & ſordes ſuas ſpectare
B audeant. Me uerò & meos non tantum à peculatu alieniores eſſe quàm alios: ſed & de noſtra re familiari, ut conſulamus ciuitatis neceſsitatibus, maiores quàm pro opibus noſtris ſumptus facere: illos in concionib. aut propter pecunias apud ſequeſtrem depoſitas, inuicẽ conuicia dicere, aut ſocijs eſſe moleſtos, aut ſine diſcrimine quoſuis calumniari: me taliũ orationũ ducem extitiſſe, quæ Græcos, tum ad mutuam concordiam, tum ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam exhortantur, & ſuadent, communiter ab omnib. colonias in talem & tantam regionem deducendas eſſe, de qua quotquot aliquid audiuere, fatentur nos, ſi omiſſa mutua inſania, reſipuerimus, eam & celeriter ſine laboribus atq; periculis occupaturos, & illam facilè ſedes & uictum ſuppeditaturam omnibus nobis, qui rerum neceſſariarum penuria laboremus. His actionibus, ſi omnes in unum congregati, diligentiſsimè inueſtigarent, nunquam neq; pulchriores, neq; maiores, neq; magis nobis omnibus conducibiles inuenirent. Quanquam igitur tanta ſit animorum inter me & illos diſſenſio, meum'que inſtitutum tanto honeſtius, non tamen æqua ſunt populi de nobis iudicia, ſed & tumultuoſa & planè inconſiderata. Nam cum aliorum oratorum mores uituperent, tamen reipublicæ præſides & dominos eos conſtituunt. Meas uerò orationes laudant, mihiq; inuident, non ob aliud, niſi ob has ipſas orationes quas laudant. Tanta eſt apud eos mea infœlicitas. Quid uerò mireris eos, qui ita nati ſunt, ut nullam excellentiam ferre poſsint, cum illi etiam qui ſe præclaros eſſe putant, & me magnifaciunt, & imitari cupiunt, longè infenſiores mihi ſint quàm idiotæ? quibus quos'nam improbiores inuenias? (Dicam enim, tametſi præter conſuetudinem meam, & acerbius quàm pro ætate mea dicere uidebor) Qui cum nullam artis rhethoricæ partem ſuis diſcipulis exponere queant, ſine his quæ à me dicta ſunt, &

Querela de negata ſibi capeſſendæ reip. facultate.

Orationes ab Iſocrate ſcriptæ.

Querela ſe deteriore conditione eſſe q̃ improbos oratores, cùm utiliſsima reipub. ſcripſerit.

Sophiſtarum odia in Iſocratem.

ſunt,& exemplorũ uice meis orationibus utantur,atq; inde uictitent: tantũ A
abeſt ut mihi gratiam confiteantur, ut me ne quidem negligere uelint, ſed
ſemper obtrectare ſtudeant. Dum igitur meas orationes malè tractabant,
cumq; quàm peſsimè fieri poterat,eas iuxta ſuas legerẽt,& nõ rectè diuide
rent,& cõuellerent,omnibusq; modis corrũperent: nõ curaui ea quæ mihi
nunciabantur,ſed æquo animo tuli. Paululũ autem ante magna Panathe

Refutatio calumniæ: Se de ſeipſo non arroganter loqui.

næa,propter eos grauiter commotus ſum. Quidam enim familiarium meo
rum obuiam mihi facti,dicebant tres aut quatuor gregarios ſophiſtas, qui
ſe omnia ſcire profitentur,& celeriter quouis in loco ſunt, in Lyceo conſi-
dentes,cùm de alijs poetis diſſerere,tum de Homeri & Heſiodi poeſi,nihil
quidẽ ſuum afferentes,ſed & horũ carmina rhapſodorum more decantan-
tes,& elegantiſsima quæq; de dictis ueterum referentes. Cum uerò coro-
na circumſtantiũ, diſputationem eorũ approbaſſet, unum quendam inter
eos audaciſsimũ,inſtituiſſe me calumniari,cum diceret, me omnes eius ge-
neris contemnere,ac tum ſtudia tum inſtitutionem aliorũ profeſſorum om
niũ euertere & tollere, qui omnes delirare dicam, præter eos qui à me in-
ſtituti ſint. Quæ cum dicta fuiſſent, quoſdam concepiſſe mei odium. Ego
uerò quantopere doluerim, ac perturbatus ſim,cum audiuiſſem aliquos il-
la,tanquã à me dicta,comprobaſſe,dicendo non conſequi poſſum. Putabã
enim ita eſſe in propatulo, me cum glorioſis iſtis bellum gerere, & de me
ipſo modeſtè, uel potius humiliter & ſubmiſſe dicere, ut nemini unquam
qui hanc inſolentiam ſuis uerbis mihi affingeret, fides haberetur. Verùm
initio non ſine cauſa deploraui meam infœlicitatẽ, quæ ab iſto genere ho-
minum orta,perpetuò me ſecuta eſt. Hæc enim cauſa eſt & mendaciorum,
quibus fama mea cõtaminatur: & calumniarũ,& inuidiæ. eademq; obſtitit,
ne de me pro merito meo exiſtimetur, neq; ita ut palàm eſt, utq; diſcipuli
mei & familiares de me ſentiunt,qui nos ab omni parte perſpexerunt. Ve- B

Inuidos et calumniatores eſſe negligendos.

rùm hæc mutari non poſſunt: ſed neceſſe eſt, quæ præterierunt,boni conſu
lere. Cum uerò multa quæ dicere cupio,in mentem mihi ueniant, incertus
ſum, an recriminari debeam illos, qui de me perpetuò mentiri ſolent, eaq;
calumniandi ſtudio in me conferre, à quibus ſum prorſus alienus,non du-
bitant. Sed ſi rem ſeriam agere,ac multa uerba facere inſtituerem de homi-
nibus,quos nemo ſibi curandos putat,iurè ſtultus eſſe uidear. Neglectis
igitur iſtis,tanquã inuidis, alios docere conabor,eos neq; iurè, nec merito
meo,ita de me ſentire. Quis enim non ſtultiſsimũ me eſſe pronũciet, ſi, qui
non aliam ob rem infenſi mihi ſunt,niſi quod eleganter quædam dicere ui
ſus ſum: eos placatiores mihi fore putem, ſi eodem modo quo prius, diſſe-
ruero,ac non acerbiores potius futuros? præſertim ubi uiderint,ne in extre
ma quidem ſenectute me delirare? Ac ne illud quidem faciendũ mihi quiſ-
quam ſuaſerit,ut his neglectis,& abrupta diſputatione hac,eam orationem
abſoluam,quam inſtitui,quaq; oſtendere decreui, noſtram urbem plura in
Græcos beneficia contuliſſe,quàm Lacedæmonios. Quod ſi iam facerem,
neq; his quæ ſcripſi finem imponerem,neq; ſecuturæ orationis exordium,
concluſione horum quæ iam diximus, commodè apteq; attexerem, ſimilis
illis eſſe uidear,qui temerè,moleſtè,confuſeq; quicquid in buccam uenit,ef
futiunt: id quod caueri à nobis decet. Quę cum ita ſint,optimũ eſt ea dicere

Sententiam ſuã in primis explicandam eſſe de doctrina ſophiſtarũ.

quę initio in mentẽ mihi uenerũt. Opinor enim,ſi ſcripto publicarim,et o-
ſtẽderim,quę ſit mea ſentẽtia de inſtitutione liberali,et de poetis: eos deſitu
ros eſſe falſas cauſas cõminiſci,& quiduis pro libidine garrire. Veruntamẽ
ego moneo illos,qui auidè hæc amplectuntur,ne laborent, neq; his omni-
bus animũ intendant. Dico enim,diſciplinas illas, tametſi nihil aliud boni
afferrent, dehortari tamen adoleſcentes & auertere à multis alijs delictis:

nec huic

A nec huic ætati unquam inuenta eſſe aut inueniri poſſe utiliora exercitia q̃
hæc,neq; magis conuenientia. Sed natu maioribus, & illis qui iam uirilem
togam ſumpſere,non amplius ea ſtudia opportuna eſſe duco. Video enim
quoſdã,qui diſciplinas iſtas ita perfectè cognitas habent,ut & alios docere
queant: ſua illa ſcientia nec tempeſtiuè uti, & in alijs quotidianæ uitæ nego
cijs, diſcipulis imprudẽtiores eſſe. uereor enim dicere, famulis. Idem etiam
ſentio de declamatoribus,& his qui cõſcriptione orationum laudem inue-
nerunt,ac deniq; de omnib. qui aliqua uel ſcientia uel facultate præcellunt.
Noui enim multos ex iſto genere,neq; ſuas res probe geſsiſſe, neq; in ſcho
lis et priuatis congreſsibus,eorũ ineptias ferri poſſe: neq; curare,quid de ip
ſis reliqui ciues exiſtimẽt,& alijs multis & magnis erratis cõſtrictos teneri.
Quare ne hos quidem exiſtimo,eo habitu eſſe præditos, de quo ego diſſe-
ro. Quos igitur in eruditorum habeo numero , poſtquam & artes & ſcien-
tias et facultates improbo? Primùm eos qui negocia,quę quotidie incidũt,
dextrè obeunt, & occaſiones modumq; rerũ ſagaciter animaduertunt: &
id plerunq; prudenter deligunt,quod utiliſsimũ eſt. Deinde, qui ita ut de-
cet,& ut ęquũ eſt,cum ſuis familiaribus atq; omnibus cũ quibus eis aliquid
rei eſt uiuunt,& cum aliorũ moroſitatem & inſolentiam æquis animis & fa
cile ferant,ipſi moribus facilimis & quàm moderatiſsimis ſunt in uitæ con-
ſuetudine. Præterea, qui ſemper uoluptatibus imperant, & rebus aduerſis
non nimis cedunt atq; franguntur, ſed in illis ipſis & officij & naturæ uiri-
lis meminerunt. Quartò,quod omniũ maximum eſt,qui ſecundis rebus nõ
corrumpuntur,nec à ſtatu mentis ſuę diſcedunt,nec animis efferuntur: ſed
qui moderationem,quæ prudentiũ uirorum propria eſt, retinẽt: nec magis
fortunæ muneribus,quàm ingenij et prudentiæ inſignib. delectantur. Qui
uerò non ad horum ſingula,ſed ad hæc uniuerſa ſimul,animis bene compo
B ſitis ſunt: eos affirmo & prudentes eſſe,& perfectos uiros,& omnibus uir-
tutibus ornatos. Ac de eruditis quidem quæ ſtatuam,hæc ſunt. Quod ue-
rò ad Homeri cæterorumq; poeſin attinet,equidẽ dicere cupio. Puto enim
me effecturũ,ut iſti in Lyceo illorũ uerſus canere,& de eis nugari deſinant:
ſed animaduerto,me eum modum excedere,ac impetu quodam præterue-
hi,qui exordijs præfinitus eſt. Decet autem uirũ prudentem,præſentis tem
poris potius,& argumenti, quod tractandum ſuſcepit,rationem habere, q̃
indulgere ſibi nimium in illis inculcandis,quibus aliorum dicendi copia ſu
perari poſſet: idq; mihi faciendũ eſt. Quare de poetis alio tẽpore dicemus,
niſi me ſenium prius abripuerit. Nunc uerò de rebus grauioribus explican
dum eſt . Proinde uerba iam faciam de beneficijs à noſtra ciuitate in Græ-
cos collatis, non quin eam plus laudarim quàm omnes poetæ & oratores,
ſed quia nunc idem aliter quàm olim facere decreui. Tum enim, in orationi
bus,alijs de rebus inſtitutis, mentionem eius faciebam: nunc uerò hoc unũ
mihi propoſitum eſt,ut de ea diſſeram. Neq; uerò ignoro quàm prouecta
& infirma ætate,quàm ingenti de re dicere aggrediar: ſed & optimè ſcio,&
ſępe dixi,res exiguas oratione facilè poſſe amplificari: ac difficilimum eſſe,
facta excellenti magnitudine & pulchritudine,laudando æquare. Propte-
rea tamen ab incepto deſiſtendum non eſt,ſed perficiendum quòd inſtitui
mus,ſiquidem uita conceditur: præſertim quum multa me acuant & exti-
mulent ad hanc orationem abſoluendam. atq; illi primùm, qui noſtram ur-
bem petulanter accuſare ſolent: deinde,qui bono quidẽ ſtudio,ſed & impe
ritè,nec pro dignitate,eam prędicant. Præterea illi etiã,qui alios amplióri-
bus pręconijs efferre non uerentur,cũ quibus ego non blandè,nec comiter
agam,ſed eorum ſermones acriter refutabo. Omniũ uerò maximè præſens
ætas,quæ alios dehortari ſolet,me incitat. Spero enim,ſi ſucceſſerit, gloriæ

Quis pro erudito, aut bene instituto ſit habendus.

Quæſtionem de poetis rejicit.

Athenarum laudẽ illuſtriorem fore,ſi cũ præſtanti urbe Spartanorum comparentur.

meæ magnum cumulum acceſſurum. Sin fortaſſe tenuius quàm oportue- A rat, dixero, me facile ab auditoribus ueniam impetraturum: & quidem, quæ tum de me ipſo, tum de alijs, ut muſici antequam canere incipiant, quaſi prælu dij cauſa, præfari uolui, hæc ſunt. Eius igitur qui urbem aliquam accuratè ac pro merito laudare uoluerit, officiũ eſſe puto, ut nõ eius tantum, de qua dicere inſtituit, mentionem faciat, ſed quemadmodum pur puram & aurum ſpectamus & probamus aliorũ collatione, quę & ſpeciem eandem præ ſe ferunt, & eiuſdem eſſe precij putantur: ſic urbibus etiam è regione collocandæ ſunt, non paruæ magnis, neq; alijs perpetuò parere ſolitæ illis quæ ſemper imperio ualuerunt: nec quæ aliorum ope indigent, illis quæ opem ſalutemq; ferre poſſunt: ſed illæ quæ & parem potentiam habent, & iiſdem in negocijs uerſatæ ſunt, & pari autoritate ac poteſtate claruerunt. ſic enim de eis ueriſsimè ſtatuetur. Si quis igitur nos in hunc modũ intueatur, & conferat, non cum aliqua plebeia, ſed cum Spartanorum ciuitate, quam pleriq; moderatè ſanè laudant: nonnulli autem, ac ſi in ea urbe ſemidei uerſati ſummæ rerum præfuiſſent, ita de ea meminerunt: apparebit nos & potentia, & rebus geſtis, & beneficijs in Græcos collatis, longiore interuallo eos à tergo reliquiſſe, quàm ipſi reliquos. Ac ueteres quidem dimicationes pro Græcis ſuſceptas, deinde narrabimus. Nunc uerò de illis dicam, inde auſpicatus, poſtquam Achaicas urbes occuparũt, & regionem cum Argiuis & Meſſenijs diuiſerunt. Hinc enim ſumpto exordio, de eis dicendum eſt. Noſtros igitur maiores apparebit, & cõcordiam cum Græcis, & inimicitias contra Barbaros, iam inde à Troianis temporibus ſuſceptas, conſeruare, & in iiſdem ſtudijs perſeuerare. Ac primùm Cycladas inſulas, de quibus Minois, regis Cretenſium temporibus, multa certamina fuerũt: Caribus tandem eiectis, qui eas occcuparant, non in ſuum peculium conuertere auſi, Græcorum egentiſsimis colendas tradiderunt. ac deinde in u- B troq; littore Aſiano, multis & magnis urbibus conditis, cùm Barbaros à mari pepulerunt, tum Græcos edocuerunt, quo pacto ſuas urbes guberna re, & contra quos bella gerere debeant, Græciæ potentiam & dignitatem amplificaturi. Lacedæmonij uerò, circa idem tempus, tantum abfuerunt ut aliquid maiorũ noſtrorum operibus ſimile præſtarent, & aut bello peterẽt Barbaros, aut Gręcis benefacerẽt: ut ne quieſcere quidẽ uoluerint. quanq; enim potiebantur urbe aliena, & agri non tantum quantũ ſatis eſt, ſed plus quàm ulla alia Græca urbs habebant: his tamen contenti non fuerunt, ſed ipſo euentu edocti, ſiquidem leges ſpectes, & urbes & regiones eorum uideri, qui eas iuſtè legitimeq; partas, poſsideant: reuera autem eorum fieri, qui rem militarem dextrè exerceant, & in prælijs hoſtes ſuperare poſsint: hæc inquam animis agitantes, agricultura neglecta, & opificijs, & rebus cæteris omnibus: nunquam deſtiterunt ſingulas Peloponneſi urbes oppugnare, & uexare, & euertere, Argiuorũ urbe excepta. Noſtras igitur actiones hoc conſecutum eſt, ut & Græciæ opes augerentur, & maior eſſet Europę quàm Aſiæ potentia. & ut inopes Græci, urbes ſortirentur & agros: Barbari uerò, quorum antè magna ferocia fuerat, patria pulſi, animis humilioribus eſſe diſcerent. Sed Spartani quid aliud egerunt, niſi ut ſuam urbẽ amplificarẽt, et à cæteris Peloponneſi ciuitatibus tanquam domini, magna cum obſeruantia colerentur? Laudandi igitur ſunt, qui multa in alios beneficia contulerunt: & pro uerſutis & aſperis habendi, qui ſua tantum com pendia ſpectant. Eorum amicitia expetenda eſt, qui alijs iidem ſunt qui ſibimet ipſis: metui uerò & formidari eos par eſt, qui ſemetipſos quidem amantiſsimè complectuntur, ſed ſuam urbem ſic adminiſtrant, ut alieni ab alijs, & hoſtilibus animis in eos eſſe uideantur. Hæc igitur fundamẽta ab utraq; urbe iacta

Athenienſes Cycladas inſulas Græcis incolendas tradiderunt, urbesq; in Aſia condidere.

Lacedæmonij Peloponneſi urbes ſubiugarunt.

Athenienſes clementius geſſerunt maris imperiũ, quàm Lacedæmonij.

Ephor.

A urbe iacta ſunt. Secutis poſtea tēporibus, exorto bello Perſico, quum Xer-
xes, qui tum regnabat, triremes mille & ducentas congregaſſet, pedeſtris
exercitus quingentas myriadas uniuerſorum, ſeptuaginta uerò bellicoſo-
rum, tantiſq; uiribus bellum Græcis intuliſſet: Spartiatæ Peloponnenſi-
bus imperantes, ad nauale prælium, quod belli totius inclinationem fecit,
decem tantum triremes contulerunt. Patres uerò noſtri, extorres facti, ur-
beq; relicta, quæ illo tempore muro munita nō erat: meliores naues præbu
erunt, et fortiores ac plures milites nauib. impoſitos, quàm reliqui omnes
illius periculi ſocij. Ducem illi miſerūt Eurybiadem, qui ſi quæ deſtinarat,
perfeciſſet, nihil obſtitiſſet, quo minus Græci perijſſent. Noſtri Themiſto-
clem, qui citra controuerſiam omnibus uiſus eſt in cauſa fuiſſe, ut & nauale
præliū ritè conficeretur, & cæterorū omnium illius temporis ſucceſſuū au-
tor. Idq; ex hoc maximè perſpicitur. Nam qui unà periclitati fuerant, ereptū
Lacedæmonijs imperiū, ad noſtros detulerūt. Enimuero quínam peritio-
res iudices, minusq; ſuſpecti, de rebus eo tempore geſtis, conſtitui queunt,
quàm qui ipſi periculis interfuerūt? Quod uerò beneficiū maius dici poteſt
eo, quo tota Græcia conſeruata eſt? Porrò poſthæc euenit, ut utraq; ciuitas
maris imperio potiretur: quod utri tenuerint, urbes ferè omnes dicto audi-
entes habēt. Ac in uniuerſum quidē neutram ciuitatē laudo. in multis enim
ambæ reprehendendæ ſunt. Verùm in hac quoq; curatione non minus eis
antecelluimus, q; in actionibus paulò antea cōmemoratis. Noſtri enim pa
tres ſocijs perſuaſerunt, ut eam reip. formam amplecterentur, qua ipſi per-
petuò uſi fuerant. Quod ſignū eſt beneuolētię & amicitiæ, ſi qui alijs auto-
res fuerint, ut iiſdē inſtitutis utantur, quę ſibi profuiſſe putarint. Lacedęmo
nij uerò, reip. formam conſtituerunt, neq; ſuæ nec ullarū aliarum urbiū ſimi
lem: ſed decuriones ſingulis urbibus præfecerunt, quos qui triduum aut
B quatriduum continuum accuſarit, nullam partem eis obieciſſe uideatur in-
iuriarum. ſingulatim igitur tot & tantas uelle recenſere, dementiæ fuerit.
Pauca uerò de omnibus dicere, quæ auditoribus iuſtam indignationem
mouerent, ſiquidem iunior eſſem, dicenda fortaſsis inueniſſem: iam uerò
nihil tale in mentem mihi uenit, niſi quòd inter omnes conſtat, illos iniu-
ſticia & uiolenta rapacitate cæteros omnes ita ſuperaſſe, ut non ſibimetip-
ſis tantum & amicis & patrijs ſuis interitum accerſiuerint, ſed & Lacedæ-
monios, apud ſocios in crimen & odium adductos, in tot tantaſq; calami-
tates coniecerint, quot & quantas nemo unquam eis euenturas cogitaſſet.
In primis igitur hinc perſpici poterit, quanto nos moderatius et clementius
omnia geſſerimus: ſecundo loco, ex hoc etiam quod iam dicendum erit.
Nam Spartiatæ uix decennio imperarunt, nos annos quinq; & ſexaginta
continuos. At uerò norunt omnes, urbes alijs ſubiectas, illis diutiſsimè in
fide permanere, à quibus minimis malis afficiuntur. Dum autem utræque
principatu potiebantur, ſuſceptis odijs, in bella & tumultus inciderunt: in
quibus noſtra urbs, cum & à Græcis & Barbaris omnibus peteretur, de-
cennium reſiſtere, ſéque tueri potuit. Lacedæmonij uerò, dum adhuc
imperarent, in bello contra Thebanos, uno prælio ſuperati, omnibus opi-
bus exuti, & non minoribus infortunijs & calamitatibus quàm nos confli
ctati ſunt. Pręterea noſtra urbs paucioribus annis uires ſuas recepit, quàm
bello ſubacta fuerat. Spartiatæ uerò, poſt cladem acceptam, ne multiplici
quidem temporis ſpacio, ſe in integrū reſtituere, priſtinumq; dignitatis gra
dum recuperare potuerūt, ſed in iiſdem malis adhuc uerſantur. Nunc quo-
modo utriq; nos contra Barbaros geſſerimus, explicandū eſt. hoc enim re-
ſtat. Sub noſtro igitur imperio, non licuit eis, neq; pedeſtribus copijs ad
Alyn fluuium deſcendere, neq; longis nauibus ad Phaſclidem appellere.

Athenienſes hoſtib. diutius reſtiterunt, è cladibus citius recreati ſunt, quàm Spartani.

Athenienſes Barbaris infeſtiores.

Lacedæmonijs uerò imperantibus,nõ tantum illis poteſtas data eſt profici: A
ſcẽdi et nauigandi quò uoluiſſent,ſed dominatũ etiam in multas Gręcas ur
Epilogus. bes acceperunt. An non igitur ea urbs,quę & fœdera cum rege generoſius
& animoſius fecit,& maximis plurimisꝗ Barbaros cladibus,Gręcos bene
ficijs affecit,prætereaꝗ maritimam Aſiam & multam aliam regionem ho
ſtibus ademit,ſocijs tribuit,illorum ferociam compeſcuit,horũ inopię con
ſuluit,ad hæc in bellis pro ſua ſalute geſtis fortius dimicauit,quàm illa quę
re militari potiſsimum gloriatur, & calamitates celerius diſcuſsit quàm iſti
ipſi:magis laudanda,& honoranda eſt præ illa,quæ in omnib.hiſce fuit in
ferior? Ac de rebus quidem geſtis,& periculis,ſimul,& contra eoſdem adi
Excuſatio ra pacitatis & crudelitatis Athenienſiũ in maris imperio. tis,hæc habuimus in pręſentia quæ per collationẽ diceremus. Opinor au
tem eos qui hęc inuiti audiunt,nihil eſſe contradicturos:quaſi uera nõ ſint,
neꝗ etiã facinora pulchriora cõmemoraturos,per quę Lacedęmonij Græ
cis magnorũ bonorũ autores fuerint: ſed noſtram urbem accuſaturos eſſe,
id quod ſemper ſtudio ſibi habent:eaꝗ recẽſuros, quæ cum maris imperiũ
habuimus,acerbiſsimè geſta eſſe uiſa ſunt, & tum actiones & iudicia, quæ
ſocij hic ſubire adacti ſint, tum tributorũ exactionem calumniaturos. Po
tiſsimum uerò immorabuntur Meliorum & Scionæorũ malis, exiſtiman
tes, ſe urbis noſtræ beneficijs paulo antè cõmemoratis, labem & maculam
ſic aſperſuros eſſe. Ego uerò,ſi quæ crimina urbi noſtræ uerè impinguntur,
ea neꝗ refutare dicendo poſsim,nec id facere aggrediar. Puderet enim (id
quod prius etiam alicubi dixi)cum alij ne deos quidem ſine omni peccato
Accuſatio Laconicæ tyrannidis. eſſe putent,ſi ego cuperem,& perſuadere conarer, rempublicam noſtram
in nulla re unquam deliquiſſe. Illud tamen me facturum opinor, ut oſten
dam,Spartanorũ urbem in ijſdem illis rebus,multo quàm noſtrã, acerbio
rem fuiſſe: & eos qui in illorum gratiam nobis maledicunt,omniũ ſtolidiſ
ſimos,& ut à nobis ipſorum amici malè audiant,in cauſa eſſe. Quum enim B
in ijs nos accuſant,in quibus Lacedæmonij plura peccarunt:non nobis oc
caſio deeſt,maiora peccata quàm in nos dicta fuerint,in illos regerendi. ue
luti nunc etiam,ſi de ſocijs hic in iudiciũ adductis,mentionẽ fecerint,quis
adeò ſtupidus eſt,quin facile reſpondeat,plures Græcos à Lacedæmonijs,
indicta cauſa eſſe interfectos,quàm à nobis,ex quo urbem incolimus,in fo
rum & iudicium adductos? Talia etiam,ſi de exactione tributorũ aliquid
dixerint,reſpondere poterimus. Oſtendemus enim,noſtros ciuitatum quę
tributa penderint,cõmodis longè melius conſuluiſſe,quàm Lacedæmoni
os. Primùm enim nullo mandato noſtro,ſed ſuo potius decreto id fecerũt,
cum maris imperiũ nobis deferrent. Deinde non noſtræ ſalutis cauſa pen
derunt, ſed ut popularem ſtatum libertatemꝗ ſuam tuerentur:ne'ue ſi ad
paucorũ potentiam ſumma rerũ redijſſet,in tam ingentia mala inciderent;
quanta ſub decurionibus & uiolentia Lacedæmoniorũ uiguerunt. Præte
rea nihil contulerunt ex illis quæ ipſi conſeruarant, ſed ex his quæ noſtra
ope illis relicta erant. pro quibus,ſi paululum ſaltem mentis habuiſſent,no
bis gratiam habere debuerunt. Quum enim urbes eorũ accepiſſemus par
tim à Barbaris omnino deſolatas,partim uaſtatas:eò illas perduximus, ut
cum de ſuis prouentibus parum nobis impertirent,nobis coniuncti nihilo
pauperiores eſſent,Peloponnenſibus nihil tributi pendentibus. Iam,quod
ad eos attinet, qui ab utraꝗ urbe extorres facti ſunt, quod nonnulli nobis
ſolis exprobrant, oſtendemus, eos quos illi nunquam laudare deſinunt;
multo crudeliora perpetraſſe. Nobis enim uſu uenit,ut quaſdam inſululas,
tales utiꝗ & tam amplas,ut Græci pleriꝗ eas ignorent,læderemus. Illi ue
rò maximas urbes in Peloponneſo,& ubiꝗ eminentes in Græcia,deſolaue
runt,et earum opes ipſi tenent:quas,etiamſi non alia eſſent illarum merita;

A decuerat maximis præmijs à Græcis affici, ob expeditionem Troianam, in qua pro principibus ſeſe geſſerunt, ducibus miſsis, qui uirtutibus præditi fuere, non talibus modò quæ in plebeis etiam & contemptis hominib. inueniantur, ſed illis quæ improbo nemini cõtingere queant. Meſſena enim Neſtorem præbuit, omniũ ſua ætate prudentiſsimũ: Lacedæmon Menelaum, qui ob modeſtiam ſolus dignatus eſt, Iouis gener & eſſe, & appellari. Argiuorum ciuitas Agamemnonem, nõ una atq; altera uirtute præditum, ſed omnibus quas nominare queas: neq; ijs mediocriter, ſed excellenter. Nam neminem ex omnibus inueniemus, qui res uel magis officio ſuo conuenientes, uel pulchriores, uel maiores, uel Græcis utiliores, aut plurib. laudibus dignas, gerendas ſuſceperit. & his quidem, ſi ita ſimpliciter enumerentur, non mirum fuerit, à multis fidem derogari: ſi uerò ſingula paucis explicentur, omnes me uera dicere fatebuntur. Non autem diiudicare poſſum, ſed dubito, quibus deinceps mihi uerbis utendum ſit, ut rectè deliberaſſe uidear. Pudet enim de uirtute Agamemnonis tam multa præfatũ, nullum eius præclarum facinus afferre in medium, ne auditoribus ex illorum eſſe genere uidear, qui temerè ac inſolenter, quicquid in buccam uenerit, effundunt. Contrà, uideo ea quæ per digreſsionem cõmemorantur, non laudari ſolere, ſed moleſtiam parere, ac multos eſſe qui importunè multa inculcent, plures qui eadem reprehendant. Quare uereor, ne mihi etiam tale aliquid uſuueniat. Verùm decreui opem illi ferre, cui idem quod mihi & multis alijs uſuuenit, ut ea gloria fraudaretur, quæ ipſi meritò debebatur. Qui cum illis temporibus optimè de Græcia meritus ſit, minus laudatur, quàm qui nihil unquam memoria dignũ geſſerunt. Quid enim illi defuit, qui tantum honorem adeptus eſt, quo ſi omnes in unum congreſsi, maiorem quærant, nequaquam tamen ſint inuenturi? Solus enim eam dignitatẽ habuit, B ut totius Græciæ dux eſſet. Quam utrum omnes illi detulerint, an uerò ipſe pararit, dicere nequeo. Verùm ſiue hoc, ſiue illo modo imperiũ adeptus fuerit, nihil reliqui fecit alijs, qui alio quodam modo honorati fuere, quod ad ſuæ gloriæ excellentiam adiungi potuiſſet. Hanc uerò potẽtiam nactus, nulla Græcarum urbium eſt cui moleſtus fuerit: ſed ab hoc uſq; adeò fuit alienus, ut nonnullos qui bello & turbis & multis alijs malis agitabantur, illis incõmodis liberarit. Quibus inter ſe conciliatis, omnia quæ oſtentationis & monſtri plus habent quàm publicæ utilitatis, deſpexit, ſed exercitum congregatum contra Barbaros duxit. Neq; uerò poteſt ullum ullius imperatorium facinus præſtantius, aut Græcis utilius oſtendi, neq; celeberrimorum eius ætatis, neq; ullius ex omni poſteritate. Quæ cum ille geſſerit, & exemplum alijs reliquerit, non ita celebratus eſt ut merebatur, eorũ culpa qui portenta beneficijs, mendacia ueritati præferunt, tantaq; præſtantia uir illis etiam minorem gloriam habet, qui eum nec imitari ſunt auſi. Neq; uerò propter hæc tantum laudandus eſt, ſed ob ea etiam quæ circa idem tempus geſsit. Nam tanta fuit in eo animi magnitudo, ut nõ contentus è ſingulis urbibus tot priuatæ cõditionis milites delegiſſe, quot libitum fuit: reges etiam, qui in ſuis urbibus pro arbitrio faciebãt omnia, ſibi ut parerent perſuaſerit, & ductum eius atq; auſpicia quouis terrarum ſequerentur, & imperata facerent, & regiam in militia uitam degerent: præterea, ut periclitarentur et bellum gererent non pro ſua patria aut regno, ſed uerbo quidem pro Helena Menelai uxore: reipſa uerò, ne Græcia uel cõſimilia pateretur à Barbaris, uel qualia prius paſſa erat, quum Pelops totam Peloponneſum, Danaus urbem Argiuorum, Cadmus Thebas occupaſſet. Quæ quis alius animo proſpexiſſe, aut quis obſtitiſſe uidebitur, ne quid eiuſmodi poſtea fieret, niſi illius ingenium & potentia? Iam id quod ſequitur, minus quidem

Digreſsio in laudem Agamemnonis.

Deprecatio longioris digreſsionis.

eſt quàm ea quæ antè diximus, ſed maius tamen quàm quæ ſæpe laudari ſo A
lent, memoriaq́; dignius. Cum enim exercitus ex omnibus urbibus conue
niſſent, tanta multitudine, quantam conſentaneum eſt eos habere, qui par-
tim è familia deorum, partim ex ipſis dijs geniti erant, nec ita ut uulgus affe
cti, nec iiſdem animis quibus alij, ſed iracundia & impetu, & inuidia, & am
birione pleni: tamen eos ipſos, decem annos continuit, non magnitudine
ſtipendiorum, neq; pecuniarum ſumptibus, quæ nunc conciliandę retinen
dæq́; potentiæ ratio eſt: ſed quòd & prudentia cæteris longe præſtabat, &
cõmeatum ex hoſtili agro militibus ſuppeditare poterat: hoc uerò potiſſi-
mum, quòd aliorũ ſaluti & incolumitati rectius conſulere uidebatur, quàm
ipſi ſibimetipſis. Proinde finis, quem his rebus impoſuit, uel in primis ad-
miratione dignus eſt. nec enim indecorus, neq; à ſuprà commemoratis ab-
horrens is fuit. Nam uerbo quidem contra unam ciuitatem bellum geſsit:
reuera autem non tantũ contra omnes qui Aſiam incolunt, ſed contra mul
ta alia genera Barbarorum dimicans, nullis periculis defatigatus eſt: nõ diſ
ceſsit priuſquam eius urbem, qui delinquere auſus fuerat, excinderet, & fe

Deprecatio longioris digreßionis.

rociam iniuriasq́; Barbarorum coherceret. Neq; uerò ignoro quàm multa
de Agamemnonis uirtute dixerim: neq; illud etiam me præterit, quanquã
hæc tam multa ſint, ſi qui ſingillatim ea conſiderent, quid nam eſſet impro-
bandum, neminem auſurum quicquam detrahere, ſed ſi ordine omnia le-
gantur, omnes reprehenſuros, tanquam longe plura dicta ſint quàm opor
tuerit. Ego uerò, ſiquidẽ ignoraſſem, me nonnihil modũ excedere, erubuiſ
ſem, me, qui de reb. quas nemo alius conari audet, ſcribere ſum aggreſſus,
uſq; adeò ſtupidum eſſe. Nunc autem longe melius ſciui, quàm iſti qui me
reprehendere audẽt, hæc in multorum eſſe reprehenſionem incurſura. Sed
grauius fore cenſui, ſi de tali uiro diſſerens, aliquas eius laudes, quas mei of
ficij eſſet exponere, præterirem, quàm ſi in hac parte, aliquibus temporis & B
modi rationem non habere uiderer. Quin apud eruditos auditores etiam
laudi mihi fore cenſui, ſi de uirtute uerba faciens, magis in eo elaborarem,
ut pro dignitate de ea dicerem, quàm ne eſſem æquo prolixior. Quanquã
igitur hæc ſatis ſcirem, tum quòd neglectus orationis modus, meam gloriã
imminueret, tum quòd prudẽs de ipſis rebus cõſilium iſtis quos laudarem
prodeſſet: tamen utilitati iuſticiã præpoſui. Neq; uerò ſolũ in his quę nunc
dicta ſunt, me hoc animo fuiſſe apparebit, ſed in uniuerſum in omnibus.
Notum enim eſt, me etiam inter diſcipulos meos illis hactenus magis gauiſ
ſum eſſe, qui uitæ probitate & rebus gerendis excelluere, quàm qui eloquentia
claruerunt: quanquam orationum, etiamſi nihil in illis omnino meũ eſſet,
omnes me autorem dicerẽt: rectefactorum autem, tametſi omnes me fuiſſe
ſuaſorem ſcirent, nemo tamen eſt quin eum ipſum qui res perfeciſſet, po-
tius laudandum duceret. Verùm neſcio quò abripior, cum ad ſupradicta,
adijcienda eſſent ea quæ reſtant, poſtquam tam longe ab inſtituto aberra-

Repetitio breuis eorum quæ in digreßione dicta ſunt.

uit oratio. Nihil igitur aliud ſupereſt, niſi ut petita ſenectuti meæ, obliuio-
nis & loquacitatis uenia, quæ uitia noſtram ætatem comitantur, ad illum
locum redeam, ex quo in hanc garrulitatem incidi. Circumſpiciendum igi-
tur, opinor, eſt, unde aberrarim. Nam iſtis qui noſtræ urbi Meliorum, & ta-
lium oppidulorũ calamitates opprobrant, cõtradixi, nõ quòd in illis rebus
nullum peccatum ineſſet: ſed oſtendi, eos quos iſti diligunt, multo maio-
res & plures urbes quàm nos euertiſſe. inter quæ de imperio Agamemno
nis & Menelai & Neſtoris diſſerui, mendacium quidem nullum, ſed plura
fortaſſe quàm decuit, locutus. exiſtimans me demonſtraturum, inſignem
fuiſſe iniuriam illorũ qui auſi fuiſſent urbes euertere, quę tales uiros genuiſ
ſent & educaſſent, de quibus adhuc multa & præclara dici poſſent. Sed
ſtultum

A ſtultum fortaſsis eſt uni facto immorari, quaſi exquirendũ eſſet, quid nam de crudelitate & ſæuitia Lacedęmoniorũ dici poſſet, & non maxima copia ſuppeteret. Qui non contenti in has urbes & uiros deliquiſſe, ſed eos etiã qui ex eodem loco oriundi, cõmuniter cum ipſis expeditionẽ ſuſceperũt, et eadem pericula ſubierunt. Dico autem de Argiuis & Meſſenijs. Hos enim ijſdem cladibus, quibus illos, afficere ſtuduerunt: ac Meſſenios quidem nõ prius oppugnare deſtiterũt, quàm regione eiecerunt. Argiui uerò adhęc eadem propulſanda, etiam nunc bellum gerunt. Abſurdè autem facerem, ſi his cõmemoratis, præterirem, quomodo cum Platęenſibus egerint, in quorum agro nobiſcum & cum alijs socijs caſtrametati ſunt: & acie contra hoſtes inſtructa, & ſacris factis illis dijs quos illi conſecrarant, non modò libertatem Græcis reſtituimus, qui nobiſcum fuerunt, ſed illis etiam qui partes hoſtium ſequi coacti ſunt. & hæc egimus, quum ſolos Platæenſes ex omnibus Bœotijs, adiutores haberemus. quos longo temporis interuallo pòſt in Thebanorum gratiam, Lacedæmonij, urbe capta, omnes interfecerunt: illis exceptis, qui fuga ſalutem quæſiuerunt, erga quos noſtra urbs ſe longe aliam, quàm Spartiatæ, præbuit. Illi enim, in benemeritos de Græcia, & cognatos ſuos ita graſſati ſunt: noſtri uerò, Meſſeniorum reliquijs, Naupactum habitandum dederunt: Platæenſes, quotquot aduenerant, ciuitate donarunt, & rerum omnium pari iure ſecum frui permiſerunt. Quare ſi nihil aliud de his urbibus dicere poſſemus, ex his tamen utriuſq; mores facile perſpicerentur, ac planum fieret, utra maiores & plures urbes euertiſſet. Sentio autem nunc affectum in me contrariũ illis, de quib. paulo antè dixi. Tunc enim in ignorãtiam & obliuionem incidebam: nunc uerò ſatis ſcio, me ab ea lenitate orationis deficere, quam, cum primùm ſcribere cœpiſſem, mihi propoſueram: &, uerba facere de rebus, de quibus nihil dicere decreueram, inſtituere, ac audaciorem eſſe quàm pro natura aut

Redit ad accuſationem Laconicæ crudelitatis.

Meſſenij.

Platæenſes.

Aſperitatem orationis excuſat.

B conſuetudine mea, &, in quibuſdam temperare mihi nõ poſſe. idq; propter copiam eorum, quę dicenda mihi affluunt. Poſtquam igitur mihi ſubijt audacter loqui, osq; ſolutum eſt, & tale fundamentum orationis meæ ieci, ut ea ſilentio præteriri neq; debeant, neq; poſsint, per quæ demõſtrari poteſt, noſtram urbem de Græcis melius eſſe meritam quàm Lacedæmoniorum: non reticenda ſunt etiam cætera mala, quæ nondum quidem recitata, ſed inter Græcos facta ſunt: & oſtendendum, noſtros ea ſerò didiciſſe: Lacedæmonios uerò quædam primos, quædam ſolos admiſiſſe. Plurimi quidem utranq; urbem accuſant, quòd cũ uideri uelint pro Græcis cõtra Barbaros dimicaſſe, urbes ſui iuris eſſe, &, ut ſingulis expediebat, ſua componere nõ permiſerint, ſed tanquam captiuas, facta partitione, uniuerſas ſeruitute oppreſſerint: quod perinde ſit, ac ſi qui famulos ab alijs abductos, atq; in libertatem aſſertos, ſibi ſeruire cogant. Vt autem hęc & longe plura & acerbiora his dicerentur, non in cauſa nos fuimus, ſed illi, qui nunc quidem uerbis noſtris ſeſe opponunt: ſuperioribus uerò temporibus, noſtris actionib. omnibus aduerſati ſunt. Noſtros enim maiores, infinito ſuperiorũ temporum interuallo, nemo demonſtrabit, unam ſaltem urbem, ſiue maiorem ſiue minorem, oppreſsiſſe: Lacedæmonios uerò, norunt omnes, ex quo in Peloponneſum uenerunt, nihil aliud agere, aut moliri, niſi ut uel omnibus imperent, quod in primis deſiderant: uel, ſi id fieri nequeat, ſaltem Peloponnenſibus. Præterea ſeditionibus & cædibus & mutationibus rerumpubl. & ſi quid eſt talium calamitatum, omnes illi urbes, paucis exceptis, ueluti morbis impleuerunt. Noſtræ uerò urbi, ante cladem Helleſpontiacam obijcere nemo audet, quòd tale aliquid in ſocios perpetrauerit. Sed poſtquam Lacedæmonij, qui domini Græcorum fuerant, ſumma rerum denuò exciderũt:

Lacedæmonios magiſtros, Athenienſes diſcipulos eſſe improbitatis.

&, ut

&, ut his temporibus fieri ſolet, reliquæ urbes ſeditioſæ eſſent: duo aut A
tres è noſtris ducibus (nec enim ueritatem diſsimulabo) in quaſdam ex il-
lis iniurij fuerunt, ſperantes, ſe morem Lacedęmoniorum imitatos, facilius
eas continere poſſe. Quare iurè omnes illos potius accuſabimus, tanquam
autores & doctores talium operum: noſtratibus autem ut diſcipulis, quos
Lacedæmonij Barbarorum ſocij.
pollicitationes decepere, & ſpes fruſtrata eſt, iurè uenia concedetur. Poſtre
mum autem illud, quod ſoli per ſe egerunt, quis ignorat? Quum enim
communes inimicitiæ nobis cum Barbaris, eorumq; regibus intercedant,
nos multis bellis petiti, & interdum grauibus malis conflictati, & agro no
ſtro ſubinde uaſtato: nunquam ad eorum amicitiam & ſocietatem reſpe-
ximus, ſed propter inſidias, Gręcis per eos ſtructas, cōſtantius eos odimus,
quàm illos qui nos in præſentia infeſtabant. Lacedæmonij uerò, neq; paſsi
mali quicquam, neque paſſuri, neq; metuentes: tam inſatiabili cupiditate
flagrarunt, ut imperio terreſtri non contenti, maris etiam potentiã ſuſcipe-
re deſiderarint, ijſdemq; temporibus & ſocios noſtros ad defectionem im-
pulerint, libertatem eis polliciti: & cũ rege de amicitia & ſocietate egerint,
profeſsi, ſe illi omnes Aſiæ incolas tradituros. His conditionibus fide u-
trinq; data, nobiſq; debellatis, quibus libertatem promiſerant, eos grauio-
re ſeruitute quam Helotas preſſerunt, talemq; regi gratiã retulerunt, ut eius fra
tri Cyro natu minori perſuaſerint, ut cũ eo, de regno armis contenderet: col
lectoq; exercitu, cui Clearchum ducem præfecerant, contra eum miſerint.
Fruſtrati autem ſpe ſua in his, animaduerſis eorum cupiditatibus, & om-
nium odijs grauati, bello petiti, & tantis turbis agitati ſunt, quantis eos agi
tari conſentaneum eſt, qui & in Græcos & in Barbaros deliquerunt: quib.
de rebus haud ſcio plura dicere quorſum attineat, niſi quòd nauali prælio
ſuperati, tum à regijs exercitibus, tum ab imperatoria Cononis ſolertia,
talem pacem fecerũt, qua nemo demonſtrare poteſt neq; turpiorem ullam B
unquam eſſe factam, neq; contumelioſiorem, neq; in qua Gręci adeò negli
gerentur, aut magis eorum uerbis cõtrariam, qui uirtutẽ Lacedæmoniorũ
Fœdera facta cum Barbaris per Lacedæmonios.
celebrant. Nam quum rex dominos Gręcorũ eos effeciſſet, regnum ei et
omnem fœlicitatem eripere ſtuduerunt. poſtquam uerò nauali prælio ſupe
ratos humiles reddidit, non paruam illi partem tribuerunt, ſed omnes qui
Aſiã incolerent: & expreſsis uerbis in literas retulerunt, ut illis pro ſuo arbi
trio ipſe uteretur. nec erubuerunt tales pactiones facere de uiris, quorũ ſo-
cietate uſi, & nos ſubegerant, & in ſpem uenerant Aſiæ totius occupandæ:
ſed talia fœdera & in ſuis templis aſcripſerunt, & idem ſocios facere coege-
runt. Atq; alios quidẽ non deſideraturos opinor longiorem orationem, cũ
ex his ipſis abũdè intellexiſſe ſibi uideantur, cuiuſmodi urbs utraq; in Græ
cos fuerit. Ego uerò in ea ſententia ſum, argumentum hoc à me inſtitutum,
cùm alia uerba multa requirere: tum uerò inprimis eorum ſtulticiã eſſe refu
tandam, qui noſtrę orationi contradicere ſunt aggreſsi. neque uerò magno
labore eſt opus. Nam inter eos qui facta Laconũ omnia probant, optimos
quoſq; & prudentiſsimos arbitror, Spartiatarum quidem rempubl. lauda-
turos: ac quod ad eam ſanè rem attinet, in uetere ſentẽtia permanſuros eſſe:
ſed de actis contra Græcos, meæ orationi aſſenſuros. Qui uerò non his mo
dò, ſed uulgo etiam deteriores ſunt, neq; de ulla re alia tolerabiliter dicere
Diſputationẽ de rebuſpublicis huc nõ pertinere.
queunt, & de Lacedæmonijs tamen tacere nequeunt, ſed ſibi pollicentur,
ſi eos immenſis laudibus extulerint, ſe in eadem fore gloria, qua illi florent
qui longè illis copioſiores & præſtantiores habentur. Hos igitur, inquam,
ubi occupata loca prius omnia uiderint, & ne unum quidem noſtræ ora-
tionis caput refutare poterunt: diſputationem de rebuſpubl. arrepturos,
& inſtituta illorum cum noſtris in contentionem adducturos, ac temperan

tiam

A tiam in primis & obedientiam cum diſſolutione ac negligentia noſtra, &
ob eas res Spattam laudaturos. Quod ſi facere inſtituerint, prudentes, nu-
gas eas eſſe iudicare debent. Ego enim diſputationem non de rebuſp. inſti
tui, ſed hoc probare uolui, noſtrã urbem de Græcia melius eſſe meritam, ꝙ
Lacedæmonios. Quo ex numero, ſi quid conuellerint, aut alia cõmunia fa
cta protulerint, quib. illi nos ſuperarint, iurè ac meritò laudabũtur. Si uerò
ea dicere cœperint, de quibus ego nullam prorſus mentionem feci, iurè ſtu
pidi omnibus uidebuntur. Veruntamen, quoniam opinor eos orationẽ de
rebuſpub. in medium allaturos, non grauabor ea quoq; de re diſſerere. Spe
ro enim me oſtenſurum, illo ipſo noſtram urbem excellentiorẽ eſſe, quàm
ob ea quæ ſuprà diximus. Neq; uerò quiſquam opinetur, hac de republica
me dicturum, qua pro uetere uti cogimur, ſed de ea quæ maioribus no-
ſtris in uſu fuit. Nec enim uel noſtri patres, illius contemptu, præſentem
hanc arripuerunt, ſed in alijs quidem rebus illam longe præclariorem, ad
maris uerò imperium hanc longè utiliorem iudicarunt: quo ſuſcepto & di-
ligenter adminiſtrato, tum Spartanorum inſidias ulciſci, tum Peloponnen
ſium omnium robur, quo urbs noſtra illis temporibus maximè urgebatur,
bello ſuperare potuerũt. Quare nemo iurè culpauerit eos, qui hanc ample
xi ſunt: neq; enim ſpe ſua fruſtrati ſunt: nec ignorarunt, quid utriq; imperio
uel bonorum uel malorum ineſſet. ſed ſatis norant, terreſtrem principatũ,
boni ordinis, modeſtiæ, obedientiæ, cæterarumq; rerum eius generis ſtu
dium requirere: potentiam uerò in mari, non his rebus augeri, ſed artib. nau
ticis, & hominibus qui remos agere norunt, & qui ſua profuderunt, atque
ex rapto uiuere ſolent. Quod hominum genus, quum in urbem irruiſſet,
ſatis apparebat, & ueteris reipublicæ diſciplinam diſſolutum iri, & ſocio-
rum beneuolentiam citò à nobis abalienandam eſſe, ubi quibus prius ur-
B bes & agros dederant, eoſdem uectigalia & tributa pendere cogerent,
ad ſoluendam eius farinæ hominibus mercedem, cuiuſmodi iam dixi.

Athenienſes perturbatam democratiam ob maris imperium amplecti coactos eſſe.

Quanquã igitur nihil horũ ignorarint, tamen exiſtimarunt, tam ingenti &
glorioſæ urbi expedire, & conuenire, ut quaſuis difficultates potius, quàm
Lacedęmoniorũ imperium perpeteretur: & cum duę res, quarũ neutra bo-
na erat, proponerẽtur, meliorem optionem eſſe putauerunt, ut ipſi alijs ma
lefacerent, quàm ut graſſationes aliorum ſuſtinerent: & contra ius alijs po-
tius imperarent, quàm ut huius criminis & culpæ fuga, iniuſtè Lacedæmo-
nijs ſeruirent. quæ utiq; omnes uiri prudentes & præoptarent, & uellent:
ſed pauci quidam, qui ſapientes uideri uolunt, interrogati, repudiaturi eſ-
ſent. Cauſas igitur propter quas eam rempublicã acceperunt, quæ à qui-
buſdam reprehenditur, pro ea quæ ab omnibus laudatur, paulo copioſius,
ſed uerè expoſui. Iam uerò de his quæ inſtitui, & de maioribus noſtris uer
ba faciam, ab illis temporibus orſurus, quum tam democratiæ quàm oligar
chiæ nomẽ ignoraretur, ſed & Barbaricæ gentes, & omnes Græcæ ciuita-
tes monarchijs parẽrent. Rem autem altius propterea repetere uolui. Pri-
mùm, quòd exiſtimo conuenire, ut qui de laude uirtutis contendunt, mox
à natalibus, alijs antecellant. Deinde, quòd me puduit, cum de uiris prȩſtan
tibus quidem illis, ſed nulla mihi neceſsitudine iunctis, plura quàm decuit
diſſeruerim: de maioribus noſtris, qui rempubl. clariſsimè adminiſtrarunt,
ne breuem quidem mentionẽ facere: qui tanto illis qui principatus habẽt,
præſtantiores fuerunt, quanto uiri manſuetiſsimi & prudentiſsimi beſtijs
immaniſsimis & ſæuiſsimis antecellunt. Quod enim infandum & nefariũ
facinus, tum in alijs urbibus, tum uerò in his potiſsimũ, quæ maximę ſunt
& habentur, non fuiſſe perpetratum, inueniemus? Non'ne cædes fratrum
& patrum & hoſpitum plurimæ ſubinde factæ? non mactationes matrum

Lausueterũ Athenienſiũ.

& inceſti concubitus, indé que ſuſcepti liberi: unde ipſi nati erant? non de- A
uoratio liberorum, coniunctiſsimorum inſidijs concinnata? Non eie-
ctiones eorum quos genuerant, & ſubmerſiones, & excæcationes, et tam
ingens maleficiorum pelagus, ut nemini unquam materia defuerit, qui
ſingulis annis illorum temporum calamitates in theatrum producere ſo-
lent? Hæc non in illorum ignominiam recenſui, ſed ut oſtenderem, apud
noſtros non tantum tale nihil eſſe factum. Hoc enim ſignum eſſet, non
uirtutis, ſed quod ſceleſtiſsimis ipſi probiores fuiſſent. Decet autem, ut
qui aliquos inſignibus laudibus ornare ſtudent, non id ſolum demon-
ſtrent, non improbos eos eſſe, ſed omni genere uirtutum, & ueteribus &
noſtræ ætatis hominibus, longè præſtitiſſe. Quæ eadem de noſtris quo-
que maioribus dicenda ſunt. Tam ſanctè enim & præclarè, tam urbem,
quàm ſuos mores gubernarunt, ut illis dignum fuit, qui & à dijs geniti e-
rant, & primi urbem condiderant, & legibus uſi erant: & omni tempore
ſtudio habuerant, ut erga deos pietatem, ſic iuſticiam erga homines: &,
qui neq; permixti alijs, neq; aduenæ, ſed ſoli Græcorum indigenæ fuere:
& eandem regionem nutricem babuere, è qua nati ſunt, & eam perinde
ut optimi quí que patres & matres ſuas, dilexerunt. Prætereá que dijs ita
cari fuerunt, ut, quod difficilimum & rariſsimum uidetur, inueniri quaſ-
dam tyrannicas & regias familias, quæ quatuor ætates & quinq; perman-
Regès Athenienſes.
ſerint, id quoque illis contigerit. Nam Erichthonius Vulcano & Tel-
lure genitus, à Cecrope, qui maſculis liberis orbus deceſſerat, hæredita-
tem & regnum accepit. Hinc, omnes eum ſecuti, non pauci numero, ſu-
as opes & imperia ſuſcepta per ſucceſsionem, ſuis liberis reliquerunt uſque
ad Theſeum: de cuius equidem uirtute rebus' que geſtis, magnopere ue-
lim me prius nihil diſſeruiſſe. Longè melius enim quadraret in oratione
hac, de urbe noſtra inſtituta, de eo dicere. Sed difficile fuit, uel potius fie- B
ri non potuit, ut quæ illo tempore in mentem uenerant, in hanc occaſio-
nem reſeruarentur: aut, ut talem aliquam oblatum iri proſpiceretur. Illa
igitur omittemus, quæ iam antea in uſum tum præſentem, conuertimus:
& unius tantum facti mentionem faciemus, quod ita accidit, ut neque ſit
prius expoſitum, neque factum ab ullo alio, niſi à Theſeo: & tamen uirtu-
Theſeus imperij autoritatem populo tradidit.
tis eius prudentiæ' que inſigne documentum præbeat. Nam quum babe-
ret regnum tutiſsimum & maximum, in quo multas & præclaras res geſ-
ſerat, tum bello tum urbe adminiſtranda: omnia hæc deſpexit, & gloriam
laboribus certaminibus' que partam, quæ nulla æui longinquitate abole-
retur, maluit, quàm ignauam beatam' que uitam in regia dignitate degere.
& hæc egit non poſtquam conſenuiſſet, faſtidio quodam & ſatietate præ-
ſentium bonorum adductus: ſed in ipſo ætatis flore, ut dicitur, urbem qui-
dem multitudini pro arbitrio regendam permiſit: ipſe uerò tum pro ea, tum
pro alijs Græcis, adire pericula non deſtitit. Ac de Theſei quidem uir-
tute, nunc, ut licuit, admonere auditores uoluimus, olim facinora eius
Democratia ueterũ Athenienſium.
omnia non negligenter perſecuti. De illorum uerò laudibus, qui urbis
adminiſtrationem ab eo ſuſceperunt, neſcio quid dicendum ſit, animi
tanta præſtantia dignum. Qui quum philoſophicas rerumpublicarum
diſtinctiones ignorarent, in deligendo non aberrarunt ab ea republica,
quæ confeſsione omnium, non humaniſsima tantum & æquiſsima eſt,
ſed & omnibus qui ea utuntur, utiliſsima & iucundiſsima. Democra-
tiam enim conſtituerunt, non eam quæ temerè miſceret omnia, & petu-
lantiæ impunitatem, pro libertate, licentiam quiduis pro libidine faci-
endi, pro fœlicitate haberet: ſed, quæ talia quidem reprehenderet, at-
que ariſtocratia uteretur: quæ, quanquam utilis eſt, à uulgo tamen inter

eas nu-

A eas numeratur, ubi cenſus in conferendis magiſtratibus ratio habetur, non quòd propter ſtuporem quid interſit, ignorent, ſed quia nihil unquam cogitationis ea de re ſuſceperunt. Ego uerò dico, formas rerumpublicarum tres eſſe duntaxat, oligarchiam, democratiam, monarchiam.

Tres rerump. formæ.

Qui igitur in his habitant, ſi magiſtratus & cætera munia, ciuium prudentiſsimis, & optimè ac iuſtiſsme curaturis omnia, mandent, eos in quauis reipublicę forma, cùm inter ſe, tum erga alios fœlici ſtatu fruituros. Qui uerò improbiſsimis & audaciſsimis ad hæc utuntur, qui Reipublicæ quidem utilitatem negligāt, ſed ad explendam ſuam auariciam quiduis parati ſint & facere & perpeti, & uolunt, ut ciuium eadem quæ magiſtratuum ſit improbitas: hos contrà, & ſibimetipſis, & ciuibus peſsimè conſulere iudico. Qui uerò neq; ſic, neq; ut prius dixi, ſeſe parāt, ſed cum ſecuri ſunt, eos maximè honorant, qui ad gratiam loquuntur: in metu uerò, & periculis, ad optimos & prudentiſsimos confugiunt: eos mutatis uicibus, aliàs fœliciores, aliàs calamitoſiores fore. Hæc igitur natura & uis eſt rerumpublicarum. Opinor autem hæc alijs plura uerba ſuppeditatura quàm nos diximus: mihi uerò non de omnibus illis eſſe diſſerendum, ſed de ſola maiorum noſtrorum republica. Hanc enim pollicitus ſum demonſtraturum, maioris eſſe precij, quàm illam quæ Spartæ conſtituta eſt. Erit autem oratio his, qui me referente, libenter de bona republica ſunt audituri, neque moleſta, nec intempeſtiua, ſed apta & conueniens ſuperioribus: illis uerò, qui non delectantur graui & ſeria oratione, ſed eos libentiſſimè auſcultant, qui uel in celebritatibus conuicia dicunt, uel ſi furore illo abſtinuerint, res omnium uiliſsimas, & bipedum nequiſsimos laudant: illis eam longè uiſum iri opinor, quàm oporteat, prolixiorem. Verùm ego nihil unquam eiuſmodi auditores curaui, ſicut neque alius quiſquam uir

Cauſæ felicis aut calamitoſi ſtatus.

Qualis auditor aut lector eſſe debeat.

B prudens: ſed eorum rationem habui, qui & illa quæ iam dixi, præ omnibus alijs orationibus memoriæ mandaturi ſunt: neque diſputationis prolixitatem, etiamſi decies mille uerſuū ea fuerit, reprehēſuri ſunt, ſed ſui arbitrij eſſe putabunt, ut tantum legant & percenſeant, quantum ipſi uolent: potiſsimū uerò illorū, qui nihil libentius audiant q̃ orationem, qua uel pręſtantium uirorum uirtutes, uel bene conſtitutæ reipublicæ inſtituta commemorentur. Quæ ſi quidam imitari poſſent & uellent, cùm ipſi in magna gloria æuum exigerent, tum ſuas urbes fœlices redderent. Ac, quales mihi auditores dari optarim, dixi. Vereor autem, etiamſi tales contigerint, ne longe tenuius quàm pro rerum grauitate, de quibus diſſerere inſtitui, dicam. Sic tamen, ut potero, de eis dicere aggrediar. Quod igitur noſtra urbs, illis temporibus, florentior quàm aliæ fuit, id regibus, de quibus paulo antè dixi, acceptum ferri debet. Hi enim fuere, qui multitudinem ad uirtutem, ad iuſticiam, ac ad modeſtiam in primis inſtituerunt: & ſuis actionibus id docuere, quod ego poſterius dico quàm ipſi fecerint, QVAMVIS REIPVBLICAE FORMAM ANIMAM ESSE CIVITATIS: cuius ea uis ſit, qui mentis eſt in corpore. Nam hęc eſt, quæ omnibus de rebus deliberet, & cùm res ſecundas cuſtodiat, tum effugiat aduerſas: autor atq; effectrix omnium bonorum quæ ciuitatibus eueniunt. Neq; uerò populus eius rei propter mutationē oblitus eſt, ſed in hoc magis q̃ in alia incubuit, ut duces ſortiretur: qui quidem ſtatū popularem deſiderarēt, ſed ijs moribus eſſent præditi, quibus illi qui prius præfuiſſent: neq; per incuriam & ignorantiā ſummæ rerum omniū eos præficeret, quibus nemo priuatim quicquā à ſe mandatum uellet: neq; cōmitteret, ut illi ad gubernacula ciuitatis admitterentur, quorū in confeſſo eſſet improbitas: neq; uocem illorū ferret, qui ſua ipſi corpora probris afficerent, & tamen ea eſſent arrogantia,

Reges bene moratæ reip. autores.

Politia anima ciuitatis.

Quæ hominū genera remouenda ſint à gubernaculis.

ut alijs præſcribere ſtuderent, quemadmodũ urbs ſobriè fœliciterq́ regen A da ſit: neq; illis locus eſſet in rep. qui patrimonijs in fœdas uoluptates profuſis, peculatu & rapinis inopię ſuæ conſultũ uellent: neq; illis qui ad gratiã ſemper loqui ſolerent, in multa uerò ingrata & moleſta, quotquot ipſis obtemperaſſent, conijcerent: ſed huius generis homines omnes, à cõſilijs eſſe remouendos, quiſq; cenſebit. Neq; hos ſolum, ſed illos etiam, qui aliorum poſſeſsiones reipublicæ eſſe dicunt: proprias uerò ciuitatis opes, depeculari ac diripere audent: & ſe amare populum ſimulant, ſed interim eum apud omnes alios in odiũ adducunt. qui cum pro Gręcis ſolliciti uideri uelinr, re ipſa illos uexant & calũniantur: & efficiũr, ut ita erga nos affecti ſint, ut plerę q; ciuitates bellis conflictanres, malint hoſtibus quamprimũ aperire portas, quàm noſtra auxilia & præſidia intro admittere. Nemo autem perſcribere ac enumerare poſsit omnem improbitatem & ſcelera iſtorum nebulonum: quæ cum illi odiſſent, non temerè quoſuis ad conſilia & gubernacula admittebant, ſed prudentiſsimos & optimos, & uitæ integritate ſpectatiſsimos. Atq; hos ipſos tum imperatores creabant, tum legatos, ſi quando

Cuiuſmodi conſiliarij & magiſtratus deligẽdi ſint.

neceſſe eſſet, mittebãt, tum magiſtratus urbis omnes illis permittebant: exiſtimantes, qui pro roſtris optima ſuadere & uellent & poſſent, illos eoſdem etiam ſeorſim, omnibus in locis, & de omnibus negocijs, eodem animo & prudentia futuros. Neq; uerò ſpe, aut opinione ſua fruſtrati ſunt.

Vitioſæ leges.

Quia enim hæc eorum mens fuit, paucis diebus leges in tabulas relatas, & publicè propoſitas uiderunt: non his quas nunc habemus ſimiles, neq; confuſionis plenas, & inter ſeſe pugnantes, ita ut tam ratę quàm antiquatę, ſiue eędem utiles, ſiue ſuperuacaneæ ſint, propè nihil autoritatis habeãr: ſed primùm quidem paucas, ſufficiẽtes tamen, & ciuibus cognitu faciles. Deinde,

Probæ leges.

iuſtas & utiles, & inter ſe conſentientes, & magis in hoc intentas, ut publica inſtituta præclara eſſent, quàm ut priuata commercia ſine fraude fierent: B quales omnino habere decet eos, qui repub. bene cõſtituta gloriantur. Circa eadem tempora, magiſtratibus pręficiebant à tribulibus & popularibus

Creatio magiſtratuum.

deſignatos: de quibus quidem magiſtratibus nullę contentiones erant, ut qui magnopere expetendi uiderentur, cum liturgijs, hoc eſt, munerib. quę pro repub. ſuſtinentur, potius ſimiles haberentur, quibusq́ mandantur, illis moleſtias pariunt, ſed eædem honorificæ quoq; ſunt. Oportebat enim ad gerendum magiſtratum delectos, rem familiarem negligere, & largitionibus, quæ magiſtratibus dari ſolent, non minus quàm donarijs templorũ abſtinere. Quę, quis eſt qui his moribus ſuſtinere uelit? Quòd ſi qui diligenter & bona fide muneribus functi eſſent, mediocriter collaudatos, aliam aliquam ſimilem functionem ſubire oportebat: qui uerò paululũ ſalrem à uia declinaſſent, ſummis probris & maximis ſupplicijs afficiebantur. Quare nemo ciuium, ita ut nunc fit, magiſtratus expetebat, ſed effugere q̃ con-

Vulgo expedit, ut ſit immune à publicis functionibus.

ſequi malebant: omnesq́ putabant, nunquam exiſtere poſſe ueriorem democratiam, aut multitudini utiliorem, ea, quæ talium quidem functionum populo immunitatem daret, ſed autoritatem legendorum magiſtratuũ, & puniendi delinquenres tribueret. quæ non alia poteſtas eſt, quàm fœliciſsimorum tyrannorum. Quod uerò hæc quæ ego dixi pluris fecerint, hoc maximum ſignum eſt. Conſtat, populum aduerſus alias reipublicæ formas, ſi diſplicenr, pugnare, ac eas deſtruere, & magiſtratus occidere: hac uerò uſus eſt, non paucioribus quàm mille annis, in eaq; perſeuerauit ab illo tempore, quo eam accepit, uſq; ad Solonis ætatem, Piſiſtratiq; tyrannidem. Qui

Piſiſtrati tyrannis.

populi gubernator factus, cũ reipublicæ multũ nocuiſſet, optimosq́ ciues tanquam oligarchicos eieciſſet: tandẽ populari ſtatu abrogato, tyrannidẽ occupauit. Fortaſsis autem aliqui me abſurdè facere dicent (nihil enim

uetat

A uetat hanc orationem reprehendere) qui hęc dicere audeam, tanquam de rebus perfectè mihi cognitis, quibus dum gererentur, non interfuerim. Sed ego in his me nihil temerè aut incogitanter facere puto. Nam ſi ego ſolus ſermonibus de ueterum inſtitutis, & ſcriptis quæ ab illo tempore ad nos peruenerunt, fidem adhiberem: non iniuria reprehenderer. Iam uerò multos & prudentes uiros facere idem, quod me, compertum eſt. Præterea ſi cõtrouerſia mihi moueretur, probare queam, omnes homines plura per auditum quàm per uiſum cognoſcere: & maiores & pulchriores res ſcire quas ab alijs audierint, quàm quibus ipſi interfuerunt. Veruntamen huiuſmodi obiectiones neqꝫ negligendæ ſunt, (nam ſi nemo eas refutaret, fortaſſe ueritatem læderent) neqꝫ refutandis illis diu immorandum eſt. ſed, ubi alijs ſubindicatum fuerit tantum, quantum ſatis eſt ad intelligendum, eòs qui contradicant, nihil dicere: ad propoſitum redeundum, & abſoluendũ id quod inſtitutum fuit. Quod ego quoqꝫ faciam. Ordinatio igitur reipub. & tempus per quod ea uſi ſunt, quantum ſatis, expoſitum eſt. Reſtat igitur, ut quæ actiones bonum ciuitatis ſtatum ſecutæ ſint, explicemus. Ex his enim melius intelligetur, tum rempublicam noſtros maiores meliorem habuiſſe, quàm alios, & modeſtiorem: & ad res gerendas, eos in conſilium adhibuiſſe, quorum autoritati parêre prudentiæ eſt. Sed ne hęc quidem prius dicenda mihi ſunt, quàm pauca præfatus fuero. Si enim, neglectis eorum reprehenſionibus, qui non aliud quàm hoc facere norunt: & de alijs rebus geſtis, & de rei militaris ſtudio, & de adminiſtratione, quibus uſi maiores, et Barbaros ſuperarunt, & apud Gręcos celebrati ſunt, narrauero: fieri non poterit, quin aliqui me dicant leges recitare, quas Lycurgus tulerit, Spartani uerò in uſu habeant. Ego uero fateor me multa dicturum, quæ illic recepta ſint: nõ quòd Lycurgus illa inuenerit, uel excogitarit, ſed quòd maiorũ
B noſtrorũ gubernationem quàm optimè imitatus, domi democratiam inſtituerit, ariſtocratia temperatam, qualis apud nos fuit: & magiſtratus, nõ ſortitò, ſed per ſuffragia creari uoluerit: legemqꝫ tulerit, ut ſeniores, qui rebus omnibus præſunt, tanto ſtudio & cura legerentur, quanta ferunt à maioribus noſtris Areopagitas eſſe creatos: & eandem illis autoritatem tribuerit, quam ſciret ſenatum apud nos habuiſſe. Lacedæmoniorum igitur eam eſſe rempublicam, quæ apud nos olim quoqꝫ fuerit, è multis audire licet, ſi qui id ſcire deſiderant. Quod autem ſcientiam rei militaris non prius exercuerint, neqꝫ melius ea uſi fuerint Spartiatę quàm noſtri, è certaminibus & bellis, & ex illis quæ facta eſſe omnes confitentur, me ita perſpicuè oſtenſurũ opinor: ut nec ineptè Laconum ſtudioſi, habituri ſint, in quo meis uerbis contradicant: nec illi etiam, qui ſimul & mirantur & inuident, & imitari cupiunt. Ab eo autem dicere exordiar, quod auditu fortaſſe non omnibus iucundum, ſed dictu tamen non erit inutile. Si quis enim dicat, duas haſce urbes plurima beneficia in Græciam contuliſſe, atqꝫ maximis malis eandem, poſt Xerxis expeditionem affeciſſe, non poterit non uerum dixiſſe uideri illis, qui res geſtas illorum temporum cognitas habent. Nam & quàm fortiſsimè fieri poteſt, contra eius potentiam dimicarunt: eoqꝫ facto, cum decuiſſet etiam de his quæ reſtabant, probè conſulere, in eam non amentiam, ſed inſaniam impulſæ ſunt, ut cum eo qui ipſas oppugnarat, qui utranqꝫ urbem delere funditus, qui alios Græcos ſeruitute opprimere deſtinarat (tali præſertim, quem facilè terra mariqꝫ ſuperaſſent) pacem in omne æuũ, tanquam cum benemerito, fecerint: & inuidentes inuicem ſuis uirtutibus, bello ſuſcepto, tanta pertinacia & æmulatione inter ſeſe contenderint, ut ſeſe mutuò cæterosqꝫ Græcos perdere non prius deſtiterint, quàm communi hoſti eam poteſtatem dederunt, ut noſtram urbem per Lacedæmoniorum

Licere dicere de rebus, quib. non interfueris.

Modus diluendarum obiectionum.

Lycurgum Laconicæ reipublicæ conſtitutionem ab Athenienſib. eſſe mutuatũ.

potentiam, in ſummū diſcrimen adducerēt, ac rurſum Lacedæmonios, per A

Accuſatio Græcorum, quòd contra Barbaros nō ſatis hoſtiliter & animoſe ſeſe geſſerint.

noſtram urbem. Quamuis autem Barbarus, eas prudentia tam longe ſuperaſſet, neq; illis tēporibus, ob acceptas clades, ita ut par erat, ipſasq; decuit, doluerunt: neq; nunc maximas è Græcis urbibus pudet eius opes, contentione quadam aſſentationis, adorare. Argiui & Thebani Aegyptum illi, miſsis auxilijs, ſubegerunt, ut quàm maxima potentia munitus, Græcis inſidiaretur. Nos uerò & Spartani, quanquam ſocietate coniuncti, alieniores à nobis inuicem animos habemus, quàm ab illis, contra quos utriq; bella gerimus. Cuius rei non paruum hoc ſignum eſt, quòd nulla re communi cōſilio deliberata, utriq; ſeorſim legatos ad illum mittimus: ſperantes, utri eum magis propitium habuerint, in eorum poteſtate futurum, ut Græcos pro ſua libidine uexent & deſpolient. neq; (malum) interim animaduertimus, ſolere eum illos à quibus colitur, contumelioſè tractare: ſed ſi qui aduerſantur, contempta eius potentia, omnimodo dare operam, ut cōtrouerſiæ cum eis componantur. Hæc recenſui, non ignarus quoſdam obijcere auſuros, quæ iam dixerim, nihil ad inſtitutum pertinere. Ego uerò nunquam opinor quicquam eſſe dictum, quod cum ſupradictis magis conueniat: aut quo manifeſtius demonſtretur, maiores noſtros, maximis in rebus fuiſſe prudentiores illis, qui tum noſtram tum Spartanorū urbem, poſt bellum cum Xerxe geſtum, gubernarunt. Satis enim conſtat, has & illis temporibus cum Barbaris feciſſe, & cùm ſe ipſas tum alias urbes perdidiſſe, & nunc Græcis imperare uelle, & legatos ad regem mittere, ad expetendam eius amicitiam & ſocietatem. Qui uerò quondam noſtram urbem tenuerunt, nihil tale fecerunt, ſed planè contrarium. Nam Græcis urbibus abſtinere tam conſtanter eis decretū fuit, quàm religioſi homines donaria templorum contrectare neſas ducunt. Bellum uerò maximè neceſſarium & iuſtiſsimū, à quo mortaliū nemo immunis eſſe deberet, id putabāt, quod con B tra immanitatem belluarum gereretur. Proximum, quod Græcorum auxilio inferretur Barbaris, qui & natura hoſtes ſunt, & perpetuò nobis inſidiantur. Hæc quæ dixi, non ipſe meapte induſtria excogitaui, ſed ex illorum

Coloniæ deductæ ab Atheniēſibus quantopere Græciæ profuerint.

rebus geſtis ratiocinatus ſum. Nam quum uiderēt alias urbes in multis malis & bellis & turbis uerſari, ſuam uerò ſolam florere: non exiſtimarunt eorum eſſe officij, qui & rectius ſaperent, & rebus ſecundioribus uterentur, ut conniuerent, ac paterentur, cognatas urbes interire: ſed & cogitandum, & omnia agenda eſſe, ut uniuerſas præſentibus malis liberarent. His cogitationibus ſuſceptis, diſsidia minorum ciuitatum legationib. & diſceptando tollere ſtuduerunt. Si quæ uerò ſeditioſiores erant, miſère ciuium celeberrimos, qui & præſentibus de rebus conſilium eis impertirēt: & congreſſi, tum cum his qui in ſuis patrijs ob inopiam uiuere nō poterant, tum cum illis, quorum inſita ferocia, legum decretis aduerſabatur (quod hominum genus urbibus plerunq; pernicioſum eſt) perſuaſere, ut ſecum in militiam profecti, uitam præſente meliorem quærerent. Cum igitur multi eſſent qui ea uellent & amplecterentur, conſtituto ex illis exercitu, & Barbaros qui inſulas occuparant, expulerunt: & eos qui utrunq; Aſiæ littus tenebant aggreſsi, omnibus eiectis, egentiſsimos Græcorum ibi collocarunt. Hæc & ipſi agere, & alijs ad imitandū proponere non deſtiterūt, donec audiſſent Spartanos Peloponneſi urbes, ut dixi, ſubegiſſe. Tum uerò ſua tueri coacti ſunt. Quid igitur boni bella illa & occupationes deducendi colonias ſequutum eſt? (hoc enim opinor pleroſq; potiſsimum audire uelle) ut Græci ditiores & copioſiores fierent, magiſq; conſentirēt, tanta & tali multitudine hominum liberati: ut Barbari, extorres ac profligati, ſubmiſsioribus animis eſſent, quàm prius: ut harum rerum autores, inſignem adepti gloriam,

A gloriam, Græciam duplo maiorem fecerint quàm initiò fuerat. Ac maius
quidem beneficium & cõmunius, Græcis à noſtris maioribus datum, inue
nire non queo. Quòd uerò ſit cum peritia rei militaris coniunctius, nec mi
nore prædicatione dignũ, ac euidens omnibus, habituri fortè ſumus quod
dicamus. Quis enim ignorat, aut, Bacchanalibus, è Tragicis actorib. nõ au
diuit, quæ Adraſto calamitates ad Thebas acciderint? Qui Oedipi filium,
ſuum generum, in regnum reſtituere conatus, maximas Argiuorum copi-
as amiſit, & omnes centuriones uidit interemptos, ipſe per dedecus ſerua-
tus. Et quia nulla fœdera impetrare poterat, ut cæſos ſepulturæ tradere lice
ret: ſupplex urbi noſtræ factus, Theſeo adhuc eam gubernãte, precatus eſt,
ne concederet, uiros tam præſtantes, inſepultos iacere: neq; uetus inſtitutũ
aut patriam legem abrogari, apud uniuerſum mortalium genus receptam,
quæ nõ mortali prodita ingenio, ſed à diuina potentia mandata uideretur.
Quibus ille auditis, legatos Thebas miſit, cõſulturos eis, ut pietatis ratione
habita, æquius reſponſum, quàm dudum, darent: ac indicaturos, noſtram
urbem non permiſſuram, ut communem Græciæ legem tranſgrederentur.
Qui uerò tum Thebis imperabant, his acceptis, aliter ſtatuerunt, quàm de
eis pleriq; ſentiũt, & ipſi prius decreuerant: ſed & modeſtè ſuam cauſam e-
gerunt, & accuſatis illis à quibus oppugnati fuerant, noſtræ urbi cadauera
tollenda dederunt. Nemo autem putet me ignorare, quòd illis contraria di
cam, quæ in oratione Panegyrica, de his ipſis ſcripſiſſe uidear. Neq; tamen
quenquam ex eruditis eſſe puto ita inciuilem, & inuidia refertum, qui me
non laudandum, ac prudenter facere cenſeat, quòd nunc illo, nunc hoc mo
do de ipſis diſſeruerim. De his igitur ſcio me utiliter & præclarè ſcripſiſſe.
Quantũ uerò noſtra urbs, illo tempore, bellica fortitudine præſtiterit (nam
ut hoc demonſtrarem, recenſui quæ Thebis facta ſunt) id exiſtimo, illa ipſa
B re omnibus planiſsimum fieri, quę regem Argiuorum ſupplicem fieri coe-
gerit urbi noſtræ: Thebarum uerò dominos eò redegerit, ut maluerint no-
ſtræ urbis ſermonibus obtemperare, quàm legibus à deo latis. Quorũ urbs
noſtra nihil ritè perficere potuiſſet, niſi & gloria & potentia cæteris longè
præſtitiſſet. Quum autem multa & præclara maiorum facinora dicere poſ-
ſim, diſpicio quomodo de eis diſſeram. Hæc enim maiori mihi curæ ſunt q̃
cætera, quum iam in ultima propoſiti mei parte uerſer, quo me probaturũ
aſſerui, maiores noſtros in bellis & pręlijs magis antecelluiſſe Spartanis, q̃
cæteris rebus omnibus. Erit autem hæc oratio ab opinione multorum ab-
horrens illa quidem, ſed non minus uera tamen quàm ſuperiora. Modò e-
quidẽ dubitabã, utrũ dimicationes & pugnę Spartanorũ: an uerò noſtrorũ
ciuium, prius recenſendæ eſſent. Nunc ab illis ordiri placet, ut ad finem di-
ſputationis huius, facinora clariora & æquiora referuem. Poſtquam igitur
Dorienſes, hoſtiliter in Peloponneſum profecti, pulſis per iniuriam ueteri
bus colonis, eorumq; ditione occupata, trifariam urbes diuiſerunt: qui Ar-
gos & Meſſenam ſortiti erant, eo ferè modo ciuitates ſuas adminiſtrabant,
quo reliqui Græci. Tertiam uerò partem ex illis, quos iam Lacedæmonios
dicimus, ita ſeditioſos fuiſſe, ab hiſtoricis eſt proditũ, ut nullos alios Græco
rum. Quum autẽ optimates, elati ſuperbia, miſeram multitudinẽ oppreſsiſ-
ſent, eos longè aliã rationẽ, & ab aliorũ omnium qui ſimiles turbas experti
eſſent, cõſuetudine abhorrẽtem, pacandorũ tumultuũ, conſtituẽdæq; reip.
iniuiſſe. Nam cæteros, qui aduerſam factionẽ in eádem ciuitate uiuere, om-
nibusq; commodis tanquã ſocios (magiſtratibus duntaxat & honorib. ex-
ceptis) frui unà patiantur: dementes haberi à prudentioribus inter Sparta-
nos, ſi exiſtimẽt, ſibi & reip. nihil ab illis eſſe periculi, quos inſignibus iniu
rijs affecerint. Ipſos uerò nihil tale feciſſe, ſed inter ſemetipſos æqualitatẽ &
democra-

Bella pro defenſione oppreſſorum geſta per Athenienſes.

Adraſtus.

Athenienſes etiam bellicis laudibus, ſuperiores eſſe Spartanis.

Spartani uicinos & commilitones ſuos ſeruitute oppreſſerunt.

democratiam eiuſmodi conſtituiſſe, qualis deceat eos qui perpetuò cõcor- A
des eſſe debeant. Populum uerò circum in uicinia collocaſſe, ſeruitute op-
preſsis illorum animis non minus quàm famulorum. Quæ cũ perfeciſſent,
de agro, quem inter omnes æqualiter eſſe diſtributum oportuerat, ipſos,
qui pauci eſſent, non optimam duntaxat, ſed tantam portionem accepiſſe,
quantam nulli Græcorum habeant: & multitudini tantũ de deterrima im
pertijſſe, ut magno labore uix excolere poſsint, quantũ ad uitam ſuſtentan-
dam ſit neceſſarium. Poſtea, diuiſa inopi multitudine, humiles & multos, in
loco quàm fieri potuerit anguſtiſsimo, conſidère coactos: qui quidem tali-
bus nominibus appellentur, ac ſi ciuitates incolerent: ſed reuera minus au
toritatis & opum habeant, quàm noſtrates agricolæ. & cum eis eripuiſſent
omnia quæ liberis hominib. permittẽda ſunt, maximã periculorũ partem
in eos inclinaſſe. Nam in expeditionibus, quę ductu & auſpicijs regis fiũt,
uiritim in acie iuxta Spartanos ſtare cogebantur: quidam etiã deligebãtur,
qui ante primam phalangem collocarentur. & cum aliquò ſupplementa
mittenda eſſent, quorum ope uel labores, uel pericula, uel temporis diutur
nitas facilius tolerarentur: hos mittere moris erat, ut ſua capita pro aliorum
ſalute periculis obijcerent. Et quid multis opus eſt, omnes recenſere iniu-
rias, quibus multitudo afficitur? quin potius, maximo malo prolato, cętera
miſſa facimus? Nam ex illis, qui ab initio tantas acerbitates perpeſsi ſunt,
& ad quaſuis præſentes occaſiones operam ita nauant, Ephoris permiſſum
eſt, indicta cauſa, tot occidere, quot ipſis libitum fuerit: quę quidem ſangui
naria crudelitas, apud cæteros Græcos pro nefario ſcelere habetur, ſi uel
in perditiſsimos ſeruos exerceatur. Propterea uerò, de Spartanorum in
ciues olim ſuos ſæuitia, & de peccatis in eos admiſsis, pluribus diſſerui, ut
interrogarem eos, qui facta illorum omnia probant, num etiã hæc laudent,

Fortitudo ſine iuſticia nihil laudis meretur.

& prælia contra hos, præclara putent? Ego quidem magna illa exiſtimo B
fuiſſe, & acerba prælia, quæ ut uictis ingentia mala, ſic uictoribus emolu-
menta plurima pepererint, propter quę iſti bella gerere nunquam intermit
tunt: ſed non ſancta, neq; honeſta, neq; decora his, qui præſtantiam illam ia
ctitant, ſibiq; uendicant non quę in artibus & multis alijs rebus ſic dicitur,
ſed ueræ uirtutis, quę uiris bonis & honeſtis, cum pietate & iuſticia, in ani-
mis innaſcitur, de qua omnis oratio eſt. qua quidã neglecta, eos laudãt, qui
plus quàm alij deliquerunt: nec animaduertunt, ſe mentem ſuam aperire,
ac prodere, quòd illos etiã laudaturi ſint, qui maximis quidem opibus pol
leant, ſed & fratres ſuos & amicos & ſocios occidant, ut illorum quoq; pe-
cunia potiantur. Nam talia facinora, ſimilia ſunt factis Spartanorum: quæ
qui probant, eos neceſſe eſt, in eádem eſſe de modò cõmemoratis etiã ſen-
tentia. Miror autem, ſi qui ſunt qui prælia & uictorias præter ius & ęquum
partas, non eſſe turpiores, & pluribus probris ſcatére cenſeant, quàm cla-
des ſine improbitate & ignauia, iniquitate fortunę acceptas. pręſertim quũ
ſciant magnos exercitus, quamuis ſceleratos, ſæpe ſuperiores eſſe uiris ho-
neſtis, qui pro patria mortem oppetere non dubitant: quos multo laudari
iuſtius eſt, quàm eos qui ob alienarũ opum deſideriũ, promptè occumbere
uolũt, conducticijs militibus ſimiles. Nam hæc improborum hominũ ope-
ra ſunt. Quod uerò boni uiri nonnunquam infœlicius, quàm qui ſtudẽt in
iurijs inferendis, præliantur, id incuriæ deorũ fortaſsis eſt tribuẽdum: atq;
hac ratione uti queam, etiam de calamitate quæ Spartanis ad Thermopy-
las accidit: quam quotquot audiuere, laudant et mirantur magis, quàm prę
lia aut uictorias quibus aduerſarij quidẽ ſuperati, ſed illi tamen uiolati ſunt
quos minimè oportebat. et ſunt tamen, qui ea laudare non dubitent: ignari
nimirum, Nihil neque ſanctum, neq; honeſtum eſſe, niſi quod cum iuſticia.

& dicitur,

A & dicitur & agitur, quæ res Spartanis nunquam curæ fuerunt. Nihil enim
aliud ſpectant, niſi ut aliena quàm plurima occupent. Noſtri uerò nihil om
nium rerũ ita expetiuerunt, aut ſtuduerunt, quàm ut à Græcis, magna cum
approbatione, laudarẽtur. Exiſtimantes, nullũ poſſe iudiciũ fieri uel uerius
uel æquius eo, quod totius gentis ſuffragijs pronunciatũ eſſet. Quod autẽ
ita ſenſerint, cùm ex alijs eorũ in repub. actionibus perſpicitur, tum è reb.
pro incolumitate & cõmodis Græciæ geſtis. Nam cũ Græci tria bella, præ-
ter Troianũ, contra Barbaros geſſerint, in his omnibus ſuam urbem princi
pem exhibuerunt. Quorũ unum fuit illud cõtra Xerxem, in quo, quicquid
periculi adeundũ fuit, tanto præſtantiores fuere Lacedæmonijs, quantum
hi alijs fortitudine ſuperiores: alterũ de conditione coloniarũ ortum, ad cu
ius ſocietatem Dorienſiũ nemo uenit. Noſtra uerò urbs, ſe ducem profeſſa
tenuiorũ, & aliorũ qui uoluerunt: tantam rerũ mutationem effecit, ut, cum
Barbari ſoliti fuiſſent maximas quaſq; Græcarũ urbium occupare, Græcos
edocuerit, quæ prius patiebantur, eadẽ poſſe facere. Ac de duobus quidem
bellis, ſatis antea diximus. De tertio uerò uerba faciam, quod conflatũ eſt,
cum Græciæ urbes nuper conditæ, coloniæq; deductæ eſſent, noſtra uerò
urbs adhuc regib. parẽret: quorũ temporib. & bella plurima et maxima pe-
ricula inciderũt, quæ omnia neq; cogitatione cõplecti, neq; oratione expli
care queam. Omiſsis igitur plurimis, quę tum facta ſunt, eademq; dictu nõ
ita neceſſaria: quàm breuiſsimè potero, referre conabor, tum eos qui noſtrã
urbem oppugnarũt, tum pugnas memorabiles, ducesq; noſtros memora-
tu dignos, tum cauſas quas noſtri oppugnatores prætexebant, potẽtiamq;
gentiũ quæ illis paruerunt. Hæc enim ſatis multa erunt, quæ cum aduerſa-
riorum factis comparentur. Nam Thraces cum Eumolpo Neptuni filio in
agros noſtros irruperunt, qui cũ Erechtheo de urbe contendit, Neptunũ
B inquiens prius eam occupaſſe quàm Mineruam. Scythæ cum Amazonib.
quę Martis filię dicebantur, expeditionemq; propter Antiopem ſororem
Hippolytes faciebant, quę patrijs legibus uiolatis, Theſei amore capta, &
inde eum ſecuta ac nupta illi fuit. Peloponnenſes cum Euryſtheo, qui Her-
culi quidẽ iniuriarũ pœnas non dedit, ſed bello contra maiores noſtros ſu-
ſcepto, ut eius liberos deditícios hinc abduceret (ad nos enim cõfugerant)
ea pertulit quę merebatur. Tantũ enim abfuit (quod iactarat in literis) ut
ſupplices in poteſtatẽ ſuã redigeret, ut prælio ſuperatus, & captus à noſtris,
ipſe ſupplex illis factus quos ſibi dedẽdos poſtularat, occubuerit. Pòſt, qui
miſsi à Dario fuerant ad uaſtandã Græciam, egreſsi in Marathonem, pluri
bus & maiorib. cladibus acceptis, quàm ipſi noſtræ urbi ſe illaturos ſpera-
uerant, fuga ſe proripuerunt ex uniuerſa Gręcia. His omnibus igitur quos
recenſui, qui nõ unà irruperunt, neq; ijſdem temporibus, ſed ut & occaſio-
nes, & ſingulorũ utilitas & conſilia inciderant, pręlio ſuperatis, retuſaq; il-
lorum ferocia & iniurijs, nõ à ſtatu mentis deiecti ſunt ob magnitudinẽ re-
rum geſtarũ: neq; illis id uſuuenit, quod alijs plerunq; ſolet, ut pręclaris &
prudentibus conſilijs, magnas opes inſignemq; gloriam adepti, ac poſtea
propter ſucceſſuũ magnitudinem elati ſuperbia & dementati, nõ tantum
partam potentiã amitttant, uerumetiã ad ſummam inopiã redigantur. Sed
his omnibus euitatis, inſtituta uetera, propter pręclaram reipub. admini-
ſtrationẽ, retinuerunt: magis freti & gloriantes animi ſui uirtute, ſuaq; pru
dentia, q̃ pręlijs cõmiſsis. Quapropter maiore in admiratione fuerũt apud
alios, ob cõſtantiam hanc & ſobrietatem, quàm propter animorum robur
in laboribus & periculis adeundis. Omnes enim uidebant, multos etiã fla-
gitijs coopertos, animoſos eſſe in pręlijs: ſed moderationis et prudẽtię, quę
rebus in omnib. utilis eſt, omnesq; iuuare poteſt, expertes eſſe improbos;

Athenienſes reip. Græcorum conſulẽ uoluerunt.

Bellũ contra Xerxem.

Coloniæ deductæ ab Athenienſibus.

Ab Athenienſibus ſuperati Thraces, Amazones, Peloponnenſes, Darij duces.

Moderatio Athenienſiũ in rebus ſecundis.

N & hanc

Refutatio laudationis, & accuſatio Spartanorũ.

& hanc propriã eſſe laudẽ eorũ qui bene nati, bene educati et inſtituti ſunt, A
cuiuſmodi fuerũt illi qui tũ urbẽ rexerũt, quib. ſucceſſus illi quos diximus,
omnes accepti ferẽdi ſunt. Equidẽ uideo, alios maximis facinorib. & in pri
mis memorabilibus, cõcludere ſolere orationes: atq; eos qui ſic iudicãt &
agũt, ſapere cenſeo: ſed tamẽ ita accidit, ut ego aliter faciã, pluraq; dicere co
gar. Quod cur à me fiat, paulo pòſt oſtendã, ubi pauca quędã prius dixero.
Tantã huius orationis partẽ perſcriptã, quãta iam recitata eſt, cũ adoleſcen
tulis tribus aut quatuor, familiariter mecũ uiuere ſolitis, corrigebã. Quę cũ
nobis recenſentib. probata, cõcluſione tantũ indigere uideretur: conſultũ
eſſe duxi, ut quendã, qui me pręceptore uſus, atq; in oligarchia uerſatus, eo
animo erat, ut perpetuò laudaret Lacedæmonios, accerſeremus, ut ſi quid
fortè falſò dictũ nos præterijſſet, id ille animaduerſum, nobis indicaret. Ve
nit igitur ille uocatus, & lecta oratione (nam quæ alia interceſſerunt, quid
multis dicere attinet?) cæterorũ quidẽ quæ ſcripſerã, nihil moleſtè ferebat,
ſed & ſummis laudib. efferebat, & de ſingulis partib. eadẽ ferè dicebat quæ
nos quoq; ſentiebamus: nõ obſcurã tamẽ ſignificationẽ dabat, ſibi diſplicere
ea quę de Lacedęmonijs dixiſſemus, idq; mox oſtẽdit. Auſus eſt enim dice
re, etiãſi nullũ aliud in Græcos beneficiũ cõtuliſſent, ob illud ſaltẽ iurè om-
nes gratiã illis habituros, quod pulcherrimis inſtitutis inuentis, eadẽ et ipſi

Lacedæmonios pulcherrima inſtituta non inueniſſe.

in uſu habuerint, & alijs demõſtrarint. Hoc ita breuiter & paucis dictũ, in
cauſa fuit, ne ibi finirem orationẽ, ubi decreuerã: ac turpe fore ducerẽ, mini
meq; ferendũ, ſi quenq; ex meis diſcipulis, in cõſpectu meo, uerbis impro-
bis uti paterer. Hęc cogitãs, interrogabã, an nihil curaret eos qui adeſſent,
nec impia & falſa & multis cõtradictionib. referta, dicere erubeſceret. Intel
liges aũt, inquiebã, ita eſſe, ſi quos prudẽtiores interrogabis, quæ inſtituta
pulcherrima eſſe putẽt. Deinde, quantũ tẽporis elapſum ſit, ex quo Sparta
ni in Pelopõneſo cõſederũt. Nemo enim eſt, quin religioſum cultũ deorũ B
& iuſticiã erga homines, & prudentiã in alijs rebus, pulcherrima ex omni
bus inſtitutis eſſe cenſeat: Spartanos aũt, nõ amplius ſeptingẽtis annis eum
locũ tenuiſſe cõſentiat. Quę cũ ita ſint, ſiquidẽ tu uera prędicas, cũ pulcher
rima inſtituta eos inueniſſe dicis, neceſſe eſt, alios qui multis ſeculis antè fu
erũt, ꝙ Spartani ſedes iſtas occuparẽt, eorũ expertes fuiſſe, nimirũ eos qui
Troiã expugnarũt, & Herculis ac Theſei æquales. Minoẽ itẽ Iouis filiũ, &
Rhadamãthũ, et Aeacũ, et reliquos omnes, qui ꝓpter iſtas uirtutes diuinis
laudib. celebrantur, falſaq; gloria frui. Si uerò tu nugas agis, et omnino par
eſt dijs genitos, uirtutib. iſtis magis & ipſos eſſe uſos, et poſteris imitandas
propoſuiſſe: fieri nõ poteſt quin furere uidearis omnib. audientibus, qui a-
deò temerè & ſine æquitate, quoſuis laudes, & qui reprehendẽdi erãt eos
cõmendes: quaſi quid ego dixiſſem, planè nõ audiſſes. Nam prius etiã de-
liraſſes, ſed tibi tamẽ ipſe cõtrarius eſſe nõ uidereris. Nũc, quũ ego mea ora

Inuẽtores artium cuiuſmodi eſſe debeãt.

tione prolata, oſtẽderim, multa crudeliter Lacedæmonios, & in cognatos
ſuos, & alios Græcos ꝑpetraſſe, quî tibi dicere licuit, eos qui his criminib.
obnoxij ſunt, pulcherrimorũ inſtitutorũ principes extitiſſe? Præterea illud
etiã in eo mirabar, ſi ignoraret, ſi qua deſint uel inſtitutis uel artib. uel qui-
buſcũq; tandẽ alijs rebus: ea nõ excogitari à quibuſuis, ſed ab his qui inge
nijs excellũt, & è ueterũ inuẽtis diſcere plurima potuerũt, & inueſtigationi

Laconica inſcitia.

Laconica diſciplina ad nocendum alijs, comparata.

rerũ maiore ſtudio incumbere uoluerũt, à quibus rebus Lacedæmonij lon
gè alieniores ſunt ꝙ Barbari. hos enim multa inuẽta tum didiciſſe, tum do
cuiſſe cõſtat. Iſti uerò à cõmuni inſtitutione ac ſtudijs tam longè abſunt, ut
neq; literas diſcant: quæ tantam uim habẽt, ut qui eas callent, recteq; utun-
tur, nõ ea ſolũ cognoſcant: quæ ſua ætate geruntur, ſed illa etiã, quę unq; fa
cta ſunt. Et tamen, tu earũ ignaros, pulcherrimarũ diſciplinarũ inuentores
eſſe,

A eſſe, dicere nõ dubitaſti. Prȩſertim cum ſcias, eos liberos ſuos aſſuefacere ad
talia exercitia, per quæ ſperant ipſos nõ alijs eſſe benefacturos, ſed Græcis
fieri poſſe moleſtiſsimos: quæ ſi omnia percenſere uelim, & mihi & audito
ribus magnũ faſtidiũ pareret. ſed, ubi unũ duntaxat recitaro, quod & amãt,
& ſtudio in primis habent, omne ingeniũ & mores eorũ perſpectũ iri opi-
nor. Illi enim ſingulis dieb. ablegant pueros, mox à lecto, cum quibuſcunq;
ipſis libitũ eſt, uerbo quidẽ ad uenationẽ: reuera autẽ ad eos per furtũ ſpoli
andos, qui ruri habitãt: in quo accidit, ut deprehenſi, & argentũ ſoluant, &
plagas ferant: qui uerò malefacta plurima cõmiſerint, & arripere potuere,
tum inter pueros alijs præferãtur: & uirili toga ſumpta, ſi in illis ſtudijs per
manſerint, quæ pueri meditati erant, aditũ ſibi patefecerint ad ſummos ma
giſtratus. Quod ſi quis oſtẽderit, diſciplinã ullam apud eos in maiore pre-
cio aut honoratiorẽ eſſe, fatebor me nihil unq; ulla de re ueri dixiſſe. Enim-
uero quid nam iſtiuſmodi facinorũ uel pulchrum uel honeſtũ eſt, ac nõ po-
tius erubeſcendũ? An nõ igitur pro amentib. habendi ſunt, qui eos laudãt,
qui à cõmunibus legibus tam longè receſſerũt, neq; in ulla re uel cum Græ
cis, uel cum Barbaris cõſentiunt? Alij enim maleficijs & furtis deditos, ſer-
uis nequiores iudicãt. Illi uerò, iſtorũ facinorum principes, inter pueros ex
cellere, & maximè honorandos eſſe putant. Quis uerò ſanæ mentis homo
nõ emori malit, q̃ de ſe uulgari famam, quòd per huiuſmodi ſtudia uirtutis
exercitationẽ meditaretur? His ille auditis, nihil omnino quod dixeram,
confidenter refutauit: nec tamen obticuit prorſus, Sed tua quidẽ (me innu-
ens, inquit) oratio eò pertinet, quaſi ego, quicquid illi agunt, aut in uſu ha-
bent, approbem, ac prȩclarũ eſſe putem. Ego uerò cenſeo, & puerorũ licen
tiã apud illos, & alia multa, iurè abs te culpari, ſed me accuſari iniuria. Nam
cum orationẽ legerem, ægrè tuli ea quæ de Lacedæmonijs dicta ſunt, non
B tam quòd reprehenderẽtur, quàm quòd nullã pro eis afferre defenſionem
poſſem, quos hactenus laudare conſueuerã. Hoc æſtu animi dum cõflicta-
rer, dixi, quod reliquũ erat, ſi nõ ob aliud, propter illud ſaltem cõfitendam
illis eſſe gratiã à nobis omnibus, quòd pulcherrimis inſtitutis conſtãter ute
rentur. Ea porrò dixi, non quòd ad pietatẽ aut iuſticiã aut prudentiã reſpi-
cerem, quæ tu percenſuiſti: ſed propter gymnaſia ibi recepta, & exercita-
tionẽ fortitudinis, atq; concordiã, ac deniq; ſtudiũ rei militaris: quæ conſi
tebuntur omnes præclara eſſe, & illis uſitatiſsima eſſe concedent. Quæ cũ
mihi reſpõdiſſet, probaui quidẽ, nõ quòd ullũ accuſationis caput diluiſſet,
ſed quòd id quod dictũ abſurdiſsimè fuerat, occultaret, nõ ineruditè, ſed ſa
pienter, & cætera modeſtius defendiſſet, q̃ dudũ iactitarat. Veruntamen,
omiſſo eo, dicebam, me habere, cur illa ipſa longè grauius quàm puerorũ fu
racitatem accuſarem. Siquidẽ, inquã, illis ſtudijs ſuos liberos corruperunt:
iſtis uerò, quȩ tu modò cõmemoraſti, Grȩcos perdiderunt. quod ita eſse, fa
cilè perſpicitur. Opinor enim, confeſsione omniũ, peſsimos uiros eſse, gra
uiſsimaq; poena dignos, qui res ad hominũ ſalutem inuentas, ad aliorũ per-
niciem cõuertunt, neq; illis contra Barbaros, neq; cõtra delinquentes, neq;
cõtra hoſtiles depopulationes agrorũ, ſed cõtra coniunctiſsimos, & eiuſdẽ
cognationis conſortes abutuntur. id quod Spartiatæ fecerũt. Nam quî dici
poteſt, eos re militari probe uti, qui, quos conſeruatos oportuit, perdere nõ
deſtiterũt? Neq; uerò tu ſolus ignoras, qui rebus bene utantur, ſed Græco
rum pars ferè maxima. Nam ſi quos uiderint, aut ex aliquib. audierint, ſtu-
dioſè uerſantes in rebus quȩ pulchræ habentur, laudant, & multa uerba de
eis faciũt, ignari quid euenturũ ſit. Decet aũt eos qui hȩc rectè probare inſti
tuũt, initiò quidẽ trãquillos eſse, atq; in neutrã partẽ inclinare. Poſtq̃ uerò
ad id tẽpus uenerint, quo eos & dicẽtes & agentes uideãt, ſiue priuatis ſiue

Furari diſcunt Laconum pueri.

Gymnaſia, exercitatio fortitudinis, ſtudiũ rei militaris, probandam Spartanorũ repub.

Non laudandi, qui bonis rebus male abutuntur.

Nõ res ipſæ, ſed rerũ uſus uel iuuat, uel nocet.

publicis de rebus: tum demũ ſingulos acutè contẽplari, atq; eos qui iuſtè et A
honeſtè illis utuntur quæ meditati ſunt, laudare & honorare: delinquentes
aũt & improbos, reprehendere & odiſſe, & cauere ab eorũ moribus debẽt:
Cogitantes eam eſſe naturã rerũ, ut nobis per ſe neq; proſint, neq; obſint,
ſed uſum hominũ & actiones, cauſam nobis eſſe omniũ euentuum. Quod
inde perſpicitur, quòd ubiq; terrarũ, eædem res, planeq; nihil differentes,
alijs proſunt, alijs obſunt. Vt uerò cũ ratione haud cõſentit, ſingula naturã
ſibi ipſis contrariã, nec eandẽ habere: ſic prorſus diuerſa uſu uenire, his qui
rectè & iuſtè agunt, & illis qui libidinoſè uiuunt, ac turpiter, nemo prudẽs
Concordia Laconum Græcis perniciosa. exiſtimabit abſurdũ. Idẽ de cõcordia quoq; rectè dici poteſt. Nam huius e-
tiam nõ eſt aliud q̃ cæterarũ rerum ingeniũ. quandã enim concordiã pluri
ma bona peperiſſe inueniemus, quandã ingentibus malis & calamitatibus
præbuiſſe occaſionem: cuiuſmodi Spartanorũ quoq; concordiã eſſe dico.
Non enim diſsimulabo ueritatẽ, tametſi aliquibus abſurda & incredibilia
dicere uidebor. Hi enim, occaſione mutui cõſenſus, ſcientes, cæteros Græ-
cos inter ſeſe diſſidere, ita egerũt, ac ſi artificiũ ipſorũ eſſet rapiendi ſtudiũ
&, quod alijs ciuitatibus inter omnia mala grauiſsimũ eſt, id omniũ utiliſsi
mum ſibi eſſe crediderũt. Quæ ciuitates igitur factionib. premebantur, eas
ipſis pro arbitrio ſuo tractare licebat. Quare nemo eos propter concordiã
iurè laudauerit, nihilo magis quàm graſſatores in mari, aut alios facinoro-
ſos. Nam hi quoq; inter ſe conſentientes, alios interficiunt. Sin aliquib. hæc
Triballi. collatio indecora uidetur, neq; conuenire illorũ gloriæ: hac omiſſa de Tri-
ballis dico, quos, omnes aiunt, cõcordiores eſſe quàm ullos alios homines:
ſed nõ finitimos tantũ, & qui in uicinia habitant, perdere, ſed ad quoſcunq;
Virtutũ uis & natura imitanda. penetrare poſſunt. Neq; uerò decet, ut uirtutis ſtudiũ profeſsi, illos imiten-
tur, ſed potius uim & naturã ſapientię, iuſticiæ, cæterarumq; uirtutũ. Hæ e-
nim non ſibimetipſis benefaciunt, ſed quorũ animis cònſtanter inſederint, B
eos fœlices reddunt, & beatos. Lacedæmonij contrà, ad quoſcunq; acceſſe
rint, perdunt, aliorumq; bona omnia ad ſe pertrahũt. Quum hæc dixiſſem,
cõpeſcui eum cum quo colloquebar, uirũ acrem, & multarũ rerum peritũ,
& in arte oratoria nõ minus exercitatũ quàm quiſquã è meis diſcipulis. Ve
rùm adoleſcentuli qui his omnib. interfuerunt, nõ idem ſenſere quod ego:
ſed me quidẽ laudarunt, ut qui iuuenilius quàm expectaſſent, diſſeruiſſem,
& in eo certamine me præclarè geſsiſſem: illũ uerò contempſerunt, nõ uero
iudicio, ſed errore de utroq; noſtrûm. nam ille abierat prudentior factus, et
animo ita cõtracto, modeſtoq;, ut ſapientes decet, et quod Delphis ſcriptũ
eſt, & ſeipſum & Lacedęmoniorũ ingeniũ magis quàm prius cognouerat.
Ego uero ut fortaſſe nõ inuita Minerua diſputaram, ſic ob hoc ipſum amen
tior factus eram, & animoſior quàm noſtrã ætatem decet, & plenus pertur
batione ac tumultu iuuenili. Et ſatis quidẽ apparebat, me ſic affectum eſſe.
Nam poſtquã animo ſua tranquillitas reſtituta nonnihil erat, nõ prius con
quieui, quàm eum ſermonẽ, quem modò cũ uoluptate habuerã, paulo pòſt
moleſtũ tamen futurũ, puero dictaſſem. Quũ uerò triduũ aut quatriduũ in-
terceſsiſſet, legens eadem, & ordine conſiderans, quæ de noſtra urbe dixe-
ram, nõ culpabam. Nam omnia benè & iurè de ea ſcripſeram. Cum uerò ad
Lacedæmoniorũ res ueniſsem, indolui, ac grauiter tuli. Nec enim modera-
tè de eis diſseruiſse uidebar, nec ita ut de alijs, ſed temerè & negligenter, ni
miſq; acerbè, ac prorſus amenter. Quare ſæpe incitatus cupiditate, uel de-
lendi uel cõburendi eam orationis partem, mutabam conſilium, miſertus
ſenectutis meæ, & laboris quem illi conficiendæ impenderam. Dum uerò
his curis ęſtuarem, ac me ſubinde pœniteret: conſultiſsimũ eſse duxi, ut eos
è meis auditorib. accerſerem, qui nõ peregrè abeſsent, ac cũ eis deliberarẽ,

utrum

A utrum hęc oratio prorſus delenda eſſet, an edenda, ut à uolentib. legeretur.
ac omnino decreueram, utrũ ipſis uiſum eſſet, id agere. His igitur decretis,
nulla mora interpoſita, mox, & cõuocati erant, ut dixerã, & ego eis denun-
ciaram, qua de cauſa cõueniſſent, & lecta erat oratio atq; laudata, & cũ plau
ſu excepta, egoq; cõſecutus omnia quę illi qui in declamando proſpera for
tuna utuntur. His omnib. peractis, alij quidẽ inter ſe diſputabant, de illis u-
tiq; quæ lecta erant: ſed is quem initio in conſiliũ adhibuerã, laudatorẽ illũ
Lacedæmoniorũ dico, cum quo plura q̃ decuit, diſſerui, ſilentio facto, defi
xis in me oculis, dubitare ſe, inquit, quid in præſentia ſibi ſit faciendũ. Nec
enim negare uelle quæ dixiſſem, nec omnino poſſe credere. Miror enim, ſi
ita doluiſti, ac tam grauiter tuliſti, ut dicis, dicta illa de Lacedęmonijs (nihil
enim tale tibi ſcriptũ eſſe uideo) &, ſi conſultorib. de oratione iſta uti uolẽs
nos conuocaſti, quos ſatis noſti, quicquid tu dixeris aut feceris, laudare. So
lent aũt prudentes omnes, ea in quæ magno ſtudio incũbunt, cõmunicare
cũ ſapientioribus q̃ ipſi ſunt, aut ſaltem cũ illis qui ſententiã ſuam pronun
ciaturi ſint: quorũ tu feciſti cõtraria. Rationũ igitur iſtarũ neutram ego pro
bo. Videris autẽ et nos callidè conuocaſſe, & laudationẽ ciuitatis feciſſe nõ
ſimpliciter, neq; ita ut nobiſcũ collocutus es: ſed, nos periclitari uoluiſſe, an
ſeriò in ſtudia incumbamus, & meminerimus ea quæ inter docendũ dici ſo
lent, ac perſpicere queamus quo pacto ſcripta ſit oratio. Tuam uerò urbem
laudare inſtituiſſe, prudenti cõſilio, ut & multitudini ciuiũ gratificareris, &
laudem apud eos inuenires, qui nos beneuolentia proſequuntur. In iſto igi
tur propoſito cogitaſti, ſi de ea ſola uerba feciſſes, & fabuloſa illa diceres,
quæ omnibus in ore ſunt: quicquid diceretur, ſimile uiſum iri illis quæ ab
alijs ſcripta eſsent, id quod tu tibi turpiſsimũ & moleſtiſsimũ eſse duceres.
Sin, his omiſsis, ea facta recitares quæ cõfeſsione omniũ uera ſunt, & Grę-
B cis plurimũ profuerunt, & conferres cum rebus geſtis Lacedæmoniorũ, &
maiorũ ueſtrorum laudes cum illorũ uituperatione coniungeres: et oratio-
nem excitatiorẽ uiſum iri audientibus, & te in ijſdem manſurũ. quod maio
ri quibuſdã admirationi futurũ eſset, quàm ea quæ in alijs ſcripta eſsent. Ini
tio igitur uideris ita diſpoſuiſse, & deliberaſse de rebus. quia uerò ſciebas,
te Spartanorũ urbẽ ita laudaſse, ut nemo alius fecit: metuiſse, ne auditores
illis te ſimilẽ eſse dicerent, qui, quicquid in buccam uenerit, effutiũt: ac eos
uituperare, quos prius ultra cæteros laudib. extuliſses. Hæc cogitans, conſi
deraſti, quid nam de utriſq; dicendũ eſset, ut & uera dicere de ambobus ui
dereris, & tuos maiores laudare pro arbitrio & inſtituto tuo poſses: Spar-
tanos uerò, illis, quib. inuiſi ſunt, accuſare uidereris, quod minimè faceres,
ſed clàm & obſcurè laudares. Talia uerò dum inquireres, facilè reperiſti am
bigua dicta, quæ nihilo plus cũ laudantibus quàm cum uituperantibus fa-
cerent, ſed in utranq; partẽ flecti, ac multas diſceptationes admittere poſ-
ſent, qualibus uti, ſi de contractib. et auaricia, in foro litiges, turpe eſt, et ma
gnũ ſignũ improbitatis: at cũ de natura hominũ rebuſq; pręclaris et ab eru
ditione nõ alienis diſseritur, pręſtãtis ingenij argumentũ. cuius generis eſt
iſta quam audiuimus, oratio. in qua tu feciſti, tuos maiores pacis ſtudioſos,
& græcorũ amantes, & ęqualitatis in rebuſp. duces: Spartanos uerò, ſuper-
bos, & bellicoſos, & primas ubiq; ſibi uendicantes: cuiuſmodi omnes eos
eſſe exiſtimãt. Talibus igitur ingenijs quũ utriq; ſint, alteros ab omnib. lau
dari, & uideri bene uelle multitudini: alteris, multos inuidere, & infenſos
eſse. nec deeſſe tamen, qui eos laudent & mirẽtur, ac dicere auſint illuſtrio-
res eſſe illorũ uirtutes & facinora, q̃ quæ in maiorib. tuis inueniãtur. Nam
& ſuperbiã, à maieſtate, quę laudata res eſt, non abhorrere: & qui tales ſint,
omnib. magnificentiores uideri, quàm qui æqualitatẽ introducant: & bel-

Laudator Laconum, dicta de Lacedæmonijs in meliorem partẽ, atque adeo totius huius orationis artificium, interpretatur.

Superbia.

licoſos lōgè prę̄ſtare pacis ſtudioſis, qui neq; parare poſsint quæ nō habe- A
ant, neq; ſtrenuè quę habeāt tueri. Illos uerò utraq; poſſe, tū capere quę deſi
derēt, tū ſeruare quæ ſemel occuparint: quę perfectorū uirorū officia eſſe ui
dētur. Verū de præcellēdi ſtudio, pulchriora etiā ſibi dicere poſſe uidētur,
ꝙ quę nūc dicta ſunt. Nam qui in cōtrahendo fidē frangāt, & circūueniant,
& fucū faciāt, eos nō iuſtos, neq; pręcellētes eſſe putāt, ſed auaros & impro
bos. cū enim malè de eis exiſtimēt, eos & contemni, & omnib. in rebus eſſe
deteriore cōditione. Spartanorū uerò præcellēdi ſtudiū, et regū & tyranno
rū, optabile quidē eſſe, et expeti ab omnibus: neminē uerò conuicia dicere,
aut execrari eos, qui tantā potentiā habeāt: neq; quenquā inueniri, quin o-
ptet talem à dijs poteſtatē tribui, ſibi ipſi in primis, aut ſaltē ſibi cōiunctiſsi
mis. Vnde perſpicuū eſt, quòd ſummū bonū exiſtimamus eſſe, & habere et
poſſe plus alijs. Ambitū igitur tuę orationis, in hanc ſententiā cōplexus mi
hi eſſe uideris. quòd ſi putaſſem, te parſurū eſſe his quæ dicta ſunt, & hanc
orationē ſine reprehēſione prętermiſſurū, ne ipſe quidē plura dicenda mihi
cenſuiſſem. Nunc, quod nihil de his pronunciaui quorū gratia in conſiliū
aduocatus ſum, id te facilè neglecturū opinor. Nec enim cū nos congrega-
res, uidebatur ea res ſeriò à te agi. Sed inſtituiſſe te opinor orationē cæteris
nulla re ſimilē, quæ quidē ſegniter ac ocioſe legentib. ſimplex uideretur, ac
intellectu facilis: diligenter aūt intuentibus, & id quod alios latuiſſet, per-
ſpicere conantibus, difficilis appareret, & nō expoſita cuiuſuis intelligētię,
multiſq; hiſtorijs & recondita eruditione referta, plena etiā omnigena ua-
rietate, & (ut ita dicam) mendaciloquētia, nō ea quæ ciues improbè lędere
conſueuit, ſed quæ cum urbanitate iuuare uel oblectare poteſt auditores.
Quæ ſi ego eruere ac proferre conabor: dices, nihil eorum ita ſe habere, ut
tu de eis deliberaris. Nam ſi & quæ uis ſit orationis docuero, & tuum con-
ſiliū expoſuero, me non animaduertere inquies, quòd oratio per me tanto B
glorioſior fiat, quanto eam dilucidiorē fecerim, & legentib. longè ꝙ antea
notiorem. Cum enim ignorantibus ſcientiā tradam, me efficere, ne oratio
deſerta ſit. ſed eundē de honore eius & dignitate multū detrahere, quæ illi
acceſsiſſet ab illis, qui ipſi magno ſtudio laborāt, & in exquirendo artificio
ſibi negociū faceſſunt. Ego uerò fateor, me ingenio ac prudētia ꝙ longiſsi-
mè fieri poſsit, te eſſe inferiorē: ſed tamen ut hoc ſcio, ſic illud etiā nō igno-
ro, quòd urbe noſtra maximis de rebus deliberāte, ſapientiſsimi quidē, in-
terdū à cōmuni utilitate aberrant: fitq; nonnunquā ut forte fortuna quiſpiā
è uiliū contemptorūq; numero, & rectè ſenſerit, & optimè dixiſſe uideatur.
Quare mirandū nō erit, ſi in præſenti quoq; negocio tale aliquid nunc eue
nerit: ubi tu exiſtimas, te celeberrimū futurū, ſi quàm diutiſsimè diſputaris,
quo animo orationem cōpoſueris. Ego uerò tecū optimè actū iri opinor, ſi
ſententiā, qua in ea cōficienda uſus es, quàm paucìſsimis perſpicuā reddere
poſsis, tum alijs uniuerſis, tum Lacedæmonijs, de quib. multa uerba feciſti:
& inter ea quædā ſunt iuſta & grauia, quædam petulantia & nimis odioſa,
quæ ſi quis eis oſtēdiſſet antequā ego meū iudiciū interpoſuiſſem, fieri nō
potuiſſet, quin te & odiſſent, & indignati tibi eſſent, ut qui accuſationem
cōtra ipſos ſcripſiſſes. Nunc aūt opinor, Spartanorū plurimos, nihil de ue-
teri ſua conſuetudine mutaturos, neq; orationes hic ſcriptas magis curatu-
ros eſſe, quàm ea quæ extra columnas Herculis dicuntur. Prudentiſsimos
uerò inter ipſos, & qui orationum tuarum aliquas habēt, eaſq; mirantur, ſi
quem nacti lectorē fuerint, & tempus, ut ſecū ipſi diligenter omnia perpen
dant: nihil ignoraturos ex his quę dicuntur, ſed & laudes animaduerſuros,
quæ in urbē ipſorū, enumeratis rebus geſtis, ut fides illis derogari nequeat
conferuntur: & conuicia contempturos quæ ſine re dicuntur, uerborumq;
tantum

Rei militaris peritia.

πλεονεξία priuatorum bonorum fraudulenta, uituperabilis.

πλεονεξία & præcellendi ſtudiū in principibus beatū iudicatur.

Artificiū Panathenaici.

Iſocratē non celare debere, quo cōſilio de Lacedæmonijs tam acerbè ſcripſerit.

Quod Lacedæmoniorum de hac oratione iudicium futurum ſit.

A tantũ aſperitatẽ habẽt:& exiſtimaturos,maledicta quę in libro inſint,ab inui
dia eſſe profecta.Res uerò geſtas & pręlia,propter quę & ipſi multũ ſibi tri-
buũt,& ab alijs tribui uidẽt,te ſcripſiſſe,& ab obliuione uindicaſſe,collectis
ſeorſim omnib.& ordine collocatis.Id quoq; tibi acceptũ ferẽt, ſi ea multi &
legere & percenſere uelint,nõ quòd illorũ res geſtas audire deſiderẽt,ſed qđ
cognoſcere ſtudeãt quomodo tu de eis diſſerueris.Hæc dũ cũ animis ſuis co *Occupatio*
gitabũt,ueterũ quoq; facinorũ nõ obliuiſcẽt, ob quæ maiores ipſorũ lauda *Peloponneſi*
ſti,ſed hæc etiã ſæpe ſecũ ipſi reputabũt. Primũ,quũ Dorienſes eſſent,ac uide *Spartanis*
rẽt ſuas urbes paruas & inglorias eſſe,& multarũ rerũ egẽtes, illis neglectis, *glorioſe.*
ſe bellũ intuliſſe ciuitatib.in Pelopõneſo primarijs,Argis et Lacedemoni &
Meſſenę.ac uictoriã adeptos,& urbib.&regione ſuperatos exegiſſe,poſſeſſi
onesq; illorũ omnes occupaſſe,quas etiã nũc tenẽt:quo maius facinus & ad-
mirabilius,nemo oſtẽdet illis tẽporib.editũ,neq; quicq; eſſe geſtũ felicius,aut
dijs magis propitijs,q̃ id p̃ quod & ſuæ inopiæ cõſuluerũt, & aliena fœlicita
te potiti ſunt.et hęc quidẽ cũ omnib.expeditionis illius ſocijs geſſerũt.Poſtq;
uerò cũ Argiuis et Meſſenijs regionẽ diuiſere,et ipſi Spartã ſeorſim ſe cõtulẽ
re:illis tẽporib.tam pręſtãti animorũ magnitudine eos fuiſſe dicis,ut,quũ nõ
plures q̃ bis mille fuerint, ſe uita indignos iudicarint,niſi omnib.Pelopõne-
ſi urbib.potiri potuiſsẽt. Hęc cogitãtes et bellũ gerere aggreſſi,quanq; mul-
tis miſerijs et periculis circũuenti,nõ tamẽ abiecerũt animos,neq; cõquieue-
rũt,priuſq; eas omnes, Argiuorũ urbe excepta,ſubegiſsẽt.Cũ uerò iam et diti
onẽ ampliſsimã,et potentiã maximã et tantã gloriã cõſecuti eſsẽt,quantã eos
par eſt, qui res tãtas geſſerãt,hoc ſibi nõ minus laudi duxerũt,quod ſolis ipſis
inter omnes Græcos,hac peculiari et pręclara prerogatiua gloriari liceat,quũ
tam pauci numero fuerint,ſe nullius unq; urbis quantũuis amplę et copioſæ, *Spartani per*
ductũ & auſpicia ſecutos eſse,aut imperata feciſse, ſed ſua libertate p̃petuò re *petuò liberi,ui*
B tẽta, in bello cõtra Barbaros, omniũ Græcorũ duces cõſtitutos:eoq; honore *ctores,duces.*
nõ ſine cauſa potitos,ſed,p̃pterea q ex uniuerſo genere mortaliũ illis tẽporib.
in plurimis prælijs uerſati,in nullo,rege duce,ſuccubuerãt,ſed omnes ſupera
rãt.quo nullũ maius et certius ſignũ dici poteſt fortitudinis et tolerãtię,et mu
tuę cõſenſionis,eo q iam dicẽ excepto.Nam cũ tanta multitudo ſit Græcarũ *Sparta bene*
ciuitatũ,cęterarũ nulla dici aut inueniri poteſt,quę nõ in calamitates illas inci *morata & pa*
derit,urbib. accidere ſolitas.Spartę uerò nemo poteſt oſtẽdere factas eſse uel *cata,& felix*
cædes iniuſtas,uel diteptiões pecuniarũ,uel ſtupra uxorũ &liberorũ,imò ne *ciuitas.*
reip.quidẽ mutationẽ,neq; nouas tabulas,neq; agrorũ diuiſionẽ,neq; quicq;
aliud inſigniũ calamitatũ.Quę dũ reputãt,fieri nõ poterit,quin tui etiã,qui i-
ſta cõgeſseris,& tã elegãter diſserueris,recordaturi,et magnã tibi gratiã habi
turi ſint.Nõ aũt nũc idẽ quod prius,de te ſentio.Nam ſuperiorib.tẽporib.mi
rabar & ingeniũ tuũ,& uitæ ordinẽ, & induſtriã:in primis uerò philoſophiæ Collaudatio
ueritatẽ. Nũc uerò te fœliciſsimũ & beatiſs.iudico. Videris enim mihi uiuẽs Iſocratis.
etiã gloria potiturus nõ quidẽ maiore q̃ merearis(uix em̃ fieri poteſt)propin
qua illi tamen et euidẽtiore hac qua nũc flores: defunctus uerò immortalita-
tis particeps futurus,nõ eius qua dij fruũtur,ſed illius qua memoria eorũ qui
re aliqua memorabili cæteris præſtiterũt,ad poſteros propagaẽ.Et hæc iurè ti
bi cõtingent.Nam utrãq; urbẽ pręclarè laudaſti et cõuenienter,alterã quidẽ, *Athenienſes*
iuxta opinionẽ multitudinis,quã nulli uiri celebres cõtempſerũt: ſed dũ eam *populariter;*
cõſequi ſtudẽt,omnia pericula ſubeũt.alterã,iuxta cogitationes eorũ qui ue- *Spartani ue-*
ritatẽ attingere cõiectura ſtudẽt.apud quos in magna exiſtimatione eſse,pręa *rè laudati.*
ſtabilius eſt,q̃ apud alios ſi duplo plures fierẽt q̃ nũc ſunt.Cũ uerò inexplebi
li hoc tẽpore cupiditate flagrem, & multa dicẽda habeã,tũ de te, tũ de utraq; Adhortatio
urbe, tũ de oratione hac:tamẽ omiſsis illis, de eo ſententiã dicã,cuius gratia ut Iſocrates
me acceſſiſti eſſe dicis.Tibi enim autor ero,ut hanc orationẽ neq; cõſcindas, orationem hanc in publi
neq; aboleas:ſed ſicubi aliquid deeſt,corrigas,& omnib.diſputationib. quæ cum edat.

de ea

de ea habitæ ſunt,adſcriptis, legere uolentib.impertias,ſi modò rem gratã fa A
cere ſtudes optimis uiris inter Græcos, & reuera,nõ ſimulatè philoſophanti
bus:& illos afficere moleſtia uis,qui te quidẽ magis ꝙ alios mirant̃,ſed orati-
ones tuas in hominũ frequẽtia proſcindũt (quib. declamantibus plures ſunt
qui dormiant,ꝙ qui auſcultẽt) quiq; ſperãt ſi uulgo hominũ os ſublinãt,ſuas
declamatiũculas cũ ſcriptis à te orationib.poſſe contendere: ignari nimirũ,ſe
lõgius abeſſe ab excellẽtia tua,ꝙ gloria Homeri uincuntur illi,qui in eodẽ ge

Collaudatio eius qui cum Iſocrate diſſeruit.

nere poeſeos elaborarũt.Quibus ille dictis,à pręſentib.petijt,ut ea de re,pro-
pter quam accerſiti eſſent,ſententiã dicerẽt:illi uerò nõ applauſerũt,quod om
nibus eleganter diſſerentib.facere ſolẽt,ſed exclamarũt, quaſi excellẽter per-
oraſſet:& facta circa eum corona,laudabãt,mirabantur,beatũ iudicabant: ac
eius quidẽ orationi quod adijcerẽt,nihil habebãt, ſed pedibus euntes in eius
ſententiã,ſuadebant,ut ea facerẽ quæ ille monuiſſet. Verùm ne ego quidẽ ta
citus aſtabam, ſed laudabã cùm ingeniũ eius,tum diligentiã.De cęteris uerò
quæ dixerat,nihil locutus ſum,neq; ꝙ propè cõiecturis ſuis ad meã ſententiã
acceſsiſſet,neq; quàm longè aberraſſet:ſed ea perſuaſione,quã ipſe ſibi hauſe
rat,eum frui ſinebã. Ac uerò de his quę propoſui,ſatis dictũ eſſe puto. Nam
ſingula quæ prius dicta ſunt,repetere,ab hoc genere orationũ alienũ eſt.Di-
cam aũt de his quæ in hac oratione mihi priuatim acciderũt:quã ego ſcribere
inſtitui tot annos natus, quot initiò dixi. Cũ uerò media pars ſcripta eſſet,&

Iſocrates triennũ integrũ ęgrotauit.

morbus me inuaſiſſet,qui ut nominari quidẽ uerecũdè nõ poteſt,ſic nõ ſenio
res tantũ triduo aut quatriduo tollere poteſt, ſed multos etiã integræ ætatis:
ego perpetuũ trienniũ cũ eo luctatus ſum,tam induſtriè ſingulis dieb. uiuẽs,
ut & qui ſciũt,& qui è ſcientib. audiuerũt, me magis admirẽtur ob eam tole-
rantiã, ꝙ propter illa quæ prius mihi laudẽ pepererãt. Cũ uerò iam et animũ

Cohortatiões amicorũ,ut Iſocrates hanc orationem abſolueret.

deſpondiſſem,& uirib.deſtituerer,tũ ob morbũ,tũ propter ſenectutẽ, quidã
qui me uiſebãt,& eam orationis partẽ quæ ſcripta erat,ſæpe legerãt, rogarũt B
& ſuaſerunt,ne dimidiatã & inelaboratã relinquerẽ,ſed parui tẽporis labore
ſuſcepto,etiã reliquis abſoluendis animũ adijcerẽ!Nõ aũt ita loquebantur,ut
qui officij ac defungẽdi ſaltem cauſa id facerẽt:ſed et quę ſcripſerã,laudib.effe
rebant,& talia dicebãt,quæ ſi qui audiuiſſent neq; familiaritate,neq; beneuo
lentia nobiſcũ cõiuncti,fieri nõ potuiſſet,quin exiſtimaſſent, & illos fucũ mi
hi facere,et me mẽtis errore affici,ac ſtultũ eſse,ſi cõſilijs eorũ paruiſsẽ.Quan
quam aũt ſic affectus erã,ut fortaſse quidã dicere auſi ſunt,parui(Quid enim
prolixa oratione opus eſt de his quæ reſtãt?) cũ quidẽ triennio tantũ minor
eſsem centũ annis, & ſic afflicta ualetudine, qua alius tantũ abeſt ut orationẽ
ſcribere inſtituiſset,ut nec ab alio elaboratã et oſtenſam auſcultare uoluiſset.

Non temerè, ſed prudenter & eruditè iudicandum.

Cur uerò hęc cõmemoro?Nõ utiq; ut orationi meę ueniã petã(nec enim tam
ineptè diſseruiſse mihi uideor) ſed primũ, ut oſtendã, quid mihi uſuuenerit:
deinde,ut eos auditores laudẽ,qui hanc orationẽ probãt:quiq; exiſtimant,ſi
qui docere ac artificioſe cõponere norint orationes demõſtratiui generis &
declamatorij,hos cęteris pręferẽdos et eruditiores iudicãdos eſse:itẽ hos,qui
ueritati ſtudeãt,illis eſse potiores,qui auditorib.fucũ facere,atq; receptas opi
niones extorquere conẽtur: pluris etiã fieri debere, qui delicta reprehendãt
atq; admoneãt,ꝙ aſsẽtatores,& aurę popularis captatores.Deniq; qui diuer
ſum ab his ſentiũt,eos ut admoneã,in primis ne ſuis ſententijs plus æquo tri-
buant:neq; uera eorũ iudicia eſse putẽt,qui ignauũ ociũ ſectantur.Secũdo lo
co,ne temerè ac incõſideratè pronũcient de his quæ prorſus ignorãt, ſed tan
tiſper expectẽt ac differãt,dum illis aſsẽtiri queant,qui de generis demõſtra-
tiui atq; alijs orationib.ſuæ cenſuræ ſubiectis,peritiſsimè iudicant. Nemo e-
nim ex his quorũ tantũ ingenij acumen et in cenſendo dexteritas eſt,eos qui
hac modeſtia ſunt, ineptos eſse aut amentes arbitrabitur.

PANATHENAICI FINIS.

Iſocratis Athenienſis, uiri doctrina et eloquentia praecellentis, Orationes tres ſapientiſsimè ſcriptæ, ſtatui horum temporum accommodatæ: quarum nomina & argumenta hæc ſunt,

ARCHIDAMVS, de tuendo iure ac libertate patriæ.

Oratio ad Philippum, de omittendis ciuilibus bellis, & expeditione contra Barbaros ſuſcipienda.

Oratio de Pace, in qua grauiter ac liberrimè reprehenduntur uitia gubernationum, & ratio indicatur pacatè fœliciterq́ue gubernandæ reipublicæ.

[redacted]

INTERPRES AD LECTOREM.

Initiò nihil minus mihi propoſitum fuit, quàm totum Iſocratem uertere. ſed tres haſce orationes turbulentiſsimis hiſce tēporibus, utiliter legi poſſe quum ſtatuiſsem: eas ſeorſim in publicum edendas cenſui. Deinde, poſtquam doctiſsimorum uirorum autoritate motus, onus non tantum difficile geſtatu, ſed planè grauius, quàm mei humeri commodè ſuſtinerent, ſuſcepi (qua de re pluribus hic mihi uel conquerendum, uel excuſandum non exiſtimo) eum ordinem reliqui, non qui eſt in Græco textu, ſed qui meo inſtituto tum conuenire uidebatur. Quum autem Iſocraticæ orationes non ἀνάγκῃ aliqua λογογραφικῇ cohereant, nec, quæ eiuſdem generis atq; argumenti ſunt, ſeſe conſequantur, ſed ſingulæ ferè fortuitum locum occupent, tanquam diſtincti libri, ac à ſe inuicem ſeparati, æquos lectores rogatos uolo, ne id factum acerbè exagitent, in quo neq; piaculi quicquam ineſt, & fortaſſe commoditatis aliquid reperietur.

DIONYSII HALICARNASSEI DE Iſocrate iudicium.

A MAximè præcellit Iſocrates inſtituto orationum in quibus elaborauit, & argumentorum quæ tractanda ſuſcepit honeſtate & elegantia. Hæc enim ſtudioſos ipſius non eloquentia tantum augere, ſed ad morum etiam honeſtatem inſtituere, & gubernandæ tum familiæ, tum ciuitati, tum uniuerſæ Græciæ utiles reddere poſſint. Nam præſtantiſsima præcepta ad uirtutē, in orationibus Iſocratis inueniuntur. Ac, mea quidem ſententia, qui non partem aliquam ciuilis facultatis, ſed rationem gerendæ reipublicæ uniuerſam complecti animo uoluerit: is hunc oratorem nocturna diurnaq; manu uerſare debet. Quod ſi quis ueram philoſophiam amplectitur, ſolis ſpeculationibus haud contentus, ſed actione uirtutis etiam occupatus, nec ſua uoluptate aut utilitate metitur omnia, ſed multis prodeſſe laborat: huic ego autor ero, ut oratoris huius imitetur inſtitutum.

ARGVMENTVM IN ARCHIDAmum, e Dionyſio.

QVis ita erit acris ad permouendam uel ciuitatē, uel uiros, ut hic orator? multis ille quidem etiam alijs in locis, potiſsimum uerò in oratione ad Lacedæmonios ſcripta, quæ Archidami titulo legitur, ac id agit, ne Meſſenam Bœotijs tradant, aut hoſtiū imperata faciant. Nam aduerſo Marte pugnarāt Lacedæmonij, cum ad Leuctra, tum deinceps in multis alijs prælijs. Et Thebanorum quidem opes florebant, & ad imperij magnitudinem proceſſerant: at Spartanorum res afflictæ erant ac humiles, longeq; à dignitate ueteris principatus degenerarant. Tandem igitur Spartani, ut pacem impetrarent, deliberabant, utrū Meſſena cedendum eſſet. Nam hæc illis neceſsitas à Bœotijs imponebatur. Quare cum uideret Iſocrates, eos indigna facturos eſſe ſuis maioribus, Archidamo, qui quidem adoleſcens, nec dum regno potitus erat, ſed magnam tamen ſpem habebat eum honorem adipiſcendi, hanc orationem compoſuit. In qua commemorat, primùm quòd iurè teneant Meſſenam Lacedæmonij, cum traditam à Creſphontæ liberis regno pulſis: tum oraculo Delphico confirmatam, quo iuſsi fuerint & urbem accipere, & iniuria preſsis
B *opitulari: tum bello ſtabilita poſſeſsione & diuturnitate temporis. Docet etiam Thebanos, non Meſſenijs, qui nulli amplius eſſent, ſed ſeruis & mancipijs, quos Helotas uocant, urbem tanquā portum et confugiū, tradituros. Enumerat pericula quæ maiores ipſorū imperij cauſa adierint: & commonefacit eos eius opinionis & gloriæ, qua apud Græcos celebrentur. Hortatur, ne fracti rebus aduerſis, animos abijciant, ſed potius ſpe fortunæ melioris erigantur: & cogitent, multos Thebanis potentiores, ab imbecillioribus eſſe uictos: multos cinctos obſidionibus, & grauioribus malis quàm Spartanos, conflictantes, eos à quibus oppugnabantur, deleuiſſe. Adducit autem loco exempli urbem Athenienſiū, quæ, cum maximè floreret, euerſa, extrema quæq; perpeti maluerit, quàm agnoſcere Barbarorum dominatum. Monet, ut præſentia boni conſulant, & de futuris bene ſperent: non ignari, tales calamitates à ciuitatibus emendari, prudenti conſtitutione reipublicæ, & rei militaris peritia, quibus Sparta reliquas urbes ſuperabat. Cenſet, eos, rebus ſuis aduerſis, pacem expetere non debere, cum noua molientibus ſpes fortunæ melioris propoſita ſit, ſed eos potius cum quibus bene agitur. Nam non niſi belli diſcrimen ſubeant, præſentes opes poſſe ab eis conſeruari. Recenſet etiam alia multa præclara facinora, quæ clariſsimi ex illis publicè priuatimq; in bellis ediderunt, annectens quàm indecora & apud Græcos probroſa facturi ſint. At ſi arma cœperint, aſſerit ab omni parte auxilia ipſis præſto eſſe futura, & à dijs & à ſocijs, & ab uniuerſis hominibus, qui augeri Thebanorum potentiam, iniquis animis patiantur. Denique oſtenſa confuſione & tumultibus, quibus urbes Græcæ, dum Bœotij rerum potiantur, agitatæ ſint, ſi nihil horum eueniat, nec ulla ſpes incolumitatis alia relinquatur: urbem eos deſerere iubet, docens, uxores & liberos cæteramq; turbam, in Siciliam & Italiam & reliqua loca quæ ipſis amica ſint, mitti oportere: ipſos uerò, caſtello aliquo munitiſsimo occupato, & ad gerendum bellum commodiſsimo, hoſtes terra mariq; inuadere, & affligere modis omnibus oportere. Nullum enim exercitum auſurum eſſe, collatis ſignis, cum uiris Græciæ bellicoſiſsimis, qui uitam uiliſsimam cenſeant, & iuſta ira & cauſa honeſtiſsima in eam neceſsitatem ſint impulſi, dimicare. Hæc ego non tam Lacedæmonijs quàm alijs quoq; Græcis, atq; adeò hominibus uniuerſis eum ſuadere dixerim, longe melius quàm omnes philoſophos, qui uitæ finem ſummumq; bonū in uirtute & honeſtate conſtituunt. Quamuis autem illius multas etiam alias orationes recenſere poſſem, & ad ciuitates & principes & priuatos homines ſcriptas, quarum alijs multitudinem ad ui-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tam modeſtè agendam hortatur, alijs principes ad moderationem & legitimum imperium deducit, alijs priuatorum hominum uitam elegantiorem efficit, admonens quid ſingulis faciendum ſit: tamen uereor ne prolixitate orationis modum excedam. A

ARGVMENTVM INCERTI AVTORIS, GRAEco textui præfixum.

POſt Leuctricam pugnam, Thebani in fines Laconum populabundi excurrebant, multisq; cladibus eos afficiebant, adeò ut Lacedæmonijs ſubinde fugientibus, uxores tandem occurrentes [illegible]rent, [illegible]unquid denuò uos in uteros recipere[illegible] [illegible]epreſſi caſtigatione, redintegrato prælio [illegible]um ſtrenuam operam [illegible]uiſſent in conflictu auxiliares [illegible]ites Atheniensium [illegible] Mantineam, uictoria [illegible] Lacedæmonij, per [illegible]gatos à Thebanis pacem petiere, qui ſe illam daturos ea conditione promiſerunt, ſi Meßenam [illegible]ſtaurarent, & liber[illegible] [illegible]marēt. Quod cum alij non detrectandum cenſerent, Archidamus [illegible] aduerſatur. H[illegible] autem minoris Archidami genealogia eſt: Zeuxidamus, Archidamus, Agis, Ageſilaus, e quo natus eſt hic Archidamus. Sunt autem [illegible], Archidamū Athenis hanc orationem ab Iſocrate adferendam curaſſe. alij ſentiunt, ſcriptam eſſe ab Iſocrate exercendi ingenij gratia: ut oſtenderet, quid non ab Archidamo, in ſenatu Lacedæmoniorum dicendum uideretur. Et quidem argumentum orationis tale ferè eſt. Statu uerò negociali continetur, locoq; ab utili præcipuè nititur.

ISOCRATIS ARCHIDAMVS.

Se ſtudio & periculo reip. moueri ad dandum cōſilium.

MIrum fortaſſe plerisq; ueſtrûm uideatur, cur ego, qui hactenus mores atq; inſtituta noſtræ urbis, ut ſi quis alius meorum æqualium, religioſè obſeruaui, nunc tantopere à me ipſo quaſi degenerarim: ut, quibus de rebus ſeniores uerba facere uerentur, de illis ipſis, ego adoleſcens, ſententiam dicere non dubitem. Ego uerò, ſi quidem eorum aliquis, qui apud uos concionari ſolent, pro dignitate reipub. dixiſſet, tacuiſſem.

Reprehenſio negligentiæ aliorum.

Cum uerò uideam, alios hoſtium imperatis patrocinari, alios tergiuerſari, nec ſatis acriter & firmis animis ſeſe opponere, alios prorſus obmutuiſſe: B Surrexi, ut, quid hiſce de rebus ſentirem, proponerem.

Publicum decus cauendum.

Nam cum ego uitæ meæ inſtitutum teneam, nō committendum eſſe duxi, ut reſpublica ullius periculi metu, quicquam indecorè faceret, ſalutis'ue rationem ſine dignitate haberet. Quod ſi ulla de re fas eſt, eos qui hac ætate ſunt, dare conſiliū alijs: de bello uel ſuſcipiendo, uel omittendo cōſilium dare, illos in primis decet, ad quos periculorum pars maxima redundabit: cum preſertim, quid facto ſit opus uidere atq; intelligere, in medio ſit omnibus poſitum.

A' ſuo periculo.

Nam ſi exploratum eſſet, ſeniores de rebus omnibus rectiſsimè iudicare, adoleſcentes autem ubiq; falli & hallucinari: non iniquum eſſet, ut dicendæ ſententiæ ius nobis adimeretur.

Adoleſcentes etiam in conſilijs audiendi.

Verùm quum ingenium, induſtria, cura, in cauſa ſit, ut ſapientiæ laude alij preſtent alijs, nō ætas, aut annorum ſpacia: par omnino eſt, utriuſq; ætatis periculum facere. ut ex his omnibus quæ dicta fuerint, utiliſsima reipublicæ deligantur.

Ingenio, non ætate adipiſcimur ſapientiā.

Perabſurdum autem eſſe iudico, ſi qui ſunt, qui cenſeant nos quidem terra mariq; exercitibus cum imperio præeſſe oportere, ubi non niſi cum magna reipubl. clade delinquitur: Dicere autem quæ ſentiamus, ubi totius rei iudiciū & poteſtas penes uos eſt, nō oportere.

A' maiori ad minus.

ubi ſi ſcopū attigerimus, utilitas in uniuerſum ad omnes: ſin impegerimus, infamia & dedecus priuatim ad nos pertinebit, ſine ullo detrimēto reip.

Epilogus exordij.

Enimuero neq; ulla dicēdi cupiditate incitatus, neq; quòd mutatā uelim priſtinæ meæ uitæ rationē, hæc cōmemoraui: ſed ut uos hortarer, ne ullā ætatem improbaretis, ſed in omnib. potius quæreretis, ſi quis fortè exiſteret, qui de præſenti ſtatu rerū utiliter admoneret.

Attentio à rei magnitudine.

Nec enim ab urbe cōdita, uel bellū factū, uel periculū tantis de rebus oblatū eſt, de quantis in preſentia deliberamus. Nam antehac quidē de imperio in alios exercendo dimicabamus: nunc aūt hoc agitur, ne ipſi imperata faciamus. quod

ſignum,

A ſignum, ac ceu nota Libertatis eſt: pro cuius defenſione, nullæ acerbitates, nulla pericula ſunt recuſanda, non nobis tantum, ſed etiam alijs, qui ſaltem uiros eſſe ſeſe meminerunt, neq; fortitudinis laudem prorſus aſpernantur.

LIBERTAS.

Ego certè, ſi quid de me priuatim dicendum eſt, emori iam, detrectato imperio, malim, quàm ætatem ultra naturæ fines producere, ſi quæ Thebani iubent, eſſent facienda. Erubeſcerem enim, ſi ex Herculis familia natus, patriſq; regis filius ego, cui dignitatis idem gradus propoſitus eſt, quantū in me quidem fuerit, concederem, ut quam regionem maiores nobis reliquerunt, illam ipſam ſerui noſtri obtinerent. Velim autem & uos in eadem eſſe mecum ſententia, illud reputantes: in hunc quidem uſq; diem, in bello cōtra Thebanos, aduerſiore fortuna eſſe uſi: & ut corpora noſtra, culpa atque inſcitia ducum ſuperata ſunt, ſic animos adhuc inuictos & erectos gerere, uiſi ſumus. At ſi nunc, imminentium periculorum metu ſubacti, quicquam de iure noſtro conceſſerimus, confirmabimus inſolentiam Thebanorum, & tropæum longè grauius & illuſtrius Leuctrico illo, contra nos ipſi ſtatuemus. Nam id quidem temeritati fortunæ tribuendum eſt, hoc autem timiditati noſtræ atq; ignauiæ. Neminem igitur uos inducere patiamini, ut tantum dedecus publicè ſuſcipiatis. Nam ſocij, præproperè quidem illi nimium uobis conſuluerunt, omiſſa Meſſena, pacem ut faceretis: quib. uos multo æquius & grauius iraſceremini, quàm illis qui ab initio ad hoſtes defecerunt. Illi enim, cum ab amicitia noſtra ſeſe remouiſſent, ſuas ipſi urbes exagitatas ſeditionibus & cædibus, mutatoq; ſtatu in deterius, euerterunt: hi uerò uobis nocere moliuntur, dum autores eſſe non dubitant, ut gloriam per ſeptingentos annos, magnis laboribus & periculis maiorum partam, nobiſq; per manus traditam, paulo momēto temporis abijciamus: quo quæſo quid aut Lacedæmoni contumelioſius, aut acerbius unquā excogitare potuiſſent?

Generoſa indoles ſeruitutis & iniuriæ impatiens.

Turpe fore Spartanis, ſi hoſtibus pareant.

Refutatio conſilij dati à ſocijs ſuæ tranquillitatis ſtudioſis.

B Adeò autem ſui compendij cum aliorum incommodo ſtudioſi ſunt, noſq; adeò ignauos & effœminatos eſſe cenſent, ut quos ſæpe ad bellum pro ſuis commodis gerendum impulerunt, eoſdem nunc de Meſſena periclitari uetent: utq; ipſi ſuis opibus ſecurè fruātur, perſuadere ſtudeant, ut hoſtibus de noſtro iure cedamus. neq; hoc cōtenti, minitentur inſuper, ſe ſuapte autoritate ipſos pacē pro ſeſe facturos. Ego uerò ſic exiſtimo, non tam fore uobis ſine his periculum grauius, quàm honeſtius & ſplendidius, & ubiq; gentium celebrius. Nam ſi non aliorum ope, ſed noſtris uiribus eſſe incolumes uictoreſq; hoſtium ſtudeamus, id alijs facinoribus noſtræ ciuitatis conſentaneum erit. Quanquam autem hactenus eloquentiæ ſtudium ſemper contempſi, exiſtimans uerborum curam cum negligentia & ignauia rerum gerendarum coniunctam eſſe: nunc tamen nihil mihi perinde in uotis eſt, quàm ut pro magnitudine præſentis negocij, & ex animi mei ſententia uerba facere poſsim. Quòd ſi eſſem aſſecutus, me reipub. plurimum ſperarem profuturum. Primùm igitur commonefaciendi eſtis, quo pacto Meſſena in ueſtram poteſtatē uenerit: & quas ob cauſas in Peloponneſo, cum Dorienſes à prima origine ſitis, conſederitis. Altius autem rem totam, & quaſi ab incunabilis propterea repetam, ut intelligatis eam regionem uobis eripi, quam nō deteriore iure quàm reliquā Lacedæmona poſſidetis. Poſtquam enim Hercules è rebus humanis ſublatus, immortale cum dijs æuum agere cœpit: primùm quidē eius liberi, ob inimicorum potentiam, uarijs erroribus agebantur. Mortuo autem Euryſtheo, apud Dorienſes conſederunt. Tertia demum ætate, certis de rebus oraculum petituri, Delphos acceſſerunt. Verùm Apollo ad quæſtiones quidem propoſitas nihil reſpondit, ſed in patriam terram eos abire iuſsit. Conſiderato igitur oraculo, Argos propinquitatis & hæreditario iure ad

Sociorum defectionem minus curandā.

Optat ſibi eloquentiæ facultatem dari.

Narratio, qua oſtendit Lacedæmonios iuſto titulo tenere Meſſenē.

Hercules.

Euryſtheus.

Dorienſes.

Oraculum.

Oraculi interpretatio.

Argos.

ſeſe rediJſſe: nam extincto Euryſtheo, ſoli de Perſei familia ſupererant. A

Lacedæmon.
Tyndareus Herculẽ hæredẽ inſtituit.

Lacedæmonem uerò, ſeruitute oppreſſam: nam Tyndareus, Caſtore & Polluce extinctis, regno pulſus, & ab Hercule in imperium reſtitutus, illi regionem tradidit, cùm ob beneficium hoc, tum ob cognationem cum liberis ſuis.

Meſſena ab Hercule expugnata.
Neleus. Neſtor.

Meſſenam autem ui expugnatam, ſuam eſſe factam repererũt. Hercules enim bobus, quos ex Erythea abegerat, à Neleo & eius filijs (Neſtore excepto) ſpoliatus, urbe potitus, autores quidem iniuriæ interfecit: Neſtori uero, quod is, cũ natu minimus eſſet, nõ tamen fraterni delicti ſocius eſſe uoluerat, ſapere uideretur, urbẽ tanquã depoſitũ tradidit.

Heraclidarũ expeditio in Peloponeſum

Cũ igitur oraculi ſententia hæc eſſe uideretur, aſſumptis ueſtris maioribus, exercituque comparato, regionem quidem, quę ipſorum erat propria, ijs diſtribuerũt, quorũ in bello opera uſuri erant: regnumque ab illis uiciſsim, eximij muneris loco, acceperunt: hiſque conditionibus, fide data & accepta, expeditionem ſuſceperunt. Pericula porrò itineris, & cæteras res geſtas, quæ ad inſtitutũ non pertinẽt, quid neceſſe eſt prolixius cõmemorare? Bello autem uictis prædictorum locorum incolis, regna tripartitò diſtribuerunt.

Laconũ laus.

Et uos quidem in hunc uſque diem, pacta & iuramenta, quæ inter maiores ueſtros interceſſerunt, ſeruatis. Quapropter & ſuperioribus temporibus fœlicius uobis omnia quàm alijs ſucceſſerunt: & in poſterum, cum tales uos prębeatis, bona ſpes eſt, fortunam uobis aliquando quàm nunc, magis fore propitiam.

Meſſenij Creſphontem occidunt.
Lacedæmonij Meſſenã ex oraculo occupant.

Meſſeniorum autem tanta fuit impietas, ut Creſphontem & conditorem urbis, & dominum regionis, & ex Herculis poſteritate, & ducem ſuũ, per inſidias occiderint. Cuius liberi, uitato periculo, ſupplices huic urbi facti ſunt: traditaque regione, petierunt, ut patris necem ulciſceremini. Vos igitur, conſulto oraculo, iuſsi & accipere quę offerebantur, & opem ferre affectis iniuria, uictis bello Meſſenijs, ſic eorum regionem in ueſtram poteſtatẽ redegiſtis.

Epilogus narrationis.

Eius porrò rei, quę uobis ab initio datę occaſiones fuerint, B nõ quidem accuratè cõmemoraui (nec enim hoc tempus patitur conſectari omnia, ſed neceſſe eſt breuitatis potius quàm perſpicuitatis rationem habere) ex his ipſis tamen, nemini obſcurum eſſe opinor, quod eadem prorſus, neque alia ratio ulla fuerit acquirendæ eius regionis, quam noſtram eſſe omnes confitentur, quàm huius ipſius, de qua iam cõtrouertitur. Alterã etenim colimus, & ab Herculis poſteritate datam, & oraculo Delphico cõfirmatã, illis qui tenebant, ui eiectis: alteram autem ab ijſdem, eodemque modo accepimus, ijſdemque uaticinijs uſi.

Meſſenam pari cõtentione ac ipſam Spartam eſſe defendendam.

Quod ſi hoc animo ſumus, ut ſuſque deque ſeramus omnia, neque repugnemus, etiamſi Spartam deſerere nos iuſſerint, ſuperuacaneum eſt, de Meſſena magnopere laborare. Sin nemo ueſtrûm eſt qui patria ſpoliatus, uiuere ſuſtineat, nõ aliter etiam de illa eſse animati debetis. Idem enim utrinque ius, eadem utrinque defenſio eſt.

Præſcriptio longi tẽporis.

Præterea ne illud quidẽ obſcurũ uobis eſt, quod poſseſsiones ſiue priuatas, ſiue publicas, pręſcriptione longi temporis, & cõfirmari, & patrimonij eſse loco, omnes exiſtimant. At nos Meſsenam cepimus, priuſquam Perſæ regnum adipiſcerentur, aut Aſiam ſubigerent, & pleræque Græcæ urbes cõderentur.

Thebanorum iniuſticia & uiolentia perſtringitur.

Quamuis igitur res noſtræ ita ſe habeant, tantaque ſit noſtræ cauſæ bonitas & æquitas: Thebani tamen, Barbaro quidem Aſiam, tanquam patrimonium, adiudicandam cenſuerunt, licet is annos nondum ducentos regnum tenuerit: nobis uerò Meſsenam, quam duplo longius & plus eo tenuimus, ereptum ueniunt, ac Platęas quidem & Theſpias nuper admodum euerterũt. Hanc autem, poſt trecentos annos, inſtaurari uolunt, quo utroque iuſiurandum & fœdera uiolant.

Exaggeratio, non Meſſenios reſtituendos, ſed

Quod ſi genuinos Meſsenios reſtituerẽt, eſset id quidem paulo probabilius: ſed tamen iniuſtè facerent, noſque uiolarent. Nunc uerò Helotas in uicinia noſtra, collocare contra nos uolunt. Quare non hoc grauiſsimum

A uiſsimum eſt,ſi præter ius & æquum noſtra nobis poſſeſsio adimitur:ſed ſi
ſeruos noſtros,illius eſſe dominos intuebimur.Porrò ex his quę ſequũtur,
magis perſpicietis & nũc indigna nos pati,& tunc Meſſenam iurè tenuiſſe.
Nam cum multa iam pericula ſuſtinuiſſemus,tandem pacem facere coacti
ſumus,ob longe maiores hoſtium ſucceſſus & potentiam.Atqui talib.tem
poribus,cum conditiones ferrentur,in quibus fieri minimè poterat,ut nos
potiores partes ferremus , de aliꝭs quidem quibuſdam rebus contentiones
inciderunt:at quòd Meſſenam iniuſtè teneremus,id neq; rex Perſarũ,neq;
ciuitas Thebanorum,crimini dare nobis potuit. Quod autem euidentius
de iure iudiciũ eſſe queat,eo, quod & ab ipſis hoſtibus, & aduerſis noſtris
rebus,factum eſt? Præterea,oraculum quod omnes fatebuntur et antiquiſ-
ſimum & communiſsimũ, & fide maximè dignum eſſe,non tum ſaltem no
ſtram eſſe Meſſenam ſtatuit,quum Creſphontæ liberis dantibus, ut accipe
remus,imperauit,et oppreſsis iniuria opitularemur:ſed etiam,cum bellum
prorogaretur,& utriq; Delphos miſiſſemus (nam illi quidem de ſalute ſua
cõſulebant, nos uerò de facilima & expeditiſsima urbis capiendæ ratione)
illis tanquam iniqua petentibus nihil reſpondit:nobis uerò ſignificauit,&
quæ ſacra facienda & auxilia unde accerſenda eſſent. Quod quæſo teſtimo
nium maius & euidentius his afferri poteſt? cum appareat,nos primùm à
dominis regionẽ accepiſſe(quid enim uetat, eadem denuò paucis perſtrin
gere?) deinde belli iure tenere, quo modo pleræq; urbes,illis temporibus
conditæ & conſtitutæ ſunt:poſtea eos qui Herculis liberos nefario ſcelere
uiolarant,eieciſſe: quos quidem æquum fuerat ex uniuerſo terrarum orbe
exterminari.Deniq; & longi tẽporis pręſcriptione,& hoſtiũ iudicio,et dei
uaticiniꝭs,iurè tenere ipſam? quorũ ſingula ſufficiũt ad refutandas eorũ ca
lumnias,qui criminantur, nos aut nũc pacem ob auaritiã noſtriq; compen
B dꝭ gratia facere , aut olim alienarũ rerũ cupiditate inflammatos bellũ cum
Meſſenꝭs geſsiſſe.Quanquã aũt plura dici poſſent,quomodo Meſſenã pa
rauerimus,tamẽ & hæc ſufficere arbitror.At uerò qui uobis faciendę pacis
autores ſunt,dictitant,ſi qui ſapiẽtes ſe perhiberi uelint,nõ eoſdẽ oportere
eſſe animos in rebus ſecundis & aduerſis,ſed è re nata prudens conſiliũ ca
piendũ,fortunæq; nõ repugnandũ eſſe, neq; plus animorũ eſſe oportere q̃
uiriũ: neq; talibus temporib. quęri debere quid iuſtũ ſit,ſed quid expediat.
Ego uerò,quod ad cætera quidem attinet,non repugno : at iuſticiæ præfe-
rendam ulla ex parte eſſe utilitatem,nullius humanę facundię tanta uis eſt,
etiamſi quis omnes ingeniꝭ uires exeruerit,à quo perſuaderi mihi patiar.
Nam & leges ideo latas eſſe,& præſtantes uiros hoc ſibi præcipuè laudi du
cere,& urbes quæ bene & præclarè adminiſtrantur , in hoc maximè ſtude-
re,ne iuſticia uioletur: quin et ſuperiorum temporum omnia bella eos exi-
tus habuiſſe , non qui à uiribus , ſed qui à iuſticia penderent & regerentur,
in uniuerſum denique uitam humanam interire flagitꝭs, uirtute conſerua-
ri uideo.Quare non fractis atq; abiectis animis eos eſſe decet,qui ob iuſti-
ciam pericula ſunt adituri:ſed eos potius,qui ſecundam fortunam modera
tè ac ſine inſolentia ferre non poſſunt . Deinde & hoc non negligendũ eſt,
quod de iure quidẽ omnes conſentimus,ſed de utilitate diſceptamus. Pro-
poſitis autem duabus rebus bonis , quarum altera certa & euidens eſt, de
altera ambigitur:an nõ ridiculum fuerit,ſi certam & exploratam repudian
dam , controuerſam uerò & ambiguam amplectendam cenſueritis? præſer
tim cum in ipſa optione tantũ interſit . Noſtra enim oratio huc pertinet,ut
ne quid noſtrum amittamus , neq; dedecus aliquod publicè ſuſcipiamus :
in ſpe bona, nos,etiamſi pro iuſticia periclitandum ſit,hoſtibus tamen fore
ſuperiores , Illi uerò quid tandem dicunt , niſi iam Meſſena cedendum eſſe

cum iniuria

[Margin notes:]

mancipiꝭs tra dendam Meſſenam.

Lacedæmonios prius de Meſſena nõ habuiſſe controuerſias.

Oraculum Delphicum.

Epilogus, de iure poſſeſſionis.

Obiectio, Cedendum temporibus.

Refutatio, Iuſticia utilitati præferenda.

Pro defenſione iuſticiæ fortiter dimicandum.

Ius amplectendũ, de quo omnes conſentiant.

Cõparat ſuũ conſiliũ cum aduerſariorũ conſiliꝭs.

cum iniuria & ignominia noſtra, dum interim illud quoq; fieri poteſt, ut et A

Aequè infidã fore pacem, etiamſi Thebanis paruerint.

ab utilitatis ratione aberremus, & à iuſticia, & reliquis quę expectabamus fruſtremur uniuerſis? Neq; enim hoc exploratũ eſt, ſi imperata fecerimus, nos firmam pacem habituros. Quia notum uobis ſcilicet eſt, quòd cum ijs, qui ad uim propulſandam parati ſunt, omnes de iure diſputare: illis autem,

Supplicibus inſultari ſolet

qui nimis expeditè imperata faciũt, plus quàm initiò cogitarant, oneris imponere ſoleant. Vnde fit, ut ad gerendum bellum parati qui ſunt, æquioribus conditionibus pacis potiantur: quàm ij, qui hoſtibus ſupplices, nihil detrectare audent. Ne uerò in his immodicè ac intempeſtiuè immorari uidear, his omnibus omiſsis, id modò dicam, quod ſimpliciſsimum eſt.

Propter fortunam aduerſiorem nõ eſſe deſperandum, exẽplis docet

Si enim nulli unquam, poſt clades acceptas, in integrum reſtituti, uictores hoſtes ſuperarunt, ne uobis quidem in bello gerendo uictoriæ ſpes propoſita eſſe debet. At ſi ſæpe uſu uenit, ut et maioribus uiribus ſuccincti quidam ab imbecillioribus uincerẽtur, & qui alios obſidione cinxerant, ipſi ab obſeſsis ad internecionem cæderentur: quid miri erit, ſi etiam harum rerũ ſtatus aliquantum mutabitur? Ac de noſtra quidẽ rep. nihil tale habeo dicere. Nam ſuperioribus temporibus, nulli qui nobis eſſent fortiores, in noſtram regionem irruperunt: alij quidem populi permulta nobis exempla ſuppeditant.

Athenienſiũ fortuna.

Sed primùm uideamus Athenienſes: quos inueniemus apud Græcos in crimen ueniſſe, cum uiolentius & iniquius imperarent: quum uerò ijdem eos qui inſultabant, ulciſcerentur, apud uniuerſum mortaliũ genus laudem & gloriam conſecutos. Quod ſi uetera pericula, quæ adierũt in bellis aduerſus Amazonas, Thraces aut Peloponnenſes, cum Eurystheus in eorum agrũ duxiſſet exercitum, recenſuero, antiqua & obſoleta fortaſsis, & nimium à præſentibus rebus remota cõmemorare uidebor. In Perſico autem bello, quis neſcit, è quibus malis quam ſint felicitatem adepti? Nam eum ſoli eorum qui extra Peloponneſum habitant, animaduerterent, Barbarorum copias ſuſtineri ac propulſari mœnib. nõ poſſe, minimè ſe decere arbitrati ſunt, ut de imperatis faciendis deliberarent: ſed mox maluerũt urbe ac mœnibus cedere, quàm patrium ſolum ſeruitute oppreſſum intueri. B

Libertas habenda pro patria.

Relicta igitur natali terra & urbe (nam patriam illi quidem libertatem cenſuerunt) ſocijq; periculorum nobis facti, tantam mutationem effecerũt, ut cum pauculis diebus, ſuis rebus priuati fuiſſent, per multos annos alijs imperarint. Neq; uerò huius urbis exemplo tantũ demõſtratur, quantorũ bonorũ autor & effectrix ſit ulciſcẽdi hoſtes audacia, ſed etiã Dionyſius tyran-

Dionyſius tyrannus.

nus obſidione clauſus à Carthaginenſibus, cum nulla ſpes ſalutis eſſet reliqua (nam & ab hoſtibus premebatur, & apud ciues ſuos odio inuidiaq; laborabat) decreuerat fuga ſalutem quærere. Cum uerò quidam è familiarib.

Imperiũ præclara ſepultura.

auſus fuiſſet dicere, Honeſtiſsimam ſepulturam eſſe imperium, improbato ſuo conſilio, ut indecoro, belloq; repetito, non modò multas hoſtium myriadas cecidit, ſed etiam dominationem ſuam in ciues confirmauit, et uires ac potentiã ſuam plurimum auxit, uitamq; finiuit in imperio, idq; filio ſuo per manus tradidit.

Amyntas, Macedoniæ rex.

Similia his & Amyntas Macedonũ rex perpetrauit. Victus enim prælio à uicinis Barbaris, amiſſaq; tota Macedonia, primũ quidem regnum deſerere uoluit, ut uitam conſeruaret: cũ uerò audiſset à quodam laudari illud quod Dionyſio fuiſse dictũ oſtendimus, mutata, quemadmodum ille, ſententia, paruum quoddam caſtellum occupauit, & inde accerſitis contractisq; auxilijs, trimeſtri ſpacio Macedoniam uniuerſam recepit, et in regia dignitate ſenex obijt. Neq; uerò aut mihi dicere, aut audire uobis promptum fuerit, ſi omnia talia facta, noſtra oratione complecti uelimus.

Ab exemplo Thebanorũ.

Nam ſi quæ in Thebano bello geſta ſunt, recordemur: fieri quidem non poterit, quin calamitate noſtra doleamus: ſed ijdem etiam de cætero

ſpem

A ſpem meliorem concipiemus. Cum enim auſi eſſent Thebani noſtras im-
preſsiones ac minas excipere, ita Fortuna res eorum circumduxit, & mu-
tauit, ut qui antea nobis paruiſſent, illi iam nobis imperandi poteſtatem
ſibi arrogent. Qui igitur tales mutationes accidiſſe uidet, eas autem in *Epilogus.*
noſtris rebus tanquam effœtas, aut emortuas, nullas fore autumat, pueri-
li nimium ſententia præditus eſt. Hoc officij eſt, ut præſentia æquis & ma-
gnis animis perferamus, de futuris autem bene ſperemus. Conſtat enim à *A peritia rei*
ciuitatibus, talia mala, ſi domi conſilium & diſciplina, foris arma & peri- *militaris & di*
tia rei militaris uigeant, emendari. Neque uerò quiſquam refragabitur, *ſciplina ciui-*
quin & ſcientia bellica præſtemus, & apud nos ſolos talis reſpublica, qua- *tatis.*
lem eſſe decet, inueniatur. Quæ cum ita ſint, fieri omnino nequit, quin fœ-
liciores futuri ſimus ijs, qui neutrum horum magnæ curæ & ſtudio habu- *Obiectio, bel*
erunt. At quidam in bellum inuehuntur, eius que perfidiam accuſant, *li temeritati*
argumentis utentes cùm alijs, tum uerò ijs ipſis quæ nobis uſu uenerunt: *non fidendũ.*
ſeq; mirari dictitant, quenquam eſſe, qui rei tam difficili & temerariæ fi-
dem habendam cenſeat. Ego uerò ſcio multos, quibus ut bellum magnam *Refutatio, in*
fœlicitatem peperit, ita pax calamitatis inopiæ que cauſa fuit. Nihil e- *bellis tam ui-*
nim eſt rerum omnium ita per ſeſe ac ſimpliciter uel malum, uel bonum: ſed *ctoriæ ſpes*
quemadmodum quiſq; & rebus & occaſionibus utitur, ita neceſſe eſt euen *eſt, quàm cla-*
tus conſimiles inde conſequi. Eſt autem fœlicibus expetenda pax, quo in *dis metus.*
ſtatu ſuo præſentia bona diutiſsimè conſeruentur: at calamitoſis ad geren- *Nihil per ſe*
dum bellum animus adijciẽdus eſt. Nam tumultu bellico, & conatu ac mo *bonum aut*
litione omnium rerum, afflictæ res eriguntur. At nos timemus, ne contra- *malum.*
rium facere uideamur. Nam cum delicatè uiuere liceret, acriores eramus in *Fœlicib. pax,*
gerẽdis bellis quàm ſat erat: nunc poſtquam periclitandum neceſſariò eſt, *miſeris bellum*
ocium & quietem expetimus, & de ſecuritate conſultamus. Enimuero de- *expetendum.*
B cet, ut cupidi libertatis, ea fœdera fugiãt, quæ cum mandato cõiuncta ſunt. *Fœdera cuiuſ*
parum enim differũt à ſeruitute. Tum uerò de conditionibus agant, cũ aut *modi fieri de-*
hoſtium copias uicerint, aut ſuum robur illorum uiribus adæquarint. Nam *beant.*
talem quidẽ omnes pacem habituri ſunt, qualem belli finem fecerint. Hæc *Cõmonefacit*
cogitanda uobis ſunt, & minimè cõmittendum, ut temerè uos in turpem *Lacedæmoni*
pactionem conijciatis: aut peius de patria ueſtra, quàm de alijs ſoletis, me- *os egregiorũ*
reamini. Saltem illud perpendite, quod ſuperiori tempore, cum è ſocijs ci- *facinorum.*
uitatibus alicui quæ obſidione premebatur, unus tantum Lacedæmonius
opem tuliſſet, nemo erat qui uocaret in dubium, quin is autor incolumita-
tis extitiſſet. Ac de talibus uiris permulti à ſenioribus commemorantur, ce
leberrimos autem & ego referre poſſum. Pædaretus enim, nauigatione in *Pædaretus.*
Chium ſuſcepta, urbem Chiorum conſeruauit. Braſidas Amphipolin in- *Braſidas.*
greſſus, & inſtructa ex paucis ijs qui obſidebantur, acie, multos qui obſi-
debant, prælio uicit. Gylippus Syracuſanis auxiliatus, non illos ſolum con *Gylippus.*
ſeruauit, ſed copias hoſtiũ etiam, à quibus terra mariq; premebãtur, peneq;
ad deditionem coacti fuerant, cæpit, inq; poteſtatem ſuam redegit uniuer-
ſas. Quid uerò dictu fœdius eſt, quàm olim ſingulos è nobis, alienas ciui-
tates tueri potuiſſe: nunc uerò omnes ſimul, de noſtra patria defendenda *Exemplo ma*
dubitare, ac ne conari quidem? Et bellis pro aliorum ſalute gerendis, & *iorũ extimu-*
Aſiam & Europam tropæis impleſſe: pro patria autem, quæ tam inſigni & *lat Lacedæ-*
manifeſta non iniuria, ſed contumelia afficitur, nullum prælium aliquo no *monios.*
mine dignum, commiſiſse? Et alias quidem ciuitates, noſtri tuendi impe- *Ab exẽplo ſo*
rij cauſa, extremas obſidiones pertuliſse: nos ipſos autẽ, ne quid contra iu *ciarũ ciuitatũ.*
ſticiã facere cogamur, eo eſse animo, ut nihil omnino mali patiendũ nobis
arbitremur? Iuga quidem pinguium equorum cum ſumptu alimus etiam *Luxus & le-*
nunc: pacem autem ita facimus, ut qui extrema neceſsitate conflictantur, *gnauia.*

Exiſtimatio Laconibus tuenda.

omniumq́; rerum inopia laborant. Hoc uerò eſt omnium grauiſsimum, A quod qui tolerantiſsimi laborum inter omnes Græcos uiſi ſumus: hiſce de rebus ſegnius & ignauius quàm par eſt, deliberamus. Non'ne autem indignum eſt, & nobis extremè contumelioſum, minarum quæ nobis ab hiſce uiris obijciuntur, uſquam mentionem fieri, ſi ſemel uicti, & una impreſsione facta, adeò effœminatè conſenſerimus, nos imperata facturos eſſe omnia? Aut, quomodo huius generis homines diuturnam calamita-

Ab exemplo Meſſeniorũ.

tem ſuſtinerent? Quis uerò nos non reprehenderet, ſi poſtquam Meſſenij uiginti annorum in hac regione obſidionem ſuſtinuerunt, nos adeò celeriter per pactiones urbe cederemus, ne maiorum quidem memores: & quam illi per multos labores & pericula parauerunt, eam nos

Verbis uncti.

uerbis perſuaſi, abijceremus? Quibus nonnulli neglectis omnibus, &

Occupatio, Lacedæmonijs nõ deeſſe auxilia.

nulla multiplicis dedecoris ratione habita, ea conſulunt, quæ Reipublicæ noſtræ contumelioſa futura ſunt. Tam cupidè autem nos hortantur ad Meſſenam dedendam, ut commemorare non dubitarint, & noſtræ urbis imbecillitatem, & hoſtium potentiam. Iubeant'que ſuos aduerſarios ſibi reſpondere: quibus auxilijs freti, uobis belli ſuſcipiendi autores ſimus. Ego uerò in nullis ſocijs plus eſſe præſidij po-

1 Iuſticia.

ſitum exiſtimo, quàm in iuſtis actionibus. Conſentaneum enim eſt, deorum beneuolentiam hiſce non defuturam, ſiquidem è præteritis coniectura futurorum capienda eſt. Præter opem deorum quanti hoc æſti-

2 Diſciplina.

mandum eſt, ſi Reſpublica bene & moderatè adminiſtretur, ſi ciues in acie mortem oppetere, quàm cedere malint: ſi quiduis infamia leuius

3 Fortitudo.

ducant? Hæc autem omnia noſtri moris ſunt, magis quàm ullorum ho-

Pauci leones multis ouibus potiores.

minum: & hos ego malim belli ſocios habere, quàm infinitam turbam aliorum. Noui enim, maiores noſtros hanc regionem occupaſſe, non multitudine fretos, ſed ijs uirtutibus quas recenſui. Quare minime de- B

Lacones non fracti rebus aduerſis.

cet ideo hoſtes formidare, quòd multi ſunt: ſed id potius animos facere nobis debet, cum noſmetipſos uidemus ita tuliſſe calamitates, ut nulli alij unquam: & uetera inſtituta, & mores retinuiſſe. Illos uerò, (ho-

Thebani ſecunda fortuna inflati.

ſtes noſtros dico) proſperam fortunam ferre non poſſe, in maxima'que rerum inter ſeſe perturbatione uerſari: & alios quidem ſociorum uiribus ſuffultos, occupare urbes: alios uerò illis ipſis aduerſari, alios de finibus cum uicinis ambigere, potius quàm contra nos bellum gerere. Vnde mirari ſubit eos, qui maiora præſidia requirunt, ijs, quæ delicta hoſtium ſuppeditant. Hæc ipſa nos iuuabunt. Quod ſi de externis auxilijs dicen-

4 Auxilia externa.

dum eſt, multi futuri ſunt, qui nos ſaluos atque incolumes uelint. Noui enim, Athenienſes, etiamſi non per omnia nobiſcum faciant, ſalutis tamen ſuæ cauſa, omnia facturos. Deinde, cæterarum urbium nonnullas, non minus de noſtris commodis, quàm de ſuis ipſarum conſulturas. Præterea, neque Dionyſius tyrannus, neque Aegyptiorum rex, neque alij Aſiæ principes, ſuis opibus & auxilijs nobis defuturi ſunt. Græcorum denique locupletiſsimi & celeberrimi, & optimarum rerum ſtudioſiſsimi quique, tametſi nobiſcum nondum ſeſe coniunxerunt, at beneuolentia

Spem eſſe ut Peloponneſes ſe cum Lacedæmonijs coniungant.

ſaltem nobiſcum ſunt: in quibus de cætero magna ſpes nobis eſſe debet.

Exiſtimo etiam turbam in Peloponneſo, & populum quem opinamur, tametſi id antea factum non ſit, nunc ſaltem aduigilaturum. Nihil enim è defectione tale ſunt conſecuti, quale expectarunt. Nam dum liberta-

Perturbatiſsimi ſtatus deſcriptio.

tem petunt, ſeruitute ſunt oppreſsi. Amiſsis enim optimis è ſuis, in poteſtatem peſsimorum ciuium ſunt redacti. Dum'que ſuis legibus uti ſtudent, in multa & acerba, quæ cum legibus pugnant, inciderunt: &

A quum hactenus nobiſcum alijs inferre bella conſueuerint, nunc ab alijs op
pugnantur, & ſeditiones, quas audiebant prius apud alios eſſe, nunc apud
ſemetipſos ſingulis ferè diebus cooriri uident. Sic uerò malis domiti ſunt,
ut nec dijudicare poſsint, quí nam ſint inter ipſos calamitoſiſsimi. Nulla
urbs non afflicta eſt, nulla cui à uicinis pericula non immineant. Itaq; agri
uaſtati ſunt, ciuitates euerſæ, priuatæ ædes deſolatæ, inuerſæ reſpublicæ
& abrogatæ leges: quibus dum utebantur, fœliciſsimi Græcorum fue-
runt. Tantopere autem ſibi mutuò diffidunt, itaq; ſunt odijs exacerbati,
ut ciues ſuos magis quàm hoſtes metuant. Proc; opibus, quibus ſub no-
ſtro imperio floruerunt, & noſtra beneuolentia, ſic à congreſsibus omniq;
humanitate abhorrent, ut qui abundant opibus, eas in mare demergere
mallent, quàm indigentibus opem ferre. Tenuiores uerò per rapinam â
locupletioribus diteſcere optabilius putant, quàm ſi fortuitò inuenirent.
Sacris abrogatis, in aris ſeſe mactant: & nunc plures unius urbis exules
ſunt, quàm antea totius Peloponneſi. Cum autem tot mala enumerata
ſint, plura diſsimulauimus quàm recenſuimus. Nihil enim duri aut acer-
bi dici poteſt, quod non ibi concurrerit, quorum iam alios cœpit, alios bre
ui ſatietas capiet, ut aliquod præſentibus malis remedium inuenire ſtu-
deant. Neque enim putare debetis, eos rebus præſentibus acquieturos.
Nam qui ſecundas res perferre non potuerunt, aduerſas quî tolerabunt?
Quare non tantum ſi pugnando uicerimus, ſed etiam ſi quieti expectaue-
rimus, uidebitis eos, mutata ſententia, ſuam ſalutem in noſtra ſocietate
collocaturos. Et quidem quæ ſperem, hæc ſunt. Tantum autem abeſt, ut *Etiamſi nemo*
aliquid eorum quæ imperantur, facere uelim, ut, ſi nihil horum fieret, ne- *ferat opem, ta*
que ulla nobis auxilia præſto eſſent, Græcorum' que alij nos læderent, alij *men hoſtib. nõ*
negligerent, ne ſic quidem decederem de ſententia, ſed omnia pericula *eſſe cedendũ.*
B belli expectarem potius, quàm ut ad tam turpes pactiones deſcenderem.
Nam utriuſque rei me puderet, ſiue maiores damnaremus, quaſi per iniu-
riam Meſſenijs regionem ademiſſent: ſiue, ſi illi rectè tenuiſſent, nos præ-
ter ius & æquum quicquam de illa concederemus. Horum igitur neutrum
faciendum eſt, ſed id ſpectandum, ut pro dignitate noſtra, bellum admi-
niſtremus: neque eos qui urbem noſtram celebrant, mendacij arguamus:
ita quidem gerere nos debemus, ut illi magnitudinem laudum noſtrarum
non uideantur aſſecuti. Equidem exiſtimo, grauiora præſentibus malis
non eſſe metuenda: ſed hoſtes talia & deliberaturos & acturos eſſe, qui-
bus nos meliores reddent atque erigent. Quod ſi ſpe fruſtrati, & ab omni *Conſilium in*
parte circumuenti deſertiq; fuerimus, ac ne urbem quidem amplius tueri *ſumma deſpe-*
poterimus: Difficilia quidem ſunt quæ dicam, ſed dicam tamen, & liberè *ratione rerum*
apertè que dicam. Etenim honeſtius eſt ea prædicari apud exteros Græ- *omnium.*
cos, magis' que noſtros animos decent, quàm ea quæ nobis quidam con-
ſulunt. Sic enim cenſeo: parentes noſtros cum uxoribus & liberis, & re-
liquam bello inutilem turbam, è ciuitate mittendam eſſe, & ex his alios in *Turba inuti-*
Siciliam, alios Cyrenen, alios in Epirum. Benignè autem & comiter ipſos *lis bello able-*
hi omnes accipient, & agro amplo, & cæteris ad uictum neceſſarijs com- *ganda.*
moditatibus locupletabunt: alij, ut gratiã nobis referant, bene de ſe meritis
alij, ſperantes ſe beneficia in nos bene collocaturos eſſe. Reliquis porrò qui
adire pericula & uolent & poterũt, deſerenda erit & ciuitas & cæteræ opes, *Occupandum*
ijs ſaltem exceptis quæ ipſi nobiſcũ auferre poterimus. Occupandũ deinde *caſtellum bel-*
caſtellum aliquod quàm firmiſsimũ erit, & ad gerendum bellũ maximè op *lo opportunũ.*
portunũ, ut terra mariq; hoſtes, ſumma qua poterimus ope uexemus, & de *Heu quàm ti*
predemur tantiſper, dum eos pœniteat, noſtra ſibi uẽdicaſſe. Quæ ſi omiſſa *mendus, qui mo*
omni trepidatione, auſi fuerimus, uidebitis eos qui nunc ſuperbe imperãt, *ri tutũ putat.*

ultro nobis ſupplicaturos, ut Meſſenam recipiamus, acceptis pacis condi- A
tionibus. Quæ enim Peloponneſi ciuitas, tale ſuſtinebit bellũ, quale, ſi uos
uolueritis, futurum eſſe conſentaneum eſt? qui erunt non attoniti, & expa
ueſcent tales copias conſtitutas, quę quidem iam antea maturè in hunc mo
dum ſeſe comparauerint, non iniuria uerò harum rerum autoribus iraſcan-
tur, moriq́ tutum putent, & (quod quidem ad uacationem cæterarum rerũ
attinet, ſoliusq́ bellicæ rei occupationem) conducticijs militibus ſimiles
ſint. Cęterum ſi fortitudo & inſtituta uetera ſpectentur, tales, quales ex uni
uerſo humano genere colligi nequeant, quæ præſertim nullam certam ciui
tatem teneant, ſed & ſub dio agere, & paſsim oberrare, & arma circumferre
poſsint, facileq́ uicini fieri quib. uoluerint, & omnia loca bello opportuna
patriam iudicent? Ego quidem puto, ſi ſermones hi ſaltem in Græcia ſpar-
gantur, hoſtes noſtros in maxima perturbatione futuros: multoq́ in maio-
re, ſi quæ decreta fuerint, re ipſa præſtare cogemur. Nam quo animo fu-
turi ſunt, ſi à nobis uexari poterunt, nocere uiciſſim non poterunt? &
ſuas quidem urbes obſideri, noſtræ uero ciuitatis eam eſſe rationem, ut ab
omni oppugnationis periculo ſit libera & immunis. Præterea, nobis qui-
dem cum ex noſtris rebus, tum ex hoſtili agro, commeatus abunde fore, ſe
uerò inopia conflictaturos? Nec enim idem eſt talem exercitum commo-
dè ſuſtentare, & oppidanam turbam diu alere. Iam uerò quid acerbius illis
accidere poterit, quàm ſi uiderint, noſtros ſocios, non rei militaris peritia
tantum, ſed etiam opib. florere, ſuos autem quotidie fame periclitari? Nec
enim opis quicquam ferre poterunt: ſed ſiue agros colere inſtituerint, e-
Occupatio: tiam ſementis iacturam facient: ſiue terram incultam patiētur, quandiu tan
exoptandum dem ſuis ſeſe opibus ſuſtentabunt? At enim fortaſſe coactis in unũ copijs,
eſſe, ut hoſtes nos eueſtigio ſequentur, noſtrosq́ conatus interturbabunt? Proh dij im-
in aciem de- mortales, & quid nam optabilius nobis eſſe queat, quàm ut cōminus acce- B
ſcendant. dant, inq́ aciem deſcendant, et iiſdem difficultatib. circumuenti, quib. nos,
caſtra locent homines illi incompoſiti, & ex colluuione quadam conflati,
& multis utētes imperatoribus? Nullo mediusfidius labore nobis tota res
conſtabit, ſed quàmprimum eos cogemus, omiſſa cupiditate noſtras poſſeſ
ſiones nobis eripiendi, de aris & focis defendendis, dimicare. Dies me de-
fecerit, ſi quanto nos meliore conditione ſimus, explicare uelim. Illud autē
nemini dubium eſt, nos reliquis Gręcis antecellere, non tam magnitudine
Laconica ci- urbis, quàm hoc, quod noſtra reſpub. exercitui ſimilis eſt bene cōſtituto, &
uitas caſtris ducum imperium agnoſcenti. Quòd ſi palàm omnibus perſpicuum ac eui-
ſimilis. dens erit id, req́ ipſa exhibebitur, cuius ſimulachrum quoddam ita nobis
Ab exemplo profuit: quis dubitet, quin hoſtib. ſuperiores futuri ſimus? Nec enim igno-
maiorum. ramus, eos qui hanc urbem in poteſtatem redegerunt, exiguũ in Pelopon-
neſum exercitum duxiſſe, ſed et multa et magna obtinuiſſe. Omnino igitur
decet, ut maiores noſtros imitati, repetitisq́ noſtri imperij primordijs, quo
Ab exēplo A- niam impegimus, conemur priſtinam dignitatem recuperare. Quid enim
thenienſium. abſurdius eſſe queat, quàm cum certò conſtet, Athenienſes pro libertate
Græciæ patriam deſeruiſse: ſi nobis ſalus noſtra non perſuadebit, urbem
hanc eſse relinquendam? Cumq́ nos alijs exemplo eſse debeamus, in hu-
Ab exemplo iuſmodi facinoribus, ne imitari quidem illorum res geſtas uoluerimus?
Phocęenſium Multò autem magis ridiculum eſt, ſi Phocæenſes magni regis dominatio-
nem fugientes, relicta Aſia, Maſsiliam ſe contulerunt: nos uerò ita ignaui
Animus à abiectisq́ animis ſimus, ut illis parēre uelimus, quorũ perpetuò domini fui
conſpectu præ mus? Neq́ uerò animis noſtris illa dies obuerſari uſq́ adeò debet, qua cha
ſentium malo riſsimi quiq́ nobis relinquendi & ablegandi erunt: ſed illuc reſpicere debe
rum ad ſpem mus, fore aliquãdo tempus, quo, uictis hoſtibus, urbe in integrũ reſtituta,
& do-

A & domeſticos noſtros recipiamus, & omnib. probemus, nos iam nullo no
ſtro merito fuiſſe calamitoſos: ſuperiori autẽ tempore non immeritò princi
patũ nobis uendicaſſe. Hęc uerò quæ dixi, nõ ſic accipienda ſunt, quaſi ea
mox fieri uelim, aut reb. alirer conſuli nequeat: ſed ut animos ueſtros quaſi
prępararẽ, ut ſentiretis, et has et longe acerbiores calamitates, uobis potius
ſuſtinendas eſſe, quàm ad talem pactionem de Meſſena, qualem illi pręſcri
bunt, deſcendendum. Neq; uerò ad bellũ tam cupidè uos hortarer, ni cer-
nerem, ex his quæ ego dico, pacem firmiorẽ fore: ex illis uerò quæ alij ſua-
dent, ut cum turpitudine coniunctam, ita minime diuturnam. Nam ſi au-
ctam atq; opulentam urbem, uicinam habuerimus, quis non uidet nos in
perpetuis tumultibus & periculis eſſe futuros? Qui igitur de ſecuritate
diſputant, illi non animaduertunt, ſe paucorum dierum pacem, uel induci-
as potius, aſsiduis et continuis bellis emere ac permutare. Libenter autẽ
eos interrogarem, pro quibus rebus putent in bello mortem eſſe oppeten
dam: an non ubi hoſtes iniuſta imperant? an nõ cum agrum nobis eripiũt,
ſeruosq; noſtros ad pileum uocant? & eos quidem in eam terram collocãt,
quam patres nobis reliquerunt: nos uerò non tantũ his quæ habemus ſpo-
liant, ſed inſuper etiam contumelijs afficiunt? Ego uerò harum rerum cau-
ſa non bellum tantum, ſed & exilia & mortes arbitror, decere nos perpeti.
Longè enim præſtat in ea laude & gloria, qua floremus, emori: quàm cum
omni dedecore, Thebanorumq; imperata facientes, uiuere. Quòd ſi nihil
de mea ſententia diſſimulandum eſt, præſtiterit nos extirpari funditus, &
deleri, quàm ab hoſtibus derideri. Qui enim ornati dignitate, animiq; ma-
gnitudine pręſtare uiſi ſunt, eos aut principes eſſe Gręcię oportet, aur pror
ſus nõ eſſe uitato dedecore & infamia. Hæc igitur animo uerſanda ſunt, ab
iecta nimia uitæ cupiditate: neq; ſociorum ſententijs temere aſſentiẽdum,
B quorum nos duces antehac fuimus. Quin ipſi potius rem ad calculos reuo
cemus, idq; ſequamur, non quod illis erit expeditiſsimum, ſed quod & La
cedæmone & egregijs noſtris facinoribus dignum erit. Nam ijſdem de
rebus, non eodem modo deliberandum eſt omnibus, ſed pro eo ut quique
ſuarum actionum fundamenta iecerunt. Epidaurijs quidem & Phliaſijs
& Corinthijs nemo uitio uerterit, ſi nulla alia re ſollicitentur, quàm de uita
quocunq; modo propaganda, ſuiq; conſeruatione. Lacedæmoniorum au-
tem natura & inſtituta non patiuntur, ut ſalutis ſine dignitate rationem ha
beant: ſed ſi honeſtè incolumes eſſe nequimus, mors potius oppetẽda eſt.
Nam qui uirtutis ſtudio ducuntur, illis nihil tam prouidendum eſt, quàm
ut ne uideantur turpe quicquam in ſeſę admiſiſſe. At ciuitatum ignauia ex
his conſilijs non minus elucet, quàm è periculis bellicis: in quibus eorum
quæ fiunt, maximam fortuna ſibi partem uendicat: quæ uerò hic conſultan
tur, notæ ac ſigna ſunt animorum. Quare nihilo minore cura & contenrio-
ne opus eſt de his quæ hic decernuntur, quàm de certaminibus in bellis.
Miror autem eos qui pro ſuis agris tuendis mori nõ dubitant, de commu-
nibus non eodem modo eſſe animatos, pro quib. nihil periculi recuſandũ
erat, ne quid reſp. detrimenti caperet, ne ue cum ignominia ſtationẽ deſere
rent, à parentibus traditam. Cum autem multæ res ſint & pericula, quę nos
urgeant atq; effugienda ſint, illud maximè cauendum eſt, ne quid molliter
& effœminatè facere, aut hoſtibus de iure noſtro cedere uideamur. Turpe
profectò fuerit, eos imperata facientes conſpici, qui principatu Græciæ di-
gni habiti ſunt: tantumq; à uirtute maiorum degeneraſſe, ut illi quidem im
perij in alios cupiditate, uitam ſuam periculis obijcerent: nos autem ad ſer-
uitutem effugiendam non audeamus periclitari. Pudere porrò nos debet,
& Olympię & aliorũ celebrium conuentuũ, in quibus unuſquiſq; noſtrûm

Fortunæ melioris auertẽdus.

Mitigatio durioris conſilij.

Pax bello confirmanda.

A' neceſſaria belli cauſa.

Internecionẽ turpi paci præſtare.

Dignitatis, non ſociorum habẽda ratio.

Cõſilia magis detegunt animos, quàm bella.

Pro rep. ita pugnãdum, ut pro priuatis opibus.

Ignauiæ probrum fugiendum.

Ab exemplo maiorum.

A' dedecore apud Gręcos. præclarior & admirabilior habebatur, quàm athletæ potiti uictoria. Quos A
enim noſtrûm exiſtimatis auſuros ad eas celebritates accedere, adeò nõ ho
norandos, ut contemnendi ſimus: & quemadmodũ antea in illuſtri & ex-
celſo loco uirtus noſtra ſita fuit, ita nunc ignauia noſtra cõſpicua futura eſt,
Ab irriſione mancipiorũ. ſi præſertim ſerui noſtri maiores primitias obtulerint, & ſplendidius ex ea
regione, quã parẽtes nobis reliquere, ſacrificarint, quàm nos: taliaq́ꝫ in nos
conuicia dixerint, qualia illis in promptu fore credibile eſt, qui duriorem
quidem quàm alij ſeruitutem pertulerunt: nunc autem æquo iure cum do-
minis pacta faciunt, quibus ipſis ita ſingulos è nobis cogent, & in ordi-
nem redigent, ut dicendo id mortalium conſequi nemo queat. Hiſce de
rebus nunc nunc conſultandum eſt, & non tum grauiter ferendum, cum
quiritari nihil proderit: nunc potius aduigilare decet, ne querela dignum
Inſignia Lacedæmoniorũ facinora. aliquid eueniat. Quàm enim turpe eſt, cum antehac ne ingenuos qui-
dem exæquari nobiſcum paſsi ſumus, ſi nunc ſeruorum in loquendo petu-
lantiam ſuſtinuerimus? Nam ſuperiorum temporũ acta, inſolentiæ quidẽ
illa noſtræ tribuentur, & ingenijs nihil alios excellere, ſed pertinacia & fa-
ſtu & accerſita uſi grauitate, ficticiaq́ꝫ, uidebimur. Ne quam igitur anſam
prębeamus noſtris obtrectatoribus, ſed eorum maledicentiã factis refute-
mus, ut appareat nos maiorũ ueſtigia religioſe ſecutos eſſe. In animum re-
uocate maiores noſtros, qui aduerſus Arcadas dimicarunt, quos aiunt con
globatos actaq́ꝫ teſtudine, in fugam multas myriadas uertiſſe, uictoriaq́ꝫ
potitos. Recordamini trecentorum illorũ qui ad Thyreas Argiuos uniuer
ſos ſuperarũt. memineritis mille uiros qui in Thermopylis ſeptuaginta Bar
barorũ myriadib. occurrêre, pugnaq́ꝫ cõmiſſa, neq; terga uertêre, neq; uicti
ſunt, ſed in eo gradu, in quo collocati fuerãt, oppetierũt: atq; ita ſe geſſere, ut
qui arte res geſtas ornare ſolẽt, nullas illorũ uirtutib. laudes ęquare poſsint.
Adhortatio. Hæc igitur omnia cogitatione cõplexi, bellũ fortiter adminiſtremus, neq; B
expectemus dum alij malis noſtris medicinam adhibeant. Sed quæ nobis
ipſis euenere, eadem ipſi etiam propulſare ſtudeamus. Præſtantes enim ui-
Fortuna. ros talibus temporibus excellere decet. Nam proſperi quidẽ ſucceſſus, eti-
Calamitas. am nihili hominũ uitia contegunt, atq; ignauiam. At res aduerſæ ſtatim o-
ſtendunt, quales quiq; ſint. In his igitur demonſtrandum eſt, nos alijs recti
Bene ſperandum. us educatos & inſtructos eſſe ad uirtutem. Neq; uerò deſperandum eſt, ex
ijs quæ præſentia ſunt, quæq́ꝫ adſunt, fore ut aliqua contingant quæ nõ ad-
Calamitas fœlicitatis eſt ſæpe initium. ſunt. Neq; enim ignoratis opinor, multa iam talia accidiſſe, quæ initio qui-
dem in malis omnes numerarent, & eorum, quibus illa uſu uenerant, uicẽ
dolerent: deinceps uerò illa ipſa maximorũ bonorum cauſas fuiſſe intelli-
gerent. Et quid opus eſt exemplis longè accerſitis? Saltem nunc principes
urbes, Athenienſiũ inquam & Thebanorũ, inueniemus, non pace ad tan-
tam magnitudinem perueniſſe, ſed ex belli calamitatibus, priſtinam digni-
tatem recuperaſſe. Vnde altera quidem principatũ tenet: altera uerò tanta
in præſentia facta eſt, quantam eam fore nemo unquam crediðiſſet. Neq;
enim ignauum ocium magnam gloriam celebritatemq́ꝫ parit, neq; ſine pe-
riculo fit facinus magnũ & memorabile: ingentia quidem certamina ſuſci-
piẽda, magna pericula illis adeũda ſunt, qui gloriæ ſplendorẽ expetiuerũt.
Epilogus. Quarũ rerũ cupiditate, neq; corporibus noſtris, neq; animis aut uitæ, neq;
cæteris omnibus quæ habemus, parcendũ eſt. Nam ſi quidẽ uirtuti noſtræ
fortuna fauerit, etiam urbem in priſtinum amiſſæ dignitatis gradum reſti-
tuemus, & maiorum noſtrorũ laudes ſuperabimus, ita ut pòſteris nihil quo
nobis laude fortitudinis antecellant, reliqui faciamus, neq; quiſquam pro
Ab hominũ expectatione dignitate rerum geſtarũ celebrare nos poſsit. Nõ autem ignorare debetis,
multos erectos atq; alacres expectare, quid in hoc conuentu & cõcilio ſta-
tuatur.

A tuatur. Proinde quiſq; ita inducat animũ, quaſi in cõmuni Græciæ theatro ſpecimen ingenij animiq; ſui præbiturus ſit. Minimè autem multiplex eſt de hiſce rebus deliberandi ratio. Nam ſi ob ius noſtrum tuendũ mori non dubitabimus, non tantũ celebrabimur, uerumetiam ſecurè in poſterũ uiuemus. Quod ſi pericula reformidamus, multis turbis ipſi nos implicabimus. Itaq; nos mutuò cohortemur et acuamus: perſoluamus patriæ nutricationis mercedem: neq; permittamus, ut cõtumelioſè tractetur & cõtemnatur Lacedęmon, neq; fruſtremur ſpem et expectationẽ eorum qui nobis bene cupiunt: neq; uitæ plus æquo cupidi, gloriam celebritatemq; apud omnes homines amittamus. Cogitate quæſo cum animis ueſtris, quàm pręclarum ſit, mortale & fragile corpus cum immortali gloria cõmutare: & paucis annis qui uitę deceſſerint, quę ipſa per ſe breuis & incerta eſt, talem laudem et nomẽ cõparare, quo omnis noſtra poſteritas perfruat̃. Quanto enim præſtat, arrepta hac tãta occaſione, perpetuò duraturos honores nobis aſſerere potius, et uendicare, quàm nos ipſos exiguo tẽpore in magnã ignominiam conijcere, atq; dedecus. Arbitror aũt uos non alia ratione ad bellum ſuſcipiendũ incẽdi magis et inflammari poſſe, quàm ſi animis intueamini, tanquã aſtantes parentes liberoſq; ueſtros: quorũ illi hortentur, ne turpem nomini Spartano maculã & notã, aut legibus in quib. educati ſumus, aut pugnis ſua ætate cõmiſsis inuratis: hi uero regionẽ quam maiores reliquerũt, repoſcant, et potentiã ac principatũ Gręcię, quem ipſi à patrib. acceperimus. Quid uerò? an dicere poterimus, alterutros iniqua poſtulare? Quid multis opus eſt? Hoc ſaltẽ dicam, cũ noſtra ciuitas multis bellis et periculis ſit cõflictata, nunq; hoſtes tropęũ de nobis erexerũt, duce rege è noſtra familia. Prudentiũ uirorũ aũt eſt, quibus ducib. utẽtes in bellis, uictoria potiunt̃, illis ipſis de futuris periculis conſulentib. magis q̃ alijs ut cenſeãt obtemperandũ. B

Velle mori pro iuſticia expeditiſsima ratio.

Parentum et liberorum habenda ratio.

Autoritatem ſibi cõciliat à fœlicitate maiorum ſuorũ.

ARGVMENTVM ORATIONIS ad Philippum.

SCiendum eſt, orationẽ hanc ab Iſocrate ad Philippũ eſſe ſcriptã, poſt pacem illã ab Aeſchine & Demoſthene factã. Quare data illi occaſio eſt, ad Philippũ, tanq̃ ad amicũ Athenienſis populi, ſcribẽdi. Hortatur aũt eum, ſpecie laudationis, ut cõciliatis præcipuis Græciæ ciuitatib. quæ quaſi ciuile inter ſeſe bellũ gerebãt, expeditionẽ aduerſus Perſas ſuſcipiat. Hoc enim te facere decet, inquit, cũ ſis & ex Herculis familia oriũdus, et tanta potẽtia munitus. Ac Philippus quidẽ, accepta lectaq; oratiõe, nõ paruit Iſocratis cõſilio, ſed rem tũ diſtulit. deinde aũt filius eius Alexãder, eadẽ oratione lecta incitatus, bello Dariũ poſteriorẽ, qui Ochus dicitur, petijt. Nã uerũ eius nomen Ochus fuit, ſed Darij cognomentũ ipſi à Perſis per aſſentationẽ tribuebatur, tanquã à maiorib. id accepiſſet. Status orationis negotialis eſt: dat enim conſiliũ. Scripſit autẽ hanc orationẽ Iſocrates iam ſenex, paulo ante et ſuũ et Philippi obitũ, ut Hermippus autor eſt.

ALIVD ARGVMENTVM ex Dionyſio.

QVis uerò uir potens et magnanimus, qui eſt cum imperio, nõ magnifaciat & admiretur ea quæ ad Philippũ Macedonem ſcripta ſunt? cum imperatoris tam potẽtis officiũ eſſe dicit, ut urbes diſsidẽtes cõciliet, minimè uerò inter ſeſe collidat, & ut Græciã è parua magnã reddat: deſpectoq; minutarũ rerũ ſtudio, talia facinora ſuſcipiat, quib. fœliciter peractis, omniũ ducũ clariſsimus futurus ſit. at fruſtratus, ſaltem Græcorũ beneuolentiã conſequatur, quæ longè fœliciores efficiat quàm expugnatio magnarũ urbiũ, & multarũ regionũ. Præterea hortatur, ut Herculis conſiliũ & inſtitutũ, ac cæterorũ principũ, qui cum Græcis aduerſus Barbaros militarunt imitetur: eos inquiens, qui præſtent reliquis, ſuſcipere debere magnas res, eaſq; cum uirtute perficere, cogitãtes, nos mortale quidẽ corpus habere, ſed fieri uirtute immortales: ac, eos qui aliorũ bonorũ inſatiabili cupiditate teneantur, inuiſos eſſe: contrà, honoris & augendæ gloriæ appetẽtes, laudari. Et, quibus rebus pleriq; gaudẽt, ut opibus, ut imperio, ut potẽtia, ijs ſæpenumero etiã hoſtes potiri: at uirtutis et popularis beneuolẽtiæ, domeſticos cuiuſq; hæredes eſſe. Omnino enim neceſſe eſt, ut principes qui hæc legũt, & maiores animos, ſublimioreſq; ſpiritus concipiant, & uehementiore ſtudio uirtutis inflammentur.

ORATIO ISOCRATIS
AD PHILIPPVM.

Præfatur de bello Amphipolitano, pacemq́ factam laudat.

NE mireris Philippe, me exordium non à præſenti negocio, A ſed ex oratione de Amphipoli ſcripta, ducere: qua de re pauca præfabor, ut & tibi & alijs oſtendam, me neq; amentia, neq; præſenti hoc languore meo impulſum ac deceptũ, hęc ad te ſcribere inſtituiſſe, ſed iuſtis de cauſis, ſuſceptaq́ cogitatione aliqua, huc fuiſſe deductum. Nam cum uidiſſem,

Iſocrates de re nihil pronuncians, pacem conciliare ſtudet.

bellum inter te & noſtram urbem de Amphipoli ortũ, multorum malorum cauſam eſſe: inſtitueram dicere, & de urbe & regione iſta, non quidem eodem modo, quo aut tui amici, aut noſtri oratores ſolẽt: ſed ſic, ut quam longiſsimè ab illorum opinione ſententiaq́ recederem. Illi enim ueſtris cupiditatibus ſubſeruientes, oratione ſua uos ad bellum incitabant: ego aũt de controuerſia nihil pronuncians, id orationis genus eligebam, quod ad pacem aptiſsimũ uidebatur: utrorumq; errorem reprehendẽs, quòd & tu bellum gereres pro noſtris cõmodis, & nos potentiam tuam ſtabiliremus. Tibi enim expedire, ut haberes regionem iſtam: noſtrę urbi aũt illam nullo modo accipiendam. Et hæc ita recitare uidebar audiẽtibus, ut nemo ipſam orationem, aut dictionis genus, ut elaboratũ & purum (ut ſolent quidam) laudaret, ſed ut rerum ueritatem omnes admirarentur. Exiſtimabant enim hanc unam eſſe rationem conciliandæ inter uos concordiæ, ſi tibi quidem perſuaderetur, pluris tibi eſſe Athenienſiũ amicitiã faciendã, quàm reditus ex Amphipoli: noſtra autem ciuitas intelligeret, tales colonias fugiendas eſſe, quę quater aut quinquies perdidiſſent & colonos, & eós qui ſibi iuriſ-

Coloniæ quò mittendæ.

dictionem in illis uſurpaſſent: illa uerò potius loca eſſe quęrenda, quę procul abeſſent à potentibus, & imperij cupidis: ſeruire autem conſuetis uici- B na eſſent, cuiuſmodi in locum Lacedæmonij Cyrenæos colonos deduxerunt. Adhæc, ſi tu animaduerteres, ſi nobis uerbo quidem & nomine regionẽ iſtam tradidiſſes, ipſe tamẽ reuera teneres, & inſuper nos bene tibi cupientes haberes (tot enim noſtræ amicitiæ obſides tibi fore, quot in regnũ tuum colonos mitteremus) noſtrum uerò populum ſi quis doceret, Amphipoli accepta, neceſſe nobis fore, ut nõ minus tibi bene uellemus, tuisq; rebus conſultum cuperemus, ob ciues ſcilicet noſtros, qui in tuo imperio cõſediſſent, quàm ueteri illi * Medoco, propter eos qui in Cherroneſo prædia habebant. Hæc igitur, inquam, ſi noſtræ ciuitati à nobis dicerentur, ſperauere quotquot audierant, edita hac oratione, nos omiſſo bello, repudiatisq; turbulentis & inutilibus conſilijs, de cõmuni aliquo noſtro bono deliberaturos. Siue igitur prudenter, ſiue temerè illi ita iudicarunt, id ipſis ſcilicet imputandum eſt. Verùm cum ego in hoc argumento uerſarer, uos prudenti omnino cõſilio pacem feciſtis, priuſquam oratio abſolueretur. Nam quocunq; modo præſtabat, nobis pacem eſſe, quàm conflictari malis illis, quæ bellũ adferre ſolet. Cum uerò decretis pacis delectarer, exiſtimans, illam non nobis ſolum, ſed & tibi & cæteris Græcis omnibus profuturam, facere non potui, quin quæ reſtabant pertexerem: ſtatimq; cogitandũ eſſe duxi, quomodo, quæ tranſacta erant, rata haberentur: ueritus, ne noſtra ciuitas, poſt temporis exiguum ſpacium, alia bella cupidè ſuſciperet. Quę cũ ſingula mecum ipſe reputarem, reperiebam, hanc unam eſſe rationem tranquillitatis & permanentis concordiæ, ſi magnæ ciuitates adduci poſſent: ut omiſsis inteſtinis & ciuilibus bellis, paceq; inter ipſas ſtabilita, bellum in Aſiam transferrent, & quæ nunc à Græcis abradere ſtudent, illa è manubijs Barbarorum peterent, id quod in oratione Panegyrica conſului.

** Harpocration Hamadoco legit.*

Qualiſcunque pax, belli malis potior.

Nunc ad rem accedit.

Pax diuturna eſſe nequit, niſi bellum Barbaris inferatur.

Quæ

A Quæ cum animo agitans, cernerem, ne quidem excogitari poſſe honeſtius argumentum, aut æquè omnib. in commune, aut nobis priuatim utile, adductus ſum, ut id repetendũ exiſtimarem. Equidem meo me pede metior, neque quicquam ignoro rerum mearũ: ac ſatis intelligo, hanc orationem nõ meę ſenectutis eſſe, ſed uirum poſtulare integræ atque florentis ætatis, quique ingenio alijs longè antecellat. Videbam etiã perdifficile eſſe, bis de eodem argumento, ſaltem tolerabiliter, dicere: ſi præſertim prior oratio ita ſcripta ſit, atque in publicum edita, ut etiam inuidi imitentur, eamque magis admirentur, quàm hi ipſi qui nos & ſcripta noſtra ſummis laudibus celebrant.

Veniam petit huic orationi ab ętate, & ante ſcripta oratione Panegyrica.

Verùm ego, omnibus hiſce difficultatibus neglectis, ita in ſenectute cupidè hoc argumentum arripui, itaque ſtudioſe in eo elaboraui, ut per hæc ipſa quæ ad te dicuntur, meis diſcipulis & familiaribus etiam demonſtrare, planumque facere ſtuduerim; quod conuentibus quidẽ ingerere ſeſe, & ad omnes qui concurrunt uerba facere, perinde ſit, ac ſi nemini uerba facias: (nam huiuſmodi orationes non minus irritæ ſunt, quàm leges & reſpublicę, quas ſophiſtæ cõminiſcuntur:) ac oportere, ut qui non fruſtra nugari uelint, ſed aliquod operæprecium facere ſtudeant, quique ſibi uideantur aliquid reip. utile reperiſſe: alios in conuentibus et colluuione populi uolutari ſinant, et ipſi eorũ quæ faciẽda cenſeant, ducẽ atque autorem aliquẽ eligãt, ex illis qui & eloquentia & rebus geſtis præſtant, magnamque gloriam conſecuti ſunt: id quod omnino neceſſariũ eſt, ſi habere modò uelint qui auſcultent. Quibus ego cognitis, tecum diſſerere conſtitui, non ut ad gratiam omnia tibi dicerem: quanquam magni æſtimarem, ſi poſſem tibi grata dicere. Verùm hoc mihi propoſitum non fuit, illud me potiſsimum impulit: alios quidem præſtantes uiros, uidebam rebuſpublicis & legib. ſubiectos, neque illis quicquam licere aliud niſi imperata facere. Pręterea nulla ex parte pares eſſe magnitudini rerum, de quibus dicendum eſt.

Vulgus rem pub. nõ curat.

Dux et autor nobis opus eſt.

Soli Philippum Barbarico bello parem futurum.

B Tibi ſoli autem magnam poteſtatem à fortuna eſſe datam, & legatos mittendi quò uelles, & excipiendi à quibus tibi uideretur, & dicendi quod conducibile iudicares: tantas præterea copias & opes te poſsidere, quantas in Græcia neminem, quæ ſolæ & perſuadere & cogere poſſunt. Hiſque ad ea quæ dicenda ſunt opus fore puto. Suaſurus enim tibi ſum, ut concordia inter Græcos conſtituta, expeditionem aduerſus Barbaros ſuſcipias. Te uerò ſi quis hortetur ad bellum gerendũ, id tibi ſeorſim honorificum eſt: ad gerendum uerò cõtra Barbaros, publicè utile. Ambitus igitur & ſumma totius orationis hæc eſt. Non autẽ dubitabo tibi indicare, quibus rebus quidam familiariũ meorum, mihi moleſti fuerint. Opinor enim id fore operæprecium. Nam cum ſignificaſſem, quod orationem ad te miſſurus eſſem, nõ ad oſtentationem comparatam, aut quæ bellicas tuas laudes celebraret (nam id alios eſſe facturos) ſed qua conarer te adhortari ad res magis neceſſarias & pulchriores & utiliores his ad quas nunc animum adieciſſes: ita attoniti ſunt, metuentes ne ſenio deſiperem, ut nõ uererentur me obiurgare, quod antea nunquam ſoliti fuerũt.

Opes & potentia Philippi.

Propoſitio bipertita.

Fingit ſe ab amicis obiurgatum, quòd Philippo daturus eſſet conſilium.

Quid enim (inquiunt) abſurda & prorſus inepta moliris, qui Philippo ſuaſoriam orationem mittere non erubeſcas: qui, ſi hactenus ab ullo prudẽtia ſuperari ſeſe cenſuiſſet, nunc magnitudinem ſucceſſuum, cæterorum omnium conſilijs non dubitat præferendam. Præterea Macedonũ grauiſsimos & integerrimos quoſque familiares habet: qui, ut conſentaneum eſt, etiamſi cæterarum fortaſſe rerum imperitiores ſunt, quid tamen ipſi expediat, melius quàm tu intelligunt. Adhæc Græcorum etiam multi illic habitant, uiri nec obſcuri, nec hebetes, quorũ ille conſilijs uſus, non minuit imperiũ, ſed ea geſſit, quibus ne optari quidem meliora poſſent. Quid enim non fecit? An non Theſſalos, qui prius Macedonicũ imperium inuaſere, ita ſibi con-

Beneuolentiã captat laudibus Philippi recẽſendis.

Res geſtæ Philippi.

iunctos atq; amicos reddidit, ut nemo ex illis nõ ei plus fidei habeat, quàm A
ſocijs in Republica. Ex urbibus autem, quæ ſunt in uicinia illa, beneficijs alias ſibi adiunxit: alias, quæ ſe pertinacius ipſi oppoſuerant, funditus euertit. Magnetas & Perrhœbæos & Pæonas prælio uictos, ſibi ſubiecit: maximam Illyriorum partem, ijs ſaltem qui Adriam accolunt exceptis, in poteſtatem ſuam redegit: uniuerſæ Thraciæ quos uoluit, dominos effecit. An non igitur cenſes talem uirum, qui res tantas geſſit, pro maximo ſtulto habiturũ eum, qui libellũ iſtum miſerit: atq; exiſtimaturũ, quod is & falſa perſuaſione de eloquẽtiæ ſuæ uiribus tumeat, & quæ mens, qui animus ipſius ſit, minime animaduertat. His ego auditis, non dicam, neq; quomodo primùm perculſus fuerim, neq; cum recepiſſem animum, quid ad ſingulas obiectiones reſponderim, ne aliquibus ipſe mihi placere uidear de urbana reprehenſorum confutatione. Quũ autem (ut mihi quidem perſuadebam) eos qui me reprehendere auſi fuerant, moleſtia non mediocri affeciſſem, tandem pollicitus ſum, me ipſis ſolis ex omnibus ciuibus, orationem oſtenſurum, neq; quicquam aliud de illa ſtatuere uelle, niſi quod ipſis uideretur. His illi auditis abierunt: quo animo, neſcio. Verùm non multis diebus pòſt, abſoluta oratione, oſtenſa'que ipſis, ita mutati ſunt, ut eorum quæ antè inſolentius iactarant, ipſos puderet, ac omnium quæ dixerant pœniteret, atque faterentur ſe nulla unquam tanta in re ita fuiſſe deceptos: mihiq; autores eſſent, ut quamprimum hæc ad te mitteretur oratio. Aiebant enim, ſperare ſeſe, non te ſolum, & rempublicam noſtram, habituram mihi gratiam, de his quæ dicta eſſent, ſed etiam Græcos uniuerſos.

Fingit amicos ſibi autores fuiſſe, ut oratio hæc ederetur.

Hæc eò tibi commemoraui, ut ſi quid initio tibi uidebitur aut non credibile, aut non poſſe fieri, aut tibi factu indecorum, non indignabundus abijcias reliqua, neq; idem quod mei familiares, facias, ſed iudicium ſuſpendas, dum ad finem uſq;, omnia quæ dicuntur audieris. Arbitror enim me dicturum aliquid & opportunum, & quod tibi expediat. Neq; uerò me latet, B
quantum interſit inter orationes quæ pronunciantur ab ipſo oratore, & eas quæ leguntur. neq; etiam illud ignoro, quod omnes exiſtimant, illas de rebus grauibus & neceſſarijs haberi: has autem oſtentationis aut lucelli alicuius gratia ſcriptas eſſe. & in altero quidem non malè iudicant. Nam ſi oratio deſtituta fuerit oratoris autoritate, & uoce, & actionis uarietate quę in eloquẽtiæ ſtudijs uſitata eſt, atq; inſuper occaſionibus, & impetu ac ſtudio circa res gerendas, nihilq; ſit quod uires augeat, & ad perſuadendũ adiuuet, ſed cum his omnibus careat, tum uerò ſomniculoſè nulloq; cum affectu ab aliquo recitetur, tanquam qui ſyllabas numeret: nõ iniuria, opinor, contemnenda audientibus uideatur. Hæc autem hanc ipſam orationem, quæ tibi nunc offertur, maximè lædent, ac, ut deterior uideatur, efficient.

Accommodatio fictionis.

Philippũ non debere præcipitare iudiciũ.

Multum intereſſe inter orationem quã orator dicit, et alius aliquis è libro recitat

Neq; enim compoſitionis, aut ornamentorum reliquorum rationem habuimus, quæ & ipſe, dum eſſem iunior, uſurpaui, & alijs demonſtraui, ut in promptu haberent, quibus rebus orationes & ſuauiores & probabiliores redderentur: quæ omnia meam hanc ætatem deſtituunt, mihiq; id unum ſatis eſt, ſi res ipſas ſimpliciter exponere potero. Opinor autem, te quoq; decere, ut neglectis cæteris omnibus, in has ſolas animum intendas. Nam ita demum euidentiſsimè & pulcherrimè cognoſces, quod ſit pondus noſtræ orationis, ſi ſophiſticas difficultates, quæ legendis orationibus obijciũtur, amoueris, & unumquodq; ſingulatim animo cõplexus, expenderis, non quidem obiter aut ſegniter, ſed ſummo ſtudio & cogitatione adhibita, quę erudito homine, in quo te quoq; numero eſſe ferũt, digna eſt. Quod ſi hac potius ratione uſus fueris quàm populari opinione ac cõſuetudine, rectius de rebus omnibus ſtatues. Ac quidem quæ præfari apud te uolui, hæc

Rem ſpectandam, non pronunciationem.

ſunt: iam

A ſunt: iam ad res ipſas explicandas aggrediar. Sic igitur ſentio, te tuarũ quidem rerum nullam negligere oportere, ſed in eo elaborandum eſſe, ut inter Argiuos & Lacedæmonios & Thebanos & noſtram ciuitatem pacem facias: quas urbes ſi conciliaris, non difficile, opinor, erit, etiã reliquas in concordiam redigere. Omnes enim hiſce ſeſe ſubijciunt, & ad harum aliquam, quæ opportuniſsima uidetur, in metu & periculis confugiunt, opemq; inde petunt.

Prior propoſitionis pars, conciliandas eſſe diſsidentes Græciæ ciuitates.

Si igitur quatuor duntaxat urbes ad ſanam mentem, autoritate atq; oratione tua reuocaris, etiam reliquas multis malis liberabis. Inuenies autem nullius harum curam tibi abijciendam eſſe, ſi quæ in maiores tuos contulerint, circumſpicies. Deprehendes enim, omnes familiæ ueſtræ amiciſsimas, inq; uos beneficentiſsimas extitiſſe.

A' meritis præcipuarum urbium.

Argos enim tibi patria eſt, atque ideo non ſollicitè minus tuendum quàm parentes.

Argos.

Thebani principẽ ueſtri generis, & ſupplicationibus & ſacrificijs magis colunt & uenerãtur, quàm cæteros deos.

Thebæ.

Lacedæmonij poſteris eius & regnum & militare imperium in perpetuum dederunt.

Lacedæmon.

Noſtram uerò ciuitatem, illi quib. de monumẽtis uetuſtatis credimus, dicũt, Herculi immortalitatis (quod quomodo factum ſit, tibi poſt cognitu facile, mihi uerò iam commemorare minimè neceſſarium eſt) liberis autem eius, ſalutis autorem fuiſſe. Sola enim eos, ſuſceptis maximis periculis, aduerſus Euryſthei potẽtiam defendit, & illius ferocia repreſſa, metu ſemper imminente liberauit. Quibus de rebus, non eos tantum qui tum ſeruati ſunt, æquum eſt nobis gratiam habere, ſed etiam hos qui hodie uiuunt. noſtra enim opera uiuunt, & præſentibus bonis fruuntur. Nam niſi illi manſiſſent incolumes, hi prorſus ne naſci quidem potuiſſent.

Athenæ.

Quum igitur hæ urbes ita ſe geſſerint, par quidem fuerat, nullam tibi unquam cum ulla illarum diſſenſionem interceſsiſſe: uerùm ita natura comparatum eſt, ut ſæpius peccemus, ꝗ recte agamus. Quare, quæ facta prius ſunt, fragilitati humanæ iurè tribuuntur: in poſterum uerò proſpiciendum eſt, ne quid tale uſu ueniat: atq; in id incumbendum, ut beneficium aliquod, & te & illarum meritis dignum, in eas conferas, cuius rei iam datur occaſio.

Modeſta expoſtulatio.

B Nam dum gratiam pro acceptis beneficijs refers, putabunt, ob tantum ſpacium temporis interiectum, te conferre in ſe beneficiũ, non reddere. Præclarum aũt eſt, quum de maximis urbibus bene mereri uidearis, tibi ipſi nihilo interim minus, quàm illis prodeſſe. Præterea ſi ita contigit, ut inter te atq; aliquas ex illis, offenſæ nonnullæ fuerint, illas omnes delebis. Præſentium enim temporum opportuna beneficia, ſuperiora delicta mutua obliuione obliterabunt. Iam etiam illud notũ eſt, omnes beneficiorum quæ in calamitatibus acceperunt, potiſsimum meminiſſe. Cernis autem quibus malis propter bella conflictatæ ſint, ut non multum abſimiles uideantur his, qui ſingulari certamine congrediuntur: quos gliſcente quidem iracundia, dirimere nemo poteſt: ubi uerò ſeſe mutuò grauiter læſerunt, etiam ſine pacificatore, ipſi ultrò diſcedunt. id ipſum opinor etiã has urbes facturas, niſi tu prius curam earũ geſſeris.

Summam eſſe Philippo de Græcia bene merendi occaſionem.

Dixerit autem forſitan aliquis, atq; contra ea quæ dicta ſunt, cauſari audeat, me tibi ſuadere ut ea ſuſcipias, quæ fieri nequeãt. Nunq; enim Argiuos amicos fore Lacedæmonijs, neq; Lacedęmonios Thebanis: neq; deniq; eos qui perpetuò plus ſibi uendicare conſueuerint, unq; pari æquoq; inter ſeſe iurè acquieturos.

Occupatio: poſſe conciliari Græcas ciuitates, è circũſtantijs probat.

Ego uerò ſiquidem noſtra ciuitas in Græcia dominaretur, aut etiam Lacedæmon, ne tentandũ quidem tale quicquam in ſpe perficiendi, cenſerem. Vtraq; enim huiuſmodi conatus facile interturbaret. Nunc uerò cum uideã omnes urbes calamitatib. quaſi exęquatas eſſe, aliter ſentio.

Ab imbecillitate Athenienſium & Lacedæmoniorũ.

Quare has ciuitates exiſtimo, cõmoda pacis atq; concordiæ, longe prælaturas ſuperiorũ actionũ lucellis. Deinde cęterorũ quidem hominũ exiſtimo neminẽ urbes

Ab autoritate Philippi.

has in concordiam poſſe reducere. Tibi autem nihil eiuſmodi difficile eſt, A
cũ uideam te multa perfeciſſe quæ alijs deſperanda & admirabilia uideban-
tur. Quare abſurdum non erit, te ſolum etiam hæc poſſe. Magni autem &
ſublimis animi eſt, nõ ea ſuſcipere, quæ præſtare quiuis è populo poſsit: ſed
illa quæ nemo alius conari audeat, niſi & ingenio tibi par, & potentia. Mi-

Infeſtiſsimi hoſtes ſumma amicitia ſe mutuò cõplectuntur.

ror autem, ſi, qui tale aliquid perfici poſſe negant, neq; ipſi norunt, neq; ex
alijs audiuerunt, multa & atrocia bella exarſiſſe, quæ qui depoſuerunt, ma-
ximis ultrò citroq; ſe beneficijs affecerunt. Quicquam'ne ad magnitudinẽ
odij Græcorũ in Xerxem, accedere potuiſſet? At huius amicitia uniuerſi
ſciunt, & nos & Lacedæmonios magis eſſe delectatos, quàm eorũ ipſorũ,

Exemplum Xerxis.

Thebanorum & Lacedæmoniorũ exemplum.

qui conſtituendi imperij adiutores nobis fuerant. Quorſum uerò attinet re
ferre uetera illa, et quæ cum Barbaris interceſſerunt? Nam ſi quis intueatur
& conſideret clades ab alijs acceptas, ne minima quidem pars uidebuntur
eorum, quæ per Thebanos & Lacedæmonios nobis acciderunt. Nihilomi
nus tamen, cum Lacedæmonij contra Thebanos exercitũ ducerent, ac Bœ
otiam populari, et urbibus leges & magiſtratus imponere uellent, nos opẽ
tulimus, & obſtitimus illorũ cupiditatibus. Rurſus, mutata fortuna, quum
Thebani & Peloponnenſes omnes, Spartam è medio tollere conniteren-
tur, nos ſoli ex omnibus Græcis Lacedæmonios, inita cum illis ſocietate,

Solam utilitatem ſpectare ſolent homines

conſeruauimus. Vecordem eum eſſe profectò neceſſe eſt, qui uidens tan-
tas fieri mutationes, & ciuitates neq; inimicitiarũ, neq; iuriſiurandi, neq; ul
lius rei alterius rationem ducere, niſi ſi quid ſibi profuturũ putent, idq; ſo-
lum amplecti, nihilq; in eo adipiſcendo & conſeruando non facere: etiam

Maximæ urbes malis circumuentæ, cupide pacem amplectuntur.

nunc eodem animo ipſas fore non putabit: te præſertim autore pacificati-
onis, utilitate alliciente, præſentibus malis adigentibus. Ego quidem harũ
rerum adiumento fretus, omnia rectè fore mihi perſuadeo. Puto autem te
ſic facilimè animaduerſurum, utrum iſtæ urbes mutuò uel paci, uel bello B
paratæ ſint, ſi percẽſuerimus, neq; ſimpliciter prorſus, neq; accuratè nimis,
ſed maxima quæq; ex preſenti ſtatu illarum. Primùm igitur cõſideremus

1 Lacedæmoniorũ res perturbatiſsimæ.

res Lacedæmoniorũ, qui cum nõ ita olim terra mariq; inter Græcos domi
narentur, tantam mutationem poſt cladem Leuctricam acceptam, experti
ſunt, ut & principatu Græciæ priuarentur: & tales uiros amitterent, qui e-
mori præoptarũt potius quàm uiuere, uicti ab illis quib. prius imperarant.
Præterea uiderunt à Peloponnenſibus omnibus, qui prius cum ipſis con-
tra alios militarant, nunc uerò Thebanis addicti ſunt, agros ſuos incurſa-
ri: aduerſus quos acie decernere, non in regione de frugibus, ſed in media
urbe prope ipſa prætoria, de uxoribus & liberis: & tale diſcrimen ſubire co
acti ſunt, quo, ſiquidem impegiſſent, mox funditus perijſſent: uictoria ue-
rò potiti, malis nihilo quàm antè minoribus conflictantur. Nam & à finiti-
mis bello infeſtantur, & Peloponnenſibus omnibus ſuſpecti, Græcis pleriſ
que omnib. inuiſi ſunt: & à ſuis proprijs ſeruis, noctu et interdiu depræda-
tionibus omnis generis uexantur. nulla illis quies aut reſpiratio concedi-
tur, quin aut contra aliquos militent, aut acie dimicent, aut ſuis pereũtibus
opitulentur. Quodq; malorum omnium maximum eſt, perpetuò timẽt ne
Thebani, pactione cum Phocenſibus facta, reuerſi, maioribus ipſos cladib.
quàm antehac unquam afficiant. An non autem conſentaneum eſt, eos cũ
quibus ita agitur, libentiſsimè uiſuros, uirũ magna præditum autoritate, et
ita paratũ, ut bella ipſis imminentia ſedare ac reſtinguere poſsit, ſe pacis au

2 Status Argiuorum.

torem profitentem? Argiuos quidem uideas partim eâdem qua Sparta-
nos, partim etiam fortuna deteriore uti. Belligerantur enim, ex quo urbem
tenuerunt, cum finitimis, quemadmodũ etiam Lacedæmonij. Hoc uerò in-
tereſt, quod his cum imbecillioribus res eſt, ipſis uerò cum potentioribus:
quod

A quod omnes fatebuntur, maximũ eſſe malum. Bellum autem tam infœlici-
ter gerunt, ut ſingulis ferè annis, agrum ſuum uaſtari ocioſe uideãt: quodq́;
acerbiſsimum eſt, à bellicis cladibus feriati, nobiles & opulentiſsimos ci-
ues interficiunt, atq; ea re ita lætantur, ut nulli alij cæſis hoſtibus. Tam per-
turbatæ autem uitæ nulla alia cauſa eſt, niſi bellum: quo ſopito, non his tan
tum calamitatibus ipſos liberabis, ſed ut & de cæteris quoq; rebus rectius
conſulant, efficies. At uerò quæ Thebanorum ratio ſit, ne te quidem latet. *Thebani nõ*
Pulcherrima enim uictoria potiti, & maximam inde gloriam adepti, quia *florentiſsimi.*
ſucceſsibus malè uſi ſunt, nihilo fœlicius cum ipſis agitur, quàm cũ uictis,
aduerſamq́; fortunam expertis. Quamprimum enim uicerunt, neglectis re
bus omnibus, moleſti fuere ciuitatibus in Peloponneſo, Theſſaliam oppri
mere non dubitabant, Megarenſibus uicinis ſuis minitabantur, noſtræ au-
tem urbi agri partem adimebant, Eubœam uaſtabãt, Byzantium triremes
mittebant, tanquam terra mariq́; dominaturi. Tandem Phocenſibus bel-
lum intulerunt, ut & urbes citò in poteſtatem redacturi, & locum illum cir-
cumquaq; occupaturi, & priuatis ſumptibus Delphicas pecunias ſuperatu
ri: quorum nihil factum eſt. Tantum enim abeſt, ut Phocenſes ciuitates cœ
perint, ut ipſi ſuas amiſerint. Quod ſi in hoſtilem agrum impreſsionem fa-
ciunt, non tot mala dant hoſtibus, quanta ipſi priuſquam abeunt, patiũtur.
Nam in Phocide mercenarios aliquot milites, quibus mori expedit magis
quàm uiuere, occidunt. Recedentes autem, nobiliſsimos ciues, quiq́; mor-
tem pro patria oppetere maximè audent, perdunt. Eò autem res ipſorum
rediere, ut cum ſperarent ſe totius imperio Græciæ potituros, nunc ſpem
ſalutis ſuæ in te collocent. Quare hos etiam opinor incunctanter, quic-
quid iuſſeris, eſſe facturos. Reliquũ igitur nobis eſſet, de urbe noſtra uer- *Athenienſes ad*
ba facere, ni ſapienti conſilio ante cæteras pacem feciſſet. nunc autem opi- *iuuandos Phi*
B nor, eam etiam certamina ſubituram, pro ijs rebus ſtabiliendis, quæ à te a- *lippi conatus*
guntur. Præſertim ſi perſpicere poterit, hæc tibi curæ fore, antequam expe *propenſi.*
ditionem contra Barbaros ſuſcipias. Ac fieri quidem poſſe, ut urbes haſce
in gratiam reducas, ex his quę dicta ſunt, planũ tibi fore exiſtimo. Facile aũt *Facile poſſe*
iſthæc eadem fieri per te poſſe, me tibi multis exemplis oſtenſurũ arbitror. *conſtitui con-*
Nam ſi declaratum fuerit, alios quoſdam è ueteribus, non quidem pulchri- *cordiam.*
oribus aut ſanctioribus rebus animum adieciſſe quàm hæ ſunt, quarũ nos
tibi autores ſumus, ſed maiora tamen & perplexiora perfeciſſe: quid erit re
liquum contradicentibus, quo minus fateantur te celerius hæc confecturũ,
quàm illi difficiliora ad exitum deduxerunt? Alcibiadem autem in primis Ab exẽplo Al
uide, qui à nobis in exilium actus, & uidens alios ante ſe, qui in eandem ca cibiadis.
lamitatem incidiſſent, trepidaſſe, & ſubmiſsè ſeſe geſsiſſe, ob urbis magni-
tudinem metu attonitos, illorum timiditatem non imitatus eſt. Sed exiſti-
mans, ui reditum in patriam eſſe patefaciẽdum, bellum aduerſus ipſam in-
ſtituit. Verùm ſingula quæ tum facta ſunt, neq; dicere quiſquam aggredi
auſit, neq; perſpicuè exponere poſsit, & in præſentia moleſtus fortaſſe fue-
rit. Ita autem perturbatam reddidit non urbem modò noſtram, ſed etiã La-
cedæmonios & cæteros Gręcos, ut nos quidem pateremur, quę omnes nõ
runt: alij uerò tantis malis affligerentur, ut ne nunc quidem obliteratæ ſint
in urbibus illius belli calamitates: ac Lacedæmonij, qui tum florere uide-
bantur, in præſentia mala propter Alcibiadem coniecti ſint. Perſuaſi enim
ab ipſo, ut imperiũ maris concupiſcerent, terra etiam imperium amiſerunt.
Quare ſi quis dixerit, tunc ipſis extitiſſe malorum principium, cum maris
principatum acceperunt, mendacij non arguetur. Is igitur tantis motibus
excitatis, in urbem ab exilio redijt, magnam ille quidem gloriam adeptus,
non tamen laudatã ab omnibus. Conon autem, non multis annis pòſt di-

uerſam rationem ſecutus, fortuna ferè ſimili uſus eſt. Infœliciter enim naua- A
Ab exemplo Cononis.
li circa Helleſpontum pugna, non ipſius, ſed collegarum culpa, cõmiſſa re-
dire domũ erubuit: ſed in Cyprum profectus, ad tempus quidem ſuarũ re-
rum cura occupatus fuit. Animaduerſo autem, Ageſilaũ magnis copijs in
Aſiam traiectis, regionem populari, tantos animos concepit, ut omni alia
ope deſtitutus, excepto corpore & ingenio, ſperarit ſe Lacedæmonios bel
lo ſuperaturũ, qui cæteris Græcis terra mariq́ imperabant. & hæc, miſsis le
gatis ad regis duces, ſe confecturũ pollicetur. Et quid pluribus opus eſt?
Claſſe circa Gnidum coacta, Lacedęmonijs nauali prælio uictis ademit im
perium: cæteros uerò Græcos in libertatem aſſeruit. Neq́ uerò mœnia pa-
triæ ſolum erexit, ſed ciuitatem in eundem dignitatis, unde exciderat, locũ
reſtituit. Enimuero quis expectaſſet à uiro tam abiecto, illo tempore, ſtatũ
Græciæ mutandum eſſe: & ex græcis urbibus, alias quidem depreſſum iri,
Ab exemplo Dionyſij.
alias uerò emerſuras? Porrô Dionyſius (uolo enim te multis exemplis ad-
ductis, perſuaderi, facilem eſſe rem ad quã te adhortor) cum unus è multis
eſſet Syracuſanorũ & genere & gloria, & cæteris rebus, & monarchiã ſine
omni ratione, perq́ furorẽ cõcupiſſet, auſus tentare omnia quę ad eam rem
facerent, Syracuſas occupauit, & uniuerſas in Sicilia urbes, quæ quidẽ Gr
cæ eſſent, cæpit, tantasq́ copias tum pedeſtres tum nauales ſibi circumde-
Ab exemplo Cyri.
dit, quantas uir nemo ante illum. Præterea Cyrus (ut etiam Barbarorũ men
tionem faciamus) à matre quidem in uia expoſitus, ſublatus autem à Perſi-
ca muliere quadã, tantam mutationẽ ſubijt, ut uniuerſæ Aſiæ dominus fie-
ret. Alcibiades igitur exul, Conon clade accepta, Dionyſius obſcurus, Cy
rus ex tam humili natiuitatis primordio, eo uſque progreſsi ſunt, & tantas
res geſſerunt: tu uerò his natalibus oriundus, Macedoniæ rex, tantarũ rerũ
Operæprecium & è dignitate Philippi eſſe, ut bene de Græcia mereatur.
dominus, non facile hæc perficies? Conſidera autem, quàm ſit talia ſuſcipe
re operæprecium: quæ ſi ex ſententia geſſeris, non minorem quàm celebra B
tiſsimi quiq́ gloriam conſequêris. Sin expectationi euentus non reſpon-
derit, ſaltem Græcorũ beneuolentiam aſſequêris, quam paraſſe glorioſius
eſt quàm multas græcas urbes ui expugnatas tenere, quod nec inuidia ca-
ret, nec odijs, neq́ multis obtrectationibus, quæ à conſilio, quod nos tibi
damus, remota omnia & aliena ſunt. Atq́ adeò ſi quis deus optionem tibi
A ſecutura gloria & fœlicitate.
daret, quibus ſtudijs & exercitationibus uitam peragere uelles, ullam'ne
aliam huic rationi, cuius nos quidẽ tibi autores ſumus, anteponeres? Neq́
enim alijs tantũ præclarus uideberis, ſed & tu te beatũ ipſe iudicabis. Nam
quæ fœlicitas maior eſſe queat, quàm ſi uiri quiq́ præſtantiſsimi, legati ex
maximis urbibus in tuum regnũ uenerint, cum quibus tu ita de cõmuni ſa
lute deliberes, ut ea præterea nemini tantę curæ fuiſſe uideatur? Si Græciã
ſenſeris uniuerſam erectam eſſe, & à te tanquã duce pendêre? ſi nemo par-
ui faciet à te conſtituta: ſed alij ſciſcitabuntur, quo in loco res ſuæ ſint: alij
uota facient, ut fortuna tuis conatib. reſpondeat: alij ſolliciti erũt, ne quid,
antequam inſtituta perficias, humanitus tibi accidat? Quæ dum fiunt, an
non iure optimo, magno animo eris? quî fieri poterit, ut non uitam cũ ſum
ma lætitia peragas, in tantarum rerum adminiſtratione atq́ faſtigio con-
ſtitutus? Et quis tandem eſt, mediocriter ſaltem prudens, qui te non horta
retur ad ea ſuſcipienda, quę utraq́ hęc ferre tibi poſſent tanquam fructus:
Callide Philippũ antitheſi quadam dehortatur ab opprimendæ Græciæ cupiditate.
uoluptates inquam eximias, et honores, ac gloriam immortalem? Conten
tus eſſem hęc dixiſse, niſi quiddã nõ obliuione, ſed metu retardatus, omiſiſ
ſem, quod nunc dicendũ mihi cenſeo. Nam & tibi profuturũ, & officij mei
id eſſe puto, ut pro more ac conſuetudine mea, quę ſentio, liberè dicam.
Perſtringere ſe fingit Philippi calumniatores.
Animaduerto enim, eſse quoſdam ex illis qui tibi inuidẽt, ſuasq́ ciuitates
perturbare ſolẽt: cumq́ alij pacem pro cõmuni bono habeant, ipſi bellicis
tumultibus

A tumultibus ſoli fruuntur, qui de tua potentia dicant, eam augeri ac amplifi-
cari, non ad erigendam Græciam, ſed ad opprimẽdam: teq; iam longo tem
pore nil aliud agere, niſi nobis uniuerſis inſidiari: & profiteri quidẽ te Meſ
ſenijs opem laturum, ſed reuera id machinari, ut Phocenſibus rebus conſti
tutis, Peloponneſum tibi ſubijcias: & Theſſalos quidem, & Thebanos, &
omnes Amphictyonicæ dignitatis participes, ad nutũ paratos eſſe, ut du-
ctum atq; auſpicia tua ſequantur. Argiuos uerò & Meſſenios & Megalo-
politanos, aliosq; multos belli tibi fore ſocios, ad delẽdos Lacedęmonios:
quibu[illegible] confectis, non difficile tibi futurũ ſit, reliquos Græcos ſubigere.
Hæc illi dum nugant̃, & ſatis ſcire ſe dictitant, uerbis omnia euertunt, & ce
leriter oratione ſua in audientium animos irrepunt, multisq; fidem faciũt,
his præſertim, qui eorundem malorum cum nugatoribus illis cupidi ſunt,
quiq; de ſtatu reipublicæ nihil ipſi prudenter cogitant, ſed plane ſtupent:
magnamq; gratiam illis habent, qui ſe pro ipſis ſollicitos eſſe ſimulãt. Huc
illi quoq; accedunt, qui iam antea proniores ſunt in ſuſpicionem illã quod
Græcis inſidieris, crimenq; illud deſiderio tuo non indignum putant: qui
tantum abſunt à ſapientia, ut ignorẽt, una atq; eadem ratiocinatione alios
lædi, alios ornari: quod hic quoq; uſuuenit. Si quis enim dicat, Aſiæ regẽ
Græcis inſidiari, & apparare bellum aduerſus nos, nihil de ipſo mali dixe-
rit: ſed efficeret, ut is fortior, & tanto præſtantior haberetur. At ſi ex poſte-
ris Herculis, qui totam Græciam beneficijs affecit, alicui, tale crimen inure
ret, maxima eum ignominia afficeret. Quis enim non indignetur & ægrè
ferat, ſi quis illis inſidiari uideatur, pro quibus autor generis eius periclita-
ri uoluit, neq; beneuolentiam quam ille ſuis poſteris reliquit, conſeruare
conetur: ſed his neglectis, res probroſas & prauas expetat. Quibus conſi-
deratis, non tibi cõmittendum eſt, ut talem de te ſuboriri famam patiaris,
B quam inimici de te ſpargi ſtudent. Amicorũ autem nemo eſt, quin reclama
re, illamq; refutare auſit. Porrò quid nam tibi expediat ex horũ utrorumq;
ſentẽtijs, maximè ueriſsimeq; perſpicies. Fortaſsis autem exiſtimes, puſilli
animi eſſe, maledicorũ & nugatorum, quiq; illis libenter aures præbent, ul
lam rationem ducere, præſertim ſi tibi ſis nullius delicti conſcius. Verùm
contemnenda multitudo non eſt: neq; parui æſtimandũ, florere apud om-
nes gloria. Nam ea demum uera gloria eſt et magna, & cùm te, tum tuis ma
ioribus digna, rebusq; geſtis, ſi effeceris, ut Græci eodẽ ſint erga te animo,
quo Lacedæmonij in reges ſuos, atq; in te amici tui ſunt affecti. Non eſt au
tem quod dicas, iſtuc difficile eſſe cõſequi, modò uelis te eundem præbere
omnibus, & deſieris alijs ciuitatibus eſſe coniunctus, ab alijs alienus: ſi præ
terea talia ſuſceperis, propter quæ Græci tibi fidant, Barbari perterreſiant.
Neq; uerò mireris, id quod etiã ad Dionyſiũ ſcripſi, tyrannide potitum, me
tametſi neq; dux neq; orator ſum, aut alioqui potens, liberius quàm alij ſo-
lent tecum diſputaſſe. Nam ad gerendam quidem rempublicam, inter om-
nes ciues nemo eſt perinde ineptus. neq; enim uocem habeo ſatis amplã,
neq; audaciam agendi cum populo & conflictandi, atq; conuicia audien-
di ab ijs qui in roſtris uolutantur. Rectè autem ſentiendi & honeſtę inſtitu
tionis (tametſi hoc alicui dictum uidebitur arrogantius) in contentionem
ſi deſcendendum ſit, non in poſtremis, ſed in principibus potius me nume
rarim. Quare dare conſiliũ ita conor, ut natura & uires meæ ferunt, tum pa
triç, tum alijs Grçcis, et illuſtriſsimis quibuſq; uiris. De me ipſo igitur, et ijs
quæ tibi facienda cenſeam erga Græcos, ferè audiuiſti. At de expeditione
Aſiatica, urbibus quidem, quas à te dixi in concordiam redigendas, tum ui
deor rectè conſulturus bellum gerendum eſſe aduerſus Barbaros, cum
ipſas conſentire uiderimus. Nunc autem ad te mea ſe conuertet oratio, qui
non ita

Oratoribus uulgus auſcul tat.

Artificioſa de hortatio.

Non negligenda populi exiſtimatio.

Rex idẽ omnib. eſſe debet.

Excuſatio libertatis.

Iſocratis natura, & ingenii ac ſtudiũ.

Excuſatio huius orationis.

non ità nunc animo ſum affectus, ut illa ætate, cum idem argumentũ tracta- A
rem. Tum enim hortabar audituros, ut me & deriderent & contemnerent, niſi pro dignitate rerũ, & gloria mea, & tempore quod eloquentiæ ſtudijs impendiſſem, dicere uiderer. Nunc autem uereor, ne multo tenuius quàm prædicta omnia poſtulabant, diſſeruerim. Nam præter alia, Panegyrica oratio, quæ alios ſtudijs eloquentiæ deditos, copioſiores reddidit, me ualde inopem fecit. Neq; enim eadem quæ illic ſcripta ſunt, inculcare denuò uolo, neq; noua exquirere poſſum. Non tamen ab incepto deſiſtendũ eſt, ſed de propoſito argumẽto dicendũ, quicquid inciderit & conducibi[le] fuerit ad perſuadendum, ut hæc agas. Etſi enim me alicubi uires defecerint, & nõ eodem modo ſcribere potuero, quo prius editæ orationes confectæ ſunt: at non ineleganter, neq; ineptè primas quaſi lineas me ducturũ opinor, ut alij poſtea, qui eam facultatem habent, ornamenta uiuosq; colores adhibeant. Et quidem principiũ orationis huius tale feciſſe me puto, quale deceat eum, qui bellum Aſiæ inferendum eſſe ſuadeat. Nihil enim prius agendũ eſt, quàm ut aut Græci adiutores ſint, aut rebus gerendis maximè faueant. quæ Ageſilaus, qui Lacedæmoniorũ prudentiſsimus habitus eſt, neglexit, non ille quidem propter ignauiam, aut ſtoliditatem, ſed ex ambitione. Habebat enim duas cupiditates, præclaras quidẽ utraſq;, ſed non inter ſeſe conſentientes, quæq; ſimul habere locum non poſſent. Decreuerat & regi bellum inferre, & amicos ſuos ab exilio in patriam reſtituere, ac ſummæ rerũ præficere. Fiebat igitur, ut ex illo conatu de amicis, Græci in malis et periculis uerſarent: et ut ipſe propter tumultũ hic excitatũ, pugnandi cõtra Barbaros ocium non haberet. Quare ex his quæ illo tempore ignorata ſunt, facile intelligitur, eum qui rectè rebus conſultũ uelit, non prius regi bellum inferre debere, quàm Græcos reconciliarit, illorumq; præſentem hunc furorem compeſcuerit. Quæ & tibi conſuluimus. Et hæc quidem nemo pru- B
dens negare audebit. Arbitror autem, ſi quibus alijs uiſum fuerit, ſuadere ut bellum in Aſiam transferatur, ad hanc adhortationem deuenturos, ut dicant, quicunq; bellum aduerſus regem ſuſceperint, illis omnibus uſuueniſſe, ut ex obſcuris illuſtres fierent, è pauperibus diuites, ex humilibus amplorum agrorum & urbiũ domini. Ego uerò his locis ad te adhortandũ nõ utar, ſed eorũ exempla proferam, qui calamitoſi fuiſſe uidentur. Eos autem dico, qui cum Cyro & Clearcho militarunt. Illos enim fatentur pugnando uiciſſe uniuerſas regis copias, uſq; adeò, ac ſi cum ipſorũ mulieribus conflixiſſent. Quum uero iam potiti uictoria uiderentur, ob Cyri temeritatẽ impegiſſe, lætitia exultantis, qui cum longe ante alios eueheretur, in medios hoſtes illatus interierit. Quamuis igitur rex tanta hac fortuna uteretur, uſq; tamen adeò ſuas copias contempſit, ut Clearcho & alijs ducibus ad colloquium euocatis, illisq; ingentia munera pollicitus: reliquis uerò militibus integrum ſtipendium, quos incolumes ſe dimiſſurum affirmaret, talib. pollicitationibus os illis ſublinens, fide data, quæ maxima apud illos habetur, comprehenſos interfecit: ac in deos impius eſſe, quàm cum militibus ita deſtitutis confligere maluit. Quæ uerò adhortatio pulchrior eſſe hac, & plus ad perſuadendum ualere queat? Nam omnino illi, ſi abſq; Cyro fuiſset, potiti regno Perſico uiderentur. Tibi uerò calamitatem, quæ tum accidit, cauere non difficile eſt: & perfacile, comparare exercitum longe illo firmiorem, à quo regis copiæ uictæ ſunt. Quæ utraq; ſi præſtò ſint, an non de expeditione hac optime ſperandum eſt? Nemo uerò exiſtimet diſsimulare me uelle, quod horum quędam eodem modo quo prius dixerim. Nec enim ad oſtentationem, quo in genere, rerum earundem inculcatio & repetitio reprehendi ſolet, hęc ſcripſimus, ſed ut conſilium tibi daremus. Quare deſiperem, ſi

Altera pars propoſitionis: Bello Barbaros petiturus, aut adiutores, aut ſaltem nõ aduerſarios habere Græcos debet.

Ageſilaum quid impedierit, ne Perſas debellaret.

Exhortationes κατὰ παράδειγμα.

Ab exemplo Cyri & Clearchi.

Occupatio: ſe de rebus magis quàm de nouitate uerborum laborare.

A perem, ſi cõpoſitioni dictionis diutius immorarer ꝙ rebus ipſis. Cur enim, cũ alios meis ſententijs uti uideã, ego ſolus abſtinerẽ ijs quę ante à me dicta eſſent. Proprijs igitur forſitan utar, ſicubi res ualde poſtularit, neq; dedecu erit: alieni uerò nihil adſciſcã, id quod etiã antehac uitaui. Sed his omiſsis, iam deinceps de apparatu mihi diſſerendũ uidetur, tum hoc quo tu inſtructus es, tum eo quem illi habuerũt. Tu igitur, id quod maximũ eſt, Græcos beneuolos habebis, ſiquidẽ quę prędicta ſunt, ſeruare uolueris: illi uerò ob decuriones à Lacedęmonijs cõſtitutos, eoſdẽ infeſtiſsimos habuerũt. Exiſtimabãt enim, ſi Cyrus & Clearchus uiciſſent, ſe duriorẽ ſeruitutẽ ſeruituros: ſin rex ſuperior fieret, ſe præſentib. malis liberatũ iri. id quod accidit, euentuq; comprobatũ eſt. Præterea in promptu tibi erit cõſcribere milites, quotcunq; uolueris. Nam hic Græciæ ſtatus eſt, ut facilius ſit exercitũ maiorem & robuſtiorẽ ex erronibus conſcribere, quàm è ciuibus. Illis uerò tẽporibus, peregrinus miles nullus erat: quare, quum neceſſe eſſet colligere copias è ciuitatibus, largitiones in Græcos inſumptæ, pluris illis ferè conſtiterunt, quàm ſtipendia militum. Enimuero ſi conſiderare uoluerimus, atque cõparationem facere, inter te nunc ducem futurũ exercitus, deq; omnibus deliberaturum, & inter Clearchũ, qui tum ſummæ rerum præfuit: reperiemus, eum prius nunquam ullas copias, ſiue nauales ſibi pedeſtres, in poteſtate habuiſſe, ſed ex calamitate, in quam in Aſia inciderat, nobilitatum: te uerò tot tantasq; res geſsiſſe, de quibus, ſiquidẽ apud alios uerba facerem, non incommodè dici potuiſſet: tecum autem colloquens, ſi omnia facta tua cõmemorarem, iurè ut demens & in re ſuperuacanea occupatus, deriderer.

A' facultate: Philippũ Gręcos amicos habentem, facile poſſe cõparare exercitum.

Philippus egregius imperator.

Porrò operæprecium fuerit, etiam meminiſſe regũ, tum huius cõtra quem tibi bellum ſuſcipiendũ ſuademus, tum illius quem Clearchus inuaſit, ut & uires & animũ utriuſq; cognoſcas. Illius igitur pater & noſtram urbem &

Ab ignauia regis Perſarum

B Lacedæmoniorum item debellauit. Hic uerò nullum unquam exercitum, qui ditionem eius populatus eſt, ſuperauit. Deinde ille Aſiam uniuerſam ex pacto à Græcis accepit. Hic uerò tantum abeſt ut Græcis imperet, ut ne illarum quidem urbium ſit dominus, quæ ſunt ipſi traditæ. Quare nemo eſt quin dubitet, utrum ueriſimilius ſit, hić ne ipſas amiſerit ultrò ob ignauiam, an illę deſpexerint & contempſerint Barbaricum dominatum. Quis igitur eſt, qui ubi audierit, quomodo in imperio eius agatur, nõ inflammetur ad bellum ipſi inferendum? Aegyptus etenim etiam illo tempore defecerat: ſed metuebant tamen, ne quando rex ipſe ſuſcepta expeditione, Nili tranſitu & reliquo apparatu omni potiretur. Nunc autẽ hic illos metu prorſus omni liberauit. Comparato enim exercitu, quanto maximo potuit, belloq; illos petens, non ſolum uictus inde receſsit, ſed etiam deriſus, eo quòd neq; regia nec imperatoria uirtute præditus uideretur. Cyprus porrò & Phœnice & Cilicia, finitimaq; loca, unde claſſem inſtruere ſolebant, tunc erant cum rege: iam uerò alia defecerunt, alia bello & talibus malis cõflictantur, ut illi nullæ harum gentium ſint utiles: tibi uerò, ſi bellum aduerſus ipſum gerere uolueris, opportunæ futuræ ſint. Et Menidreum quidem opulentiſsimum Aſiæ principem aut infeſtiorem regi eſſe decet, quàm eos qui palàm bellum gerũt: aut omnium hominũ abiectiſsimum eſſe neceſſe eſt, ſi uolet hoc imperium corruere, quod fratrem eius excruciauit, quod bellum contra ipſum geſsit, quod perpetuò inſidias ſtruxit, ut & corpore & opib. eius potiretur. Quarum rerum metu perterritus, nunc quidem cogitur colere ipſum regem, & ſingulis annis magnam ei pecunię uim mittere. Quòd ſi tu in mediterranea proceſſeris, non ille modò te libens uiderit, te opitulatorem ſibi aduenire exiſtimans, ſed & aliorum ſatraparum multos ad defectionem impelles, oſtenſa ſpe libertatis, iſtoq; nomine in Aſia diuulgato,

Status Perſici imperij perturbatus.

Aegyptus.

Cyprus.

Phœnice.

Cilicia.

Menidreus.

Libertatis pollicitatio.

T quod

quòd cum in Græcia percrebuiſſet, & nos & Lacedæmonios imperio ſpoliauit. Plura dicerem, qua ratione bello adminiſtrato, regis potentiam facilimè uinceres, niſi uererer quorundam reprehenſionem, ſi ego, qui militiã ne quidem uiderim, tibi poſt plurima & præclariſsima belli facinora edita, præſcribere ſtuderem. Quare de his quidem, pluribus uerbis opus eſſe non puto. Quod autem attinet ad reliqua, pro exemplo ſatis eſſe opinor tibi, & patrem tuum, & eum qui regnum uobis peperit, & generis autorem Herculem: qui, ſi fas ipſis ac licitum eſſet loqui, eadem haud dubie quę ego, tibi conſulerent. Cuius rei coniecturam ex rebus illorum geſtis capio.

Hortatur Philippum ab exemplis maiorum.

Amyntas.

Nam & pater tuus ciuitatibus his omnibus, quarum amicitiam expetendã tibi cenſeo, amicus fuit, & qui regnum conſtituit, altioresq; quàm ſui ciues ſpiritus habuit, monarchiæ cupiditate incitatus, non eadem quæ alij, in honorum talium appetitione, conſilia ſecutus eſt. Nam illi quidem excitatis in ſuis urbibus ſeditionibus & cædibus & tumultibus, eum honorem arripuerunt. Is uerò Græcorum ditionem uniuerſam reliquit, & regnum Macedonicum occupare ſtuduit. Norat enim, Græcos non aſſuetos ad ferendam monarchiam: alios uerò ſine hac imperij forma, non poſſe uitam ſuam gubernare. Quod cum ſapienter animaduertiſſet, etiam regnũ ab alijs longe diuerſum factum eſt. Nam ſolus è Gręcis, peregrinę gentis regno dignatus eſt, ſolus pericula quæ monarchijs imminent effugit. Nam qui inter Græcos tale aliquid perpetrarũt, eos inueniemus non ipſos tantũ perijſſe, ſed & genus ipſorum funditus extirpatũ: ille autem, fœliciter ęuum egit, & imperium ſuis per manus tradidit. Herculis quidem alij fortitudinẽ diuinis laudibus celebrare, & certamina enumerare non deſiſtunt. De reliquis uerò animi bonis, nemo uel poetarum uel ſcriptorum mentionem feciſſe reperietur. Ego autem locum peculiarem uideo, & inelaboratũ, non paruum neq; ſterilem aut inanem, ſed multis laudibus & honeſtis actionibus refertum & cumulatum: eius generis tamen, qui uirum deſideret non parua eloquentia præditum: in quem ſi iunior incidiſſem, facilè demonſtraſſem, autorem ueſtræ familiæ, & prudentia, & literis, & iuſticia, plus antecelluiſſe ſuperiorũ temporũ hominibus omnibus, q̃ robore corporis. Nunc uerò ubi ad illũ acceſsi, &, q̃ multa dicẽdo explicanda inſint, uidi, cùm ingenij facultatẽ quæ hoc tempore mihi eſt imparem eſſe argumenti grauitati intelligo, tum orationem duplo longiorem futuram animaduerto. Cæteris igitur omnibus, his de cauſis præteritis, unam inde actionẽ elegi, quę quidem cognata & conueniens his eſt quæ dicta ſunt, & neq; breuior neq; prolixior quàm ea quæ dicenda reſtant, poſtulent. Nam is cũ uidiſſet Græciam feruêre bellis & ſeditionibus, ſopitis illis malis, & pace inter urbes facta, demonſtrauit poſteris, quibus ſocijs adſcitis, contra quos bella gerenda ſint. Nec enim ocio & languori ſeſe dedidit, ſed expeditione aduerſus Troiam ſuſcepta, quæ tum in Aſia potẽtiſsima erat, tanto dux præſtantior fuit, quàm illi qui poſtea contra eandem bellum geſſerunt, ut quam illi, uniuerſæ Græciæ uiribus ſuccincti, uix anno decimo expugnarũt, hic paucioribus diebus q̃ illi annis, quum paucos omnino milites haberet, facilè per uim cœperit: & deinde reges gentiũ in utraq; Aſiæ ora mare accolẽtes, uniuerſos occiderit. quos nunquam peremrturus fuit, niſi & copias illorũ uiciſſet. His rebus geſtis, columnas illas quas Herculeas uocant, cõſtituit, ut eſſent tropæum quidem Barbarorum, monumentũ uerò uirtutis ſuæ et periculorum, ditionisq; Græcorum limites. Hac autem de cauſa hæc tibi commemoraui, ut intelligas me non aliarum rerum autorem tibi eſſe oratione mea, quàm quas maiores tui factis ipſis declarant, ſeſe cæteris omnib. ſumma cum laude antepoſuiſſe. Itaq; cum reliquos omnes decet, in optimum exemplar

Primus Macedoniæ rex.

Hercules ſapientia quam fortitudine præſtantior.

Expugnatio Troiæ.

A exemplar intuentes, conari id exprimere, tum uerò te uel in primis. Nam cum exemplis nõ alienis aut procul accerſitis tibi utendum ſit, ſed domeſtica cum in promptu habeas: an non illud te excitabit ad contentionem, ut par eſſe Herculi, tui generis conditori, ſtudeas? Non autem hæc ſic accipienda ſunt, ac ſi omnes Herculis res geſtas te imitari iubeam (nam id etiam è dijs aliqui nõ poſſent) ſed ſi ſaltem mores eius facilimos, & humanitatem et beneuolentiam in Græcos imitaberis, ad aliquam illius ſimilitudinem acce-des. Quod ſi mihi parueris, eam gloriam quam ipſe uoles, adipiſcêris. Facilius enim eſt è præſentibus negocijs parare pulcherrimam, quam ex ijs rebus, quæ initio tibi obiectæ ſunt, eam qua nunc frueris, conſequi. Verùm illud conſidera, quod te adhortor, non ut cum Barbaris contra eos milites, quos uiolari nefas eſt: ſed ut cum Græcis aduerſus hos bellũ ſuſcipias, contra quos decet ab Hercule oriundos exercitum ducere. Neq; uerô mireris, quòd te per totam orationem ad demerendos Græcos & ad manſuetudinem & humanitatẽ adhortor. Nam difficiles mores moleſtos eſſe uideo, tum ijs qui eos habent, tum his qui eorum conſuetudine utuntur: manſuetudinem uerò non in animantibus ſolum & hominib. & cæteris rebus omnibus, ſed in dijs quoq; celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, Olympij cœliteſq; dicuntur: qui uerò calamitatibus & pœnis præſunt, atrociora etiam nomina habent, quorum alteri & priuatim & publicè templis ariſq; honorantur: alteros neq; precibus neque ſacrificijs coli, ſed nobis abominabiles eſſe conſtat. Hæc igitur conſiderantem, aſſuefacere teipſum & meditari oportet, ut iſta hominum de te exiſtimatio augeatur. Porrò qui eximiam & ſingularem gloriam expetunt, eos animo complecti decet, res nõ quidem quæ fieri nequeant, ſed quæ tamen uotis ſimiles ſint: & ita in illis ſtudioſe elaborare, ut rerum occaſiones tulerint. Multis autem è rebus cognoſces

A' glorioſo.

Cur toties Philippũ ad clementiam et humanitatem hortetur.

B ita eſſe faciendum, ſed in primis ex Iaſonis euentu. Qui cum nihil tale, quale tu, præſtitiſſet, maximam gloriam adeptus eſt, ex ijs ſolum quæ de ſeſe iactauit. Ita enim uerba faciebat, ut qui in Aſiam tranſiturus, et regi Perſarum bellum facturus eſſet. Si igitur Iaſon ſolis uerbis uſus, ita res ſuas auxit: quã de te opinionem fore cenſes, ſi reipſa iſta perfeceris, & maximè quidem conatus fueris, uniuerſum regnũ capere: ſin minus, plurimas inde prouincias auellere, nouoſq; limites Aſiæ conſtituere, quam quidam aiunt à Cilicia uſq; ad Sinopen pertingere. Præterea condendæ urbes erunt in loco illo, atq; in eas collocandi, qui nunc ob quotidiani uictus inopiam oberrant, & obuios omnes inuadunt, ac omnia loca in quæ peruenerint, uexant: quib. niſi obſtiterimus ne cõgregentur, uictu illis affatim ſuppeditato, paulatim tanta eorum multitudo futura eſt, ut nihilo minus Græcis quàm Barbaris ſint metuendi. At nos nihil illos curamus: neq; animaduertimus, nos cõmunem metũ & periculũ nobis omnib. alere. Eſt igitur uiri magnanimi, & Grȩcorum ſtudioſi, & longe in poſterum proſpicientis, ut abuſus talibus hominibus aduerſus Barbaros, tantum terræ illis adimat, quantum antea diximus: & mercenarios milites malis illis liberet, quæ & ipſi ferunt, & alijs inferunt: & ciuitates ex ipſis conſtituat, quibus Grȩcia muniatur, & quaſi uallum pro nobis omnibus obijciatur. Eo pacto nõ illos ſolum fœlices facies, ſed nos etiam omnes ſecuros reddes. Quod ſi maxime hæc tibi non contigerint, at illud ſaltem facilè conſequêris, ut urbes Aſiaticas in libertatẽ uindices. Quodcunq; autem horum perfeceris, aut ſaltem conatus fueris, alijs gloria & laudibus antecelles, idq; optimo iure, ut qui & ipſe talia aggrediaris, & Græcos ad eadem cohorteris. Nam quæ hactenus facta ſunt, quis nõ iurè miretur, noſq; deſpiciat? Poſtquam apud Barbaros, quos molles putabamus, & bellicȩ rei imperitos, luxuq; perditos, uiri nati ſunt, qui ſe Grȩcię

Ab exemplo Iaſonis.

Aſiæ limites.

Vel propter errores milites expeditio mouenda.

Vlciſcendæ Barbarorũ in Græciam irruptiones.

dignos imperio cenſuerunt: Grecorum autem nemo tantum audet, ut ſaltē A
conetur nos Aſiæ dominos facere, ſed uſq; adeò ab illis uincimur, ut illi nō
dubitarint nos ultrò priores laceſſere: nos uerò ne de uindicanda quidem
iniuria cogitemus? Sed cum confiteantur illi in omnibus bellis, ſe neq; mi
lites habere, neq; duces, neq; quicquam aliud periculis propulſandis aptū,
illaq; omnia à nobis accerſant, adeò cupidi ſumus nos mutuò laniandi, ut
cum liceret illorum opibus potiri, ac ſecurè frui, inter nos ipſi de minutijs
quibuſdam belligeremur: & qui à regis imperio defecerunt, in illis ſub iu-
gum reducendis nauemus operam. neq; tandem animaduertimus, nos pa-
trijs hoſtibus præſtò eſſe ad gentiles & cognatos noſtros euertēdos. Qua-
re et tibi conducere, atq; adeò tui officij eſſe puto, dum alij ocioſe ceſſant, ut
te ducem belli aduerſus Barbaros profitearis. Decet quidem alios ab Her-
cule ortos, qui Reipub. legumq́; uinculis quaſi aſtricti tenentur, amare ur-
bem illam in qua habitant, eaq; contentos eſſe: Te uerò tanquam liberè di-
miſſum & emancipatū, totam Græciam patria charitate cōplecti, quemad-
modum is qui uos genuit: & non minora illius cauſa pericula adire, quàm
propter ea quæ tibi antiquiſsima & cariſsima ſunt. Erunt autem fortaſsis,
qui me reprehendere auſint, ijq; ex illorum potiſsimum numero, qui hoc
unum didicerunt, quod cum te adhortari uoluerim, & ad oppugnandos
Barbaros, & ad tuendos Græcos, de mea urbe nihil dixerim. Ego uerò, ſi
quidem cum ullis alijs prius inſtituiſſem diſſerere his de rebus, quàm cum
patria, quæ ter Græciæ libertatem reſtituit, bis profligatis Barbaris, ſemel
iugo Lacedæmoniorū excuſſo, faterer me deliquiſſe. Iam autem notū eſt,
me illam primùm ad hæc adhortatū eſſe, maximo quò potuerim ſtudio &
diligentia. Quam cum minus, quæ à me dicerentur, curare uiderem, quàm
eorū uerba, qui pro roſtris debacchantur atq; inſaniunt, illam quidem miſ-
ſam feci, à meo tamen inſtituto non receſsi. Quare iurè laudarer ab omnib. B
quod ijs copijs uſus, quas habeo, nunquam deſtiti bellum cum Barbaris ge
rere: & partim eos accuſare, qui non ita ut ego, ſentiunt: partim conari, ut
hortarer eos quos uiderem & Græcis poſſe benefacere, & Barbaris preſen
tes opes eripere. Propterea nunc etiam apud te uerba facio, non ignarus,
multos quæ dico mordicus arrepturos. At his quæ à te agentur, congratu-
labuntur omnes. Nam uerbis quidem nemo fruitur: utilitatū uerò quæ in-
de parabuntur, nemo eſt quin putet fructum ſeſe percepturum. Cogita ſal
tem quàm turpe ſit Aſiam florere, afflicta Europa, & Barbaros opulentio-
res eſſe Græcis? Eos qui ad Cyrum genus referūt, quem mater in uiam ab-
iecit, ampliſsimum imperium habere, & reges magnos appellari: at Her-
culis poſteros, quem pater ob uirtutem inter deos retulit, humilioribus no
minibus ſalutari? Atqui horum nihil ita relinquendum eſt, ſed hæc omnia
cōmouenda & inuertēda ſunt. Omnino autem ſtatuere debes, me nihil hu
iuſmodi tibi ut perſuaderem, conaturum fuiſſe, ſi imperium duntaxat & di
uitias inde uidiſſem parandas. Arbitror enim te iam antea omnibus copijs
harum rerū circumfluere: eumq; prorſus inexplebilem eſſe, qui tam anceps
periculum capitis nō refugiat, in appetitione rerum alienarum. At ego nul
la ratione habita, quæ aut quantæ ſint illorum opes, uerba facio: ſed hoc po
tiſsimum ſpecto, quod ex his te maximum uideo clariſsimumq; triumphū
conſecuturum. Velim te cogitare, mortale quidem corpus omnes nos ha-
bere: ſed gloria, laudibus, perpetuitate famæ, compotes immortalitatis fie-
ri, cuius cupiditate omnes uires exerendæ, nulli labores, nulla pericula re-
cuſanda ſunt. Nam & è priuatis hominibus aliquos inuenire eſt, & eos qui
dem optimos, qui uitæ cupiditatem, nulla re alia permutatam uelint: ſed a-
dipiſcendi nominis gratia, in bellis occumbere non dubitent, & ut in uni-
uerſum

Ab ignauia et imperitia Barbarorum.

Cur Philippum potiſsimū exhortetur.

Occupatio: Athenienſib. à ſe fruſtra datum conſiliū.

Iſocrates oppugnare Barbaros nunquā deſtitit.

Inuidendum Barbaris.

Philippo gloriam magis q̃ opes expetendam.

A uerſum dicam, qui ſemper gloriæ augendæ ſtudio tenentur, laudantur ab
omnibus: at qui cæterarum rerum aliquid, quod à pleriſq; inſipienter ama-
tur, nimis arctè complectuntur, hi & immodeſtiores & nequiores haben-
tur. Et quod maximum eſt, opum atq; imperiorum ſæpe hoſtes potiuntur:
at beneuolentiæ ciuium & cæterorum quæ diximus, non alij hæredes poſ-
ſunt eſſe, quàm liberi è nobis geniti. Quare niſi propter hæc tibi conſuluiſ-
ſem, militiam hanc ſuſcipiendam eſſe, & bellum gerendum & periclitandũ,
erubeſcerem. Sic autem hiſce de rebus optimè conſules, ſi cogitabis non ſo
lum hanc orationem eſſe quæ te adhortetur, ſed accedere maiores quoque
tuos, & patrum fortitudinem, & eos etiam qui celeberrimi facti ſunt, er pro
ſemideis habiti, ob expeditionem contra Barbaros ſuſceptam. In primis au *Ab occaſione*
tem allicere te & inuitare debet occaſio & perficiendi facultas, cùm tantis
opibus & copijs polleas, quantis nullus unquam qui in Europa habitauit.
Is uerò contra quem militabis, in tanto eſt odio & contemptu omnium, in
quanto nemo regum unquam fuit. Vehementer autem uelim me poſſe col
ligere, ac uno ueluti faſce complecti, quæ hiſce de rebus dicta ſunt. Magis
enim ſic tractatio argumenti, nomine aliquo digna uideretur. Verùm te
quoq; decet conſiderare ex omnibus, ea quæ pertinent & adhortantur ad
bellum hoc. Non ignoro autem, Græcorum multos in ea opinione eſſe, ut *Barbaros nõ*
regem Perſarum inexpugnabilem eſſe putẽt: quos ſanè mirari ęquum eſt, *eſſe inexpu-*
ſi quod imperium ab homine Barbaro & malè inſtituto conſtitutum & ad *gnabiles.*
ſeruitutem congregatum eſt, id à uiro græco & in rebus bellicis multũ ex-
ercitato, non putant, ſpe recuperandæ libertatis propoſita, diſſolutum iri.
Præſertim cum ſciant, conſtituere omnia quàm ſit difficile, quàm facilè ue-
rò diſſoluere. Cogita autẽ, quod in maxima admiratione ſunt apud om- *Inſignè fore*
nes, & honore afficiũtur, qui utraq; poſſunt, & domi rempub. gerere, & fo *Philippi glo-*
B ris bello tueri. Si igitur uides in una urbe, qui tali ſunt ingenio præditi, eos *riam.*
maximè celebrari: cuiuſmodi fore laudes cenſendum eſt, quæ de te prędica
buntur: Si beneficijs quidem inter omnes Græcos geſsiſſe Rempublicam,
ductu uerò atq; auſpicijs tuis Barbaros expugnaſſe conſpicieris? Equidem
nihil accedere poſſe credo, neq; ampliora ullo tempore, aut maiora poſſe ge
ri, cum in Græcia nullum tantum facinus editum ſit, quantum eſt, nos om-
nes è tantis bellis perducere ad cõcordiam. Neq; ueriſimile eſt, unquam in
poſterum inter Barbaros tantam potentiam conſtitutum iri, ſi præſentem
hanc diſsiparis. Quare nemo è poſteris, etiamſi excellenti præter cæteros
natura ſit, quicquã tale facere poterit. At maiorũ res geſtas ſuperare poſſu-
mus his ipſis, quæ modò à te geſta ſunt non turpiter, ſed uerè, itaq; ut de-
cuit. Nam cum tot gentes ſubegeris, quot urbes Græcorum nemo cœpit,
an non ſi te cum ſingulis illorum conferrem, facile demonſtrarem, te maio
ra quàm illos deſignaſſe? Verùm hac orationis forma abſtinere ſtatui, pro-
pter utrunq;: tum quia nonnulli ſatis ea intẽpeſtiuè utuntur, tum quia nolo
his qui nunc uiuunt, ſemideos minores exiſtimari. Cogita autem, ut & ue-
tera proferamus, Tantali opes, & Pelopis imperiũ, & Euryſthei potẽtiam *Bene meriti*
à nemine laudari, neq; oratore neq; poeta: ſed poſt Herculis excellentiam, *de repub. lau-*
Theſeiq; uirtutem, etiam eos qui ad Troiam militarunt, & qui ſimiles illis *dantur, non*
extiterunt, omnes celebrant: & quidem maxime inſignes illorũ & præſtan *tyranni.*
tiſsimos ſcimus in paruis oppidulis & inſulis imperaſſe, nihilominus illi ta
men prope diuinam & latiſsimè patentem gloriam ſui nominis reliquerũt.
Omnes enim amant, non eos qui ipſi ſibi maxima imperia pepererunt, ſed
qui plurima in Græcos beneficia contulerunt: qui certe non erga hos tan-
tùm eo animo ſunt, ſed æquè in omnes. Nam & noſtrã rempub. nemo lau- *Athenienſes*
dauerit, neq; quòd maris imperium tenuit, neq; quòd tantam pecuniam

exactam à ſocijs, in arcem retulit, neꝗ quòd in eius poteſtate fuerit, è mul- A
tis urbibus alias euertere, alias amplificare, alias pro ſuo arbitrio guberna-
re: (hæc enim omnia ipſi agere licuit) ſed ob hæc in crimen ſæpe uenit. At
è Marathonia pugna, & nauali ad Salamina prælio: inde autem potiſsimũ,
quod pro ſalute Græciæ ſuam urbem noſtri ciues reliquerunt, uniuerſi eam
Lacedæmonij. celebrant: neꝗ aliter etiam de Lacedæmonijs ſentiunt. Nam & illorum cla
dem in Thermopylis acceptam, magis admirantur, quàm alias eorum ui-
ctorias: & tropæum contra illos à Barbaris erectum amant, & cum uolu-
ptate intuentur. Lacedæmoniorũ autem tropæa contra alios, non laudant,
inuitiꝗ uident. Nam illud quidem uirtuti, hæc autem auaritiæ tribuuntur.
Excuſat ætatẽ Hæc igitur omnia perpendenda, et ſeorſim tibi excutienda ſunt: et ſi quidẽ
aliquid mollius, aut non ſatis planè dictum fuerit, ætatis meæ rationem ha
Quod præclare dictum, deo acceptũ ferendum. bebis, cui meritò ueniam omnes dabunt. Sin ſimilia his quæ ſuperioribus
temporibus à me ſunt edita uidebuntur, exiſtimandum eſt, ea nõ ſenectuti
meæ accepta ferenda, ſed dei alicuius beneuolentiæ, qui nõ quidem de me
præcipuè ſit ſollicitus, ſed Græciæ ſalutem complectatur cura ſua, quiꝗ ſtu
deat præſentibus eam malis liberare, tibiꝗ reſeruare gloriã longe hac præ-
Dij quomodo res humanas gubernent. ſenti maiorem & celebriorem. Opinor autem te non ignorare, quo pacto
dij res humanas adminiſtrẽt. Non enim ipſi coràm uel proſperis uel aduer-
ſis in rebus, hominibus ſeſe conſpiciendos præbent, aut contrectandos ma
nibus: ſed eam mentem dant ſingulis, ut uel cladibus ultrò citroꝗ ſeſe affi-
Iſocrates orator, Philippus imperator à dijs electus. ciant, uel cõmunes utilitates in mediũ afferant, mutatione officiorum. In
hunc modũ fieri poteſt, ut nobis orationem tribuerint, te uerò præfecerint
rebus ipſis: exiſtimãtes te pulcherrime iſta obiturũ, orationem autẽ meam
audientibus minime grauem & moleſtam fore. Arbitror autem etiã ſupe
Dij Philippũ ad oppugnandos Perſas hactenus fouiſſe uidentur. riorum temporum res geſtas nõ tantas fuiſſe futuras, niſi deorum aliquem
bene propitium & adiutorem habuiſſes: non quidem ut Barbaros Euro- B
pæos bellis perpetuis infeſtares, ſed ut in illis quaſi uelitationibus exercita
tus, partaꝗ peritia & nobilitata uirtute tua, hæc quæ nunc ego tibi ſubijcio,
deſiderares, ad eaꝗ capeſſenda animũ extolleres. Turpe igitur fuerit, fortu
nam rectè præeuntem nõ alacriter ſequi, neꝗ ultrò ad maiora uocanti ob-
Glorioſa ſuadere, quàm laudare, conducibilius. temperare. Aequum autem eſſe cenſeo, ut omnibus quidem honorem ha-
beas, qui res à te geſtas prædicant: ſed ab illis tamen uerìſsimis te laudibus
celebrari exiſtimes, qui te maioribus negocijs parem eſſe cenſent, tantiſꝗ
rebus animo & ſententia ſua te præficiunt, quantas ego nunc expoſui. neꝗ
enim hi ſoli magnifaciendi ſunt, qui auribus in præſentia blandiuntur: ſed
qui efficient, ut apud poſteros in tanta ſis admiratione, in quanta nemo un
quam fuit. In hanc ſententiam plura quidem cupio differere: ſed quam ob
Epilogus. cauſam id facere nequeam, plus ſatis dictum eſt. Reſtat igitur, ut in ſummã
omnia cogam, ut quàm paucìſsimis perſpicias totius conſilij ſcopum & ca
put. Aio igitur, Græcos beneficijs tibi adiungendos eſſe, imperium in Ma
cedonas exercendum, Barbaris quamplurimis imperandum. Quæ ſi fece-
ris, omnes tibi gratiam habebunt: Græci ob accepta beneficia, Macedones
ob regiam munificentiam & mores à tyrannica feritate alienos: reliqui, ſi
Barbarica dominatione liberati, Græcorũ dexteritati ac fidei ſalutem ſuam
Fiducia de conſilij ueritate. commendatam uiderint. Hæc quàm temporibus apte, quá ue diligentia
ſcripta ſint, à uobis, ubi audieritis, cognoſcendum erit: ſed quod me-
liora his & ad præſentem rerum ſtatũ magis accommo-
data, nemo tibi ſuaſurus ſit, ſatis mi-
hi ſcire uideor.

IN ISOCRA-

IN ISOCRATIS ORATIONEM DE Pace, Argumentum.

A *MIſſus Chares ad ſubigendam Amphipolim, quæ tum libera, ſuiq; iuris erat (nam & Lacedæmonios afflixerat clades Leuctrica, & Athenienſes parum poterant) ratus, ſe illius urbis quouis tempore facilè potiturum, ueteriſq; potentiæ Athenienſibus reſtituendæ cupidior, Chios & Rhodios, cæteroſq; ſocios bello adortus, & quum illi reſiſterent, uictus eſt, ita ut inops cõſilij, neſciret quò ſe uerteret. Nam, ſi omißis illis, Amphipolim petijſſet, ipſi Atticam inuaſuri erant, ad ulciſcendas iniurias. His Athenienſes auditis, inducias petierunt, quas Chij & Rhodij, cæteriq; ſtatim dederũt. Et hoc bellum illud eſt quod Sociale dicitur. Quum igitur, indicta concione, de finiendo bello deliberaretur, Iſocrates in medium progreſſus, ſuadet, omißis negocijs non neceſſarijs, & imperandi cupiditate poſthabita, paci & ocio conſulendum. Bipertita eſt autem oratio. id enim agit, partim ut ſocijs libertas reſtituatur, partim ut maris imperio abſtineant Athenienſes. Et contra poſteriorem hanc partem fertur Ariſtides edidiſſe orationẽ, qua huic orationi de pace contradicit. Et hæc quidem ſumma huius orationis eſt. Præcipuum argumentum ab utili ducitur. Status negocialis eſt, cum hic pax ſuadeatur. Quòd ſi quando communi exordio uti cogeris, tractationẽ tamen propriam et ſingularẽ, ut hic fit, adhibeto. Nam quum Iſocrates dicit, De magnis rebus, pace nimirũ & bello, deliberatur, id commune eſt: quum addit, tametſi òmnes in hunc modum exordiri ſolent, orationi nouitatem eleganter conciliat.*

ALIVD ARGVMENTVM ex Dionyſio.

Quis quæſo uehementius ad colendam iuſticiam & pietatem, cùm ſingulos priuatim, tum publicè totas ciuitates adhortari queat, quàm ſcripta de Pace oratione, Iſocrates? In ea enim ſuadet Athenienſibus, ne aliena prauè deſiderent, ſed ut præſentibus opibus contenti uiuant: & ut paruis oppidis, tanquam fundis ſuis, parcant, ſocioſq; in officio beneficijs, nõ ui & neceßitate contineant: & ut è maioribus imitentur, non eos qui ante bellum Decelicum, propemodum ciuitatem euertiſſent, ſed illos qui ante bellum Perſicum perpetuum uirtutis ſtudium habuerũt. Oſtendit non multitudine triremium, aut imperio in Græcos per uim exercendo, rempub. augeri: ſed iuſtis potius conſilijs & actionibus, iniurijſq; prohibendis.
B *Beneuolentiã Græcorum, quam ad beatè uiuendũ plurimum conferre exiſtimat, ciuitati ut concilient, propriamq; reddant, in primis hortatur: & ut ad bellum quidem parati ſint & inſtructi, ſed pacis ita ſtudioſi, ut neminem ullis iniurijs afficiãt: docens, neq; ad parandas opes, neq; gloriã, neq; deniq; fœlicitatem quequã tantũ conferre, quantũ uirtutem & eius partes. Eos autẽ qui aliter ſentiunt, reprehendit, quod exiſtiment iniuſticiã quidem callidam & lucroſam, & ad quotidianã uitam utilem: iuſticiã uerò incommodã, et alijs quàm his qui ea prædıti ſint, cõducibiliorem. Ego igitur haud ſcio, an quiſquam orationes uel meliores, uel ueriores, uel magis philoſophiæ conſentaneas dicere queat.*

ALIVD ARGVMENTVM IN ORATIONEM DE PACE, ipſius autoris, ἐκ τοῦ περὶ ἀντιδόσεως.

Quæ cum ita ſint, tamen exiſtent aliqui ex iſtis, qui ipſi quidem excogitare nihil aut dicere poſſunt, quod audire ſit operæprecium, ſed in eo ſtudio ætatem conſumpſere, ut aliorum rectè dicta cauillentur & exagitent: qui ea quæ recenſuimus, eleganter quidem & eruditè eſſe dicta ſine inuidia fateantur, longè tamen utilius & præſtabilius eſſe dictitent, ea quæ nunc prauè ac temerè agantur, reprehendere, quàm res olim geſtas laudare, & de emendando præſenti reipublicæ ſtatu dare conſilium, quàm uetera facinora commemorare. Vt igitur hæc quoque calumnia ipſis adimatur, omiſſa defenſione ſuperiorum, conabor uobis tantam alterius orationis partem recenſere, quanta modò recitata eſt. unde apparebit, me in his omnibus ſtudioſe elaboraſſe. Et quidem initio tractatur de pace facienda cum Chijs, Rhodijs et Byzantijs. Cum enim oſtendiſſem è republica eſſe, ut bellũ deponeretur, accuſo dominatũ in Græcos uſurpatũ, & damno maris imperiũ: ac pronuncio, id nihil eſſe aliud quàm monarchiam, ſiue actiones ſiue clades inſpicias. commemoro etiam, quid ex eo noſtræ ciuitati, quid Lacedæmonijs, quid alijs omnibus uſuuenerit. His explicatis, & Græciæ calamitates deploro, & ciues admoneo, ut præſentibus malis remedium aliquod inuenire ſtudeant. Deniq; ad colendam iuſticiam adhortor, & errata reprehendo, & do de repub. in poſterum ordinanda conſilium.

ORATIO

Attentionem captat à magnitudine rei

SOlent omnes qui ex hoc loco uerba faciũt, dicere, maximi A
eſſe momenti, & plurimum intereſſe reipubl. ea, de quibus
ipſi conſulturi ſint. Quòd ſi ullis alijs negocijs tale conue-
nit exordium, eo nobis in præſentia uel in primis utendum

Pax & bellũ.

eſt. Nam in hoc conuentu populi, de pace & bello delibe-
ratur, quæ duæ res utranꝗ paginam faciunt in rebus mor-
talium: alijsꝗ fœliciores neceſſariò reddunt eos, à quibus prudenter admi

Libera obiurgatio auditorũ, qui aſſentatione delectantur.

niſtrantur. Quanquã autem tanta res nunc agitur, non ſimili fauore tamen
& ſtudio omniũ orationes audiri uideo: ſed alijs applaudi à uobis, alijs ne
perorandi quidẽ poteſtatem fieri. Id quod equidem nihil miror. Vſitatum
enim ſcilicet uobis eſt, eos explodere, qui ueſtris cupiditatibus album cal-
culum addere uolunt: in quo certè reprehendendi eſtis. Nam cum uos mi-

Aſſentatio perniciosa.

nimè lateat, multas & magnas familias ab aſſentationib. funditus euerſas,
& priuatim id genus hominũ oderitis, quî fit ut publicè illis delectemini?
Accuſare quidẽ ſoletis eos, qui adulatores in ſuas ędes admittunt, eorumꝗ
conſuetudine delectantur: uos ipſi tamen plus illis creditis, ꝙ reliquis ciui
bus. Vnde id etiã conſecuti eſtis, ut ueſtri oratores, non ſolliciti iam ſint de

Oratores populi delicatis auribus aſſentantur.

publico bono, ſed ut in id ſtudeant, et in eo unicè elaborẽt, ut ea dicant, quę
ueſtris auribus & animis blandiantur. Quare quum nemo dubitet quin ad
bellũ ſitis longè propenſiores quàm ad pacem, longè plures etiã huc con-
fluxere, qui, quod aiunt, frigidam ſuffundant, & ueluti claſsicum canant, ꝙ

Illecebræ belli.

qui uobis quietorũ conſiliorum & pacis autores ſint. Nam illi qui ſpem fa-
ciunt, nos prædijs mercibusꝗ ab exteris receptis, & captarum urbium ſpo

Fidele conſilium.

lijs locupletatos, ueterem potentiã recuperaturos: hi nullas tales illecebras
oſtẽtant, ſed hoc ſimpliciter dicunt, ocio & tranquillitati conſulendũ eſſe, B
non eſſe ob iniuſtam cupiditatem ius uiolandum, eſſe præſenti ſtatu acqui
ęſcendum: quo maximæ hominũ parti factu nihil eſt difficilius. Sic enim à

Auaritiæ opportunitas.

ſpe pleriꝗ pendemus, & ita inſatiabili cupiditate rerum, quæ aliquam etiã
iniuſti lucri ſpeciem habent, tenemur, ut ne locupletiſsimi quidem ſuis di-
uitijs contenti ſint, ſed in appetitione maiorum copiarum, etiam pręſentes
opes in diſcrimen adducant. Et quidem prouidendũ eſt, ne in ſimilem nos

Non temerè ſuſcipienda bella.

quoꝗ amentiam incidamus. Magna enim quorundã eſt in bello ſuſcipien
do temeritas, qui ſic incitati ſunt, nõ quaſi plebeius aliquis homuncio con-
ſuluerit, ſed tanquam deus quiſpiam proſperrima quæꝗ nobis & expedi-
tiſsimam hoſtiũ uictoriam polliceatur. Eſt autem prudentiũ hominum, de

De dubijs deliberandũ, explorata perficienda ſunt.

his quæ comperta habent, nõ deliberare (ſuperuacaneum enim fuerit) ſed
quæ decreuerunt, maturè agere. At quibus de rebus conſultant, earũ euen
tum non exploratũ ſibi eſſe putare, ſed coniectura quidem uti, & in fortu-

Athenienſiũ importunitas.

næ arbitrio poſitum exiſtimare debent. Quorum uos neutrũ facitis, ſed ꝙ
tumultuoſiſsimè confunditis & permiſcetis omnia. Nam ita quidem cõue
niſtis, quaſi ex omniũ ſententijs id ſit eligendum, quod reip. maximè con-
ducat: ita uerò aſpernamini omnes eos qui grata & iucunda uobis dicere

Audiendi etiã qui noſtris cupiditatib. aduerſantur.

uolunt, quaſi iam antea noueritis quid factu ſit optimum. Enimuero dece-
bat, ſi omnino quæreretis quid eſſet reſpublica, eos audire ſtudioſius, qui
ueſtris ſententijs aduerſantur, quàm illos qui aſſentantur omnia. Nec enim
ignoratis, ab his qui quæ uos uultis, ex hoc loco dicunt, facilè uos poſſe de-
cipi. Nam ad gratiam et uoluptatẽ audientis inſtituta oratio, iudicio ueluti
nebulas offundit, quò minus id quod utiliſsimum eſt, perſpiciatur. id quod
ab his qui ueſtrum fauorem non aucupantur, metuendũ non eſt. Nec enim
unquam à ſentẽtia uos deducent, aliud'ue perſuadebũt, niſi quid expediat
euidentiſsimè

A euidentiſsimè demõſtrauerint. Præterea quî fieri poteſt, ut ulli uel de prçteritis rectè iudicẽt, uel de futuris prudẽter deliberẽt, niſi cõtrarias inter ſeſe rationes cõtulerint, et çquos utriſq; auditores ac iudices ſeſe prçbeant? Miror aũt, neq; ſenes meminiſſe, nec adoleſcẽtes è quoq; audiuiſſe, nihil è pacatis cõſilijs unquã nobis accidiſſe mali: ſed ob bella temerè ſuſcepta, nos multas & magnas clades accepiſſe. Quæ nos minime in memoriã reuocamus, ſed parati ſumus, quanq; nihil prorſus huiuſmodi conatibus proficientes, & claſſem in mare deducere, & tributa cõferre, & auxiliari, & bella inferre ſine diſcrimine quibuſuis, quaſi de aliena urbe periclitemur. Huius rei cauſa hæc eſt, quòd, cum nõ minori cura & ſollicitudine remp. uos complecti deceret, quàm priuatas ueſtras utilitates, longe alia ueſtra eſt ratio. Nam proprijs de rebus deliberantes, in conſilium adhibetis eos qui prudẽtia uobis antecellunt. At in conuentibus, cum de repub. agitur, quo quiſq; ſapientior eſt, eo minus autoritaris habet, maioreq; inuidia laborat: contrà, illos extollitis, quorum pro concione maxime ſeſe iactat improbitas: & populariores eſſe ducitis ebrios quàm ſobrios, amentes quàm rectè ſentientes, peculatores quàm eos qui ſuis opibus rempubl. locupletant, ac ueſtris tum utilitatibus tum uolupatibus inſeruiunt. Quare mirum eſt, quenquam eſſe qui ſperet, dum hi conſultores audiuntur, melius actum iri cum repub. Ego uerò quàm arduum ſit aduerſari ueſtris cupiditatibus, non ignoro: & quanquam hic popularis eſt reſpub. uideo tamen nemini licere quod ſentit liberè loqui, niſi ſtolidiſsimis, ueſtriq; contemptoribus in concione, poetis comicis in theatro. Acerbiſsimum autem eſt, quòd in maiore apud uos gratia ſunt, qui probra ueſtra, & delicta urbis noſtræ, apud exteros Græcos diuulgata traducunt, quàm qui de uobis bene merentur: his uerò qui caſtigant, aut monent, ita infenſi & iniqui eſtis, ac ſi contra rempubl. feciſſent.

Pacis ſtudiũ belli cupiditate utilius.

In deliberationibus tam publicis q̃ priuatis, optimis & ſapientiſſimis auſcultandum.

Vulgi peruerſa iudicia.

Conſilijs reſpõdẽt euẽtus.

Vulgi tyrannicæ aures.

Vociferatores.

Comici.

B Quamuis igitur hæc ita ſint, non tamen ab inſtituto meo recedam. Non enim huc prodij gratificandi gratia, ut magiſtratum aliquem à uobis eblandirer: ſed ut quæ ſentio dicam, ac primùm de his quæ à magiſtratibus deliberanda propoſita ſunt, poſtea de cæteris reipub. negocijs. Nec enim ulla erit decretorum de pace utilitas, niſi reliquis etiam de rebus rectè conſuluerimus. Statuo ergo pacem eſſe faciendam, nõ modò cũ Chijs et Rhodijs & Byzantijs, ſed cum uniuerſis hominibus: & fœderibus & pactionibus eſſe utendũ, non his quas nunc quidã proponunt, ſed illis quæ cum rege Perſarum & Lacedæmonijs interceſſere: quibus conſtitutum fuit, græcos ſuis legibus eſſe permittendos, præſidia ex alienis urbibus eſſe deducenda, ſuas ſingulis ciuitates tenendas eſſe. Quæ omnia tam æqua, itaq; reipub profutura ſunt, ut nihil præſtabilius inueniri queat. Scio quidem, ſi hic dicendi finem fecero, me uiſum iri opes & dignitatem reipub. imminuere. Quis enim æquum eſſe cenſeat, ut Thebani Theſpias & Platæas cæteraſq; urbes, quas contra fœdera & iuramenta occuparunt, teneant: nos uerò noſtris urbibus, nulla coacti neceſsitate, cedamus? At ſi ab initio uſq; ad finem, me diſſerentem attentè audieritis, ſummæ amentiæ, opinor, & inſaniæ condemnabitis eos, qui iuſticiam lucroſam eſſe putant, & alienas urbes ui tenent: neq; conſiderant, quantæ calamitates inde conſequi ſoleant. Et hæc ſunt, quæ per totam orationem uobis oſtendere conabor. Primùm autem de pace diſputemus, diſpiciamuſq; quid nam illud ſit, quod in prçſentia expetimus. quo uerè prudenterq; conſtituto, de alijs quoq;, in hoc negocium uelut exemplar quoddam & ſcopum intuentes, rectius conſultabimus.

Liber conſiliarius.

Propoſitio.

Pacem eſſe faciendam, libertate Græcis reſtituta.

Occupatio: Iuſtitia cupiditati præferenda.

Inueſtigat, quid expetãt Athenienſes.

An uerò non bene agi nobiſcum ſtatuemus, ſi & reſpublica noſtra in tuto collocetur, & ad uictum neceſſaria nobis abunde ſuppetant: & inter nos ipſi conſentientes, apud cæteros Græcos gloria floruerimus? Ego quidem

exiſtimo, ſi hæc nobis contigerint, urbem noſtram denuò fore fœliciſsimã. A

Accommodatio: Bellũ rebus exoptatis ſpoliat, in horrenda mala conijcit.

At bellum hiſce rebus omnib. nos ſpoliauit. Nam et opes noſtras minuit, & in pericula multa nos coniecit, & apud Græcos in odium adduxit, omnibus deniq; modis afflixit: quòd ſi pace facta, ea præſtiterimus, quæ in communibus fœderibus præcipiuntur, republica noſtra ſine ullius periculi metu fruemur, liberati bellicis diſcriminibus & tumultibus, qui iam inter nos orti ſunt, ac indies opes noſtræ augebuntur. Nec enim neceſſe erit amplius tributa cõferre, aut inſtruere triremes, aut alia munera obire, quæ affert belli neceſsitas. agros noſtros ſecurè colemus, & mare nauigabimus, alijs' que negocijs occupabimur, quæ iam propter bellum neglecta iacent. Vrbis præterea reditus duplicabuntur, & mercatores & hoſpites & inquilini plurimi, qui nulli iam adſunt, huc confluent. Pręterea ſocij nobis erunt omnes homines, non coacti, ſed ultrò: neq; illi nos dum floruerimus obſeruabunt propter potentiam, in periculis uerò deſerent, ſed uerè & ſanctè ſocietatẽ & amicitiã colent. Ad hæc, quæ iam magnis belli ſumptib. recuperare non poſſumus, miſsis legatis facilimè recipiemus.

Cerſobleptem & Philippum Atheniẽſium amicitiam expetituros, ſi eos ab auaritia uiderint alienos.

Nec enim uel Cerſobleptes propter Cherroneſum, uel de Amphipoli Philippus bellum nobis facient, ſi à rerum alienarum cupiditate nos eſſe uiderint alienos. Nunc quidem, dum nos præſentibus opibus non contentos, plura ſemper appetere cernunt: quis' nam illis uicio uerterit, etiamſi noſtrã urbẽ ſuis ditionib. uicinã eſſe uolunt? Si uerò, mutatis noſtris moribus, melius de nobis exiſtimare cœperint, non tantũ noſtra ſibi nõ uendicabũt, ſed et de ſuo iure cõcedent, & nobis aliquid largientur. Eſt enim ipſis utile futurum, ut florentis noſtrę ciuitatis amicitia freti, ſuis imperijs ſecurè potiantur. Quin etiam Thraciæ tantam partem uendicare nobis poterimus, ut nõ nobis tantũ uictus abundè ſuppetat, ſed ut egentium quoq; Græcorum, & qui ob paupertatem in certis ſedibus uagantur, neceſsitatibus conſulatur.

Athenodorus, Calliſtratus.

Nam cum Athenodorus & Calliſtratus, alter homo priuatus, alter etiam exul, urbes condere potuerint: quanto nos magis, modò uelimus, talia locs multa occupabimus? B Longè autem glorioſius eſt, ut qui Græciæ principatum ſibi uendicant, talium operum duces & aurores ſint, quàm ut conducticijs exercitibus (cuius rei nos iam cupiditate flagramus) imperent.

De conſtanti pace deliberandum.

Et quidem plura fortaſſe dici poſſent, de his quæ legati pollicentur, ſed & hæc ſufficere arbitror. Sic autem cenſeo, pacem non tantum decernendam, ſed nõ prius dimittendam eſſe concionem, quàm ratio fuerit inita, qua pax durabilis & conſtans permaneat. Nec enim conſultum fuerit committere, ut pro more noſtro, non multo pòſt, ijſdem tumultibus agitemur, aut moram ſaltem aliquam pręſentibus malis producamus: ſed opera danda eſt, ut illis in uniuerſum liberemur.

Moderandi affectus.

Quarum rerum nihil omnino fieri poteſt, niſi perſuaderi uobis patiamini, plus utilitatis & lucri eſſe in tranquillitate & ocio, quàm in conatu & molitione non neceſſaria multarum rerum: iuſticiam præſtare iniuriæ, ſuarum rerum curam & diligentem adminiſtrationem appetitioni alienarum opum eſſe præferendam.

Oratori multa tentanda.

Quibus de rebus quum oratorum nemo unquã apud uos uerba facere auſus fuerit, orationis meæ maxima pars in his ipſis conſumetur. Hinc enim pendêre fœlicitatem uideo: neq; in hiſce rebus ſitam eſſe, quas dudum agitabamus. Omnino autem neceſſe eſt, ut qui à conſueta dicẽdi ratione receſserit, & uobis ueſtra cõſilia extorquere ſtuduerit, multis de rebus mentionem faciat, & alicubi diutius immoretur. Et quidẽ alia uobis in memoriam redigenda ſunt, alia reprehendenda, quædam laudanda, de nonnullis conſilium dandum eſt:

Homines in deliberando aberrant.

quæ tametſi quis omnia præſtiterit, tamen haud illi promptũ erit, uos ad meliorem mentem reuocare. ſic enim res habet, mea quidem ſententia: uniuerſi mortales utilitatis ſuæ ſtudioſi ſunt,

A dioſi ſunt, & in eo elaborãt ut plus poſsint alijs. Verùm quibus rationibus id aſſequantur, in eo falluntur pleriq;, & differunt inter ſeſe opinionibus. Nam alij rectè iudicant, & bono conſilio id deligunt, quod eſt rebus atque temporibus maximè accommodatum: alij à ratione utilitatis, roto (quod aiunt) cœlo aberrant. id quod etiam noſtræ ciuitati uſuuenit. Nam in ea ſumus opinione, ſi multis triremibus mare nauigemus, & tributa per uim ab urbibus extorſerimus, eosq; cogamus ut huc mittant aliquos, qui conuentibus noſtris interſint, nos aliquod feciſſe operæprecium. in quo ſanè plurimum decepti, & ſpe noſtra in uniuerſum fruſtrati ſumus. Nam illæ ipſæ res & inimicitiarum, & bellorum, & multorũ ſumptuũ cauſę nobis extiterunt. neq; profectò iniuria. Nam etiam ſuperioribus temporibus, hęc ipſa turbulenta conſilia, nos in extrema diſcrimina coniecerunt. At dum publicè iuſticiæ ſtuderemus, dum opem ferremus oppreſsis, dum iniuſtè aliena nõ concupiſceremus, Græci principatũ & imperium ultrò nobis detulerũt: quos longo iam tempore, inconſideratè omnino & nimis petulanter contemnimus. Quidam enim uſqueadeò dementati ſunt, ut exiſtimẽt iniuſticiã probroſam quidem eſſe, ſed eandem tamen afferre lucrum, & in uita cũ primis eſſe conducibilem: iuſticiam uerò celebrari quidem ſolere laudibus, ſed nihil emolumẽti pârere, & alijs utiliorem eſſe quàm his qui ea prædiri ſunt. Verùm illi non intelligunt, neq; ad parandas opes, neq; ad res rectè gerendas, neq; deniq; ad fœlicitatem adipiſcendam, tantam eſſe uim in iniuria, quanta eſt in uirtute & eius partibus. Nam his bonis quæ animo inſunt, etiam cæteras utilitates, quibus opus eſt, paramus. Quare qui mentem ſuam negligunt, & non omni ſtudio excolunt & perpoliunt: hi non animaduertunt, ſe id negligere, ut alijs neq; rectius ſentiant, nec meliore fortuna utantur. Atq; adeò mirum mihi uidetur, eſſe qui putent, eos qui in propoſito et

Error Atheniensium.

Falſa opinio de uirtute & iniuſticia.

B cõſtantia colendæ pietatis & iuſticiæ labores ſuſcipiãt, & pericula adeant, deteriore cõditione fore quàm improbos, nec in maiore tam deorũ quàm hominũ gratia futuros, quàm alios. Ego uerò perſuaſum habeo, ſolos hos ijs rebus antecellere, quæ ueras utilitates pariunt: reliquos, falſa quadam & inani ſpecie boni gloriari ſolere. Nam qui iniuſticiam pluris faciunt, & ſummum bonum in eo ponunt, ut aliorum opibus per iniuriam potiantur: eos ſimiles eſſe ferè uideo feris, quæ eſcæ blandirijs in laqueos illiciuntur. ac initio quidẽ his quæ apprehenderint, cum uoluptate frui: ſed paulo pòſt, maximis malis cõflictari. Qui uerò pietatem & iuſticiam in omni uita colunt, hi & perpetuò in tuto ſunt, & de reliquo æui ſpacio uniuerſo ſpem meliorẽ habent. Quę ſi non in omnibus, neq; perpetuò ſolent ita contingere, ut plurimum tamen & plerunq; in hunc modum fiunt. Eſt autem uiri prudentis officium, quoniam quid profuturum ſit ſemper, non perſpicimus, ut id deligat, quod frequentius prodeſt. Quid autem eſt eorũ opinione abſurdius, qui iuſticiæ ſtudium honeſtius quidem & deo gratius exiſtimant, quàm iniuriam & uiolentiam: & tamen iuſtorum hominum uitam fore miſeriorẽ cenſent, quàm eorum quibus ſtudio eſt improbitas? Vtinam uerò tam facile eſſet, auditores amore uirtutis inflammare, quàm eam laudare facile eſt. Nunc metuo ne fruſtra hæc à me dicantur. Corrupti enim et deprauati ſumus iam longo tempore, ab hominibus, quorum omne artificiũ in decipiendo conſumitur. Illi multitudinem uſqueadeò contemnunt, ut, cum largitionib. corrupti, bellum aliquibus inferre ſtudent, dicere auſint, maiores eſſe imitandos, neq; committendum ut ipſi ludibrio ſimus alijs: aut ullis mare pareat, qui uobis tributa pendere detrectent. Ego uerò perquam ex illis audire cupio, quibus ſuperioris ætatis hominibus nos ſimiles eſſe iubeant. Num his qui circa bellum Perſicum fuerunt? aut illis qui ante obſidionem Decelicã

Soli boni uiri fœlices.

Illecebræ iniuriarum perniciosæ.

Boni plerunq; improbis fœliciores.

Nequã oratores deprauãt populi animos

Intempeſtiua maiorum imitatio repudianda.

 rempub.

rempub. geſſerunt? Quòd ſi hos imitari iubent, quid quæſo ſuadent aliud, A quàm de fortunis omnibus, ipſaq; libertate periclitandum? Sin illis uos ſimiles eſſe uolunt, qui uel in Marathone uictoria potiti ſunt, uel ætate ſuperioribus: an non ſunt omnium impudentiſsimi, cum eos laudent qui tum geſſerunt rempublicam, & nunc uobis autores ſint ut planè contraria faciatis? Nam eò quidem uos inducunt, & ad ea delicta impellunt, ut ego ſim animi dubius, utrum, ut aliàs ſoleo, id quod ſentio & res eſt, dicam, an metu ueſtræ offenſionis, ſilentio præteream. Potius tamen eſſe iudico, ut nihil diſsimulem: tametſi non ignoro, uos grauius iraſci ſolere his qui aliquid reprehendunt, quàm illis qui uos in calamitates coniecerunt. Verùm utcunq; res ceciderit, turpe mihi duco, meæ famæ potius quàm publicæ ſalutis rationem ducere. Vt igitur & meum & cæterorum qui rempub. curant, officium eſt, ea dicere, non quæ auditu iucundiſsima, ſed quæ utiliſsima factu ſunt: ſic uos contrà ſtatuere debetis, morborũ corporis multas & uarias curationes à medicis eſſe inuentas: ſed animis ægrotis, quiq; malis cupiditatibus redundant, unicum ſupereſſe remedium, orationem, quæ liberè audacterq; prauas opiniones & delicta reprehendat. Deinde quid abſurdius eſt, quàm uſtiones & ſectiones medicorum ſuſtinere, ut pluribus cruciatibus liberemur: orationes autem, antequam cognitum ſit, an eam uim habeant, ut audientibus proſint, improbare? Hæc eò præfatus ſum, quòd de cæteris ſine omni tergiuerſatione ac diſsimulatione, liberè aperteq; apud uos dicere decreui. Quis enim obſecro eſt, qui peregrè adueniẽs, & noſtri erroris expers adhuc, ſi hiſce rebus de improuiſo interueniat, nos delirare & inſanire non arbitretur? Res præclarè geſtas à maioribus laudi nobis ducimus, & rempub. noſtram propterea celebramus: tantum autem abeſt, ut eos ulla ex parte imitemur, ut planè contraria faciamus. Nam illi quidẽ pro Græcis contra Barbaros pugnare non deſtiterunt: nos uerò eos qui in Aſia B ſtipendia faciebant, & inde alebantur, huc retractos, contra Græcos duximus. Illi dum Græcis urbibus libertatem reſtituunt, dum opem ferunt, principatu Græciæ dignati ſunt: nos qui eaſdem ſeruitute premimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur, eundem honorem nobis non haberi, cum inter dicta & facta noſtra, & illorum tantum interſit, ut ipſi pro conſeruandis Græcis patriam ſuam deſerere non dubitarint, & terra mariq; præliantes, Barbaros uicerint: nos uerò ne pro noſtris quidem cupiditatibus priuatisq; compendijs dimicare ſuſtineamus. Imperitare quidem ſtudemus omnibus, militare autem nolumus: ac nemo ferè eſt mortaliũ omnium, quem bello non laceſſamus: at rei militaris exercitium ipſi planè negligimus. Et cum hi, quorũ operas cõducimus, partim exules, partim deſertores & tranſfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc confluxerint, ſic animati, ut ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu et auſpicijs nos oppugnaturi ſint: adeò tenerè tamen eos diligimus, ut etiamſi liberis noſtris uim aut iniuriam fecerint, tamen pœnas ab eis exigere ne uelimus quidem.

Vitia liberè ſunt reprehendenda.

Oratio ſeuera eſt ægrotantis animi unica medicina.

Athenienſes iactant imitationem maiorũ, à qua ſunt alieniſsimi.

Oppugnant Græcos.

Mercenarijs militibus utuntur.

Quòd ſi querelæ ad nos de illorum auaricia, rapinis & uiolentia deferũtur, minimè quidem indignamur, tametſi illorum ſcelera nobis imputentur, & inuidiã odiumq; cõflatura ſint: ſed quaſi rem præclarè geſſerint heroes iſti, gaudemus & congratulamur. Deniq; ſic dementati ſumus, ut ipſi annonæ penuria laborantes, peregrinũ alere militem ſtudeamus, & à ſocijs noſtris tributa per iniuriam extorqueamus, ut mercedem communibus omniũ hoſtibus numeremus. Poſtremò tanto deteriores ſumus maiorib. noſtris, (de laudatis illis nihil dico, ſed de his qui in odio fuerunt) ut illi, ſi quibus bellũ facere decreuiſſent, quamuis auro & argento refertum eſſe ærarium, tamẽ ſuis corporibus exequenda, quę ſtatuerãt, cenſerent: nos ad tantã egeſtatẽ redacti,

Veteres Athenienſes ipſi militarunt.

A redacti, in tanta ciuium multitudine, perinde ut Magnus rex, conducticijs
exercitibus utamur. illi, claſſe in mare deducta, peregrinos & ſeruos remi-
gijs nauibusq́ agendis pręficiebant, ciues armis ornatos mittebãt: nos con
ductijs militibus grauem armaturam damus, ciues remigare cogimus. Vn-
de fit, ut in hoſtilem agrum egreſsi, qui ſibi imperium in Græcos arrogant,
remum geſtent: illi uerò talibus ingenijs prædití, qualia paulo antè deſcri-
pſimus, armati in acie uerſentur. At uerò domi reſpubl. ſic adminiſtratur,
ut intuenti, bonam ſpem faciat etiam de cæteris? Imò illud ipſum eſt, quod
maximam indignationem moueat. Nobilitatem noſtram iactitamus, & ue
tuſtate noſtræ urbis multum gloriamur: quare nos etiam decuit alijs exem
plum eſſe, bene conſtitutæ moderatæq́ reipublicæ: ſed nos ita tumultua-
mur, ita confundimus & miſcemus omnia, ut ne cum recentibus quidẽ co-
lonijs ſimus conferendi. Splendore natalium ſuperbimus, & alijs genero-
ſiores eſſe uolumus: at facilius quoſuis in ſocietatẽ iſtius quaſi pręrogatiuę
admittimus, quàm contemptiſsimi Triballi, aut Lucani, ſuę ignobilitatis a-
lios participes faciunt. Leges plurimas ferimus: ſed eaſdem ita contemni-
mus, ut, cum capite ſancitum ſit, (ex uno enim etiam de cęteris iudicabitis)
ne quis auſit ſuffragia uel iudicia corrumpere largitionibus, eos qui palàm
id faciunt, imperatores deligamus, et quo quiſq́ plures ciues corruperit, eo
maioribus rebus à nobis præficiatur. Pręterea, cũ uideri uelimus, de reip.
forma non minus eſſe ſolliciti, quàm de ſalute & incolumitate totius ciuita
tis: nec ignoremus, popularem ſtatum tranquillis & pacatis rebus creſcere
& confirmari: bellis uerò iam bis ſublatũ eſſe, pacis ſtudioſos, quaſi qui om
nia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus: at qui bella conci-
tant, hos demum ut populares exoſculamur. Eloquentiſsimi, & rerũ geren
darum peritiſsimi uideri uolumus: & tamen ea noſtra temeritas eſt, ut eodẽ
B die de rebus ijſdem non eadem decernamus, ſed quæ domo egreſsi damna
bamus, illa ipſa, in concione, ſuffragijs noſtris cõprobemus: & paulo pòſt,
domum regreſsi, quæ hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Sapientiſsimi
Græcorum, noſtra opinione ſumus: ſed ab eorum cõſilijs pendemus, quos
nemo eſt qui non aſpernetur. & illos ipſos ſummæ rerum omnium pręfici-
mus, quib. nemo priuatim quicquam credere audeat: quodq́ omniũ acer-
biſsimum eſt, qui noſtrapte confeſsione omnium improbiſsimi ſunt, hos
Reipub. cuſtodes fideliſsimos arbitramur. Inquilinos quidem tales eſſe cre
dimus, quales ſibi patronos delegerint: at nos ipſos non exiſtimari ſimiles
cenſemus gubernatoribus noſtris. Tam longe uerò à more maiorum receſ
ſimus, ut eoſdem illi & ſummę reipublicæ præficerent, & imperatores crea
rent: exiſtimantes, qui pro roſtris optima ſuaderet, eundem nihilo deterius
etiam cum ſolus eſſet, per ſeſe deliberaturum. Nos cõtrà, quibus de grauiſ-
ſimis rebus conſultoribus utimur, illis tanquam ſtolidis, imperium non de-
ferimus: qui uerò eius farinæ ſunt, ut nemo publicè priuatim'ue illorũ con-
ſilium expetat, hos mittimus ut ſuo arbitrio gerant omnia. quaſi uerò illic
ſapientiores futuri ſint, & facilius conſulturi de totius Græciæ et reipub. ſta
tu, ancipitiq́ Martis alea, quàm de rebus non perinde magnis, quę hic diſ-
cutiendę proponuntur. Neq́ tamen hęc ęquè ad omnes pertinere uolo,
ſed ad eos duntaxat, qui tales ſunt, quales iam diximus. Dies me defecerit,
ſi in omnia noſtrarum actionũ delicta coner ſeuerius inquirere. Fortaſsis
autem exiſtet eorum aliquis, ad quos hæc crimina maximè pertinent, qui
cum indignatione interroget, qui fiat, ſi tam malè conſulamus, ut non inco
lumes tantum, ſed etiam nulla urbe, opibus & potentia inferiores ſimus?
Ad quod expedita reſponſio eſt, id aduerſariorum noſtrorum cõſilijs nihi
lo prudentioribus acceptum eſſe ferendum. Nam ſi Thebani, mox, uictis

Athenienſes mercenariorũ militum ſeruis.

Rerum urbanarum ſtatus æque corruptus, ut externarum.

Nobilitatis ſtulta gloriatio, & donatio facilis ciuitatis.

Legum coaceruatio & neglectus.

Bellandi cupiditas democratiæ perniciosa

Incogitantia et inconſtantia.

Stulti atque improbi conſiliarij & magiſtratus.

Olim ijſdem domi militiæq́ ſumma rerum credita.

Occupatio. Athenienſes non ſua prudentia, ſed hoſtium ſtulticiã eſſe incolumes.

Lacedæmonijs,Peloponneſum liberaſſent,& libertate cæteris Græcis per A
miſſa,quieuiſſent,& nos eadem hæc delicta commiſiſſemus : neq; iſte nos
in huncmodum rogare poſſet , & nos intelligeremus , quantum modeſtia
& tranquillitas præſtaret turbulentis & inquietis hiſce conſilijs . Iam autẽ
res eò redijt,ut Thebani nobis,nos Thebanis uiciſsim ſalutem noſtram ac
ceptam feramus:planè nõ aliter,ac ſi nos ipſis , ipſi nobis auxiliares copias
mitterent. Quare ſi ſaperemus, dilargiremur mutuò pecunias ad indicen-
das conciones.Nam utri utri è nobis ſæpius conueniunt,hi alterorum ſuc-

Noſtris conſilijs fretus eſſe debemus.

ceſſus & fœlicitatem iuuant & promouent.Decet autem eos qui mediocri
ſaltem ingenio ſunt , ſpem ſuæ ſalutis non in hoſtium erratis & temeritate,
ſed in recte factis conſilijsq; ſuis collocare.Nam quę ex aduerſariorum in-
ſcitia cõmoda capimus,fortaſſe neq; diu duratura,neq; uniuſmodi ſemper
futura ſunt.At quod à nobis ipſis proficiſcitur,ſolidi aliquid habet,& con-

Occupatio: Monitoris officium.

ſtantiæ.Minimè uerò difficile eſt refutare illos,qui uanis ducuntur opinio
nibus,& temerè cauillantur.At ſi quis paulo æquior,me uera quidem dice
re,nec iniuria reprehendere ea quæ fiunt , confiteatur : ſed æquum tamen
eſſe dicat,qui ex animo conſultum alijs uelint,ut non tantũ acta reprehen-

Difficilius eſt grata quàm uera dicere.

dant,ſed uiam etiam ac rationem indicent,quę fugiẽda quę ſequenda ſint,
ut tandem,mutatis conſilijs,rectius omnia fiant : eius oratio nõ quidem id
efficiet,ut uerè utiliterq; reſpondere nequeam:ſed illud mihi ſaltem ſollici-
tudinem inijcit,ut ſatis uobis placeat quod dixero. Verùm quoniam ſemel
planè aperteq; dicere aggreſſus ſum, nulla circuitione uſus , etiam hiſce de

In uirtute ſita fœlicitas.

rebus meam ſententiam interponere non dubitabo . Quibus igitur rebus
inſtructos eſſe deceat eos qui fœlices eſſe ſtudeant,pietate nimirum & tem
perantia,& iuſticia, cæterisq; uirtutibus, paulo antè dictũ eſt. Quæ autem

Conſilium de fœlicitate adipiſcenda.

expeditiſsima ratio ſit inſtitutionis eius quę tales efficiat,uerè quidem om
nino à me dicetur,ſed idem uobis audientibus indignum uidebitur,& plu B

Maris imperiũ omittendũ.

rimum à reliquorum ſententijs abhorrere.Ego enim cenſeo,& tranquillio
rem rempub. noſtram,& nos ipſos meliores fore,& incrementa rerum no-
ſtrarum omnium uiſuros,ſi maris imperiũ concupiſcere deſtiterimus . hoc
enim illud eſt , quod & in hoſce tumultus nos cõiecit, & ueterem illam de-
mocratiam,in qua maiores noſtri fœlicitate Græcis omnibus præſtiterunt

Occupatio: Aequis animis audiendũ uerũ et utile conſilium.

euertit,& malorum ferè omnium cauſa eſt , tum eorum quæ nos damus a-
lijs,tum eorũ quæ ab alijs nobis dantur. Equidẽ non ignoro q; difficile ſit,
potentiã,quam omnes adamarunt,armisq; uindicandã cenſent,accuſantẽ
audiendum potius quàm explodendum uideri. Veruntamen cum ueſtra
æquitas dicta ſuperius,uera illa quidem,ſed inuiſa tamen & odioſa,ſuſtinu
erit:rogo,ut ea etiã quæ reſtant,non audire grauemini.neq; me tanto furo
re percitum exiſtimetis, ut inſtituerim de rebus tam abhorrentibus à ſenſu
multitudinis,uerba facere,niſi certa conſilij mei ratio mihi conſtitiſſet,et in
ueritate orationis magnum mihi præſidium eſſe ſtatuiſſem. Perſuaſum
enim habeo , me palàm facturum omnibus , nos id imperium affectare,
quod imperium neq; citra iniuriam parare liceat, neque contingere nobis

1 *argumẽtũ, Maris imperium iniquum.*

poſsit,neq; nobis ſit profuturum. Ac primùm quidem, iniuſtũ hoc eſſe im-
perium , ueſtris uos uerbis & teſtimonijs docebo , & conuincam his ipſis
quæ à uobis didici . Nam dum iſta potentia Lacedæmonij potirẽtur, quid
tandem oratione noſtra non exagitauimus? Etenim & iniuſtè eos impera
re dictitabamus,& æquum eſſe ut Græci ſua libertate fruerentur. Quas ue
rò græcas urbes nõ concitauimus ad ſocietatem belli ob hęc ipſa ſuſcepti?
quoties legatos ad magnũ regem miſimus, qui docerent,neq; decere,neq;
expedire,ut ciuitas una Græcis dominaretur? neq; prius oppugnare Lace
dæmonios,terra mariq; periclitati,deſtitimus , quàm conſentire in fœdera
de liber-

A de libertate facta, uoluiſſent. Nō igitur eſſe iuſtū, ut potentiores dominentū imbecillioribus, & tū ſenſimus, & in hac ipſa reip. noſtræ forma idē iudicamus. At hoc ipſo imperio nos potiri nō poſſe, aut ullā eius conſtituendi rationē inire, id quoqꝫ mox, ut opinor, declarabo. Nam quod, dum 10 millia talentûm in ærario haberemus, tueri nō potuimus, qui nam idē in tanta penuria & inopia recipiemus? cū præſertim ijs inſtitutis utamur, nō quibus id parauimus, ſed quib. amiſimus. Quòd ſi ultrò reip. noſtræ deferretur, ne ſic quidē fore accipiendū, ex eo mihi poſſe uidemini ꝙ primū intelligere. Sed præſtat & de his pauca præfari. Nam dū toties ad increpationes deuoluor, uereri mihi ſubit, ne qui me putent actionē contra noſtrā ciuitatē de induſtria inſtituiſſe. Ego uerò, ſiquidē apud exteros in hunc modū hiſce de reb. diſſererē, hoc nomine culparer haud iniuria. Cum aūt ad uos mea cōuerſa ſit oratio, quos minime uolo apud alios traducere, ſed emēdare, quę minus recte adminiſtratis, ut ea pax, de qua omnis oratio eſt, cōſtanter & à uobis & ab alijs Græcis agatur: æquū eſt, iſtā opinionē à me amoueri. Fieri quidē aliter nō poteſt, quin & qui monēt, & qui accuſant, uerbis utantur nō ferè diſsimilibus: ſed uis et finis utriuſqꝫ orationis ꝙ lōgiſsimè diſcrepat. Quare non decet uos de his qui eadē dicunt, eodē modo iudicare: ſed qui ex maleuolētia odioqꝫ ueſtri conuiciantur, tanꝙ qui remp. euerſam cupiunt, digni odio ſunt: at qui candidè ſincereqꝫ, ueſtræ utilitatis cauſa monent, laudem bonitatis præter cæteros ciues merentur. hi præſertim, qui euidētiſsimè & malas actiones, & ortas inde calamitates, ſuis quaſi colorib. depingere norunt. Hæc una enim & optima ratio eſt, qua eò deducamini, & ut oderitis quæ oportet, & ut meliora deſideretis. Et hæc ſunt quæ pro defenſione aſperioris orationis, & ad excuſanda cùm ea quæ dixi, tum quæ dicenda reſtant, adferenda in mediū cenſui. Nunc eò redeo unde digreſſus ſum. In-

2 Maris imperium non poſſe teneri.

Occupatio: Atheniēſium uitia nō odio, ſed emendandi ſtudio à ſe taxari.

Diſcrimē criminationis & admonitionis.

B de igitur, inquam, rectiſsimè perſpicietis, non eſſe è republ. ut capiatis maris imperium, ſi conſideraueritis, quo pacto ante partam iſtam potentiam urbs conſtituta fuerit: & quomodo, cum eam iam teneremus. Quæ ſi apud animos ueſtros inter ſeſe contuleritis, cernetis, quantum inde malorum pelagus reipub. proruperit. Reſpublica certè ſuperiore tempore tanto melior & præſtantior fuit, quàm ea quæ ſecuta eſt, quanto uiri meliores fuerūt Ariſtides & Themiſtocles & Miltiades, Hyperbolo et Cleophonte, et iſtis qui iam regnant in concionibus. At populus qui tum rempub. geſsit, non ſocordiæ, non inopiæ, non inanis ſpei plenus, ſed is fuiſſe comperietur, qui et profligare poſſet quotquot Atticam inuaſiſſent, & in adeundis pro Gręcia periculis primas ferret ob fortitudinem: tantamqꝫ ſibi fidem adiungeret, ut plurimæ ciuitates ultrò ſeſe illi permitterent. Et cū hæc accepiſſemus à maioribus, amiſſa ueteris reipublicę gloria, dominatus iſte nos ita petulantes, ita temerarios effecit, ut mores hoſce mortaliū nemo probare queat. & ſic ciues noſtros inſtituit, non dico ne uincant eos à quibus bello petimur: ſed ut ne quidem extra mœnia, in conſpectum hoſtium prodire audeamus. & cum maiores noſtri & apud ſocios beneuolentia, & apud cæteros Græcos gloria floruerint, dominatus iſte tantum noſtri odium concitauit, ut parū abfuerit quin urbs excinderetur, niſi Lacedæmonij, ueteres hoſtes, ſingulari fœlicitate noſtra, maiore in nos beneuolentia fuiſſent, quàm hi, quorum dudum ſocietate utebamur. Neqꝫ uerò eſt cur ſocios culpemus, etiamſi fortaſsis acerbiores in nos fuerunt. Nec enim autores fuere iniuriarū, ſed multis & magnis noſtris iniurijs exacerbati, nobis ſuccenſuerunt. Quis enim patrum noſtrorum petulantiam ſuſtinuiſſet, qui congregatos ex uniuerſa Græcia ignauiſsimos quoſqꝫ, & omni genere flagitiorum coopertos, triremibus impoſuerunt, ut Græcorum odium de induſtria quęſiſſe uideantur.

3 Maris imperiū non eſſe è republica.

Status Athenarū ante maris imperium.

Status Athenarum poſt partū maris imperium.

Excuſatio ſociorum.

Deſcriptio importunitatis Athenienſium in adminiſtratione maritimi imperij.

Nam

Nam optimos ciues aliarum urbium eijciebant, illorumq́ opes, improbiſsi A
mis Græcorum dilargiebantur. Atqui, ſi auderem ea quæ illis temporibus
acta ſunt, accuratè percenſere: fortaſsis efficerem, ut reliquis de reb. rectius
conſuleretis, ſed idem reprehenderer. Non tam enim autores calamitatum

Occupatio, qua libertatẽ orationis excuſat.

odiſſe ſoletis, quàm eos qui errata taxant. Quo animo cum ſitis, uerendũ
mihi eſt, ne dum uobis benefacere nitor, de meipſo interim malè merear.
Non tamen omnino præteribo, quæ inſtitui: ſed acerbiſsimis quibuſq́, &
quæ moleſtiſsima uobis eſſe queant, omiſsis, ea ſolum commemorabo, un-

Oſtentatio uectigaliũ & pupillorum.

de amentiam illius ętatis magiſtratuum intelligatis, qui tanto ſtudio exqui
ſiuerunt ea quæ odium hominum pariunt, ut decernerent, argentum illud
quod tributorum nomine extortum & cumulatum erat, in ſingula talenta
diſtributum, Bacchanalibus in orcheſtram inferendum. Theatro autem
iam pleno, & hoc, quod dixi, faciebant: & liberos eorum, qui in bellis ceci-
derant, introducebant: utriſq́ demonſtrantes, ſocijs æſtimationem opum
ſuarum, quæ à mercenarijs inferebatur: Græcis uerò cæteris, multitudinem
orphanorum, & clades ob illam auaritiam acceptas. Quæ dum facerent,
cùm ipſi, tum alij æquè amentes, urbis fœlicitatem prædicabant. nec enim

Opes malè partæ.

proſpiciebant, ex illis rebus quid fieret, admiratione opum attoniti, quæ ur
bem iniuſtè ingreſſæ, etiam illas quæ iurè tenebantur, paruo temporis ſpa
cio unà ſecum euerſuræ erant. Vſqueadeò autem & ſua neglexerũt, & alie-

Claßis miſſa in Siciliam.

na appetiuerunt, ut cum Lacedæmonij cum exercitu in Attica uerſarentur,
& Decelicus murus iam ſtaret, claſſe Siciliam peterent: neq́ erubeſcerent,
in conſpectu & ante oculos ſuos patriam dilacerari & uaſtari: & illis bellũ
inferre non dubitarent, à quibus ipſis nulla unquam orta fuerat iniuria.
Quin eò dementiæ proceſſerant, ut quamuis ſuburbia ſua non tenerent, de
imperio tamen Italiæ & Siciliæ & Carthaginis obtinendo cogitarent. Tam

Athenienſes nec ingentibus malis facti prudentiores.

inſignis autem fuit eorum amentia, ut, cum alios calamitates erudiãt, & mo B
deſtiores moderatioresq́ reddant, ipſos hæc omnia planè nihil emenda-
rint, quanquam ab urbe condita, plura & grauiora mala reipublicæ noſtræ
non accidiſſent. Ducentæ triremes in Aegyptum miſſæ unà cum his quę
uehebant, interierant. Circa Cyprum quinquaginta & centum, in Ponto
decies mille grauis armaturę milites, partim ciues partim ſocios amiſerant.
At in Sicilia uirorum quadraginta millia, & triremes quadraginta et ducen
tas, poſtremò in Helleſponto ducentas. Vbi uerò denæ & quinæ, & plures
hoc numero interierunt, et millenos uel bis millenos interfectos, quis nam

Sepulturæ publicæ.

enumeraret? niſi quòd hæc ita in orbem redibant, ut ſingulis annis publi-
cæ ſepulturæ fierent, ad quas multi è finitimis, alijq́ Græci conueniebant,
non ut unà lugerent, ſed ut ueſtris cladibus delectarentur, & inſultarent.

Vrbs impleta peregrinis.

Nobilißimæ familiæ extinctæ.

Tandem eò res rediere, ut paulatim ſepulchra publica ciuibus: Tribus aũt
& Album ciuitatis, alienigenis implerentur. Quanta enim multitudo peri
erit, ex eo facilimè cernitur, quòd genera clariſsimorum uirorum, ampliſsi
mæq́ familiæ, quæ & tyrannicas graſſationes, & bellum Perſicum effuge-
rant, in eo quod tantopere cõcupiſcimus imperio, extirpatas inueniemus.
Quare ſi quis cætera conſideret, & ad hoc, tanquam ad exemplar, referat,
permutati, alijq́ propè facti uidebimur. Enimuero ea demũ ciuitas fœlix

Vrbes et uiri fœlices.

nominanda eſt, non quæ è promiſcua hominum colluuie multos ciues te-
merè colligit, ſed quæ antiquiſsimas & primas familias maximè conſerua-
re ſtudet. Hi etiam uiri in præclaris habendi ſunt, non qui potiti imperijs,
ſæuitiam in ciues exercent, aut maiores opes ac potentiam quàm par & æ-
quum eſt, habent: ſed qui maximis honoribus digni ſunt, & illis tamen ho
noribus contenti uiuunt, qui populi uoluntate ipſis contigerunt. Nam
tali autoritate nemo, ſiue priuatus, ſiue magiſtratus, neque honeſtiorem,
neq́

A neq; tutiorem,neq; precij maioris,aut magis expetendam ſuſcipere queat. qualem qui circa bella Perſica floruere, conſecuti,non latronum more uixerunt,aliàs in ſumma rerum omnium abundantia, àliàs penuria laborantes,& obſidionib. preſsi,& malis ingentibus circumuenti: ſed quod ad annonam attinet & alimẽta quotidiana,neq; illi abundabant, nec inopia premebantur,ſed moderationem & iuſticiam in gerenda republica, ſuasq; uirtutes laudi ſibi ducentes,etiam uitam quàm alij ſuauiorem exegerunt. At qui eos proximè ſecuti ſunt,his neglectis,nõ iuſtè ciuiliterq;,ſed tyrannicè & uiolenter imperitare ſtuduerunt. quæ cum ſimilem eandemq; uim habere uideantur,longiſsimis tamen interuallis diſtant. Nam principum officium eſt,eos qui parent,cura & induſtria ſua reddere fœliciores. At tyrannorum hoc propoſitum, hæc conſuetudo eſt,ut ſua commoda ſuasq; uoluptates,ex aliorum incommodis,laboribus & cladibus comparent. Neceſſe autem eſt,ut qui talia moliuntur,etiam in tyrannicas calamitates incidant, & ut ſeſe erga alios geſſerint,tales in ſe quoq; cęteros experiantur: id quod et noſtræ urbi accidit. Nam quemadmodum noſtri,arces aliarum urbiũ pręſidijs occuparunt: ita ſuam urbem in hoſtium eſſe poteſtate uiderunt: ut liberos à parentum complexibus auulſos,obſides acceperunt,ita multi ciuium coacti ſunt,ſuos liberos in obſidione peius et alere et inſtituere,ꝙ ipſis conueniebat: ut alienis prædijs fruebantur,ſic,multis annis,ſua ne uidendi quidem poteſtas ipſis data eſt. Quare ſi nobis optio daretur,utrũ uellemus ob imperiũ tanti tẽporis,remp. tantis cladib. afficiendã uidere, quiſnam eam conditionẽ acciperet, niſi fortè aliquis planè deſperatus, & qui neq; ſacra, neq; parẽtes,neq; liberos,neq; quicq; aliud curet,niſi unicũ uitę ſuæ tẽpus, nulla ratione habita poſteritatis? Verùm nos longe aliter animati eſſe debe-

Principis & tyranni diſcrimen.

Clades Atheniensiũ tyrannidẽ comitatæ adueniunt:

Nemo urbo nus tyrannicũ imperium & infortuniũ optat.

B mus, eosq; imitari, qui in harũ rerum omniũ curã maximè incũbunt, neq; publicam gloriam ꝙ priuatam ſuam minore ſtudio complectuntur, & mediocrem uitæ ſtatum cum iuſticia præferunt magnis opibus malè partis. Quæ cum etiam noſtris maioribus propoſita fuiſſent, et poſteris florentiſsimam rempublicam tradiderunt, & immortalem uirtutis ſuæ memoriam reliquerunt. Vnde utrunq; facile perſpicitur,noſtrã urbem & uiros alijs præſtantiores poſſe gignere: & imperium illud nomine, re uera infortunium, omnes eos qui cum ipſo conflictantur,reddere deteriores. Cuius rei maximum hoc ſignum eſt,quòd id nõ nos ſolum,ſed etiam Lacedæmoniorũ urbem ita corrupit,ut qui uirtutes illorum prædicant, nõ amplius dicere poſſint, nos ob popularem ſtatum rem male geſsiſſe: Lacedæmonios uerò, ſi eandem poteſtatem obtinuiſſent,fœlicitatem fuiſſe cùm ſibi tum alijs parituros. Nam hoc,de quo loquor,imperium,quod ſuum eſſet ingenium,in illis multo celerius aperuit. Siquidem eam rempublicam, quam ſeptingentorum annorum ſpacio,nemo neq; periculis neq; ullis cladibus labefactatam,aut loco motam eſſe nouit,paulo momento ita concuſsit,ut parũ abeſſet,quin funditus euerteretur. Etenim more maiorum antiquato, & bonis inſtitutis abolitis,effecit,ut ciues priuatim fierent iniuſtiſsimi,ignauiſsimi, iniquiſsimi,auariſsimi: publicè,ut ſocios ſuperbiſsimè deſpicerent, & in alienarum opum inſatiabili cupiditate,fœdera & iuramenta omnia ſecuriſsimè negligerent. Nam tanto grauius Græcos quàm noſtri, uexatos afflixerunt,ut præter ſuperiora mala,cædibus etiam & ſeditionibus turbarent ciuitates: unde immortales inimicitiæ mutuò extiterunt. Et,cum ſuperiorib. temporibus cautiores fuiſſent in ſuſcipiendis bellis, adeundisq; periculis, tunc ita bellandi amore inſanierunt,ut nullum ſocietatis ius, non acceptorum beneficiorum memoria, eos ab inferendis armis deterreret,aut coherceret. Rex Perſarum ad bellum contra nos geſtum,illis ultra quinq; millia

Poſteritatis & uirtutis habenda ratio.

Exemplũ maiorum:

Athenienſium laus.

Maris imperiũ omnes deteriores facit.

Maris imperium etiam Lacedæmonios corrupit.

Ingratitudo Lacedæmoniorum, & uiolentia.

talentorum ſuppeditarat: Chij ex omnib. ſocijs, illorũ cauſa promptiſsimè A
nauali prælio periclitati erant: Thebani cum maxima ui peditum illis præ-
ſtò fuerant. At mox adepti imperium: Thebanis inſidiati ſunt, contra Per-
ſarum regem Clearchum miſerunt cum exercitu, Chiorum principes ciues
egerunt in exilium, & naualibus ſpoliatis, uniuerſas triremes ſecum auexe
runt. Nec his delictis contenti, iiſdem temporibus Aſiam uaſtabant, inſu-
las contumelioſe uexabant, Italicas & Siculas reſpublicas abrogabant, ty-
rannica imperia conſtituebant, totam Peloponneſum cõtinuis bellis & ſe-
ditionibus exagitabant. Quam tandem illi ciuitatem non oppugnarunt?
quos è ſocijs non læſerunt iniuria? An non Elæis agri partem ademerunt?
An non Corinthiorum agrum populati ſunt? An non Mantinenſes, diſsi-
pata urbe, uicos incolere coegerunt? An non Phliunta expugnarunt? An
non in Argiuorum ditionem duxerunt exercitum? Quid deniq; non fece-
runt, ut & alios affligerent, & eam cladem, quam in Leuctris accepere, cul-
pa ac merito ſuo ſibi accerſerent? Quam cladem qui Spartæ fuiſſe dixerũt
exitio, næ illi longè falluntur. Nec enim ob eam ſociorum odia ſuſceperũt,
ſed ob ſuperiorũ temporũ iniurias, & tum uicti, & de aris & focis periclita
ti ſunt. Minimè uerò æquũ eſt, ut calamitatũ cauſas in eos caſus transfera-
mus, qui poſtremò acciderũt: ſed ea errata & delicta accuſari debent, quæ
inſecutis infortunijs materiã præbuerũt. Quare omnino longe uerius dici
queat, tunc omniũ malorum ipſis extitiſſe principium, quando adepti ſunt
maris principatũ, cuius longè fuit alia quàm ipſi conſueuerant antea, ratio.
Nam dum pedeſtribus copijs cum ſummo imperio præeſſent, tam bono or
dine omnia adminiſtrabãt, ita ad tolerantiam laborum & fortitudinẽ exer-
cebantur, ut maritimo imperio facilimè potirentur. At ex intemperantia et
libidine huius principatus, celeriter etiam alterũ illum amiſerũt. Nec enim
leges à maioribus acceptas amplius agnoſcebant, neq; inſtituta uetera ſer- B
uabant: ſed quod libuiſſet, idem licere ſibi exiſtimantes, in perturbationes
maximas inciderunt. Non intelligebant ſcilicet, quàm res ſit intractabilis
poteſtas & autoritas, cuius omnes cupiditate tenentur: quam'que diffici-
le ſit, ſi eam concupieris, à ſtatu mentis non dimoueri. Eſt enim idem poten
tiæ quod meretricularum ingenium, quæ ad ſui quidem amorem incautos
alliciunt, ſed amatores ineſcatos, quaſi hamo deuorato, perdunt. Neq; hæc
à me fingi, ſed reuera ita eſſe, omnes ferè hiſtoriæ teſtantur. Nam quo quiq;
maioribus & pluribus imperijs ualuerunt, eo maioribus calamitatibus eos
fuiſſe conflictatos, qui, facto à nobis & Lacedæmonijs initio, connumera-
uerit, omnino inueniet. Nam hæ duæ urbes, cũ antea moderatione ſumma
rempublicam geſsiſſent, & maxima gloria florerent: quamprimum hoc im
perium nactæ ſunt, par ex omni parte fuit, ac eadem utriuſq; ratio, uel poti-
us uecordia. & (ſicut fieri neceſſe eſt) quemadmodum qui iiſdem libidini-
bus eodemq; morbo conſtricti tenentur: & eadem aggreſſæ, & paribus de
lictis inuolutæ, ſimili tandem ruina proſtratæ conciderũt. Nam & nos con
ciliato nobis odio ſociorum, & in extremam neceſsitatẽ adducti, à Lacedæ
monijs conſeruati ſumus: & illi, cum in eorum exitium omnes conſpiraſ-
ſent, ad noſtram fidem confugerunt: & quam expetiuere ſalutem, per nos
conſecuti ſunt. Quis igitur hoc imperium laudabit, cuius tam ſunt mali exi
tus? An non id potius omnes & oderint & fugient, cũ ambas urbes, ut tot
tam acerba ſuſciperent, impulerit, & coegerit ut ſuſtinerent? An uerò non
admiratione dignũ eſt, ſuperiori tempore animaduertiſſe neminem, quan-
tum mali pariat? aut nos & Lacedæmonios armis de eo contendiſſe? Non
profectò. Comperiemus enim, pleroſq; in expetendarum rerum iudicio
hallucinari, & deſiderio malarum rerum uehementius flagrare quàm bo-
narum,

Euentuũ cauſæ conſiderandæ potius q̃ ipſi euentus.

Potentia eſt meretrici ſimilis.

Athenienſes et Lacedæmonij ex ſimili rerum adminiſtratione in ſimiles clades inciderunt.

Incogitantia humana mala pro bonis amplectitur, hoſtibus melius quàm ſibijpſi conſulit.

A narum, hoſtibusq; melius quàm ſibimetipſis cōſulere. id quod maximis in in rebus cernitur. Quid enim non ita factū eſt? an uerò negari poteſt, nos ea ſtudio habuiſſe, quibus effectum eſt, ut Lacedæmonij Græciæ dominatu potirentur? At illi ſua tam infœliciter curarūt, ut nos, paucis annis elapſis, iterum emerſi & quaſi eminentes, ſalutem ipſorum in poteſtate habuerimus? an non Athenienſium improbi conatus effecerunt, ut urbes Lacedęmoniorum partes ſequerentur? At Laconum contumeliæ, eaſdem, ut ſtuderent Athenienſibus, adegerunt. An non ob oratorum improbitatem, ipſe populus oligarchiam, quæ temporibus quadringentorum cōſtituta eſt, deſiderauit? An non ob triginta tyrannorum inſaniam, popularis ſtatus cupidiores facti ſumus, quàm illi qui Phylen occuparunt? Quinetiam minoribus in rebus, & in quotidiana uita cernitur, multos & cibis & exercitijs il lis gaudere, quibus & corpus & animum lædunt: & uiciſsim ab his, quibus utraq; hæc iuuarentur, tanq; laborioſis & moleſtis, abhorrere. idq; fieri cū quadā opinione cōſtantiæ & tolerātiæ, ſi à prauo inſtituto minime receſſerint. Si ſunt igitur, qui deteriora melioribus, in ijs ipſis ſine quib. uiuere ne queunt, & quæ magis curant, præferant: quid miri eſt, ſi quale ſit maris imperium, ignorant: deq; illo inter ſeſe pugnant, de quo nihil unquam cogitationis ſuſceperunt? Conſiderate ſaltem, quàm multi ſint, qui monarchias in liberis ciuitatibus conſtituere deſiderent, & ad illas obtinendas, quiduis perpeti uelint, nihilq; durum aut acerbum putent. At quid moleſtiarū, quid periculorum illis non ineſt? An non mox dominatu ſuſcepto, tot tantisq; malis implicantur, ut neceſſe habeant, cum uniuerſis ciuibus bellum gerere, & eos odiſſe, à quibus offenſi non ſunt? & amicis ſocijsq; ſuis diffiderer? ac ſalutem ſuam mercenarijs militibus credere, quos nunquam uiderunt: ſuiq; corporis cuſtodes non minus timere quàm inſidiatores, & ita

Exempla Lacedæmoniorum & Athenienſium.

A' minori ad maius.

Tyrānidis ſtudioſa cupiditas.

B ſuſpectos habere omnes, ut coniunctiſsimorum etiam cōgreſſus horreant. Nec id ſanè iniuria: cum non ignorent, prioris ætatis tyrannos omnes male perijſſe, ac alios à parētibus, alios à liberis, alios à fratribus aut ſororibus, alios ab uxoribus eſſe interfectos, & genus eorum funditus inſuper extirpatum. Nihilominus tamen, infinitis ultrò ſeſe calamitatibus ſubijciunr. Quòd ſi primores & ſapientiæ opinione maximaq; gloria celebres, tanta mala ſic adamant, quid miri eſt alios non abſimilia tyrannidi deſiderare? Non autem ignoro, uos, quæ de tyrannis dicuntur, approbare, ſed imperij diſſuaſionem iniquis animis accipere. Vſu uobis enim euenit turpiſsimū quiddam. Nam quæ in alijs perſpicitis, ea in uobis ipſis ignoratis. Atqui ſolidæ prudentiæ non minimum hoc ſignum eſt, de ijſdem actionibus & rebus etiam diuerſorum hominum, uno eodemq; modo ſemper ſentire ac iudicare. Quorum uobis nihil unquam curę fuit, ſed imperia quidem tyrannica, & moleſta & pernicioſa, non alijs tantum, ſed ipſis etiam tyrannis putatis: imperium uerò maris, ut maximorum bonorum cauſam admiramini, cum reuera nihil quicquam à monarchijs differat, ſed eaſdem prorſus & actiones & calamitates ſecum trahat. Thebanorum quidem res male habere putatis, quòd finitimis moleſti ſint. At uos, cū nihilo ſitis in ſocios ęquiores quàm illi in Bœotios, perſuaſum habetis, optimè uobiſcū agi, neq; uos ulla minima in re aberrare ab officio. Quare ſi me quidem audire uolueritis, uos ipſos, repudiatis in uniuerſum inanibus conſilijs, in conſilium adhibebitis: & rempublicam ſingulari ſtudio complexi, prudenter indagabitis, quid'nam id ſit, quod ambas urbes (noſtram dico & Lacedęmoniorū) in hunc modum affecerit, ut ab exiguis initijs profectę, utreq; Gręcis imperarint, ac deinceps in immenſum aucta potentia, propè funditus exciſæ fuerint? Quas'nam itē ob cauſas Theſſali maximis op ib. hereditate acceptis,

Sua uitia non intelligere turpe.

Maris imperiū nihil aliud eſt q̃ tyrānis.

Cogitandum, incrementa urbium quæ cauſæ & actiones anteceſſerint.

& ampliſsimam maximamq́ potentiam habentes, eò redacti ſint, ut neſciant quò ſe uertant? Cur Megarenſes, cum opes eorum per ſe paruæ ac tenues ſint (nam neq́ agrum habent, neq́ portus, neq́ argentifodinas, ſed petras potius quàm agros colunt) ampliſsimas facultates inter omnes Græcos parauerint? A

Theſſali. *Megarẽſes.*

Cur Theſſalorum arces ſemper alij quidam teneant, quamuis ultra tria millia equitum habeant, & pedites innumeros: Megarenſes, quamuis paruæ illorum copiæ ſint, ſuam rempub. pro ſuo arbitrio adminiſtrent? Adhæc, Cur illi bella inteſtina perpetua gerant: hi, cum intra Peloponnenſes & Thebanos & noſtram urbem habitent, perpetua pace fruantur? Nam ſi hæc, & quæ eius generis ſunt, animo percurreritis, inuenietis petulantiam & contumeliam extitiſſe malorum cauſam: contrà, modeſtiã (quæ quidem in priuatis rebus, à uobis laudatur, ita ut eius ſtudioſos maxime in tuto eſſe, & reliquis ciuibus præſtare credatis, ſed à repub. remouendam eandem ducitis) magnas utilitates peperiſſe.

Reſpublicas petulantiã fugere, modeſtiæq́ ſtudere magis decet, quàm homines priuatos.

Decet autẽ uirtutes exercere, & auerſari uitia, non priuatos homines duntaxat, ſed, ac multo etiam magis, ciuitates quoq́. Nam uir quidem impius ac malus, fortaſsis obierit, priuſquam det ſcelerum pœnas. Vrbes uerò, quæ quodammodo immortales ſunt, nec diuinam nec humanam animaduerſionem effugiunt. Hæc igitur conſideranda ſunt: & non illis auſcultandum, qui in præſentia quidem grata & iucunda dicunt, poſteritatis autem nullam rationem habent, quiq́ ſe populares eſſe iactitant, & rempub. interim euertunt.

Improborum & ſtolidorum magiſtratuũ reprehenſio.

Nam olim etiam, cum id genus hominum in concionibus regnaret, in eam dementiam urbẽ perduxerunt: quæ calamitates eas peperit, quas paulo antè commemoraui.

Reprehenſio populi, malos deligentis.

Maximè autem mirum eſt, uos illis ſummos magiſtratus mandare, non qui eodem animo ſunt quo illi qui auxerunt rempub. et amplificarunt: ſed qui non alia & dicunt & agunt, quàm hi qui ipſam euerterunt. Cum præſertim ſciatis, non eo ſolum præſtare improbis bonos uiros, quòd hi ciuitati B fœlicitatis autores ſunt: ſed etiam democratiam ipſis gubernantibus, per multos annos, neq́ motam neq́ mutatam eſſe: illis uerò tumultuantibus, paruo ſpacio temporis, bis iam diſſolutam. & quos tyranni & triginta illi in exilium egerãt, nõ per ſycophantas ab exilio reuocatos, ſed horũ ope reſtitutos, qui iſtis infenſiſsimi ſunt, & ob uirtutem celeberrimi. Tametſi nobis igitur tanta monimenta relicta ſint, clareq́ perſpiciatur, quid ex utrorumq́ gubernatione reſpublica uel cõmodi uel detrimenti cæperit: ſic tamen improbitate rhetorum delectamur, ut etiam uidentes, ob bella & tumultus ab iſtis excitatos, cęterorum ciuium permultos paternis bonis exutos & ſpoliatos, hos uerò diuites eſſe factos è pauperibus: nõ indignemur, nec ſucceſsibus eorum inuideamus, ſed cõuicia æquis animis feramus, quę contra noſtrã urbem dicuntur, quòd exactionibus uexet Græcos. illi uerò interim impunè fruuntur his, propter quæ nos malè audimus: & populus, quem iſti alijs imperare oportere dictitant, infœlicior eſt (ſed patientia noſtra & ſocordia culpam ſuſtinet) illis qui in oligarchijs ſeruiunt: qui autem omnium egentiſsimi & obſcuriſsimi fuerant, ex humilibus beati ſubitò extiterũt.

Pericles boni magiſtratus exemplum.

At Pericles, qui ante iſtos populo præfuit, cum urbem adminiſtrandam ſuſcepiſſet, non quidem ita ſanam & moderatam, ut ante adeptũ principatum, ſed mediocriter tamen adhuc conſtitutam: nõ ſuis opibus augendis intentus fuit, ſed minorem cenſum reliquit, quàm à patre acceperat: in arcem uerò octies mille talenra retulit, præter ſacras pecunias, & ornamenta templorum.

Peculatu ditati magiſtratus fidem ſuam iactitant.

Hi uerò tanto ſcilicet illum & ſapiẽtia & fœlicitate ſuperãt, ut cum dicere audeant, ſe procellis publicorum negociorum & curis obrutos, nõ uacare poſſe curandę rei familiari: in propatulo tamen ſit, ea quę negliguntur ſcilicet, tanta incrementa ſumpſiſſe, quanta olim ne à dijs quidẽ

precari

A precari auſi fuiſſent: multitudinem uerò noſtram ſic eſſe malis oppreſſam,
ut nemo ciuium ſuauiter aut tranquillo animo uiuat, ſed querelis & lamen *Miſeriæ po-*
tationibus tota ciuitas impleatur. Nam alij coguntur de paupertate et ino *puli Atheniẽ*
pia conqueri, alij multiplicia mandata, & munera, & tributa, & permutati- *ſis.*
ones facultatum miſerantur: quæ tantas moleſtias pariunt, ut inſuauius ui-
uant qui opes habent, quàm qui paupertati ſemper aſſueuerunt. Mirum ue *Improbus o-*
rò certe eſt, uos non perſpicere tandem nullum hominum genus inimicius *rator & ma-*
& maleuolẽtius eſſe multitudini, quàm improbos oratores & tribunos ple *giſtratus per-*
bis. Nam, ut de reliquis omnibus taceatur, annonæ cæterorumq́ꝫ, quibus *nicies populi.*
non uno die carere poſſumus, uos laborare penuria maximè optant. Vidẽt
enim eos qui opibus affluunt, rempublicam tueri: & cum illis facere, qui re
ctiſsimè conſulunt. At qui è iudicijs ſuam meſſem metunt, & è concionib.
ſine quibus fame perirent, eos ad nutum paratos habent, & pro mancipijs
prorſus obnoxios: neqꝫ gratius illis quicquam facere poſſunt, quàm ſi uber
rimam materiam præbeant deferendi, accuſandi, & omni calumniarum ge
nere impetendi quàm plurimos. Cum igitur regnum ſibi ſtabiliri ciuiũ ino
pia uideant, omnes uellent egentiſsimos eſſe. Cuius rei hoc certiſsimum ſi-
gnum eſt, quòd non tam ſtudent ſuccurrere inopiæ tenuiorũ, quàm ut eos
qui aliquid habent, egenis exæquent. Quod igitur hiſce malis remedium *Epilogus,*
inuenietur? Diſſerui iam quidem de his ferè omnibus, non ordine, ſed ut u- *quo in ſum-*
numquodqꝫ commodè ſe offerre uidebatur. quæ facilius fortaſſe memoria *mã colligit di*
continebimus, ſi maximè neceſſaria & grauiſsima quæqꝫ, uno ueluti faſce *cta ſuperius.*
collecta, repetiuerimus. Prima igitur hæc eſt emendandæ ordinandæq́ue *1 Qui adhibẽdi*
reipublicæ ratio, ſi de publicis negocijs deliberaturi, eos in conſilium adhi *in conſilium.*
buerimus, quibus in priuatis rebus nullos anteponeremus: & deſierimus
B calumniatores babere pro popularibus, boneſtosq́ꝫ & integros uiros pro
oligarchicis. Illud enim tenẽdum eſt, natura neminem neqꝫ popularem, ne
que paucorum eſſe potentiæ ſtudioſum, ſed eam ſingulos reipubl. formam
expetere maximè, in qua maximè honorant. Secundo loco, tales debemus *2 Socij quomo*
erga ſocios nos præbere, quales erga amicos: non autem uerbo quidem li- *do tractandi.*
bertatem illis dare, reipſa uerò ducibus & militibus noſtris omnem in eos
graſſandi licentiam proponere. Præſimus eis non ut domini ſeruis, ſed ita
ut ſocijs dignum eſt. uel ob hoc ipſum, quòd nemini obſcurũ eſt, nos ſingu
lis urbibus ſuperiores eſſe potentia: omnibus uerò, ſi inter ſeſe cõſpiraue-
rint, inferiores. Tertium eſt, ut proximè & ſecundum pietatem in deos, *3 Ambienda*
nihil maiori ſtudio habeatis, quàm ut Græci quàm boneſtiſsimè de uobis *Græcorũ be-*
& ſentiant & loquantur. Nam quos illi ſic animatos uiderint, his ultrò & *neuolentia.*
principatum deferunt, & illorum fidei ſemetipſos credunt. Quòd ſi quæ *Quanta fœli-*
diximus præſtiteritis, & ita uos comparaueritis, ut rei militaris exercitatio- *citas rectã re-*
nibus & apparatibus ad bellum inſtructi ſitis: pacis uerò ita ſtudioſi fueri- *rũ adminiſtra*
tis, ut ne quid aliter quàm ius & æquum poſtulat, agatis, non hanc modò *tionem ſecutu*
urbem, ſed omnes etiam Græcos beabitis. quos ne aliarum quidem urbiũ *ra ſit.*
ulla offendere audebit: ſed uerebuntur omnes, ſolliciteq́ꝫ cauebũt, ne quid
moueant: quando uiderint noſtram urbem, uelut è ſpecula proſpicientem
omnia, et in hoc intentã, ut oneratis iniuria ſubueniat, et opituletur. Sed u-
trùm illæ fecerint, reipublicæ noſtræ præclarè conſultum erit. Nam ſiue po
tentioribus urbibus uiſum fuerit abſtinere iniurijs, ea fœlicitas nobis impu
tabitur: ſiue graſſari cœperint, qui in metu erunt, aut opprimentur, ad nos
confugient, & ſupplices auxilium à nobis expetent, nec principatum tan-
tum tradent, ſed ſemetipſos etiam fidei noſtræ committent. Quare nõ de-
futuri ſunt, quorum ſubſidijs delinquentes coherceamus: ſed multos habe
bimus, qui ſtrenuam operam nobis nauent. Quę enim urbs, imò quiſ'nam

Quorum amicitiam expetere omnes ſoleant.

Congeries.

Primos in communi inſania reſipuiſſe, præclarũ.

4 *Omnib. tyrannicis imperijs abſtinẽdũ*

Lacedæmoniorũ regnum imitandum.

Adhortatio à facili.

Hortatur adoleſcẽtes, ut reipub. utilia ſcribant & dicant.

mortaliũ noſtram amicitiã et ſocietatem non ducet expetendã, ſi uiderint, **A** nos utraq; re excellere, & inſigni iuſticia & maxima potẽtia præditos: itaq; paratos, ut alijs ſaluti eſſe & poſsimus & uelimus, ipſi nullis auxilijs egeamus? Quanta uerò noſtræ urbis incrementa erunt, ſi aliorum tanta erit erga nos beneuolentia? Quantis opibus affluet reſpublica, ſi uniuerſa Græcia per nos conſeruabitur? Qui nam tam ingrati eſſe poterunt, ut nos tantæ fœlicitatis autores, laudibus non extollant? Sed ego, propter ſenectutis imbecillitatem, oratione mea non omnia complecti poſſum quę animo perſpicio: niſi quòd præclarum eſt, in aliorum iniurijs & inſania, ut primi ad ſanam mentem reuerſi, Græcorũ ſalutis & libertatis curam ſuſcipiamus potius, quàm ut peſtes illorum appellemur, et ob uirtutem conſpicui, auitã gloriam recuperemus. Iam uerò id dicam quod præcipuũ ac ſummũ eſt, & ad quod ſuperiora omnia referri debent, & quò tanquam ad ſcopũ, omnes noſtræ urbis actiones dirigendæ ſunt. Nam ſi calumnias abolere uolumus, quibus nunc inceſsimur, ſi temeraria bella ſopire, ſi principatũ perpetuò tenere ſtudemus: omnino neceſſe eſt, ut nulla tyrannica imperia & poteſtates affectemus, ſaltẽ ob ſecuturas mox calamitates: ac, ut regnũ Lacedæmoniorum imitemur, quorum regibus minor delinquendi poteſtas eſt quàm priuatis hominibus: tanto autẽ fœliciores ſunt alijs qui ui tenent imperia, ut tyrannorum interfectoribus maxima præmia publicè conſtituta ſint. pro illis uerò, qui mortem oppetere in prælijs dubitant, ignominioſiores habeantur quàm qui deſeruerunt ordines, aut clypeos abiecerunt. Expetendus certè talis principatus eſt. At harum rerũ quas uobis ſequendas eſſe dixi, ea natura eſt, ut Græci propter eas, eum honorem uobis habituri ſint, qui Spartanis regibus à ciuibus decernitur: ſi credere poterũt, ueſtram potentiam ſpectare non ad opprimendam Græciam, ſed ad eam erigendam & conſeruandam. Quanquam autem de hoc argumento & multa & uaria dici poſſent, tamen utraq; me admonẽt, & prolixitas orationis, **B** & ſenectus mea, receptui iam eſſe canendum. Adoleſcentibus uerò, quorũ ingenia uegetiora & alacriora ſunt, conſulo, & hortor, ut talia & dicant & ſcribant, quibus maximæ urbes & alijs nocere ſolitæ, ad colendam uirtutẽ & amplectendam iuſticiam incitentur. Nam florente Græciæ ſtatu, etiam augeri & amplificari ſapientiæ doctrinarumq; ſtudia conſueuerunt.

ARGVMENTVM IN ORATIONEM ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ, hoc eſt, de permutatione facultatum, per [redacted]

QVum Iſocrates inſtituendis nobiliſsimis adoleſcentibus, & ſcribendis orationib. non tantum magnas opes, ſed etiam inſignem gloriã eſſet adeptus: in inuidiam, quæ perpetua fœlicitatis et indiuidua comes eſt, effugere non potuit. Moleſtiſsimi autẽ ei fuere inter alios, ſophiſtæ eiuſdem profeſsionis æmuli, hominũ genus indoctũ, arrogans, auarũ, inuidum, maledicum, qui bene gnari, quæ res Athenis inuiſæ atq; odioſæ eſſent, cùm alijs calumnijs eum paſsim traduxerũt, tum uerò criminati ſunt, quòd tantas diuitias forenſibus & litigioſis oratiunculis uendendis, & cauſis melioribus ui eloquentiæ ſubuertendis, deterioribus fucandis, coaceruaſſet, prauaq; diſcipulos inſtitutione corrupiſſet. Quibus fundamentis iactis, extitere nonnulli qui ſperarent, eum iam in magnam inuidiam adductum, iudicio (fiebant autem Athenis iudicia plurima non ex religione iuriſiurandi, ſed ita ut uel à malis affectibus, uel eloquentibus cauſidicis ducerentur) ſuperari, & magna rei familiaris clade poſſe affici: neq; prius deſtiterunt, quàm uotorum compotes facti ſunt. Nam Lyſimachus quidã, queſtus minores ſuas opes eſſe quam Iſocratis, diẽ illi dixit obeundæ Trierarchiæ. Fuit autem (autore Libanio) talis lex & conſuetudo Athenis. Trecenti ciues opulentiſsimi deligebantur, qui Trierarchi ab inſtruendis pro patriæ defenſione triremibus (idq; priuatis ſumptibus fieri neceſſe erat) dicebantur. Quòd ſi quis ex illis tantos ſumptus ſe ſuſtinere poſſe negabant, ita eo onere liberabãtur, ſi quem ſe locupletiorem è cæteris ciuibus demonſtraſſent. is uerò ſi munus illud detrectabat, cogebatur fortunas ſuas omnes cũ illius fortunis à quo indicatus uel accuſatus

A *cuſatus fuerat, permutare, non prætextu inopiæ, debita patriæ munia ſuffurari conaretur. Quapropter id actionis & iudicij genus ἀντίδοσις, id eſt permutatio uocabatur. Noſter igitur autor, uictus à Lyſimacho, Trierarchiam obijt non ſine magnis ſumptibus: qui tamen ei non ita doluerunt, ut inuidiæ rabies, & peruerſum de ſe populi iudicium. & quia non alia ei arma ſuppetebant, quib. iniurias ulciſceretur, inuidiamq́ retunderet: hanc Orationē ſcripſit, in qua in calumniatores inuehitur, ſuamq́ innocentiam & de Græcia bene merendi ſtudium, prolatis quibuſdam ſuis orationibus, tanquā teſtibus fide digniſsimis, tuetur & defendit. Inſignes hic loci ſunt: unus de improbitate ſycophantarū, alter de genere ſtudiorum. Tota oratio lectu digniſsima eſt, & magnā ſimilitudinem habet cum apologia Platonica Socratis, ut uel illum ab hoc, uel hunc ab illo pleraq́ mutuatum eſſe ſuſpiceris. Sed hoc exiſtimare prudētius & candidius eſt, Platonem, Socratem, & Iſocratem fuiſſe amiciſsimos, optimos & ſapientiſsimos uiros, & in pleriſque rebus ſimili fortuna uſos. Quemadmodum igitur naturalis inter eos fuit animorum conſenſio, ſic etiam cogitationes & orationes non diſsimiles habuerunt.*

ORATIO DE PERMVTATIONE FACVLTATVM.

SI hæc oratio quæ iam legetur, ſimilis eſſet alijs, quæ uel in
iudiciali, uel demonſtratiuo genere ſcribuntur: nihil opus
fuiſſet de ea præfari. Nunc uerò, propter nouitatē & diſcri-
men, neceſſe eſt cauſas prius exponere, cur eam alijs ita diſ-
ſimilem ſcribere inſtituerim. His enim non indicatis, mul-
tis abſurda fortaſſe uideretur. Ego enim, cum ſcirem quoſ-
dam ſophiſtas mea ſtudia calumniari, ac dicere, me forenſes orationes ſcri-
bere ſolere (in quo perinde faciunt, ac ſi quis Phidiam, qui Mineruæ ſimu-
lacrum fecit, puparū fictorem appellare auderet, aut Zeuxidis & Parrhaſij
B eandem eſſe artem diceret, quæ illorum eſt qui tabellas pingunt) nunq̃ ta-
men illam mei extenuationem & deſpectum ultus ſum: exiſtimans, nugas
illorum nullam uim habere: me uerò hoc omnibus feciſſe perſpicuū, quòd
& ſcribere & dicere inſtituerim, non de priuatis contractibus, ſed de talib.
& tantis rebus, ut de ijſdem nemo alius quicquam conetur, præter eos qui
uel me doctore uſi ſunt, uel hos imitari uoluerunt. Longo igitur tempore
ætatis meæ, putabam, tum ob inſtitutum hoc, tum quia me nullis negocijs
ingeſsi, omnes idiotas æquos & beneuolos mihi eſſe. Iam uerò, quum ui-
tæ finis propè mihi inſtat, antidoſi de Trierarchia facta, etiam illorū quoſ-
dam non ſic erga me affectos eſſe animaduerti, ut ſperaueram: ſed alios de
uitæ meæ ratione falſiſsimam perſuaſionem induiſſe, & eò uergere, ut il-
lis auſcultent, qui abſurdi aliquid de me dicūt: alios ſatis quidem ſcire, qui-
bus in rebus uerſer, ſed inuidere mihi non minus quàm ſophiſtas, et gaude-
re, ſi qui falſò de me ſuſpicentur. & hanc mentem ſuam eſſe, declararunt.
Nam quum aduerſarius de ipſa cauſa nihil æqui diceret, aut meā defenſio-
nem refutaret, ſed & eloquentiam meam calumniaretur, & in multitudi-
nem diſcipulorum, & opulentiam inſolenter inueheretur: eam liturgiam
meam eſſe iudicarunt. Ac ſumptus quidem ita tulimus, ut eos decet, qui re-
bus huiuſmodi neq; nimis percelluntur, neq; pecunias negligenter ac te-
merè cenſent abijciendas. Quum uerò, ut dixi, ſenſiſſem plures eſſe qui pra-
uè de me iudicarēt: cogitabam, qua ratione et illis & poſteris oſtenderem,
tum qui mei mores ſint, tum qualem uitam degam, tum in quo doctrinę ge-
nere uerſer: neq; ſic, uelut indicta cauſa, me damnari taliū criminum ſine-
rem, nec, ut modò factū eſt, in maledicorū et calumniatorū poteſtate eſſem.
Quæ dum animo agitabam, inueni, me non alia ratione facilius id aſſecutu-
rum, quàm ſi oratio, tanquam imago animi & totius uitæ meæ ſcriberetur.
Per eam

Oratio hæc alijs diſsimilis.

Calumniæ ſophiſtarū contemptæ ab Iſocrate.

Querela de inuidia populi & iniquis de ſe iudicijs.

Cauſā & ratio ſcriptę huius orationis

Per eam enim ſpes erat, me longè pulchrius cognitũ iri, quàm ex æreis monimentis Ac ſi me quidem laudate uellem, ſentiebam, nec omnia comprehendi poſſe quæ decreueram, nec id cum bona gratia, nec ſine inuidia eſſe futurum. Si uerò ponerem, me in iudicium eſſe uocatũ, & in diſcrimen adductum, ac eſſe aliquem ſcriptorum meorum calumniatorem, faceſſentem mihi negocium: qui quidẽ calumnijs illis uteretur, quæ de Antidoſi dictæ ſunt: me uerò ſpecie defenſionis, uerba facere: ſic mihi demum præclaram occaſionem datum iri, de rebus omnibus quas uellem, diſſerendi. Hæc igitur animo agitans, hanc orationem ſcripſi non florente ætate, ſed natus annos duos & octoginta. Quapropter uenia danda erit, ſi prius à me editis mollior uidebitur. Nec enim facilis fuit, neque ſimplex, ſed multum laboris, uariam'que tractationem requiſiuit. Nam quæ hic ſcripta ſunt, partim in iudicijs dici commodè queunt, partim ad talia certamina non quadrant, ſed de philoſophia liberè dicta ſunt, ut uim eius oſtenderent. Eſt etiã tale aliquid, quod adoleſcentibus diſciplinarũ & eruditionis cupidis, audiuiſſe conducat. Multa etiam olim à me ſcripta, inſerta ſunt his quæ nunc dicuntur, non temerè, nec intempeſtiuè, ſed ad inſtitutum cõuenienter. Tantam igitur orationis prolixitatem contueri, & tot formas, adeoq; inter ſe diſtantes coniungere, & ſequentes antegreſsis adaptare, atq; efficere ut inter ſe uniuerſę conſentirent: non parui omnino laboris fuit. tamen non deſtiti, quanquam tam natu grandis, priuſquam eam abſoluiſſem, ueriſsimè illam omnino quidem dictam: ſed cætera talem, qualis uidebitur audientibus.

Petit ueniam tum ab ætate, tum propter præſentis materiæ difficultatem.

Oportet autem etiam hos qui eam cognoſcere uolunt: primum quaſi mixta ſit oratio, & ad hęc argumẽta omnia accommodata, ſic auſcultare. Deinde ſtudioſius aduertere, quid dicendum reſtet, quàm quid antè ſit dictum. Pręterea, non id agere, ut primo impetu totam pellegant, ſed tantam eius partem, quæ auditoribus moleſtiam non pariat. Nam his obſeruatis, rectius perſpicietis, an aliquid dixerimus noſtra exiſtimatione dignum. Et hactenus quidem præfandum fuit. Iam uerò legite apologiam: quæ quidem fingitur de iudicio eſſe ſcripta, ſed id propoſitum habet, ut ueritatem de me oſtendat, ac ignorantes doceat, inuidentes magis etiam eo morbo excarnificet. Grauius enim ſupplicium ab eis exigere nequeo. Eos ego improbiſsimos omniũ et maximo ſupplicio dignos eſſe puto, qui de illis reb. alios accuſare audent, quibus ipſi conſtricti tenentur: quod Lyſimachus fecit, qui cum ipſe de ſcripto dicat, de meis ſcriptis plura uerba fecit. quàm alijs de rebus omnibus: quod perinde eſt ac ſi quis alium ſacrilegij reum agat, qui donaria deorum ipſe in manibus haberet. Vehementer autem uelim, me ab eo tam eloquentem iudicari, quàm apud uos dixit. nunquam enim negociũ mihi faceſſere inſtituiſſet. Nũc uerò me cauſam inferiorẽ efficere poſſe ait, ut ſuperior ſit: quem interim uſqueadeò cõtemnit, ut ipſe mentiens ſperet, me tametſi uera dicam, facilè à ſe ſuperatum iri. Tanta uerò eſt ab omni parte mea infœlicitas, ut alij calumnias orationibus refutent: meas uerò Lyſimachus orationes maxime traduxerit, ut, ſiquidẽ ſatisfeciſſe cauſę uidear, in me hærere appareat crimen de eloquentia mihi ab eo allatũ. Sin tenuius quàm pro expectatione quam apud uos de me concitauit, diſſeruero, me cauſam deteriorem habere putetis. Vos igitur oro, ut uerbis aduerſarij fidẽ nec adhibeatis, nec abrogetis, antequam defenſionem quoq; noſtram, totam audiueritis. Cogitantes, ſuperuacaneum fuiſſe, ut reis pro ſe dicẽdi poteſtas daretur, ſi ex accuſatoris oratione rectè ferri ſententia potuiſſet. Iam uerò utrum iſte accuſatoriè ſeſe inferat, nemo qui adfuerit ignorat. an uerò uera dixerit, iudicibus ex oratione prioris intelligere, non ita promptũ eſt: ſed boni conſulendum, ſi ex utriuſq; uerbis, ueritatem elicere poſſunt.

Qualem auditorem aut lectorem requirat hęc oratio

Apologia & inſectatio Lyſimachi.

Eloquẽtia ab oratore crimini data.

Aequo animo pars utraque audienda.

Neq; uerò

A Neq; uerò eos ego miror, qui plus temporis conſumunt in accuſandis im-
poſtoribus, quàm in ſemetipſis defendendis: neq; illos etiã, qui dicunt ſum
mum malum eſſe calumniam. Quid enim ea fieri poſsit maleficentius? quæ
facit, ut de mentientibus bene exiſtimetur, & planè innocentes iniurij eſſe
uideantur, & iudices peierent: ac deniq; ueritatis lucem extinguit, caligine
mendaciorum auditores inuoluit, & ciues ſine diſcrimine in quos inciderit
contra ius & fas perdit atq; interficit? Quare prouidendum uobis eſt, ne ta
le quid uſuueniat, aut ipſi ea perpetretis, quę ab alijs facta reprehenderetis.
Opinor autem uos non ignorare, noſtram urbem ſæpe pœnituiſſe iudicio-
rum quæ per iracundiã potius, quàm re examinata, facta ſunt: adeò ut pau
lo pòſt impoſtores punire deſiderarit, & calumnijs oppreſſos, rebus uti ſe-
cundioribus quàm prius, optarit. Hæc igitur tenenda ſunt, ne uerbis accu-
ſatorum temerè credatis: neq; cum tumultu & ſæuitia, reorum excuſationi-
bus aduerſemini. Nec enim decet, qui in alijs rebus clementiæ & lenitatis
nomine præ Græcis omnibus prædicamini, ut in hiſce iudicijs ea facere ui-
deamini, quæ cum iſta gloria minimè conſentiant. & cum alibi moris ſit, ut
calculorum pars, in iudicijs capitalibus, reis per ipſos iudices ſubijciatur: a-
pud uos, eos qui in periculum adducti ſunt, deteriore etiam eſſe cõditione
quàm calumniatores. & cum ſingulis annis iuretis, uos eadem æquitate au
dituros tam reos quàm accuſatores: interim tamen eò impelli, ac tam longè
ab æqualitate illa recedere, ut, quicquid tandẽ delatores crimini dederint,
approbetis: qui uerò ſe tueri conantur, eorũ aliquando ne uocem quidẽ au
dire ſuſtineatis. &, quum putetis fugiendas eſſe urbes, & ad inhabitandum
intolerabiles, in quibus indicta cauſa ciuium aliqui perimantur: uos igno-
rare, iſtuc ipſum ab his fieri, qui uerſantibus in iudiciorum diſcrimine, haud
eandem beneuolentiam impertiunt. Hoc uerò eſt omnium iniquiſsimum,
B ſi quis ipſe periclitetur, ut calumniatores accuſandos cenſeat: ſin alteri ius
dicat, idem nefas eſſe ducat. Enimuero uiri boni & ſapientis officium eſt,
ut talem erga alios ſeſe iudicem præbeat, quales in ſe alios eſſe uellet. quum
præſertim in tanta ſycophantarum audacia, cogitandum ac metuendũ ſit
omnibus, ne in idem periculum coniecti, eadem ad iudices, quæ ego nunc,
dicere cogantur. Nec enim uitæ moderatione quiſquam ita fretus eſſe de-
bet, ut ſibi perſuadeat, ſe propterea ſine ullius periculi aut incommodi me-
tu, hic uitam acturum. Nam quorum hoc inſtitutum eſt, ut ſua negligant, a-
lienis inſidientur, nõ illi quidem ciuibus modeſtis parcunt, & facinoroſos
ad uos adducunt: ſed experti uires ſuas in innocentibus, eum terrorem ma
leficis, quorũ ſcelera palàm ſunt, incutiunt, ut longè plus argenti ab eis ex-
torqueant. Quo eodem animo, Lyſimachus mihi etiam periculũ hoc crea-
uit: exiſtimans, hoc contra me iudicium, ab alijs luculentum ſibi uectigal
pariturum. Expectat enim, ſi me uicerit eloquentia, quem aliorum magi-
ſtrum uocat, neminem fore, qui uim ipſius ſuſtineri poſſe cõfidat. Id' que ſe
confecturum facilè ſperat, quum uideat uos præproperè nimium crimina-
tiones et calumnias recipere: me uerò, ut exiſtimatio mea poſtulet, nõ poſſe
eaſdem refutare, cùm ob ſenectutem, tum propter imperitiã iſtiuſmodi cer
taminum. Sic enim uixi hactenus, ut nemo unquã uel in oligarchia, uel de-
mocratia, me ullius contumeliæ uel iniuriæ accuſarit: neq; uel iudex uel ar-
biter ullus fuerit, qui de meis actionibus unquam quicquam pronũciarit.
Nam hæ meæ artes fuerunt, ut ne quid in quenquam delinquerem: ſin mi-
hi facta erat iniuria, non iudicio me uindicarem, ſed controuerſias aduerſa
riorum amicis permitterem conciliandas. Quorum nihil mihi profuit: ſed
quum uitã ad hanc uſq; ætatem, ſine ullius querela produxerim, in eodem
periculo uerſor, ac ſi omnes offendiſſem. Non tamen prorſus abieci animũ

Nulla grauior peſtis q̃ calumnia.

Ad pœnitendũ properat, qui citò iudicat.

Clemẽtia Athenienſium.

Ita de alijs iudicandũ ut de nobis iudicium fieri uellemus.

Nõ tuta eſt probitas à calumnijs.

Lyſimachi conſiliũ in accuſando Iſocrate.

Iſocratis innocentia.

Ingratitudo ciuium.

 ob mulctæ

Poſtulat atten tionem.

ob mulctæ magnitudinem: ſed ſi cum beneuolentia me audire uolueritis, A
magna mihi ſpes eſt, ſi qui de meæ uitæ ratione falſò exiſtimant, & eò incli-
nant, ut aſſentiantur illis qui de me parũ candidè loquuntur, fore, ut quam-
primùm ſententiam mutent: qui uerò me, qualis ſum, talem etiam eſſe pu-
tant, in ea ſententia permaneant & confirmentur. Ne uerò uobis moleſtiæ
ſim, dum tam multa ante rem dico: his omiſsis, ea uos iam docere conabor,
de quibus ſuffragia feretis. Proinde accuſationem mihi lege.

ACCVSATIO.

Accuſationis capita.

Aduerſarius igitur iſthac accuſatione me criminatur, ac in odium addu
cere nititur, quòd corrumpam adoleſcentes, præceptis eloquentię traditis:
quibus inſtructi ac freti, contra ius & æquum, uictoriam in iudicijs adipi-
ſcantur. Alijs uerò uerbis ſuis tantum me facit, quantus nemo unquam fuit,
neq; cauſidicus in iudicum ſubſellijs uerſatiſsimus, neq; in ocio philoſo-
phiæ ſtudijs deditiſsimus. Nec enim priuatos duntaxat homines inquit mi
hi fuiſſe diſcipulos, ſed & oratores, & duces, & reges, & tyrannos, à quibus
magnam pecuniarum uim partim acceperim, partim nunc etiam accipiam.
Hac autem de cauſa ſic actionem ſuam inſtituit, quòd exiſtimaret, iſta de
me atq; opibus & multitudine diſcipulorum inſolenter iactitando, ſe mihi
apud omnes auditores inuidiam conciliaturum. Dum uerò iudiciorum tra
ctationem interſerit, ueſtram iracundiam & odium contra me concitare ni
titur. quibus affectibus iudices perturbati, reis exacerbantur. Eum igitur,
quædam immodicè uerbis exaggeraſſe, quædam prorſus ementitum eſſe,

Petit ut iudices ſine præiudicijs ſententiam ferant.

me facilè probaturum confido. Peto autem à uobis, ne uerbis maledicorũ
& calumniatorũ, quæ de me prius audiſtis, auſcultetis: nec ea credatis, quæ
ſine ulla probatione, ſine iudicio dicta fuerint: nec illis opinionib. in quas B
illi uos fraudulenter & per iniuriam coniecere, ducamini: ſed prout uobis,
tum ex hac accuſatione, tum ex defenſione, uiſus fuero, ita de me ſtatuatis.
Nam hoc pacto decernentes, & ipſi bene ac ſecundum leges iudicabitis, &

Eloquentiam et ſcripta Iſocratis nemini obfuiſſe.

ius ego meum adipiſcar. Neminem igitur uel eloquentia uel ſcriptis meis
eſſe læſum, præſens hoc diſcrimen maximo mihi eſſe teſtimonio credide-
rim. Nam ſi quem offendiſſem, tametſi ſuperiore tempore quieuiſſet, præ-
ſente certè occaſione arrepta, me uel accuſaturus, uel falſo teſtimonio læſu
rus, adueniret. Quum enim iſte qui nullo unquam uerbo à me læſus eſt, in
tantum diſcrimen me coniecerit: quanto magis illi quib. maleſeciſſem, ſup
plicium à me exigere conarentur? Nam hoc neq; cõſentaneum eſt, nec om

Vltio iniuriarum in periculis erumpit.

nino fieri poteſt, ut ego multos offenderim: illi uerò qui in calamitates per
me coniecti ſunt, quieſcant, nec accuſare auſint, & in periculis meis maio-
re erga me manſuetudine utantur, quàm iſti quibus nulla eſt à me orta iniu
ria: cum liceret, ut cõqueſti de factis ſibi iniurijs, ſummum de me ſuppliciũ

Conceſsio: Etiamſi ſcripſiſſet forenſes orationes ſine cuiuſquã iniuria, id ſibi fraudi eſſe nõ debere.

exigerent. Verùm neq; prius, neque nunc quicquam tale mihi quenquam
obieciſſe comperietur. Quare ſi accuſatori omnia concederem, ac ultrò prę
terea largirer, me omnium hominum eſſe eloquentiſsimum, & orationum
quæ uobis moleſtæ ſunt, talem conſcriptorem qualis nemo alius extiterit,
æquitas & humanitas mea potius laudem quàm pœnam mereatur. Nam
excellere alios uel eloquentia, uel rebus gerendis, id fortunæ meritò tribu
itur: ſed quod ingenio bene ac moderatè ſim uſus, hæc probitatis meę pro-
pria laus eſt. Quanquam autem hæc de meipſo dicere poſſem, tamen ne ſic
quidem, eas orationes mihi ſtudio fuiſſe apparebit. Idq; ex quotidianæ ui-

Refutatio: ſe non eſſe circũforaneũ cauſidicum.

tæ meæ conſuetudine potiſsimum cognoſcetis, quæ ueritatem longè cer-
tius indicat, quàm uerba calumniatorum. Opinor enim hoc ignorare nemi
nem, omnes homines in eo loco uerſari ſolere, unde uictum parare decre-
uerint.

A uerint. Qui igitur è cõtractibus qui in ueſtrum iudicium deducuntur, atq;
ex iſtiuſmodi occupationibus uictitant: eos in foro tantum non habitare 1 *Fuga iudi-*
uideas. Me uerò nemo unquam uidit, nec in conciliabulis, nec in iudi- *ciorum.*
cijs, nec in prætorijs, nec apud arbitros: ſed ita hæc omnia fugio, ut nul-
lus ciuis alius. Deinde reperietis, illos apud uos ſolos rem facere poſſe.
Si uerò aliò aliquò abnauigarint, nec ad uictum neceſſaria parare poſſe:
mihi autem has copias quas iſte dicit, ab externis potiſsimum contigiſſe.
Præterea iſtis ſeſe adiungere illos, qui uel ipſi in malis ſunt, uel alijs nego- 2 *Familiari-*
cium faceſſere uolunt: mihi uerò Græcorum omnium ocioſiſsimos. Au- *tates.*
diſtis autem accuſatorem dicere inter alia, me à Nicocle Salaminiorum re- 3 *Nicoclis*
ge multa & magna munera accepiſſe. Et quis ueſtrûm eſt qui hoc credat, il- *munera.*
la mihi propterea dediſse Nicoclem, ut cauſas agere diſceret: qui de con-
trouerſijs, tanquam dominus, etiam alijs ius dicebat? Ex his igitur quæ
ipſe dixit, facilè intelligitur, me à rebus illis alieniſsimum eſſe, quæ ad fo-
renſia negocia attinent. Iam illud etiam eſt omnibus euidens, plurimos eſ- 4 *Diſcipuli.*
ſe, ac propè infinitos, qui litigantibus in iudicijs, orationes parent. Quo-
rum quum tanta turba ſit, nemo ex illis dignus habitus eſt, cuius fidei diſci
puli cõmitterentur. Ego uerò (ut accuſator inquit) plures habui, quàm om
nes alij qui in ſtudio literarum uerſantur. Enimuero quis credat, eos quo-
rum ſtudia tantum diſtant, & inter ſeſe differunt, in ijſdem actionibus uer-
ſari? Quanquam autem multa diſcrimina meæ uitæ & circumforaneorum Cuiuſmodi
poſſem oſtendere: eo modo tamen potiſsimum uos ab iſthac opinione de ſint Iſocratis
duci poſſe cenſeo, ſi quis uobis oſtenderit, me nullos earum rerum diſci- orationes.
pulos habuiſſe, de quibus accuſator dixit, neque me iudicialium oratio-
num egregium eſſe artificem. Opinor enim, uos, refutato crimine quod
B prius obiectum mihi eſt, libenter ſententia mutata, audire deſideraturos,
circa quas alterius generis orationes uerſatus, tantam gloriam repererim.
Ac ueritatem quidem dicere an mihi profuturum ſit, neſcio. Difficile enim
eſt ueſtram ſententiam intelligere: ſed tamen apud uos nihil cenſeo diſsi-
mulandum. Nam uel diſcipulorum puderet, quum ſæpe dixerim, me o-
ptare, ut ciuibus omnibus liqueret, & uitæ meæ ratio, & orationes quas
dicerem, ſi nunc eas non oſtenderem, ſed occultarem. Tanquam igitur
ueritatẽ audituri, ſic animaduertite. Ac illud in primis intelligendũ eſt, ge-
nera orationum non eſſe pauciora quàm poematũ, quæ ſuis numeris ac cer
tis dimenſionibus conſtant. Nam alij familijs ſemideorũ inquirendis æta-
tem contriuerũt: alij de poetis aliquid meditati ſunt, alij res in bellis geſtas
congerere uoluerũt: alij in reſponſionib. & interrogationibus uerſati ſunt,
quos à contradicendi ſtudio ἀντιλογικοὺς appellant. Sed immenſi negocij fu
erit, omnes orationũ formas enumerare. Eius igitur quæ mea intereſt, men
tione facta, cæteras omittam. Sunt enim qui nec ea quæ diximus ignorent:
ſed orationes ſcribendas ſuſceperint, non de priuatis negocijs, ſed de ſta-
tu Græciæ ac rerumpublicarum, & alias quæ in maximis celebritatibus re-
citentur: quas nemo eſt quin carminibus, quæ muſica ratione ac numeris
conſtant, quàm forenſi dictioni, ſimiliores eſſe fateatur. Nam & ſermonis
genere conſtant magis poetico, & maiorem rerum uarietatem continent
& argumenta elatiora, magiſ'que noua conſectantur: atque inſuper, tota
oratio alijs figuris illuſtrioribus & pluribus diſtinguitur, & adornatur.
Quæ quotquot audiunt, non minore uoluptate perfunduntur, quàm ſi
recitationi poematis intereſſent. Ac multi exiſtunt qui eadem diſcere cu-
piant, exiſtimantes, qui in hoc genere excellant, eos multo ſapientiores Collatio cau-
& meliores, ac tales eſſe, qui plus prodeſſe queant, q̃ probati etiã cauſidici. ſidicorum &
Norunt enim hos ob inquietudinem ingeniorum, peritiam in iudicijs ſibi Iſocratis.

peperiſſe:illos uerò è ſtudio illarum orationum,quas modò dicebam,facul A
tatem eam cõſecutos.illos litium iura perdidiciſſe, ac eo die duntaxat ferri
poſſe quo cauſas agunt:hos in omnibus congreſsibus & omnibus tempo-
ribus in precio haberi,ac bene de eis exiſtimari.Præterea,illos ſi ſemel atq;
iterum aut tertio in iudicijs conſpiciantur, in odium & reprehenſionem
incurrere:hos,quo ſæpius & pluribus congreſsi fuerint,eo maiore in admi
ratione eſſe.Adhæc cauſidicos illarũ orationum excellentiã minimè poſſe
conſequi:hos uerò,ſi uellent,facilè iudiciales etiam orationes habituros.
Hæc illi reputantes, dum hanc ſtudiorum ſectam longè præſtãtiorem cen-
ſent,eius eruditionis participes fieri uolunt:id quod mihi quoq; nõ defuit,
ſed maximam gratiam & celebritatem peperit.De mea igitur,ſeu facultatẽ
dicere uultis,ſeu ſtudium,ſeu exercitationem,ſimplicem ueritatem audiui-
ſtis.Volo autem de me ipſo legem ferre etiam grauiorem quàm de alijs, &
aliquid quàm pro ætate mea dicere audacius.Peto enim, non modò ſi no-
xijs orationibus operam do,ne mihi quicquam ueniæ detur:ſed,niſi in ta-

Ex orationibus de Iſocrate iudicandũ, cui orationes crimini datæ ſunt.

libus elaboro,in qualibus nemo alius,ut maximis ſupplicijs afficiar. Neq;
uerò tam confidenter hæc iactarem, niſi etiã eas uobis oſtendere uellem,
ut facilè diſcrimen perſpiceretis·Sic enim res habet. Ego pulcherrimã du
co & iuſtiſsimam eſſe talem defenſionem,quę quàm fieri poteſt certiſsimè
iudicibus demonſtrat,quibus de rebus ſuffragia ferenda ſint,ut ne in erro-
rem inducantur:aut dubitent,utri ueritatem dicant.Quòd ſi igitur mihi lis
intenderetur, me perperã aliquid egiſſe,nõ potuiſſem facta iſta ueſtris ocu
lis ſubijcere,ſed neceſsitas uobis imponeret è cauſæ actione dijudicãdi ne-
gociũ. Quũ uerò meæ orationes culpentur,puto me ueritatẽ uobis diluci-
dius propoſiturũ.ipſas enim uobis oſtendã,tum dictas à me, tum ſcriptas:
ut nõ ex opinione,ſed illis perfectè cognitis,iudicetis.Ac omnes quidẽ in-
tegrè recitare nõ poſſum.Tempus enim nobis datũ,exiguũ eſt.ſed tanquã B
frugum,ita ſingularum ſpecimen quoddam proferre conabor.Parua enim
parte audita,facilè tum mores meos perſpicietis,tum uim ac ſummam ora-
tionum omnium cognoſcetis.Rogo autem,ſi qui ea quæ iam recitãda ſunt
ſæpe legerunt,ne à me in præſentia nouum aliquid requirant: neq; me im-
portunum propterea exiſtiment, quòd eas proferam, quibus ueſtræ aures
iam olim perſonuerunt.Quas ſi oſtentationis cauſa recitarem,iurè hoc no-
mine reprehenderer.Nunc in iudiciũ uocatus,et periclitans,hunc in modũ
eis uti cogor.Quid enim magis à me ridiculum fieri poſsit,quàm cum accu
ſator me criminatus ſit,tales orationes ſcribere,quæ & reipub.noceant, &
adoleſcentes corrumpant,ſi alio modo me defendere cuperem:quum ipſis
orationibus prolatis,liceat omnem calumniam nobis factã,refutare? Peto
igitur,ut propter hæc ueniam mihi detis, et adiutores ſitis.Orationes uerò
abſoluere aggrediar,paululum quiddam præfatus,ut ea quæ dicuntur faci
lius aſſequamini. Nam oratio quæ prima uobis oſtẽdet,illis eſt ſcripta tem
poribus,quum Lacedæmonij Gręcis imperarent,noſtræ uerò opes humi-
les eſſent.Hortatur autem Gręcos ad expeditionem contra Barbaros ſuſci
piendam,& cum Lacedæmonijs de principatu diſputat & contendit. Hoc
fundamento iacto,declaro quicquid Græcia bonorum habeat,id noſtrę ur
bi acceptum eſſe ferendum. Diſtinxi autem orationem, & quandam eius
partem ueluti ſeorſim poſui, quæ tractat de eiuſmodi beneficijs: dumq; eui
dentius oſtendere conor, ducatum noſtræ urbis eſſe:hinc ferè id docere ag
gredior,noſtræ urbi,propter bellica pericula propulſata,ancipitemq; Mar
tis aleam fœliciter tentatam, magis etiam honorem habendum eſſe, quàm
ob cætera beneficia. Equidem putaui me ipſum iſta recitaturum: ſed mihi
ſenectus impedimẽto eſt,animumq; deſpondere cogit. Ne igitur prorſus
deficiam,

A deficiam, cum mihi multa dicenda reſtent, facto à nota initio, ea lege quæ de ipſo principatu ſcripta ſunt.

E' PANEGYRICO.

Arbitror autem maiores noſtros, non minus ob pericula bellica honorandos eſſe, quàm propter alia beneficia. Nec enim parua, neq; pauca, nec obſcura certamina ſubierũt, ſed multa & acria & magna, partim pro patriæ defenſione, partim ad tuendam libertatem aliorum. Nunquam enim deſtiterunt communem exhibere urbem, & Græcis, qui iniurijs onerabantur, ſemper uindicem. Quare etiam nonnulli nos uituperant, quòd malè conſulamus in eo, dum imbecilliorum amicitiam colimus: quaſi uerò nõ hæc maxima noſtra laus ſit. Nec enim ex ignoratione, quantũ ſocietates potentiores ad ſecuritatem præſtent, ita conſultauimus: ſed quanquam qui harum rerum euentus eſſent, longe melius ſciremus quàm alij, tamen maluimus, imbecillioribus, etiam neglecta utilitate, potius opitulari, quàm potentioribus, noſtri compendij gratia, adiutores eſſe iniuriarum. Cognoſci autem ex eo & conſuetudo & potẽtia noſtræ urbis poterit, ſi eos proferemus qui noſtram opem implorarunt. Porrò ſupplicationes uel recens factas, uel paruis de rebus, omittam. Diu autem ante Troiana tempora (inde enim fidem iurè petunt, qui de iure patrio contendunt) uenerunt & Herculis liberi, & paulo ante illos, Adraſtus Talai filius, rex Argiuorum: qui quidem in expeditione contra Thebanos clade accepta, cum ſub Cadmea interfectos, ipſe tollere non poſſet, à noſtra urbe petijt, ut communis ſortis miſerti opem ferrent: neque paterentur, ut qui in prælijs occumberent, inſepulti iacerent, aut uetus inſtitutum & patria lex aboleretur. Herculis uerò liberi, Euryſthei inimicitias fugientes, deſpectis cæteris urbibus, ut quę tantis calamitatibus mederi non poſſent, noſtram ſolam talem putauere, quæ iuſtã

B gratiam referret pro beneficijs, quæ pater ſuus in uniuerſum genus mortalium contuliſſet. Hinc facile perſpicitur, noſtram urbem tum etiam imperatoria dignitate fuiſſe præditam, & nunc non iniuria principatum ſibi uendicare. Quis enim eſt qui ſupplicare ſuſtineat uel inferioribus, uel aliorum ſubiectis imperio, præteritis potentioribus? de rebus præſertim non priuatis, ſed publicis, & quarum curam ſuſcepturos conſentaneum erat, non niſi eos qui primas inter Græcos ſibi uendicarent? Deinde apparet, eos ſpe ſua non fruſtratos eſſe: qua freti, ad maiores noſtros confugerunt. Suſcepto enim bello, defunctorum quidem cauſa, contra Thebanos, propter Herculis autem liberos aduerſus Euryſthei potentiam, illos admoto ad urbẽ exercitu, cadauera ſepelienda cognatis reddere coegerunt: & inſtructa acie, Peloponnenſes, qui cum Euryſtheo in noſtrum agrum impetum fecerãt, obuiam progreſſi, prælio uicerunt, illiusq; ferociam compeſcuerunt. Quanq; autem etiam ob alia facinora in admiratione fuerant, tamen ob hæc facta magis etiam celebrati ſunt. Nec enim paruum quiddam præſtiterunt, ſed utrorumq; fortunas ita mutauere, ut & is qui nobis ſupplicare dignatus erat, hoſtibus ui ſuperatis, confectisq; quæ deſiderarat omnibus, diſceſſerit: & Euryſtheus qui nobis uim facturus aduenerat, ipſe captus, ſupplex fieri coactus ſit. Qui quidem illum qui natura humana præſtantior, & Ioue natus, dum mortalis adhuc eſſet, dei cuiuſdam robur habuit, & mandatis & iniurijs alijs perpetuò diuexauit. Poſtquã uerò in nos deliquit, res eius ita mutatæ ſunt, ut poteſtati liberorum Herculis permiſſus, cõtumelioſa morte perierit. Cum autẽ multa beneficia in ciuitatem Lacedæmoniorũ contulerimus, ſic accidit, ut de hoc unico dicerẽ. Nam occaſione uſi ſalutis & incolumitatis noſtra opera partæ, maiores eorum qui nunc Spartæ regnant, Herculis uerò poſteri, in Peloponneſum quaſi poſtliminio redierunt, atq;

Argos & Lacedęmona & Meſſenam occuparunt: & Spartam, introductis A
nouis colonis, inſtaurarunt: & bonorum quibus nunc fruuntur omnium,
principes ipſis autoresq; extiterunt. Decuiſſet igitur, ut illi horũ memores,
nunquam hanc regionem inuaſiſſent, è qua maiores ſui progreſsi, tantam
fœlicitatem adepti ſunt: nec huic urbi periculum creaſſent, quæ pro Hercu
lis liberis ſuum caput periculis obiecit. Cuius poſteris cum regnum detule
rint, qui conuenit, ut eam ciuitatem ſeruitute opprimere ſtudeant, quæ to-
tam eius familiam ab interitu uindicauit? Si uerò gratiæ referendæ, & ęqui
tatis officijs omiſsis, ad inſtitutum redeundum, & in ipſius cauſæ arcem in
uadendum eſt: non utiq; patrium eſt, ut duces ſint aduenæ autochthonũ,
neq; ut affecti beneficijs benemeritorũ, neq; ut ſupplices eorum à quibus
conſeruati ſunt. Poſſum autem etiam maiore compendio hiſce de reb. diſſe
rere. Græcarum enim urbium, noſtra ciuitate excepta, Argos & Thebæ et
Lacedæmon, ut tum fuerunt, ſic etiam hodie maximæ ſunt. Manifeſtũ au-
tem eſt, maiores noſtros tantum inter omnes excelluiſſe, ut propter Argi-
uos aduerſa fortuna uſos, Thebanis, cum animoſiſsimi eſſent, mandata de-
derint: & ob liberos Herculis, Argiuos, cæterosq; Peloponnenſes prælio
ſuperarint: & è periculo, quod ab Euryſtheo imminebat, Spartæ condito-
res & Lacedæmoniorum duces conſeruarint. Quare haud ſcio quid nam
de Græciæ principatu nobis uendicando, ab ullo demonſtrari poſsit aper-
tius. Videtur autẽ conuenire, ut de rebus à noſtra ciuitate prius etiã contra
Barbaros geſtis, dicam: præſertim cum orationẽ de imperio & ducatu quo
illos oppugnemus, inſtituerim. Et quidẽ, ſi omnia pericula enumerare ue-
lim, iuſto prolixior mihi naſcetur oratio. Dabo autem operam, ut eâdem
ratione, quam in prioribus ſeruaui, etiam hic de maximis tantummodo diſ
ſeram. Sunt igitur cupidiſsimæ imperij gentes, & potentiſsimæ, Scythæ & B
Thraces & Perſæ: ita autem fors tulit, ut omnes nobis inſidiatæ fuerint, no
ſtraq; urbs aduerſus hos omnes, belli diſcrimen adierit. Quid igitur reli-
quum erit contradicentibus, ubi demonſtratum fuerit, Græcos, ſi qui ius
ſuum adipiſci non potuiſſent, noſtræ urbi ſupplicare ſolitos: Barbaros, qui
Græciam ſeruituti ſubijcere ſtuduerunt, nos primos inuaſiſſe? Fuit quidẽ
bellum Perſicum omnium illuſtriſsimum: uerùm non minora argumenta
res olim geſtæ ſuppeditant, ſi de iure & more maiorum diſputatur. Nam
dum humilis adhuc eſſet Græcia, in noſtram ditionem irruperunt Thraces
cum Eumolpo Neptuni filio: Scythæ cum Amazonibus, Martis filiabus:
non uno tempore, ſed eo utriq;, quo Europę imperium inuadebant, infenſi
quidem & infeſti Græcis uniuerſis, ſed priuatim nos accuſantes. Exiſtima-
bant enim, ſe ita contra unam duntaxat urbem periclitaturos, & uniuerſa-
rum ſimul potituros: non tamen uotorum compotes facti, ſed cum ſolis no
ſtris maioribus congreſsi, nõ minus ad internecionem deleti ſunt, quàm ſi
uniuerſis hominibus bellum feciſſent. Euidẽs autem eſt, quantam cladem
acceperint. Nec enim fama illa tam diu durare potuiſſet, niſi res geſtæ inſi-
gnes fuiſsent. De Amazonibus quidem dicitur, nullam earum quæ huc
uenerint, domum redijſse: cæteras, quę domi manſerant, ob cladem hic ac-
ceptam, imperio excidiſse. De Thracibus autem, cum ſuperiori tempore
in uicinia noſtra habitaſsent, ob expeditionem tum factam, tam longe re-
ceſsiſſe, ut intra noſtros & illorum fines multę gentes uariæq; conſederint,
& magnæ urbes ſint conditę. Præclara quidẽ & hæc ſunt, ac decora de prin
cipatu contendentibus. Cognata uerò his quę diximus, & talia ſunt, qua-
lia decent à tantis uiris oriundos, quæ illi geſſere qui Darium & Xerxem
repulerunt. Cum enim maximum id bellum conflatum eſſet, & plurima
pericula eodem tempore incidiſsent, ac hoſtes ob multitudinem ſe non ſu-
ſtineri

A ſtineri poſſe putarēt, illorumq́ſocij fortitudinem ſuam inſuperabilem eſſe crederent: utriſq; uictis, ut utriq; conueniebat, & in uniuerſis periculis probata uirtutis ſuæ præſtantia, inſignem fortitudinis laudē & præmia meruerunt. Neq; multo pòſt maris imperiū adepti ſunt, delatum ab alijs Græcis, nec aduerſantibus iſtis qui nunc eo nos ſpoliare contendunt. Nemo uerò me putet ignorare, etiam Lacedęmonios circa hæc tempora, multa in Græcos beneficia contuliſſe. Tantū uerò abeſt, ut noſtræ urbis laudes propterea imminuantur, ut etiam maiores ſint, quod tam præſtantibus æmulis & aduerſarijs, tantopere præſtitit. Volo autem paulo plura de his duab. urbibus dicere, & non celeriter prætercurrere, ut in memoriam utrunq; nobis reuocetur, tum uirtus noſtrorū, tum inimicitiæ contra Barbaros. Neq; me latet q̄ difficile ſit, ut poſtremò huc progreſſus de reb. dicam iam olim præreptis & occupatis, de quibus eloquentiſsimi ciues, in publicis ſepulturis ſæpe uerba fecerūt. Neceſſe enim eſt, maxima ex illis iam antè in mediū allata, & parua quædam relicta eſſe: non tamen quæ reſtant, quoniam inſtituto noſtro ſeruiunt, ſilentio prætereunda ſunt. Optimè igitur meritos, & maximis laudibus fuiſſe dignos eos exiſtimo, qui ſua corpora pro Græciæ defenſione periculis obiecerunt. tamen illorum etiam nōnulla ratio habenda eſt, qui bellum hoc anteceſſerunt, & in utraq; urbe magiſtratum geſſerunt. Illi enim fuere qui præpararunt poſteros, & multitudinem ad uirtutē cohortati ſunt, & eos Barbaris acerrimos aduerſarios effæcerūt. Nec enim illi nullam reipub. curam habebant, neq; publicis opibus fruebantur ut priuatis, ut alienas negligebant, ſed eas adminiſtrabant ut priuatas: ita abſtinebant, ut abſtinere decebat ijs rebus quæ nihil ad ſe pertinerēt: nec argento fœlicitatem metiebantur, ſed is uidebatur opes tutiſsimas poſsidere &

B pulcherrimas, qui ita ſe gerebat, ut & ipſe maximā laudem mereretur, & liberis ſuis honeſtiſsimā famam relicturus eſſet. Neq; uerò audacia inter ſeſe contendebant, neq; ſeſe mutuò ferociter impetebant, ſed grauius eſſe putabant malè audire à ciuibus, quàm honeſtè pro patria occumbere: & magis erubeſcebant, ſi quid publicè delictum eſſet, quàm nunc priuatim peccaſſe pudeat. In cauſa hoc erat, quod operam dabant ut leges accuratæ & præclaræ eſsent, non tam de priuatis contractibus, quàm de quottidianis morib. ſtudijs & actionibus. Norant enim, bonis & honeſtis uiris nihil opus eſse multis ſcriptis, ſed è paucis pactionib. & uelut teſseris, eos facilè de re tum publica, tum priuata conſenſuros. Tanta autem fuit eorum ciuilitas & reipublicæ ſtudium, ut inter eos factiones eſsent, nō utri, alteris ſublatis è medio, reliquis dominarentur: ſed utri ſuam, in ciuitatem beneficentiam, illuſtriorem redderent. Societates coibant non ob priuata compendia, ſed propter multitudinis utilitatem. Eodem modo etiam res aliorum adminiſtrabant. Colebant enim Græcos, non exagitabant: exiſtimantes imperiū, non tyrannidem, eſse in eos exercendum, & duces potius quàm domini, ſeruatores nō peſtes appellari deſiderantes: beneficijs ciuitates alliciebant, nō uieuertebāt. Quicquid ſimpliciter promiſerant, religioſius q̄ nunc iuramēta, ſeruabāt. Pacta ita tenebāt, ac ſi neceſsitate cōſtricti tenerētur. Non tam ob potentiā ſuperbiebant, q̄ uitæ modeſtiā ſibi laudi ducebāt. erga imbecillio res ita affecti erant, ut potētiores erga ſe affectos eſse uoluiſsent. Peculiaria quidē oppida, pro ſuis ciuitatib. habebant: cōmunem uerò patriam Gręciā eſse exiſtimabāt. Quū igitur his animis eſsent, & his moribus adoleſcentiā imbuerēt: eos qui cōtra Aſianos præliati ſunt, tam ſtrenuos fortesq́; uiros reddiderūt, ut nemo unq̄ neq; poetarū neq; oratorū, res per eos geſtas, pro dignitate celebrare potuerit. In quo ego illis benigniſsimè ignoſco. Nihilo enim facilius eſt eos laudare qui aliorū uirtutes ſuperarunt, q̄ illos, qui nihil præ-

hil præclari geſſerunt. Nam alteris res deſunt, alteris cõuenientia uerba re- A
periri nequeunt. Nam quæ oratio tam præſtantium uirorum laudibus par eſſe queat, qui eos qui ad Troiam militarunt longiſsimo interuallo ſupera runt? Quandoquidẽ illi in una urbe expugnanda decenniũ contriuerunt: hi uerò totius Aſiæ uires exiguo tempore debellarunt: neq; patriam ſuam duntaxat conſeruarunt, ſed totam quoq; Græciam liberarunt. Quæ uerò facinora, quos labores, quæ pericula detrectaſſent, ut uiuentes gloria flore rent, qui famæ gratia poſt obitũ conſequendæ tam incunctanter mortẽ op petere uoluerunt? Arbitror autem deorũ aliquem, bellum hoc concitaſſe, admiratione uirtutis eorũ, ne tam generoſis animis pręditi, in obſcuro deli teſcerent, aut uitam ingloriam exigerent: ſed potius, pari honore cum filijs deorum, quos ſemideos appellant, afficerentur. Nam illi etiam ut corpora naturæ neceſsitati reddiderunt: ſic uirtutis ſuæ memoriam immortalem re liquerunt. Ac inter maiores quidem noſtros & Lacedæmonios, ſemper æmulatio quędã, honoriſq; contentio fuit: ſed de rebus pulcherrimis, tempo ribus illis concertarunt, non ut hoſtes, ſed ut æmuli eiuſdem gloriæ. Nec enim ad opprimendam Græcorum libertatem Barbaro ſunt adulati, ſed ſimul & de communi ſalute conſenſerunt, & utri eam palmam obtinerent, de eo certamen fuit. Declararunt autem primum uirtutem ſuam aduerſus copias à Dario miſſas. Quæ cum è nauib. in Atticam deſcendiſſent, noſtri non expectatis ſocijs, cõmune bellum ſuo periculo ſibi priuatim depopoſcerunt, domeſticoq; milite inſtructi, totius Græciæ contemptorib. occurrerunt: ac pauci multis myriadibus, tanquam de aliena uita periclitandum eſſet. Lacedæmonij uerò quamprimũ de bello in Attica audierunt, relictis rebus omnibus, uenẽre nobis opitulaturi, non minore feſtinatione ac ſtudio, quàm ſi hoſtes in ſua ditione populabundi uagarentur. Signum autem celeritatis & certaminis hoc eſt. Aiunt enim, maiores noſtros, eodem die B
& Barbarorũ egreſſum in littus audiuiſſe, & ad ſuæ regionis terminos defendendos progreſſos eſſe, & ſuperatis hoſtibus triumphaſſe. Illos uerò tri bus diebus, totidemq; noctibus, mille ac ducenta ſtadia, cum exercitu pro ficiſcentes, confeciſſe. Tantopere feſtinarunt, alteri ut ſocij periculorum eſſent, alteri ut conflixiſſe uiderentur ante aduentum auxiliorum. Deinde cum ſecunda expeditio moueret, cuius ipſe Xerxes dux fuit, relicta regia & imperator fieri auſus, contractis totius Aſiæ uiribus: de quo quis unquã inſtituit immenſa dicere, qui non minora quàm pro ueritate rerum dixerit? Nam tanta ſuperbia elatus fuit, ut rem paruam exiſtimans ſubigere Græciam, taleq; ſui monumentum relinquere cupiens, quod humanam naturã excederet: non prius deſtitit, quàm inuenit, & per uim extorſit, quod omnibus in ore eſt, ut cum exercitu continentem nauigarit, pedibus mare am bularit, tum Helleſponto ponte iuncto, tum Atho monte perfoſſo. Aduer ſus eum igitur, cuius tanta fuit elatio animi, qui tanta perfecit, qui tot popu lis imperitauit, occurrerunt, diſtributo periculo: Lacedæmonij ad Thermo pylas contra pedeſtrem exercitum delectis mille de ſuis, & ſociorum paucis aſſumptis, ut in anguſtijs eum prohiberent ulterius progredi: noſtri pa tres ad Artemiſium, ſexaginta triremibus inſtructis contra uniuerſam hoſtium claſſem. & hæc fecere, non tam contemptu hoſtium, quàm ęmulatione mutua: Lacedęmonij, quòd admirabantur urbem noſtram ob Maratho niam pugnam, & ſe nobiſcum exęquare cupiebant, ueriti, ne Græcia ſecun do à nobis conſeruaretur: noſtri maiores, potiſsimum quidem quòd cuperent partam gloriam tueri, et omnibus perſpicuum reddere, priorem etiam uictoriam non fortunę, ſed ſuę uirtuti eſſe tribuendam. Deinde ut Gręcos adducerent ad naualis prælij fortunam tentandam, ac eis demonſtrarent,

multitudinem

A multitudinem non minus in mari quàm terra, uirtuti ſuccumbere. Quanq;
autem par fuit audacia, diuerſam tamen fortunam experti ſunt. Nam illi pe
rierunt, uictores animis, corporibus defatigati: nec enim hoc dicere fas eſt,
eos eſſe uictos. nemo enim ex illis fugere dignatus eſt. Noſtri uerò primas
naues uicerũt, ſed poſtquam audiuere, hoſtes aditu potitos, domum redu-
ctis nauibus, & rebus urbanis ordinatis, ea de cæteris conſilia inierunt, ut
cum prius multa præclarè geſsiſſent, in extremis periculis longè fuerint ex
cellentiores. Nam cum ſocij omnes, animos deſponderent, et Peloponnen
ſes Iſthmum munirent, & ſuæ ſalutis priuatim rationem haberent, et aliæ ur
bes à Barbaris ſuperatæ cum illis militarent, niſi fortè aliqua ex minoribus
per contemptum præterita eſſet, ac triremes mille & ducentæ in procin-
ctu ſtarent, & terreſtres copiæ innumerabiles in Atticam irrupturæ eſſent,
nec ulla ſalutis ſpes reliqua uidere͂t: ſed & deſtituti à ſocijs, & ſpe omni fru-
ſtrati, quanquam eis liceret nõ præſentia tantum pericula effugere, uerùm
eximijs etiam honoribus frui, quos eis rex deferebat, exiſtimans, ſe noſtræ
urbis claſſe adiuncta, mox etiam Peloponneſi potiturum: repudiarunt e-
ius munera, nec ira concitati aduerſus Græcos, à quibus deſerti erant, cupi-
dè pacificationes cum Barbaris arripuerunt, ſed tum ipſi ad bellum pro li-
bertate gerendum accingebantur, tum alijs, qui ſeruituti ſeſe tradiderant,
ignoſcebant. Putabant enim, contemptis oppidulis conuenire, ut quauis
conditione ſalutem quærerent. At quæ Græciæ principatum ſibi uendica-
rent, illis nullo modo pericula detrectanda. ſed, quemadmodum uiris for-
tibus optabilius eſt honeſtè oppetere, quàm uiuere turpiter: ſic etiam pri-
marijs urbibus præſtabilius eſſe, ut funditus aboleantur, q; ut ſeruitute op-
preſſæ conſpiciantur. Minimè autem obſcurum eſt, eos in hac fuiſſe ſenten
B tia. Cum enim fieri non poſſet, ut contra utraſq; copias ſimul exercitum in-
ſtruerent, aſſumpta omni oppidana multitudine, in uicinam inſulam enaui
garunt, ut mutatis uicibus contra alterutros exercitus, & non ſimul contra
ambos, Martis aleam experirentur. Enimuero, quomodo uiri præſtantio-
res illis, aut Græcorum amantiores oſtendi poſſunt, qui intueri ac ſuſtinere
auſi ſunt, ne ſibi aliorum ſeruitus imputaretur, urbem deſolatam, agros ua-
ſtatos, ſacra ſpoliata, templa incenſa: uniuerſi deniq; belli molem patriæ ſuæ
impendentem? Sed ne hæc quidem eis ſuffecerunt. Nam contra naues
mille & ducentas, ſoli pugnare non dubitarunt. Verùm hoc eis facere non
permiſſum eſt. Peloponnenſes enim pudefacti ob eorum uirtutem, & exi-
ſtimantes, ſi noſtri interijſſent, ne ſe quidem fore incolumes: ſin uiciſſent,
ſuas urbes in ignominia futuras, adire periculorum ſocietatem coacti ſunt.
Ac tumultus qui in ea re incidunt, & clamores, & cohortationes, quæ com
munia ſunt omnium bellorum naualium, non uideo quorſum attineat mul
tis commemorare. Quæ uerò huius loci propria ſunt, & digna principatu,
& ſupradictis conſentanea: hæc eſt officij mei dicere. Tantum enim noſtra
urbs, cæteris dum incolumis eſſet, antecelluit, ut euerſa etiam plures trire-
mes ad periculum pro Græciæ ſalute ad eundum cõtulerit, quàm cæteri om
nes qui nauali prælio interfuerunt. Nemo autem adeò nobis inimicus eſt,
quin fatea͂ id nauale præliũ uictoriæ cauſam extitiſſe, atq; idipſum noſtræ
urbi acceptum eſſe ferendum. Quare cum bello petendi erũt Barbari, quo-
rum decer eſse principatum? non eorum qui bello ſuperiore ſe præclariſsi-
mè geſserunt? & in communibus diſcriminibus primas ferre meruerunt?
non eorũ qui pro Græciæ ſalute ſuam urbẽ deſeruerunt? non eorũ qui & o-
lim plurimas urbes condiderunt, & eaſdem denuò è maximis calamitatib.
eripuerunt? An uerò non iniquiſsimè nobiſcum ageretur, ſi nunc minus
dignitatis & honoris nobis tribueretur, ad quos tum pars maxima pericu-

Præſtantia Panegyricæ orationis.

culorum redundauit? & qui tum pro ſalute omniũ in prima acie ſtetimus, A
nunc ſequi alios cogeremur? Hactenus quidem ſcio confeſſuros eſſe om-
nes, noſtram urbem & plurimorum bonorum autorem fuiſſe, & iure ſibi
principatum uendicare. Cogitate igitur cũ animis ueſtris, corrumpere'ne
adoleſcentes uidear, an uerò ad uirtutem & ſubeunda pericula pro republi
ca potius adhortari? Aequius'ne ſit ob hanc orationem mulctam irrogari:
an potius mihi maximas à uobis gratias agi & referri? qui tantis & talibus
laudibus extuli tum urbem noſtram, tum maiores, tum præclara illorũ tem
porum facinora: ut & illi qui prius idem argumentum tractauerant, erube-
ſcentes ob ea quæ dixerant, omnes ſuas orationes aboleuerint: &, qui etiã

Calumniatorũ ingenium.

hodie inter eloquentes habent̃, hiſce de rebus, diffiſi ingenijs ſuis, nihil am
plius dicere audeant. Quæ cum ita ſint, tamen exiſtẽt aliqui ex iſtis, qui ipſi
quidem excogitare nihil aut dicere poſſunt, quod audire ſit operæpreciũ:
ſed in eo ſtudio ætatem conſumpſere, ut aliorum rectè dicta cauillentur, &
exagitent: qui ea quæ recenſuimus, eleganter quidem & eruditè eſſe dicta

Reprehẽſiones laudationibus potiores

ſine inuidia fateantur: longe tamen utilius & præſtabilius eſſe dictitent, ea
quæ nunc prauè ac temere agantur, reprehẽdere, quàm res olim geſtas lau-
dare: & de emendando præſenti reipublicæ ſtatu dare conſilium, quàm ue-
tera facinora commemorare. Vt igitur hæc quoq; calumnia ipſis adima
tur, omiſſa defenſione ſuperiorum, conabor uobis tantam alterius oratio-
nis partẽ recenſere, quanta modò recitata eſt: unde apparebit, me in his om

Argumẽtum orationis de pace.

nibus ſtudioſe elaboraſſe. Et quidem initiò tractatur de pace facienda cum
Chijs, Rhodijs & Byzantijs. Cum enim oſtendiſſem è republica eſſe, ut bel
lum deponeretur, accuſo dominatum in Græcos uſurpatũ, & damno ma-
ris imperium, ac pronuncio id nihil eſſe aliud quàm monarchiam quandã,
ſiue actiones ſiue clades inſpicias. Commemoro etiam, quid ex eo noſtræ
ciuitati, quid Lacedæmonijs, quid alijs omnibus uſuuenerit. His explica- B
tis, & Græciæ calamitates deploro, & ciues admoneo, ut præſentibus ma-
lis remedium aliquod inuenire ſtudeant. Deniq; ad colendam iuſticiã ad-
hortor, & errata reprehendo, & do de republica in poſterũ ordinanda con
ſilium. Orſus igitur inde, ubi hiſce de rebus diſſerere incipio, hanc etiam
partem recitato.

EX ORATIONE DE PACE.

Sic autem cenſeo, pacem non tantum eſſe decernendam, ſed non prius
dimittendam eſſe concionem, quàm ratio fuerit inita, qua pax durabilis &
conſtans permaneat. Nec enim conſultum fuerit committere, ut, pro mo
re noſtro non multo pòſt, ij ſdem tumultibus agitemur, aut moram ſaltem
aliquam præſentibus malis producamus: ſed opera danda eſt, ut illis in uni
uerſum liberemur. Quarum rerum nihil omnino fieri poteſt, niſi perſuade-
ri uobis patiamini, plus utilitatis & lucri eſſe in tranquillitate et ocio, quàm
in conatu & molitione non neceſſaria multarum rerum: iuſticiam præſtare
iniuriæ: ſuarum rerum curam & diligentem adminiſtrationem, appetitioni
alienarum opum eſſe præferendam. Quibus de rebus, quum oratorum ne-
mo unquã apud uos uerba facere auſus fuerit, orationis meæ maxima pars
in his ipſis conſumetur. Hinc enim pendêre fœlicitatẽ uideo, neq; in hiſce
rebus ſitam eſſe, quas dudum agitabamus. Omnino autem neceſſe eſt, ut
qui à conſueta dicendi ratione receſſerit, & uobis ueſtra conſilia extorque-
re ſtuduerit: multis de rebus mentionem faciat, atque alicubi diutius immo
retur. Et quidem alia uobis in memoriam redigenda ſunt, alia reprehẽden
da, quædam laudanda, de nonnullis conſilium dandũ eſt: quæ tametſi quis
omnia præſtiterit, tamen haud illi promptum erit, uos ad meliorem mentẽ
reuocare. Sic enim res habet, mea quidem ſententia. Vniuerſi mortales

utilitatis

A utilitatis ſuæ ſtudioſi ſunt, & in eo elaborant, ut plus poſsint alijs. Verùm,
quibus rationibus id aſſequantur, in eo falluntur pleriꝗ, & differunt inter
ſeſe opinionibus. Nam alij rectè iudicant, & bono cõſilio id deligũt, quod
eſt rebus atꝗ temporibus maximè accommodatum: alij à ratione utilitatis,
toto, quod aiunt, cœlo aberrant: id quod etiam noſtræ ciuitati uſuuenit.
Nam in ea ſumus opinione, ſi multis triremibus mare nauigemus, & tri-
buta per uim ab urbibus extorſerimus, eosꝗ cogamus, ut huc mittãt aſſeſ-
ſores aliquos, qui cõuentib. noſtris interſint: nos aliquod feciſſe operępre-
ciũ: in quo ſanè plurimũ decepti, et ſpe noſtra in uniuerſum fruſtrati ſumus.
Nam illę ipſæ res, & inimicitiarum, & bellorum, & multorum ſumptuũ cau
ſæ nobis extiterunt: neꝗ profectò iniuria. Nam ſuperioribus etiam tempo
ribus, hæc ipſa turbulenta conſilia, nos in extrema diſcrimina coniecerunt.
At dum publicè iuſticiæ ſtuderemus, dum opem ferremus oppreſsis, dum
iniuſtè aliena non concupiſceremus, Græci principatum & imperium ul-
trò nobis detulerunt: quos longo iam tempore, inconſideratè omnino, &
nimis petulanter contemnimus. Quidam enim uſꝗ adeò dementati ſunt,
ut exiſtiment iniuſticiam probroſam quidem eſſe, ſed eandem tamen affer
re lucrum, & in uita cum primis eſse conducibilem: iuſticiam uerò celebra-
ri quidem ſolere laudibus, ſed nihil emolumẽti părere, & alijs utiliorẽ eſse
quàm his qui ea præditi ſunt. Verùm illi non intelligũt, neꝗ ad parandas
opes, neꝗ ad res rectè gerẽdas, neꝗ deniꝗ ad fœlicitatem adipiſcendam,
tantam eſse uim in iniuria, quanta eſt in uirtute & eius partibus. Nam his
bonis, quæ animo inſunt, etiam cæteras utilitates, quibus opus eſt, para-
mus. Quare qui mentem ſuam negligunt, & non omni ſtudio excolunt &
perpoliunt: hi non animaduertunt, ſe id negligere, ut alijs neꝗ rectius ſen-
B tiant, nec meliore fortuna utantur. Atꝗ adeò mirum mihi uidetur, eſse qui
putent, eos qui in propoſito & conſtantia colendæ pietatis & iuſticiæ labo
res ſuſcipiãt, et pericula adeant, deteriore cõditione fore quàm improbos,
nec in maiore tam deorum quàm hominũ gratia futuros quàm alios. Ego
uerò perſuaſum habeo, ſolos hos ijs rebus antecellere, quæ ueras utilitates
pariunt, reliquos falſa quadam & inani ſpecie boni gloriari ſolere. Nam qui
iniuſticiam pluris faciunt, & ſummum bonum in eo ponunt, ut aliorum o-
pibus per iniuriã potiantur, eos ſimiles eſse ferè uideo feris, quæ eſcæ blan
dicijs in laqueos illectæ, initio quidem his quę apprehenderint, cum uolu-
ptate fruuntur: ſed paulo pòſt, maximis malis conflictantes, lurcacitatis ſuę
pœnas luunt. Qui uerò pietatem & iuſticiam in omni uita colunt, hi & per
petuò in tuto ſunt, et de reliquo ęui ſpacio uniuerſo ſpem meliorem habẽt.
Quæ ſi non in omnibus, neꝗ perpetuò ſolent ita contingere: ut plurimum
tamen & plerunꝗ in hunc modum fiunt. Eſt autem uiri prudentis officiũ,
quoniam quid profuturum ſit ſemper, nõ perſpicimus, ut id deligat, quod
frequentius prodeſt. Quid autem eſt eorum opinione abſurdius, qui iuſti-
ciæ ſtudium honeſtius quidem, & deo gratius exiſtimant, quàm iniuriã &
uiolentiam: & tamen iuſtorum hominum uitam fore miſeriorem cenſent,
quàm eorum quibus ſtudio eſt improbitas? Vtinam uerò tam facilè eſſet,
auditores amore uirtutis inflammare, quàm eam laudare facile eſt. nũc me-
tuo ne fruſtra hæc à me dicantur. Corrupti enim & deprauati ſumus iam
longo tempore ab hominibus, qui nihil aliud poſſunt niſi impoſturam fa-
cere. Illi multitudinem uſꝗ adeò contemnunt, ut cum largitionibus corru-
pti, bellum aliquibus inferre ſtudẽt, dicere auſint, maiores eſſe imitandos:
neꝗ committendum, ut ipſi ludibrio ſimus alijs, aut ullis mare pateat, qui
uobis tributa pendere detrectant. Ego uerò perquàm ex illis audire cupio,
quibus ſuperioris ætatis hominibus nos ſimiles eſſe iubeant. Num his

qui circa bellum Perſicum fuerunt? aut illis qui ante obſidionem Decelí- A
cam, rempublicam geſſerunt? Quòd ſi hos imitari iubent, quid quæſo ſua-
dent aliud, quàm de fortunis omnibus, ipſaꝗ libertate periclitandum? Sin
illis uos ſimiles eſſe uolunt, qui uel in Marathone uictoria potiti ſunt, uel
ætate ſuperioribus: an non ſunt omnium impudentiſsimi, cum eos laudēt
qui tum geſſerunt rempublicam: & nunc uobis autores ſint, ut planè con-
traria faciatis? Nam eò quidem uos inducunt, & ad ea delicta impellunt,
ut ego ſim ualde animi dubius, utrum, ut aliàs ſoleo, id quod ſentio, & res
eſt, dicam, an metu ueſtrę offenſionis ſilentio prętercam. Potius tamen eſſe
iudico, ut nihil diſsimulem: tametſi nō ignoro, uos grauius iraſci ſolere his
qui reprehendūt, ꝙ illis qui uos in calamitates cōiecerunt. Verùm utcunꝗ
res ceciderit, turpe mihi duco, meæ famæ potius, quàm publicæ ſalutis ra-
tionem ducere. Vt igitur & meum & cæterorum qui rempub. curant, offi-
cium eſt, ea dicere non quæ auditu iucundiſsima, ſed quæ factu ſunt utiliſ-
ſima: ſic uos contrà ſtatuere debetis, morborum corporis multas & uarias
curationes à medicis eſſe inuentas, ſed animis ægrotis, quiꝗ malis cupidita
tibus redundant, unicum ſupereſſe remedium, orationem, quæ liberè au-
dacterꝗ prauas opiniones & delicta reprehendat. Deinde quid abſurdius
eſt, quàm uſtiones & ſectiones medicorum ſuſtinere, ut pluribus cruciati-
bus liberemur: orationes aūt, antequam cognitum ſit, an eam uim habeant
ut audientibus proſint, improbare? Hæc eò præfatus ſum, quòd de cæteris
ſine omni tergiuerſatione ac diſsimulatione, liberè aperteꝗ apud uos dice
re decreui. Quis enim obſecro eſt, qui peregrè aduenìens, ueſtriꝗ erroris
expers adhuc, ſi hiſce rebus de improuiſo interueniat, uos delirare & inſa-
nire nō arbitretur? Res præclarè geſtas à maioribus, laudi nobis ducimus:
tantum autem abeſt ut eos ulla ex parte imitemur, ut planè contraria facia-
mus. Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare non deſtite- B
runt: nos uerò eos qui in Aſia ſtipendia faciebant, & inde alebātur, huc re-
tractos, contra Græcos duximus. Illi dum Græcis urbibus libertatem reſti
tuunt, dum opem ferunt, principatu Græciæ dignati ſunt: nos qui eaſdem
ſeruitute premimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur, eundem ho-
norem nobis non haberi, cum inter dicta et facta noſtra & illorum tantum
interſit, ut ipſi pro conſeruandis Græcis patriam ſuam deſerere non dubita
rint, & terra mariꝗ prælíantes, Barbaros uicerint: nos uerò ne pro noſtris
quidem cupiditatibus, priuatisꝗ compendijs, dimicare ſuſtineamus. Impe
ritare quidem ſtudemus omnibus, militare autē nolumus: ac nemo ferè eſt
mortalium omnium, quem bello nō laceſſamus: at rei militaris exercitium
ipſi planè negligimus. Et cum hi, quorum operas conducimus, partim exu
les, partim transfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc cōflu
xerint, ſic animati, ut ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu & auſpicijs
nos oppugnaturi ſint: adeò tenerè tamen eos diligimus, ut, etiamſi liberis
noſtris uim aut iniuriam fecerint, tamen pœnas ab eis exigere ne uelimus
quidem. Quod ſi querelæ ad nos de illorum auaritia, rapinis & uiolētia de-
feruntur, minime quidem indignamur, ſed quaſi rem præclarè geſſerint he-
roes iſti, gaudemus & congratulamur. Deniꝗ ſic dementati ſumus, ut ipſi
annonæ penuria laborantes, peregrinum alere militem ſtudeamus: & à ſo-
cijs noſtris tributa per iniuriam extorquemus, ut mercedem communibus
omnium hoſtibus numeremus. Poſtremò tanto deteriores ſumus maiori-
bus noſtris (de laudatis illis nihil dico, ſed de his qui in odio fuerunt) ut illi,
ſi quibus bellum facere decreuiſſent, quamuis auro & argento refertū eſſet
ærarium, tamen ſuis corporibus exequenda quæ ſtatuerant cenſerent: nos
ad tantā egeſtatem redacti, in tanta ciuiū multitudine, perinde ut magnus
rex, condu-

A rex,cõducticijs exercitibus utamur. illi,claſſe in mare deducta, peregrinos
& ſeruos, remigijs nauibusq́ agendis præficiebant, ciues armis ornatos
mittebant:nos conducticijs militibus grauem armaturam damus,ciues re-
migare cogimus. Vnde fit,ut in hoſtilem agrum egreſsi, qui ſibi imperium
in Græcos arrogant, remum geſtent:illi uerò talibus ingenijs prædití, qua-
lia paulo antè deſcripſimus,armati in acie uerſentur. At uerò domi reſpub.
ſic adminiſtratur,ut intuenti bonam ſpem faciat etiam de cæteris. imò illud
ipſum eſt quod maximam indignationem moueat. Nobilitatem noſtram
iactitamus, & uetuſtate noſtræ urbis multum gloriamur. Quare nos etiam
decuit alijs exemplum eſſe, bene cõſtitutæ moderatæq́ reipub. Sed nos ita
tumultuamur,ita confundimus & miſcemus omnia, ut ne cum recentibus
quidem colonijs ſimus conferendi. Splendore natalium ſuperbimus, &
alijs generoſiores eſſe uolumus. at facilius quoſuis in ſocietatẽ iſtius quaſi
prærogatiuæ admittimus, quàm contemptiſsimi Triballi, aut Lucani, ſuæ
ignobilitatis alios participes faciunt. Leges plurimas fęrimus:ſed eaſdẽ ita
contemnimus,ut cum capite ſancitum ſit(ex uno enim etiam de cæteris iu
dicabitis)ne quis auſit largitionibus corrumpere iudicia, eos qui palàm id
faciũt,imperatores deligamus:& quo quiſq́ plures ciues corruperit,eo ma
ioribus rebus à nobis præficiatur. Præterea cum uideri uelimus de reip. for
ma non minus eſſe ſolliciti, quàm de ſalute & incolumitate totius ciuitatis:
nec ignoremus, popularem ſtatum tranquillis & pacatis rebus creſcere &
confirmari,bellis uerò iam bis ſublatum eſſe: pacis ſtudioſos, quaſi qui om
nia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus. At qui bella cõci-
tant,hos demum ut populares exoſculamur. Eloquentiſsimi & rerum ge-
rendarum peritiſsimi uideri uolumus: & tamen ea noſtra temeritas eſt, ut
eodem die de rebus ijſdem non eadem decernamus,ſed quę domo egreſsi
B damnabamus, illa ipſa in cõcione ſuffragijs noſtris comprobemus: & pau
lo pòſt domũ regreſsi, quæ hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Sapientiſ-
ſimi Gręcorum noſtra opinione ſumus,ſed ab eorum conſilijs pendemus,
quos nemo eſt qui non aſpernetur: & illos ipſos ſummæ rerum omnium
præficimus, quibus nemo priuatim quicquam credere audeat. quodq́ om
nium acerbiſsimum eſt, qui noſtrapte confeſsione omnium improbiſsimi
ſunt, hos reipub. cuſtodes fideliſsimos arbitramur. Inquilinos quidem ta-
les eſſe credimus, quales ſibi patronos delegerint. at nos ipſos non exiſti-
mari ſimiles cenſemus gubernatorib. noſtris. Tam longe uerò à more ma-
iorum receſsimus, ut eoſdem illi & ſummæ reipublicę præficerent, & impe
ratores crearent, exiſtimantes, qui pro roſtris optima ſuaderet, eundẽ nihi-
lo deterius, etiam cum ſolus eſſet, per ſe deliberaturum. Nos contrà, quibus
de grauiſsimis rebus conſultorib. utimur, illis tanꝗ ſtolidis, imperiũ nõ de
ferimus. Qui uerò eius farinę ſunt, ut nemo publicè priuatim'ue illorũ con
ſilium expetat, hos mittimus ut ſuo arbitrio gerant omnia: quaſi uerò illic
ſapientiores futuri ſint, & facilius conſulturi de totius Græciæ & reipubl.
ſtatu, ꝗ de rebus non perinde magnis, quæ hic diſcutiendæ proponuntur.
Neq́ tamen hæc ęquè ad omnes pertinere uolo, ſed ad eos duntaxat, qui ta
les ſunt, quales iam diximus. Dies me defecerit, ſi in omnia noſtrarum acti
onum delicta coner ſeuerius inquirere. Qua ratione igitur ab hoc tumultu
liberabimur? quo pacto reipub. ſtatum corrigemus, & in melius prouehe-
mus? Prima igitur hæc eſt emendandæ ordinandæq́ reipub. ratio, ſi deſie
rimus calumniatores habere pro popularibus, honeſtosq́ & integros ui-
ros pro oligarchicis. Illud enim tenendum eſt, natura neminem neq́ popu
larem, neq́ paucorum eſſe potentiæ ſtudioſum: ſed eam ſingulos reipubl.
formam expetere maximè, in qua maximè honorantur. Quod ſi coletis &

Hęc ex oratione περὶ εἰρήνης addidimus, in curia (ut opinor) librariorum omiſſa.

Hic aliquot paginæ de induſtria, & ſtudio breuitatis ab Iſocrate ſunt omiſſæ.

amplectemini bonos uiros præ malis, ſicut olim factum fuit, ad ueſtras ra- A
tiones magis accommodatos habebitis demagogos, & reliquos magiſtra
tus ac ciues. Secundò, ſi inſtitueritis uobis adiungere præſidia ſociorum,
non bellis aut obſidionibus, ſed beneficijs. Ex his enim amicitias oriri con
ſentaneum eſt. At è talibus rebus, quales nunc agitamus, inimicitias. Ter-
tium eſt, ut proximè & ſecundum pietatem in deos, nihil maiori ſtudio ha-
beatis, quàm ut Græci quàm honeſtiſsimè de uobis & ſentiant & loquan-
tur. Nam quos illi ſic animatos uiderint, his ultrò & principatum deferunt,
& illorum fidei ſemetipſos credunt. Quòd ſi quæ diximus præſtiteritis, &
ita uos comparaueritis, ut rei militaris exercitationibus & apparatibus ad
bellum inſtructi ſitis: pacis uerò ita ſtudioſi fueritis, ut ne quid aliter quàm
ius & æquum poſtulat, agatis, non hanc modò urbem, ſed omnes etiã Græ
cos beabitis, quos ne aliarum quidem urbium ulla offendere audebit, ſed
uerebuntur omnes, ſolliciteq; cauebunt, ne quid moueãt, quando uiderint
noſtram urbem ueluti è ſpecula proſpicientem omnia, & in hoc intentam,
ut oneratis iniuria ſubueniat & opituletur: ſed utrum illæ fecerint, reip. no-
ſtræ præclarè conſultum erit. Nam ſiue potentioribus urbibus uiſum fue-
rit abſtinere iniurijs, ea fœlicitas nobis imputabitur, ſiue graſſari cœperint,
qui in metu erunt aut opprimentur, ad nos confugient, & ſupplices auxili-
um à nobis expetent, tradito nobis non tantum principatu, ſed etiam ſe-
metipſos fidei noſtræ committent. Quare nobis non defuturi ſunt, quorũ
ſubſidijs delinquentes coherceamus: ſed multos habebimus, qui ſtrenuam
operam nobis nauent. Quæ enim urbs, quiſnam mortalium noſtram ami
citiam & ſocietatem non ducet expetendam, ſi uiderint nos utraq; re excel
lere, & inſigni iuſticia, & maxima potẽtia præditos? itaq; paratos, ut alijs ſa
luti eſſe & poſsimus & uelimus, ipſi nullis auxilijs egeamus? Quanta uerò B
noſtræ urbis incrementa erunt, ſi aliorum tanta erit erga nos beneuolẽtia?
Quantis opibus affluet reſpublica, ſi uniuerſa Græcia per nos conſeruabi-
tur? Quínam tam ingrati eſſe poterũt, ut nos tantæ fœlicitatis autores, lau
dibus non extollant? Sed ego, propter ſenectutis imbecillitatem, oratione
mea non omnia complecti poſſum, quæ animo perſpicio: niſi quòd præcla
rum eſt, in aliorum iniurijs & inſania, ut primi ad ſanam mentẽ reuerſi, Grę
corum ſalutis & libertatis curam ſuſcipiamus potius, quàm ut peſtes illorũ
appellemur, & ob uirtutem cõſpicui, auitam gloriam recuperemus. Iam ue
rò id dicam quod præcipuum ac ſummum eſt, & ad quod ſuperiora omnia
referri debent, & quò tanquam ad ſcopum omnes noſtrę urbis actiones di
rigẽdæ ſunt. Nam ſi calumnias abolere uolumus, quibus nunc inceſsimur,
ſi temeraria bella ſopire, ſi principatum perpetuò tenere ſtudemus: omni-
no neceſſe eſt, ut nulla tyrannica imperia & poteſtates affectemus, ſaltem
ob ſecuturas mox calamitates: ac, ut regnum Lacedęmoniorum imitemur,
quorum regibus minor delinquendi poteſtas eſt quàm priuatis hominib.
tanto autem fœliciores ſunt alijs, qui ui tenent imperia, ut tyrannorum in-
terfectoribus maxima præmia publicè cõſtituta ſint: pro illis uerò qui mor
tem oppetere in prælijs dubitant, ignominioſiores habeantur, quàm qui
deſeruerunt ordines, aut clypeos abiecerunt. Expetendus certe talis princi
patus eſt. At harum rerum quas uobis ſequendas eſſe dixi, ea natura eſt, ut
Græci propter eas illum honorem uobis habituri ſint, qui Spartanis regi-
bus à ciuibus decernitur: ſi credere poterunt, ueſtram potentiam ſpectare,
non ad opprimendam Græciam, ſed ad eam erigendam & conſeruandam.
Quanquam autem de hoc argumento & multa & uaria dici poſſent, tamẽ
utraq; me admonent, & prolixitas orationis, & ſenectus mea, receptui iam
eſſe canendum. Adoleſcentibus uerò, quorũ ingenia uegetiora et alacriora
ſunt,

A ſunt, conſulo & hortor, ut talia & dicant & ſcribant, quibus maximæ urbes & alijs nocere ſolitæ, ad colendam uirtutem & amplectendam iuſticiam incitentur. Nam florente Græciæ ſtatu, augeri & amplificari etiam ſapientiæ doctrinarumque ſtudia conſueuerunt. Duarum igitur orationū partes audiuiſtis. Volo autem etiam de tertia pauca recitare, ut uobis euidentius fiat, omnes meas orationes, ad uirtutem & iuſticiam tendere. Suadet autē hæc quæ iam dicetur, Nicocli Cyprio qui tum regnabat, quomodo ciuibus eſſet imperandum. Non eſt autem eodem modo ſcripta, quo iam lectæ. Illæ enim quicquid dicitur, conſentiens ſemper ſuperioribus & incluſum habent, in hac uerò cōtrarium fit. Diſſoluta enim & diſtincta à prioribus, uelut in capita redegi, ac omnia quæ ſuadeo, paucis uerbis exponere conor. Hac autem de cauſa id argumentum tractaui, quòd exiſtimabam, monendo & præcipiendo, me eius animo maximam utilitatem allaturum, & mores meos optimè demonſtraturum. Atque ob eandem iſtam cauſam, nunc etiam oſtendere conſtitui, non ut inter ceteras optimè ſcriptam, ſed quòd ex ea optimè cognoſci queat, quo pacto & cum priuatis hominibus & principibus agere ſoleam. Apparebit enim me liberè & è dignitate noſtræ ciuitatis cum eo diſſeruiſſe, nec diuitijs illius, nec potentiæ ſeruiliter adulantē, ſed & ſubditorum cauſam agentem, & quantum in me quidem fuit, ipſam gubernationem quàm fieri potuit leniſsimam conſtituentem. Cum igitur cum rege colloquens, populo patrocinatus ſim, quanto magis in populari uerſantibus republica, hortator & autor ero, ut multitudinem colant? Ac in exordio quidem & limine orationis, reprehendo principes, quos mentē excolere ac exercere ingenium magis decuit quàm alios, quum ipſi peius inſtituti ſint idiotis. Ea diſputatione abſoluta, Nicoclem moneo, ne ſocordiæ indulgeat, neque ita omiſſo animo ſit, tanquam regnum ueluti ſacerdo-

Summa orationis ad Nicoclem de regni adminiſtratione ſcriptæ.

B tium ſuſcepiſſet: ſed ut ſpretis uoluptatibus, animum rebus gerendis intendat. Conor autem id illi etiam perſuadere, rem abſurdiſsimam exiſtimandū eſſe, ſi uideat deteriores imperare præſtantioribus, & ſtolidiores mandare prudentioribus: aſſerens, quo magis aliorum ignorantiam contemnat, tanto magis fore ut ſuam mentem exerceat. Quanquam autem multa in mentem mihi ueniant de meis orationibus, neſcio tamen quomodo ea diſponam. Nam ſingula quæ cogito, per ſe dictu mihi commoda & æqua uidentur: ſi uerò nunc omnia recitentur, magna moleſtia & me & auditores affectura eſſe: atque adeò uereor, ut prolixa etiam ſuperiorum commemoratio faſtidium effugerit. Omnes enim tam inſatiabili dicēdi cupiditate tenemur, ut modum quidem & opportunitatem laudemus. nec quicquam præſtabilius eſſe dicamus. Cum uerò uiſi ſumus aliquid habere quod dicamus, neglecto modo, ſemper aliquid prioribus paulatim adijcientes, in extremam importunitatem incidimus. Nam & ego qui hæc & dico, & ita ſentio, pauca adhuc uobiſcum diſſerere uolo. Nec enim ſine indignatione uidere poſſum ſycophantiam potiorem eſſe philoſophia: & illam quidem accuſare, hanc uerò in iudicium adduci. quod quis è ueteribus fuit, qui futurum eſſe expectaret? apud uos præſertim, qui ſapientiores alijs haberi uultis? Apud maiores quidem certè alia ratio fuit. Nam eos qui ſophiſtæ dicti fuere, mirabantur, eorumque familiares & diſcipulos beatos iudicabāt: ſed ſycophantas maximorum malorum autores eſſe putabant. Cuius rei hoc maximum ſignum eſt. Nam Solonem, qui primus è ciuibus hoc cognomen ſortitus eſt, gubernatorem ac principem ciuitatis eſſe uoluerunt. De ſycophantis autem grauiores, quàm de alijs maleficijs, leges tulerūt. De maximis enim iniurijs in uno iudicari prætorio uoluerunt. Hos uerò citari ſinunt & ad Theſmothetas, & deferri apud ſenatum, & apud populū conueniri: exiſtimantes,

Difficile eſt modum ſtatuere orationi, dum ſubinde plura in mentem ueniunt.

Inuectiua in ſycophantas, & querela de ueræ ſapientiæ contēptu.

mantes, iſtius generis artifices, omnem improbitatem excedere. nam alios A ſtudere tantum ut ſua maleficia cõtegant: iſtos uerò ubiq; gentium oſtentare ſuam crudelitatem & inhumanitatem, odiumq; de induſtria quærere. Ac illi quidem ſic de eis ſtatuerunt: uos uerò tantũ abeſtis ut puniatis eos, ut his & accuſationes aliorũ mandetis, & iiſdem legumlatoribus utamini.

Quantas clades ſycophantæ Atheniẽſibus attulerint.

Atqui decebat eos nunc in odio maiore eſſe, ꝙ olim. Tunc enim peruulgatis duntaxat & ſubinde in orbem redeuntibus negocijs noſtræ urbis, nocebant ciuibus & collegis ſuis: nunc uerò auctis urbis opibus, & eo imperio, quod maiores habuerãt, recepto, audaciores facti quàm oportuit, uiris bonis & præſtantibus, quorum uirtute reſpub. eſt amplificata, potentiam inuiderunt, ac homines improbos, audaciaq; plenos expetiuerũt. opinati, eos ob confidentiam, & quia nullas inimicitias aut odia refugiant, popularem ſtatum poſſe tueri: & quia ex infimo loco emerſerint, non ſuperbos, aut nouarum rerũ fore ſtudioſos. Ex iſta porrò mutatione, quæ pericula, quæ maxima in remp. mala non ingruerũt, propter ea quę ſubinde ab iſtis ingenijs & dicta & facta ſunt? Qui laudatiſsimis ciuibus, quiq; remp. iuuare maximè potuiſsẽt, oligarchię & Laconũ ſtudiũ opprobrare nõ prius deſtiterũt, quàm eos perpuliſſent, ut obiecta crimina uerè in ſe admitterent, & tales fierent, quales à calumniatoribus dictitabantur. Socios uerò uexando & calumniando, & optimos quoſq; re ſua familiari ſpoliando, eò redegerunt, ut à nobis alienati ac repulſi, Lacedæmoniorum amicitiam & ſocietatem adamarint. Quibus de rebus bello nobis concitato, multos ciuium conſpeximus, partim trucidatos, partim captos ab hoſtibus, partim rei familiaris penuria oppreſſos, ac præterea popularem ſtatum bis abrogatũ, & patriæ mœnia diruta: & quod maximum eſt, urbem in periculum ſeruitutis & excidij adductam, & arcem ab hoſtibus, tanquam ibi ſedem fixuri eſſent, occupatam. B Sed enim ſentio, quanquam efferor iracundia, nos aqua defici, ac me incidiſſe in materiam quæ totum diem poſtularet, atq; ad accuſationem eſſe delapſum. Præterita igitur multitudine calamitatum, quarum iſti autores fuere, & reiecta moleſtia & turba eorum quæ de iſtorum calumnijs dici poſſent, pauculis omnino adiectis, orationem concludam.

Epilogus fiduciæ & ſuauitatis plenus, Platonico in Apologia Socratis ferè ſimilis.

Alios quidem reos uideo, ubi iam apologiæ finem attigerunt, ſupplicare & obteſtari, & liberos ſuos ac amicos ad deprecandum ſubornare. Ego uerò neque decere quicquam iſtius generis hanc meam ætatem exiſtimo: & præter hoc quod ita ſentio, etiam erubeſcerem, ſi alia res ſaluti ac præſidio mihi fuiſſet, quàm orationes antè recitatæ à me, & conſcriptæ. Scio enim me ita ſanctè & iuſtè locutum eſſe, tum de urbe, tum de maioribus noſtris, tum de dijs immortalibus in primis, ut ſi qua illis rerum humanarum cura eſt, nec ea quæ mihi nunc uſu ueniunt, eos latêre putem. Quare nihil exhorreſco, quicquid tandem de me ſtatueritis: ſed confido, & in ſpe optima ſum, mihi tunc ultimũ uitæ diem aduenturum, quando id uobis expediet. Hoc ſigno adductus, quod hactenus etiam uixi in hunc uſq; diem, quemadmodum pios homines uiuere decet, quorum dijs mutua cura eſt. De me igitur, ut qui hoc animo ſim, & exiſtimem, quicquid uobis uiſum fuerit, id è re mea futurum, ut unicuiq; ueſtrûm libitum ac placitum fuerit, eo modo ſuffragia ferat, ac ſententiam dicat.

ARGVMENTVM IN ORATIOnem de Iugo.

DEmoſthenes, cum iret in exilium, conuerſus ad arcem, ſublatis manibus dixiſſe fertur: O domina, cuſtos urbis Minerua, cur tribus moleſtiſsimis beſtijs delectaris, noctua, dracone, & populo? Fuit enim reuera ingrata & intractabilis bellua populus Athenienſis, & optimè

cuiq; pro

A *cuiq; promerito infeſtiſſima. Inter quos etiã Alcibiadem, nõ illum quidẽ omnis criminis expertem, ſed uirũ certè præſtantiſſimũ, bis proſcriptũ, ad hoſtes fugere coegit. Qui cum tandem inſidijs & perfidia Barbarorum & Tiſſaphernis, ſed impulſu tamen Athenienſium et Lyſandri perijſſet: liuor etiam in defuncti filiũ deſæuijt. Atq; inter alios calumniatores Tiſias quidã, eum accuſauit de iugo equorum (quibus uiciſſe in Olympijs maxima fœlicitas apud Græcos habebatur) ab Alcibiade ſibi erepto, eosq; ſibi perſolui petijt. Eſt aũt hæc Oratio non tam controuerſia forenſis, quàm uel Apologia, uel potius Encomium Alcibiadis. Continet inſignem locum de excellenti uirtute, calumniatorũ petulantiæ, uulgiq; inuidiæ obnoxia. Exordium habet abruptum, quod præcedenti alicui orationi uelut tranſitione quadam coniungi, & deuterologia, id eſt, oratio ſecundo loco habita, eſſe uidetur.*

ORATIO DE IVGO EQVORVM, SEV BIGIS, RECITATA À FILIO ALCIBIADIS.

DE iugo igitur equotum, quòd pater meus eos habuerit, nõ Tiſiæ ereptos, ſed à ciuitate Argiuorum emptos, & legatos qui illinc uenerunt, & cęteros qui rem nouerunt teſtari audiuiſtis. Omnes autem eodem modo me calumnijs impetere ſolent. Cum enim tanquam de priuatis negocijs me in iudicium uocent, de rebus ad rempublicam pertinentibus accuſant, & plus temporis abſumũt in patre meo calumniando, quàm in eo explicando, de quo omnis controuerſia eſt, ipſiq; iuſiurandum dederunt: & leges uſqueadeò contemnunt, ut iniuriarum, quibus ab eo uos affectos eſſe criminantur, à me ſupplicium exigant. Ego uerò ſic exiſtimo, publica quidẽ crimina nihil attinere ad priuatas controuerſias: ſed quia Tiſias mihi patris exiliũ ſæpe obijcit, & de meis ꝙ de ſuis reb. curioſior eſt, de his

Alcibiadem equos emiſſe.

Calumniæ contra Alcibiadem.

Parẽtem ſibi defendendum eſſe.

B ipſis me purgare neceſſe eſt. Erubeſcerẽ enim, ſi cui ciuiũ minus de illius gloria, ꝙ de meis periculis ſollicitus eſſe uiderer. Ac quod ad ſeniores attinet, res paucis abſolui poſſet. omnes enim norunt, per eoſdẽ uiros & popularẽ ſtatũ ſublatũ, & urbe patrem meũ expulſum eſſe. Sed propter iuniores, qui quidẽ poſt res illas geſtas nati ſunt, calumniatores tamẽ ſępe audiuerũt, rem altius exordiar. Nam qui olim populo inſidiati erant, et quadringẽtos cõſtituerant, poſtq; pater meus accitus, cũ illis ſocietatẽ coire noluit: quũ uiderent eum eſſe uirũ in rebus gerendis acerrimũ, & magnæ ad populũ autoritatis & fidei, non putauere ſe quicquã loco mouere & innouare poſſe, niſi ille è medio tolleretur. Quia uerò ſciebant urbem, quod ad religionem attinet, grauiſſimè iraſci ſolere, ſi quis in initia Cereris deliquiſſet: cæteris uerò in rebus, ſi quis popularem ſtatum abrogaret: utrumq; crimen hoc cõmenti, retulerunt ad ſenatum, dicentes, patrem meum cœtus habere ſecum ad res nouandas, qui quidem in Polytionis ædibus cõcœnantes, myſteria celebrarent. Vrbe uerò concitata & erecta, propter criminum magnitudinẽ, & concione celeriter congregata, tam euidenter eos mendaciorum arguit, ut accuſatores populus libenter ſupplicijs affeciſſet: cum uerò ducem in Siciliam crearit. Poſt hæc ipſe quidem traiecit, tanquam calumnia iam ſopita. Iſti uerò conſpiratione inter ſeſe inita, ſenatuq; concitato, & oratorib. per largitiones ſibi adiunctis, rem de integro commouerũt, & delatores immiſerunt. Et quid multis opus eſt? nec enim prius conquieuerũt, quàm & patrem ab exercitu reuocaſſent, & ex patris amicis alios occidiſſent, alios urbe eieciſſent. Is igitur audita & hoſtium potentia, & familiarium ſuorũ calamitatibus: indigneq; ſecum agi exiſtimans, quòd præſens nec in iudiciũ adductus, abſens condemnatus eſſet, ne ſic quidem ad hoſtes defecit: tantaq; diligentia cauit, ne patriam re ulla offenderet, ne in exilio quidem, ut Argos profectus, quieuerit. Illi uerò, prioribus iniurijs & cõtumelijs haud

Narratio de exilio Alcibiadis.

contenti, perſuaſere uobis, eum tota Græcia pellẽdum eſſe, et ſtatua erecta A proſcribendum, miſsiſq; legatis ab Argiuis ad deditionem expoſcendum. Quapropter animi dubius quò ſe in hiſce ærumnis conuerteret, & ab omni parte excluſus & circumuentus, nulla ſpe ſalutis alia ſibi relicta: tandem ad Lacedæmonios confugere coactus eſt. & quidem quæ facta ſint, hæc ſunt. Cum uerò tanta iniquitate pulſus urbe fuerit, eum tamẽ, ac ſi ſummum ſcelus admiſiſſet, accuſant. & calumniari aggrediũtur, quaſi & Deceleam contra nos munierit, & inſulas ad defectionem impulerit, & magiſter fuerit ac doctor hoſtiũ. & aliàs quidem eum à ſe contemni ſimulant, dicentes, nihil alijs antecelluiſſe: nunc uerò quæcunq; acta ſunt, ipſi uni adſcribunt. & ab eo, quo pacto bella gerenda ſint, edoctos eſſe inquiunt Lacedæmonios, qui eam artem ipſi alios facilè docere poſſunt. Ego uerò, niſi temporis anguſtijs excluderer, non difficulter oſtenderem, eum alia iurè egiſſe, de alijs iniuſtè in crimẽ uocari. Quid uerò fieri queat acerbius atq; iniquius, quàm cum pater meus poſt fugam munus acceperit, me propter illius exilium plecti? Cenſeo autem iurè illi omnino ueniam à uobis concedendam.

Athenienſes à triginta tyrannis pulſos, idem feciſſe quod Alcibiadem.

Nam à triginta tyrannis expulſi, iiſdem quibus ille malis conflictati eſtis. Vnde in animum reuocandum eſt, quomodo ſinguli affecti fueritis, quid animi ſinguli habueritis: & quid periculi non adijſſetis, ut ne inquilinorum loco diutius eſſe cogeremini: ac reſtituti patrię, pœnas de inimicis qui uos eiecerant, ſumeretis? Quam nam ad urbem, aut amicũ, aut hoſpitẽ non adijſtis, precaturi, ut uobis adiumento eſſent ad patriam recuperandam? Quid à uobis omiſſum eſt? An non occupato Piræeo, & ſegetes uaſtaſtis, & agros, inciſis arboribus, populati eſtis, & ſuburbia incendiſtis, & muros deniq; uiolẽter oppugnaſtis? Hæc ita decere, ac ex officio facienda cenſuiſtis, ut ſi qui de numero exulũ quieti ſe dedidiſſent, illis magis iraſceremini quàm calamitatum autoribus. Quamobrem culpandi non ſunt, qui eadem quæ uos concupiuerunt: nec in improborum numero habendi ſunt B

Beneficia potius Alcibiadis, quam neceſſariam ſui defenſionem, eſſe conſideranda. Res geſtæ Alcibiadis.

uiri, qui patria pulſi, redire ab exilio ſtuduerunt: ſed illi potius, qui domi quidem manſere, ſed exilio mulctanda perpetrarunt. Neque inde ordiendum eſt, ſi iudicare uelitis, qualis pater meus ciuis fuerit, cùm urbs iam nihil ad ipſum attineret: ſed ab eo tempore conſiderandum, qualis erga populum fuerit, antequam in exilium ageretur. Nam cum ducentos duntaxat legionarios milites haberet, maximas urbes in Peloponneſo, à ſocietate Lacedæmoniorum abduxit, ad ueſtram ſocietatem adduxit, & in magna pericula ipſos coniecit, & in Siciliam magna cum laude exercitum duxit: propter quæ uos illi gratiam habere debetis. Quæ uerò in calamitate acciderunt, iurè illis per quos exactus eſt, imputabuntur. Recordamini quæſo apud uos, quanta poſt reditum beneficia in rempublicam contulerit: ac præter id, quo ſtatu rerum, eum exceperitis? cum quidem popularis ſtatus abrogatus eſſet, ciues factioſi tumultuarentur, milites contra magiſtratus hic conſtitutos ſe opponerent, & utriq; in eam inſaniam impulſi eſſent, ut neutris ſpes ulla ſalutis relinqueretur. Nam alteri eos qui urbem tenebant, inimiciores ſibi putabant quàm Lacedæmonios: alteri eos qui Deceleæ erant, accerſebant: exiſtimantes, ſatius eſſe ut patriam hoſtib. potius traderent, quàm ut eos ciuitate donarent, qui pro rep. bella gerebant. Quum igitur hi ciuiũ animi eſſent, & hoſtes terra mariq; tenerẽt omnia, & uos inſuper pecunias nõ haberetis, rex Perſarũ illis affatim ſuppeditaret, ac præterea nonaginta naues è Phœnicia Aſpendũ uenirent, paratæ ut opem ferrent Lacedæmonijs. Quum igitur, inquam, in tantis malis eſſet ciuitas, in tantis periculis uerſaretur, à ducibus accerſitus, nõ faſtum præ ſe tulit ob præſentem fortunam, non ob anteacta ſuccenſuit, neque conſilium cœpit de futuris:

A de futuris: ſed mox cum urbe quiduis perpeti maluit, quàm cum Lacedæ-
monijs fœlicisſimus eſſe. ac planum fecit omnibus, ſe bellum geſsiſſe cum
ſuis inimicis, non uobiſcum, ſe reſtitui, non expugnare urbem uoluiſſe.
Vobiſcum igitur coniunctus, Tiſſapherni perſuaſit, ne pecunias ſuppe-
ditaret Lacedæmonijs: & effecit, ne ſocij à uobis deſciſcere pergerent: &
de ſuo militibus ſtipendia ſoluit, & populo rempublicam & libertatem re-
ſtituit, & ciues inter ſe reconciliauit, & naues è Phœnice aliò diuertit.
Poſt hæc uerò, quot triremes cæperit, quot prælia uicerit, quot urbes ui
expugnarit, quàm multas oratione perſuaſas ad ueſtram amicitiam adiun-
xerit, ſingulatim enumerare, immenſi negocij eſſet. Quanquam autem
urbs illis temporibus, periculis plurimis urgeretur: nunquam tamen, pa-
tre meo duce, hoſtes tropæum contra uos erexerunt. Ac de rebus illius
ductu auſpicijs'que geſtis, equidem ſcio multa me præterire: ſed propte-
rea nolui accuratè commemorare, quòd ferè omnes illa meminiſtis. Inua- *Priuatæ uitæ*
dunt autem priuatam quoque patris mei uitam, libidinoſè nimis & confi- *Alcibiadis de-*
denter: neq; pudet eos ita impunè ac audacter loqui de mortuo, quod eo *fenſio.*
uiuente facere utiq; metuiſſent. & tanta eſt eorum dementia, ut exiſtiment,
ſe tum apud uos, tum apud alios, eo maiore gloria futuros, quo plura & ma
iora in eum maledicta congeſſerint. Quaſi uerò quiſquam ignoret, etiam
nequisſimis hominibus licere nō de uiris tantū præſtantisſimis, ſed de dijs
etiā contumelioſè loqui. Fortaſsis igitur curare ſermones omniū, demen-
tiæ fuerit: ſed tamen uel in primis deſidero de ſtudijs & actionib. patris uer
ba facere apud uos, re paulo altius repetita, & mentione maiorum facta, ut
intelligatis à prima nobis origine ſuppetere inter omnes ciues maximas et
pulcherrimas prærogatiuas. Nam pater meus gēte fuit Eupatrides atq; pa *Nobilitas*
B tricius, quorū nobilitas ex ipſo cognomine facilè intelligitur, materna ſtir- *Alcibiadis.*
pe Alcmæonida, qui diuitiarū euidentisſimū ſignum reliquerūt. Alcmęon *Alcmæonidæ*
enim primus ciuium, Olympiæ bigis uicit. Beneuolentiam uerò ſuam erga
populū, tyrannorum temporibus oſtenderunt. Quanquam enim cogna-
tione cum Piſiſtrato iuncti, & illi, priuſquam potiretur imperio, ex omni-
bus ciuibus familiarisſimi, non dignati ſunt ſe præbere ſocios eius tyranni
dis: ſed præſtare crediderunt, ut ſolum uerterent, quàm ut patriā ſeruitute
oppreſſam intuerētur. et cum ſeditio quadraginta duraſſet annos, tam mul
tis tyrannis, ita inuiſi fuerunt, ut eorum factione uictoriam adepta, nō tan-
tum ædes ipſorum diruerentur, ſed ſepulchra etiā effoderētur: ab exulibus
uerò ita eis fides habita eſt, ut omni eo tēpore populi duces fuerint. Poſtre-
mò tandem Alcibiades & Cliſthenes, alter paternus, alter maternus patris
mei proauus, imperatores deſignati, ab exilio reduxerunt populū: & tyran
nis eiectis, eam democratiā conſtituerunt, in qua ciues ad fortitudinē ita in
ſtituti ſunt, ut Barbaros qui contra totam Græciā uenerant, ſoli prælio uin
cerent: ac ob iuſticiam tanta gloria floruerunt, ut ultrò eis Græci maris im-
perium traderēt: & ciuitatem tantam redderēt, cùm potentia, tum reliquis
copijs & apparatu, ut qui eam Vrbem eſſe Græciæ dicunt, & alijs quibuſ-
dam magnificis uocabulis ornare ſolent, uera dicere uideantur. Caritatem
igitur populi tam uetuſtam, & genuinam, ac ſinceram, & beneficijs ma-
ximis partam à maioribus accepit. ipſe uerò pupillus relictus eſt. Nam pa- *Pericles tu-*
ter eius, pugnans contra hoſtes, ad Chæroneam ceciderat. Tutorem *tor Alcibia-*
autem Periclem habuit, quem omnes utique fatebuntur, omnium ciui- *dis.*
um fuiſſe modeſtisſimum, & iuſtisſimum, & ſapientisſimum. Exiſtimo
autem hoc etiam in præclaris habendum eſſe, ſi quis talibus natalibus or-
tus, tam præſtantem uirum, & tutorem & educatorem, & uitæ magiſtrum
ſortiatur. Iam uirili toga ſumpta, à uirtute illorum, quos iam diximus,

nequaquam degenerauit. nec ipſe ocio ac luxu diffluere, maiorum præcla- A
ris facinoribus gloriari uoluit: ſed mox tanta in eo magnitudo animi fuit,
ut exiſtimaret, oportere ſe propter ſemetipſum, non ob illorum res geſtas
Pugna cōtra Thraces. celebrari. Ac primùm quidem quum Phormio mille Athenienſes grauis ar
maturæ milites contra Thraces duceret, delectis fortiſsimis, cum illis in mi
litiam profectus, ita ſeſe geſsit in periculis, ut coronaretur, & panoplia do-
naretur ab Imperatore. Enimuero quod nam eius officium eſſe credi de-
bet, qui laudes maximas mereatur? An non cum præſtantiſsimis ciuibus
militantem, primas ferre? & ducentem contra Græcorum fortiſsimos ex-
ercitum, in omnibus periculis longè fieri ſuperiorem? Ille igitur illud ado-
leſcens adeptus eſt, hoc iam ſenior fecit. Poſt hæc autem, matrem noſtram
Hippareta uxor Alcibiadis. uxorem duxit. Nam & hanc eum præmij loco, propter excellentem uir-
tutem, accepiſſe cenſeo. Cuius pater Hipponicus, opibus primus erat inter
Græcos: genere, nemine ciuium inferior, ſuiſq; temporibus, in ſummo ho-
nore & admiratione habitus. Filiam porrò cum dote maxima elocaturus,
cum quidem omnes adipiſci optarent nuptias illas, principes uerò tantum
ambirent: patrem meum delectum ex omnibus, generum adſciſcere deſide
Olympica certamina. rauit. Circa eadem tempora, cum uideret Olympicam celebritatem ab om
nibus hominibus amari, maximiq; fieri, et Grecos ibi oſtētare & opes ſuas,
& uires, & ingeniorum dexteritatem: ac athletas fœlices iudicari, & eorum
qui uiciſſent, urbes celebrari: prætereaq;, munera quæ hic obirentur, ciui-
bus deberi pro re familiari ac priuata: quæ uerò in illam celebritatem con-
ferrentur, ad omnes Græcos ſpectare, ac pro urbe noſtra fieri: hæc inquam
reputans, quanquam nec ingenio nec agilitate aut robore corporis ulli ce-
deret, gymnica tamen certamina deſpexit. ſciebat enim, quoſdam athle-
tas & ſordido genere ortos, & minimè liberaliter inſtituros eſſe, et in ob-
ſcuris oppidulis degere. Sed ad alendos equos animū adiecit: quod ut bea- B
tiſsimorum munus eſt, ſic nemo homo uſsis preſtare queat. nec eos tantum
qui tum cum eo contendebant, ſed quotquot unquam uicerant, ſuperauit.
Tot enim bigas immiſit, quot bigis ne maximæ quidem urbes certauerūt:
tam uerò egregias, ut & primus & ſecundus & tertius uictor fuerit. Ad
hæc in ſacrificijs, & alijs quos feriæ illæ ſolennes requirūt ſumptibus, tanta
fuit ipſius liberalitas & magnificentia, ut aliorum publicæ opes illius priua
tis diuitijs minores uiderentur. Sic autem ab illa feſtiuitate diſceſsit, ut pri-
morum fœlicitates, præ ipſius ſucceſsibus & gloria paruæ uiderent: & qui
eo tempore uicerant, non tam fœlices haberentur: & illis qui deinceps e-
quos alere inſtituerent, nihil reliqui fecerit ad excellentiam ſuam ſuperan-
Aedilitia munera. dam. Iam de ipſius in hac urbe ædilitatib. & gymnaſiarchijs & trierarchijs
dicere me pudet. Tantū enim alijs antecelluit, ut qui tenuius quàm ille rem
illam adminiſtrarint, idipſum laudi ſibi ducant. Pro quibus ſi quis etiā hac
ætate gratiā repeteret, de his uerba facere uideretur. Porrò quod ad remp.
Studium populi. attinet (nec enim hoc prætermittendum eſt, quemadmodum eam nec ipſe
neglexit) multo illis etiam, quorum ſumma gloria eſt, in populum beneuo
lentior & beneficētior extitit. Nam alios inuenietis propter ſemetipſos mo
uiſſe ſeditiones: ipſum uerò pro uobis periclitatum eſſe. Non enim quòd
repelleretur ab oligarchia, ſed cum ad eam inuitaretur, popularis fuit. &
quanquam ſæpe illi facultas fuit, ut nō tantum alijs imperaret cum paucis,
ſed illis ipſis etiam plus poſſet: tamen noluit, ac potius eſſe duxit, iniurijs à
ciuitate affici, quàm rempublicam prodere. Verùm hęc dum ſumma rerum
adhuc penes populū eſſet, perſuadere uobis nemo potuiſſet. Nunc, factæ
ſeditiones perſpicuè uobis oſtenderunt, & populares, & oligarchicos, &
neutrius ſtatus appetētes, & utriuſq; participes eſſe deſiderantes: in quibus

à ueſtris

A à ueſtris inimicis bis pulſus eſt. Ac primùm quidem quàm mox eum remouerant, populi per eos proſtrata eſt autoritas. Secundò, ut primum uos oppreſſerant, primus ipſe fuit, quem exilio mulctauerunt. Vſqueadeò ſubinde noſtra urbs ampliſsimos de patris mei fœlicitate fructus percepit: contráq; publicæ urbis calamitates in eius caput redundarunt. At multi ex ciuibus illi infenſi fuerunt, tanquã occupare tyrannidem molienti, non quòd factis ſuis talem de ſeſe ſuſpicionem moueret, ſed quia putabant, eam rem omnibus præclaram expetendamq; uideri: atq; tantam eius eſſe potẽtiam, ut ipſe, modò uellet, ea facilimè potiretur. Quapropter meritò illi maiorem gratiam haberetis, quòd ſolus è ciuibus talis & tantus fuit, de quo id non omnino temerè ſuſpicarenẽ, & pari tamen in repub. æquoq; iure cum cęteris uiuere uoluit. Tam multa uerò ſunt quæ de patre meo dicam, ut dubitẽ quid nam in præſentia ſit adducendum, & quæ nam prætermittenda. Semper enim maius id mihi uidetur quod nondum expoſitũ eſt, eo quod iam apud uos diximus. Nam hoc quoq; nemini dubiũ eſſe arbitror, quin hunc neceſſe ſit reb. ſecundis ciuitatis maximè gaudere, ad quem pars maxima bonorum & malorum redit. Quis autem florente republica, inter omnes ciues eo fuit uel fœlicior, uel admirabilior? Quis, eadem afflicta, uel ſpe maiore, uel pluribus opibus, uel pulchriore gloria orbatus eſt? An non poſtremò triginta tyrannis imperantibus, alij ciuitate duntaxat exularũt: ipſe uerò è tota Græcia eiectus eſt? An non Lacedæmonij & Lyſander nõ minus de eo perimendo laborarunt, quàm ut uos imperio ſpoliarent? Exiſtimantes, muris etiam dirutis, ſe noſtræ urbi fidere nihil poſſe, niſi illum etiam perdidiſſent, qui eos inſtaurare poſſet. Quare non ex eius beneficijs duntaxat, ſed etiam ex infortunijs, quæ propter uos tulit, eius beneuolentia facilè perſpicitur. Apparet enim eum populo ſuppetias tuliſſe, formam eandẽ

Alcibiadẽ nõ affectaſſe tyrannidem.

B reipublicæ quam uos expetiuiſſe, ab ijſdem afflictum unà cum ciuitate fortunã aduerſam habuiſſe, eoſdem uobiſcũ & amicos & inimicos cenſuiſſe, omnis generis periculis implicitum, partim per uos, partim uobiſcum, partim propter uos, partim pro uobis. Fuit igitur ciuis omnino diſsimilis Chaſicli iſtius affini, qui ſeruire hoſtibus, ciuibus imperare deſiderauit, & in exilio quieuit, reſtitutus in patriam urbem afflixit. Quomodo autem eſſe queat uel amicus nequior, uel hoſtis magis contemnendus? Et tu tamen quum ſis affinis illius, & ſub triginta tyrannis ſenator fueris, non uereris alios inceſſere, ac uetera uulnera, quæ obliuione tanquam cicatrice obducta oportebat, refricare? neq; te pudet ea fœdera uiolare, quorum beneficio tu in urbe manes? Non cogitas, ſi decretum fuerit ut ueteres offenſæ uindicentur, tibi & ante me, & maiora pericula fore adeunda? Nec enim ſcilicet paternorum delictorũ ego pœnas dabo: tibi uerò tuorum facinorum gratia fiet. Non enim patria pulſus, ſed rempublicam unà gerẽs: neq; coactus, ſed ultrò: neq; ultor, ſed autor iniuriarum ciues uiolaſti. Quare ne defenſio quidem iſtorum criminum tibi concedenda erit. Sed de illis quę tum geſta ſunt, fortaſsis aliquando in huius periculis dabitur dicendi locus uberior.

Recriminatio aduerſarij.

A uobis autem peto, ne me inimicis, omni præſidio deſtitutum, prędæ eſſe patiamini, nec in immedicabilia mala conijciatis. Nam iam antea plus ſatis malorum expertus ſum: qui quidem, quamprimum in lucem prodij, orphanus ſum relictus, patre acto in exilium, matre uerò mortua: & annos nondum quatuor natus, in uitæ periculo fui: ac puer adhuc, à triginta tyrannis urbe ſum eiectus. & cùm, qui in Piræeum confugerant, rediſſent, alij ſuas opes recuperarent: ego ſolus agro, quem nobis populus pro publicatis pecunijs dederat, inimicorum uiolentia ſum ſpoliatus. Tot igitur calamitatib. conflictatus, & bis exutus re familiari: nunc de quinq; talentis

Commiſeratione mouet, deploratione malorum ſuorum.

cauſam dico. & actio quidem de pecunijs eſt: ſed reuera id agitur, an in ciuitate mihi manere liceat. A Nam cum eędem mulctæ in tabulas publicas referuntur, non omnes tamen ijſdem de rebus periclitantur: ſed diuites de damno, inopes (ut ego) de ignominia, quam ego exilio acerbiorem puto. Multo enim miſerius eſt apud ſuos ciues ignominioſè uiuere, quàm apud alios inquilinum eſſe. Vos igitur oro, ut me iuuetis, neq; me ab inimicis contumelioſè uexari, aut patria ſpoliari, aut huiuſmodi cladibus nobilitari patiamini. Iurè autem res ipſæ mihi à uobis commiſerationem impetrarent, tametſi ego uos eò deducere non ſtuderem: ſi modò commiſeratione digni ſunt, qui nullo ſuo merito periclitantur, ac maximis de rebus in diſcrimen ueniunt, & fortuna tum ſe tum ſuis maioribus indigna premuntur, maximisq; opibus ſpoliati maximam uitæ mutationem experiuntur. Quamuis autem multa mihi ſint quæ deplorem, ob hæc potiſsimum tamen indignor primùm, ſi huic pœnas dare cogar, de quo ego ſupplicium ſumere deberē: Deinde, ſi propter Olympicam patris uictoriam ignominia notabor, propter quam alijs præmia dari uideo. Præterea, ſi Tiſias nunquam de republ. benemeritus, & in democratia & in oligarchia magnus & potens erit: ego cum neutros offenderim, ab utriſq; malè tractabor: & ſi uos in alijs quidē actionibus diuerſam quàm triginta tyranni rationem ſecuti, in me eodē animo quo illi fuerunt, eritis: egoq; tum quidem uobiſcum, nunc uerò per uos ciuitate exterminabor.

ARGVMENTVM AEGINETICI.

Aegineticus inſcribitur hæc Oratio, ab inſula Aegina, ubi controuerſia hæc in iudiciū deducta fuit. Agitur autem de hæreditate cuiuſdam Thraſylochi, qui quendam amicum ſuum optimè de ſe meritum adoptauit, hæredem inſtituit, ſorori ſuæ deſpondit. Eandem hæreditatem, Thraſylochi notha ſoror, ratione propinquitatis ſibi uendicat, & teſtamentum refutare nititur. Adoptatus id ratum eſſe contendit, ac probat legibus: aduerſariam ut impiam in fratrem, criminatur, meritaq; ſua & amicitiam cum Thraſylocho & tota eius familia commemorat. B

AEGINETICVS, HOC EST, ORATIO SCRIPTA CVIDAM QVAM IN IVDICIO apud Aeginetas haberet.

Oſtendit fiduciam ſuam de cauſæ bonitate.

PVtabam, uiri Aeginetæ, Thraſylochum de ſuis rebus tam prudenter conſuluiſſe, ut nunquam quiſquam uenturus eſſet, qui teſtamentum, quod is reliquit, oppugnaret. Poſtq; uera aduerſarijs hoc omnino decretum eſt, ut quantumuis probè confectum, tamen euertere ſtudeant: neceſſe habeo periculum facere, an apud uos meum ius queam adipiſci. Longe autē aliter affectus ſum quàm pleriq; alij, quos grauiter ferre uideo, ſi qua de re, per iniuriam, in periculum ueniunt. Ego uerò parum abſum, quin iſtis gratiam habeam, quòd me in hoc iudicium adduxerunt. Niſi enim hoc negociū ueſtræ cognitioni ſubiectum fuiſſet, haud ſciuiſſetis, quæ mea in defunctum merita extitiſſent, cuius mihi relicta hæreditas eſt. Re uerò tota cognita, intelligetis me maiorem etiam donationem q; hæc ſit, promeruiſſe. Par autem eſt, ut iſta quæ de pecunijs controuerſiam mihi facit, nō ſtudeat facultates quas Thraſylochus reliquit, nobis eripere: ſed ubi oſtenderit ſe officio erga illum eſſe functam, tum demum poſtulet ſe ad petitionem hæreditatis admitti.

Criminatur aduerſariā impietatis & auariciæ.

Nunc uerò tantum abeſt, ut eam pœniteat in uiuentem deliquiſſe, ut eo etiam defuncto, conetur tum teſtamentum eius inofficioſum reddere, tum familiam deſolare. Miror etiam patronos & aduocatos mulieris, ſi propterea putant honeſtum eſſe certamen hoc, quod

A etiã uicti, nullã iacturam facturi ſunt. Ego enim magnã cladem hoc quoq; Perſtringit pã
eſſe puto, ſi conuicti, quòd iniuſtè litem nobis intenderint, improbiores ui tronos accu-
debunt. Sed iſtorũ malitiã res ipſas declarabit, ubi acta omnia perfectè au- ſatricis.
dïueritis. Inde aũt ſumam narrandi exordiũ, unde uos celerrimè puto con
trouerſiã cognituros. Thraſylochus, pater eius qui me teſtamẽto hęredẽ in Narratio.
ſtituit, à maiorib. nullas opes habuit, ſed hoſpitij neceſſitudine cũ haruſpice *Thraſylo-*
Polemæneto cõtracta, ita ſe in eius amicitiã inſinuauit, ut ille moriens ei & *chus uates.*
libros de diuinatione reliquerit, & facultatũ quæ adhuc ſuperſunt partẽ de
derit. Thraſylochus igitur his cõmoditatibus uſus, eam artem exercuit. &
cũ multa loca circuiret, & in cõpluribus ciuitatibus cõmoraretur, tum cum *Liberi è con-*
alijs mulierculis cõſueuit, quarũ nõnullæ liberos etiã pepererunt, quos ille *cubinis.*
nunq; pro legitimis agnouit: tum uerò iſtius matrẽ, illis temporib. accepit.
Quũ aũt magnas opes acquiſiſſet, ac patriæ deſiderio afficeretur, illam qui-
dem & cæteras dimiſit: & cũ in Sypbnũ traieciſſet, uxorẽ duxit mei patris *Tres uxores.*
ſororem, ipſe quidem ciuium ditiſsimus, genere uerò & alijs dignitatibus
noſtram familiam eminere ſciens. Tantopere autem patris mei amicitia de
lectatus eſt, ut cum illa ſine liberis deceſsiſſet, denuò patris conſobrinã du-
xerit, quo neceſſtudo inter nos & affinitas permaneret. quam quũ nõ diu
in matrimonio habuiſſet, eodem fato hęc, quo etiã prior, illi erepta eſt. Poſt
hanc autem duxit quandam è Seripho, ex familia longè prętantiore quàm
pro exiſtimatione illius urbis. Ex ea ſuſcepit Sopolin & Thraſylochum, & *Genuini liberi*
uxorem meam. Thraſylochus igitur hos ſolos pro legitimis liberis agno-
uit, & relicta illis re ſua familiari, deceſsit. Ego uerò & Thraſylochus, tam
arctam amicitiam à patribus acceptam, quantam paulo antè narraui, adhuc *Thraſylochi*
arctiorem effecimus. Nam pueri adhuc, pluris nos inuicem fecimus quàm *& rei familia-*
fratres: & neq; ſacrificium, neq; ſpectaculum, neq; feſtiuitatem aliam, ſeor- *ritas.*
B ſim celebrauimus. Sumpta uirili toga, nunquam alter alterum ulla re offen-
dit: ſed & priuata communicabamus, & de republica idem ſentiebamus.
Sed quid de domeſtica familiaritate dico? quum nec in exilio uoluerimus
inuicem diuelli. Tandem eum tabe correptum, & longo tempore decum- *Reus ob offi*
bentem (fratre quidem eius Sopolide prius defuncto, matre uerò & ſoro *cia in ægrotũ*
re nondum præſente) ita deſtitutum ab omnibus, tanta induſtria & fide cu *Thraſylochũ*
raui, ut ipſe mihi nullam dignam gratiam poſſe referri crederet: nihil tamẽ *adoptatus, &*
in ſe deſiderari paſſus eſt, ſed ingraueſcente morbo, cum iam nullam uitæ *ſorore in ma-*
ſpem haberet, teſtibus aduocatis, me adoptauit, & cùm ſororem tum facul- *trimoniũ data*
tates ſuas mihi dedit. Cape igitur teſtamentum. *hæres inſtitu-*
tus.

TESTAMENTVM.

Lege etiam legem Aeginetarum. Nam iuxta hanc, teſtamentũ facien-
dum fuit, quum hic inquilini eſſemus.

LEX.

Iuxta hanc legem, Aeginetæ, Thraſylochus me adoptauit, ciuem ſuum
& amicum, & ſi genus & familiam ſpectetis, Siphniorum nemine deterio- *Adoptationẽ*
rem, & eodem modo ſecum inſtitutũ & educatum. Quare baud ſcio, quo- *eſſe legitimam*
modo magis ſecundum legem agere potuiſſet, quæ iubet, eiuſdem condi-
tionis homines adoptari. Cape Siphniam etiã legem, cui nobis olim dum
ibi uiueremus, parendum fuit.

LEX.

Si igitur, Aeginetę, contra haſce leges dicerent, patriæ legem adiutricẽ
haberent: minus eſſet de eis mirandum. iam uerò illa etiam cum iam recita
tis conuenit. Cape libellum.

LEX.

Quid eis igitur eſt reliquum, quum ipſi teſtamentũ hoc à Thraſylocho
relictum,

relictum, confiteantur: leges uerò mulieri nullæ, mihi omnes patrocinentur? Primùm ueſtra lex, qui de negocio iudicaturi eſtis. Deinde lex Siphniorum, unde autor teſtamenti oriundus fuit. Poſtremò, ea quæ apud iſtos ualet, qui nobis controuerſiam faciunt. Quid uerò non audebunt iſti, qui uobis perſuadere conantur, ut teſtamentum tanq; irritum aboleatis, quum quidem hæc legum ſententia ſit, & uobis iuratis ſecundũ eas pronunciandum? Ne quis uerò me putet paruas ob cauſas hæreditatem adeptum, aut iſtam officio erga Thraſylochum functam, eadem fraudari: uolo his etiam de rebus dicere. Nam defuncti uicem me puderet, niſi uobis omnibus perſuaderetur, eum hæc non tantum iuxta leges, ſed etiam iure egiſſe: idq; me facilè probaturum confido. Tantum enim inter nos interfuit, ut iſta, quæ ſe genere proximam eſſe contendit, perpetuò cum ipſo & Sopolide & matre ipſorum litigarit, & inimicitias exercuerit: ego uerò non tantũ erga Thraſylochum & fratrem præclarè me geſsi, ſed has ipſas facultates, de quib. litigamus, amiciſsimè optimaq; fide cuſtodij. Ac de his quidem quæ olim facta ſunt, dicere operoſum fuerit. Cum uerò omnibus, quos præſens deprehenderat, * erat ipſis maxima pars opum expoſita, apud hoſpites meos Opinabamur enim hanc inſulam omnium tutiſsimam eſſe. Quum uerò illi angerentur, ac putarent omnia periſſe: ego, noctu conſcenſo nauigio, exportaui illis pecunias cum uitæ meæ periculo. In agris enim erant præſidia diſpoſita, & urbem quidam noſtrorum exulum occuparant, qui uno die, nefario auſu occiderunt & patrem meum, & patruum, & affinẽ: & præter hos, tres conſobrinos. Sed tamen me nihil horum auertit. exiſtimabam enim, me non minus debere ipſis quocunq; euentu inſeruire, quàm mihi ipſi. Deinde, quãdo urbe pellebamur, cum tanto tumultu & trepidatione, ut nonnulli ſuos etiam negligerent: nec in his malis contentus fui domeſticos meos conſeruaſſe, ſed quia ſciebã Sopolidem quidem abeſſe, illũ uerò ipſum ægrotare: unà cum eo & matrem & ſororem, & opes uniuerſas extuli. Quem igitur eas æquius eſt habere, quàm illum, qui & tum conſeruauit, & nunc à dominis accepit? Et hæc de illis dicta ſint, in quibus pericula quidem adij, ſed in calamitatem nullam incidi. Poſſum autem etiã talia dicere, per quæ, dum illi gratificari ſtudeo, penè perijſſem. Poſtquam enim Melum ueni, quum ſenſiſſet nos ibi manſuros, rogauit, ut Trœzena ſecum nauigaremus, ſeq; nequaquam relinqueremus: commemorans & corporis infirmitatem, & multitudinem inimicorum, & quod à me deſtitutus, nõ haberet, quid'nam de ſuis rebus ſtatueret. Metuente uerò matre, quia urbem illam peſtilentem eſſe audierat, & hoſpitibus ſuadentibus ut ibi mâneret: tamen uiſum nobis eſt, morem illi gerendum eſſe. Poſt hæc, quamprimum Trœzena uenimus, tales morbi nos inuaſerunt, qui me quidem penè interfeciſſent. ſororem certè meam intra menſem ſepelij, & matrem non quinq; diebus pòſt. Quid uerò animi fuiſſe mihi cenſetis, quum res meæ ita mutatæ eſſent? qui reliquo tempore expers malorum uixeram, ac nuper fugam expertus eram, & ut inquilinus, apud alios habitare, ac meis opibus carere didiceram: & adhæc uidebam, matrem meam & ſororem patria priuatas, et peregrè, ac apud alienigenas morientes? Quare nemo mihi iure inuidebit, ſi quid è Thraſylochi rebus cõmodi capio. Nam dum illi obſequens, Trœzen uiuo, tantas clades accepi, ut eas nunquam poſsim obliuiſci. Iam ne illud quidẽ dicere poterunt, me rebus ſecundis Thraſylochi, hæc omnia ſuſtinuiſſe, atq; eundem in calamitatibus deſeruiſſe. Nam in illis ipſis, euidentius & certius oſtendi, quanta eum beneuolentia proſequerer. Nam cum ſede ſua in Aeginam translata, in eum morbum incidiſſet, ex quo perijt: ſic eum curaui, ut haud ſcio an quiſquam alius alium, maximam quidem temporis partem

Se non tantũ iuxta leges, ſed iuſtiſsimis de cauſis hæredem eſſe factũ.

Beneficia in Thraſylochũ

*Locus mutilus.

Calamitates propter Thraſylochum.

Miniſteria in morbo.

A

B

A. poris partem malè affectum, ita ut ambulare ac prodire in publicum non poſſet, & ſex menſes perpetuos in lecto decumberet, & harum miſeriarum nemo è cognatis particeps eſſe uoluit: ſed nec inuiſit quiſquam, præter matrem eius, & ſororem, quæ auxerunt etiam meas moleſtias. Nam ægrotæ Trœzene aduenientes, ipſæ curatione indigebant. & tamen, quum alij ſic erga eum ſe gererent: non deſerui, nec defatigatus ſum, ſed cum unico puero eius curam egi, quem nec famulorum quiſquam tolerare poterat, cùm natura ſatis aſperum, tum propter morbum longè moroſiorem factum. Quare non mirũ eſt, eos nõ manſiſſe: ſed hoc potius, quomodo ego curæ morbi illius ſufficere potuerim. Nam longo tempore pus uomebat, & è lectulo ſe commouere non poterat. Sic autem cum eo agebatur, ut nullum diem ſine lachrymis tranſigeremus, ſed ſubinde commiſeraremur, & mutuos labores noſtros, & exilium, et ſolitudinem noſtram. Neq; hęc ullo tẽpore intermittebãtur. nec enim mihi uſpiã diſcedere licebat, ne ſibi negligi uideretur: quod mihi multo acerbius erat, quàm mala præſentia. Velim equidem, me poſſe uobis palàm oſtendere, qualis in eum fuerim. Opinor enim, uos neq; uocem aduerſariorum toleraturos. Nunc, quæ in curatione difficilima & moleſtiſsima ſunt, & labores acerbiſsimos, maximamq; ſolli citudinem poſtulant: non facilè, nec ſine uerecundia explicari poſſunt. Sed uos ipſi conſiderate, cum quantis uigilijs & miſerijs talis & tam diuturnus morbus ſit curandus? Ego quidem ſic affectus fui, ut quotquot amici acceſſerant, ſe uereri dicerent, ne ego unà cum illo perirem: mihiq; ſuaderent ut eſſem cautior, dicentes, multos qui in eo morbi genere alijs inſeruiſſent, ipſos unà perijſſe. Quibus ego in hunc modum reſpondi, Me longè malle emori, quàm concedere, ut ille miniſtro carens, ante diem moreretur. Et

B quum ego hæc & fecerim, & perpeſſus ſim, iſta mihi audet litem mouere, quæ in tam diuturno morbo, nunquã eum uiſere dignata eſt: quum quidẽ ſingulis diebus audiret, quomodo cum ipſo ageretur, & iter tam expeditũ haberet? Ita'ne nunc demum fraternũ erga eum animum induere, ac blandum illud fratris nomen pronunciare conantur? quaſi uerò non, quanto familiarius, mortuum illum cõpellarint, tanto maior ipſorum uideatur inhumanitas & barbaries? Quæ cùm uideret, eo defuncto, quotquot noſtrorũ ciuium Trœzene erant, in Aeginam trajcere, ut funus eius ac ſepulturam ſua præſentia ornarẽt, ne hoc quidem tempore aduenit: ſed ita crudelis, ita immanis fuit, ut iuſtis quidem perſoluendis non intereſſet: ſed de relictis bonis, antequam decem dies elaberentur, aduentarit, motura controuerſiam: ac ſi pecuniarum, non hominis, cognata fuiſſet. Ac, ſi quidem fatebitur, ſibi cum eo tantas inimicitias interceſsiſſe, ut iure iſta fecerit: non malè ſibi Thraſylochus conſuluit, ſi ſuas opes amicis potius, quàm iſti, relinquere uoluit. Sin nihil diſsidij inter eos fuit, & ipſum tamen ita inhumaniter neglexit: multo æquius eſſet, ut ſuis bonis ſpoliaretur, quàm ut illius hæreditatem adiret. Cogitate igitur, quantũ in iſta fuit, neq; in morbo curatum eſſe, neq; poſt obitum iuſta ei perſoluta eſſe. quæ utraq; illi ego præſtiti. Aequum autem eſt, ut pro illis ſententiam feratis, non qui ſe genere proximos eſſe dicunt, reipſa uerò ut inimicos ſe geſſere: ſed pro illis potius, qui nec nomen cognationis habuerũt, & maiore tamen fide in calamitatib. inſeruierũt q̃ ſanguine coniuncti. Porrò teſtamentũ hoc à Thraſylocho eſſe relictũ, non negant: ſed bene & rectè factũ eſſe, negant. At qui fieri poteſt, Aeginetę, ut quiſquam ſuis rebus melius conſulat? quum nec familiam deſolatam reliquerit, & amicis gratiam retulerit? ac præterea matrem & ſororem, non ſuæ duntaxat rei familiaris, ſed etiam meæ dominas fecerit: quarũ alteram mihi in matrimonium tradidit, alteri me per adoptionem filiũ reddidit?

Criminatur aduerſariam, ut quę neglexerit ęgrotantem, defuncti hæreditatem petat.

Dilemma.

Teſtamentũ rectè eſſe factum.

didit? Rectius igitur ille feciſſet, ſi neq; matri curatorē cōſtituiſſet, nec ullam A
mei mentionē feciſſet, ſororemq; ſuā fortunæ mandaſſet, ac nomen gentili-
Se non indignū eſſe Thraſylochi familia
tiū aboleri patere? At fortaſsis indignus ego ſum qui in Thraſylochi fami-
liam tranſeā, & ſororē eius habeam? Sed Siphnij omnes teſtabunt, maiores
meos et genere et opib. et gloria principes fuiſſe ciuitatis. Qui enim uel am
pliores magiſtratus geſſerūt, uel plus pecuniæ contribuerūt, uel ædilitatib.
luculētius functi ſunt, uel magnificētius reliqua munera obiuerūt? è qua fa
milia in Siphno plures reges nati ſunt? Quare Thraſylochus, etiamſi nunq;
cū eo collocutus fuiſſem, haud iniuria propter hæc mihi ſororē ſuam dare
uoluiſſet: & ego, tametſi nihil horū eſſet, atq; ciuiū uilisſimus eſſem: iurè ta
men ac meritò, propter collata in ipſum beneficia, maxima queq; ab eo con
Amicitia cum Sopolide Thraſylochi fratre.
ſecutus eſſem. Opinor autē, eum teſtamento in hunc modum facto, etiā fra
tri Sopolidi rem gratiſsimam feciſse. Nam is quoq; iſtam oderat, & ſuis ſuc
ceſsibus inuidere, ac male cupere arbitrabatur: me uerò inter amicos om-
nes maximi faciebat. Quòd cùm ſæpe aliàs, tum uerò in primis declarauit,
quando exulibus uiſum eſt, cum copijs auxiliaribus urbem inuadere. Dux
enim creatus, ac dictator, me & ſcribam ante alios delegit, & quæſtorē con
ſtituit: & cùm adeundum periculum eſset, me iuxta ſe in acie ſtare uoluit.
Quod quantopere ipſi profuerit, conſiderate. Nam cum oppugnatio Si-
phni nobis non ſucceſsiſset, & non ita, ut uolebamus, recedere liceret: uul-
neratum eum, ita ut ambulare non poſset: & ferè moribundum, cum famu
lo meo, humeris impoſitum, ad nauem retuli. Quare ſæpe & ad multos di-
xit, ſe mihi ſoli ex omnibus ſalutem ac uitam ſuam acceptam ferre. Quo be-
neficio quid maius eſse poteſt? Deinde, cum nauigatione in Lyciam ſuſce-
pta, mortuus eſt, iſta paucis diebus poſt acceptum de obitu eius nuncium,
ſacrificabat, & feſtum celebrabat: nec eam ſaltem fratris adhuc uiuentis pu-
debat, quòd mortē defuncti tam leuiter ferret. ego uerò ſic eum lugebam, B
ut lugere cognatos moris eſt. Et hæc omnia faciebā ob innatam animi mei
probitatem, & propter eius amicitiam, non huius iudicij cauſa. Nec enim
opinabar ita male cum eis actum iri, ut ſine liberis utriq; mortui, conſpici-
endum relicturi eſsent, quo animo unuſquiſq; noſtrûm in ipſos fuiſset.
Ac, quemadmodum erga Thraſylochum & Sopolin illa & ego affecti fue-
Non ſpectandū quid auus, ſed quid pater Thraſylochus uoluerit.
rimus, ferè audiuiſtis. Fortaſsis autem nunc ad eam orationem ſe conuer-
tent, quæ ipſis reliqua eſt. Thraſylochum, iſtius mulieris patrem, ſi quis mo
do ſenſus ſit defunctis de rebus noſtris, exiſtimaturum iniquiſsime ſecum
agi, ſi uideret filiam hęreditate fraudatam, & opes ſuo labore partas, ad me
redijſse. Ego uerò cenſeo, non de iam olim defunctis, ſed de his qui hære-
ditatem proximè reliquerunt, uerba nobis facienda eſse. Thraſylochus e-
nim ille, quos ipſe uoluit, hæredes inſtituit. Aequum autem eſt ut idem ius
à uobis huic Thraſylocho relinquatur, utq; in hæreditate illi ſuccedant, nō
Etiam Thraſylocho auo iudice ratū fore teſtamentum.
hæc, ſed quos ille teſtamēto ſibi ſuccedere uoluit. Neq; uerò ego uel Thra-
ſylochi ſtare iudicio recuſarem. Opinor enim eum iudicem cōtra iſtam om
nium acerrimū fore, ſi intelligeret, quomodo liberos ipſius tractaſset: atq;
adeò non indignaturum, ſi uos iuxta leges ſententiam tuliſse uideret, ut id
longè iniquiore animo ferret, ſi teſtamentum à filio ſuo factum uiolaretur.
Nam ſiquidem Thraſylochus facultates ſuas meæ familię tradidiſset, in eo
fortaſsis ipſum poſsent reprehēdere. nunc uerò per adoptionē in ſuos om-
nia contulit. Quare non pauciora acceperunt, quàm dederūt. Iam uerò, his
omiſsis, neminem quàm eum ueriſimilius eſt beneuolētiorem eſse illis qui
de donatione in iudicio contendunt. Nam & ipſe artem didicit à Polemæ-
neto, & pecunias accepit, nō propter cognationem, ſed propter uirtutem.
Quare nemini inuidebit, qui de liberis ipſius bene meritus, eodē beneficio
quod

A quod ipſe adeptus fuit, afficiatur. Reuocanda autem in memoriam ſunt ea,
quæ primo loco dixi. Oſtendi enim, eum noſtram neceſſitudinẽ initio tan-
ti feciſſe, ut patris mei & ſororem & conſobrinam duxerit. Quibus igitur fi-
liam ſuam libẽtius elocaſſet, quàm illis, à quibus ipſe potiſsimum uxorem
accipere uoluit? E' qua porrò familia filium in ſuam familiam adoptatum
libentius uidiſſet, quàm ex ea è qua naturæ lege, liberos ſuſcipere uoluit?
Proinde, ſi hæreditatem mihi addixeritis, & illi gratificabimini, & cæteris
omnibus, ad quos hæc negocia aliqua ex parte attinent. Si uerò ab iſta per- Epilogus.
ſuaſi, decipiemini, non mihi tantum iniuriam facietis, ſed Thraſylochum
etiam, teſtamẽti autorem, & Sopolin, & ſororem eius, quæ nunc mea uxor
eſt, & ipſorum matrem, quæ omnium mulierum infœliciſsima fuerit, ſi nõ
tantum liberis orbabitur, ſed id mali etiam experiri cogetur, ut & illorũ ul-
timæ uoluntati derogetur, & familia deſoletur, & iſta ipſius malis inſultet,
hæreditatem ſibi uendicans: ego uerò nihil iuſti adipiſci queam, qui talis in
eos fui qui eum conſeruarunt. Quare ſi quis hac lite omiſſa, illos intueatur
qui unquam ex donatione hæreditatem petierunt, comperiet, me tantam
fidem amicis præſtitiſſe, quantam quiſquam alius. Honorandi autem ſunt,
& magnifaciẽdi tales multo magis, quàm ut donationes ab alijs datæ, eis e-
ripiantur. Quin legi etiam opitulari debetis, per quam uobis & liberos
adoptare licet, & de re familiari pro ueſtro arbitrio ſtatuere. quum appa-
reat, legem hanc, orbis, loco liberorum eſſe: atq; tantũ ualere, ut & cognati
& nulla neceſsitudine cõiuncti, ſe mutuò magis curent. Vt autem tandem
dicendi finem faciam, neq; diutius hiſce rebus immorer: conſiderate quan-
ta meæ cauſæ ſit æquitas. Primùm enim, qui hæreditatem reliquerunt, ue- Congeries.
teri & à patribus accepta, & ad finem uſq; perducta amicitia, mihi coniun-
cti fuerunt. Deinde multa & magna in eos beneficia, rebus ipſorum aduer-
B ſis, contuli. Præterea, teſtamentum in promptu eſt, quod etiam aduerſarij
calumniari non audent. Deniq; lex à Græcis omnibus approbata, huic te-
ſtamento ſuffragatur. Cuius rei maximum hoc ſignum eſt, quod alijs de re-
bus diſſentiunt, ſed de hac idem omnes ſentiũt. Rogo igitur uos, ut & hęc
& cætera quæ dicta ſunt, recordati, ea quæ iuſta ſunt decernatis: & tales in
me iudices ſitis, quales uobis alios eſſe cuperetis.

ARGVMENTVM TRAPEZITICI.

Ponticus quidam adoleſcens, Sopæi, qui apud Satyrum Ponti principem potens erat, filius, incitatus cupiditate uiſendæ Græciæ, cum duabus nauibus frumento plenis Athenas profectus, Paſionis menſa uſus eſt in exponendis recipiendisq́ pecunijs. Accidit aũt ut Sopæus quaſi regnum affectaret, delatus apud Satyrum, in uincula conijceretur, eiusq́ filius cui hæc oratio ſcripta eſt, quòd cum exulibus conſpiraſſe ferebatur, in Pontũ reuocaretur, cum mandato, ut omnem ſuam pecuniam & merces, legatis traderet. Is igitur de Paſionis, quem ſibi amiciſsimũ eſſe perſuaſerat, conſilio, paruit. ac quæ celari non poterant, legatis omnia dedit: pecunias uerò ſe apud eundem habere negauit, ac inſuper plura debere commentus eſt, ut à tyranno paternis opib. ſpoliatus, aliquid ſubſidij haberet reliquum. Paſio, uidens adoleſcentem ab omni parte circumuentum, opimamq́ prædam retinendæ pecuniæ ſibi oblatam ratus, adoleſcente ſuam pecuniam repetente, ſe quicquam quod illius eſſet, habere inficiatur. Miſer igitur ille, in præſentia eam iniuriam & fraudationem, æquo animo ferre ac diſsimulare coactus eſt. Aliquanto uerò pòſt, Sopæo patre, ueritate cognita, in integrum reſtituto, uarijs pactionibus deluſus, diem Paſioni dicit, ſuamq́ pecuniam repetit. Iudicialis generis oratio eſt, ſtatus coniecturalis. In hoc enim cardo totius negocij uertitur. An Sopæi filius, pecunias reliquas apud Paſionẽ habuerit. Loci inſigniores ſunt Tyrannicæ amicitiæ inconſtantia: ut uerè dixiſſe Solon uideatur, Proceres aulicos calculis arithmeticorũ ſimiles eſſe, & fucatæ amicitiæ pernicies, ut meminerimus pleroſq́ ſibi conſulere, non amicis: ac proinde uidendum, cui fidem adhibeamus. De orationis huius charactere, uide Dionyſium in uita Iſocratis.

didit? Rectius igitur ille feciſſet, ſi neq; matri curatorẽ cõſtituiſſet, nec ullam A
mei mentionẽ feciſſet, ſororemq; ſuã fortunæ mandaſſet, ac nomen gentili-
tiũ aboleri pateret? At fortaſsis indignus ego ſum qui in Thraſylochi fami-
liam tranſeã, & ſororẽ eius habeam? Sed Siphnij omnes teſtabunt, maiores
meos et genere et opib. et gloria principes fuiſſe ciuitatis. Qui enim uel am
pliores magiſtratus geſſerũt, uel plus pecuniæ contribuerũt, uel ædilitatib.
luculẽtius functi ſunt, uel magnificẽtius reliqua munera obiuerũt? è qua fa
milia in Siphno plures reges nati ſunt? Quare Thraſylochus, etiamſi nunq;
cũ eo collocutus fuiſſem, haud iniuria propter hæc mihi ſororẽ ſuam dare
uoluiſſet: & ego, tametſi nihil horũ eſſet, atq; ciuiũ uiliſsimus eſſem: iurè ta
men ac meritò, propter collata in ipſum beneficia, maxima queq; ab eo con
ſecutus eſſem. Opinor autẽ, eum teſtamento in hunc modum facto, etiã fra
tri Sopolidi rem gratiſsimam feciſse. Nam is quoq; iſtam oderat, & ſuis ſuc
ceſsibus inuidere, ac male cupere arbitrabatur: me uerò inter amicos om-
nes maximi faciebat. Quòd cùm ſæpe aliàs, tum uerò in primis declarauit,
quando exulibus uiſum eſt, cum copijs auxiliaribus urbem inuadere. Dux
enim creatus, ac dictator, me & ſcribam ante alios delegit, & quæſtorẽ con
ſtituit: & cùm adeundum periculum eſset, me iuxta ſe in acie ſtare uoluit.
Quod quantopere ipſi profuerit, conſiderate. Nam cum oppugnatio Si-
phni nobis non ſucceſsiſset, & non ita, ut uolebamus, recedere liceret: uul-
neratum eum, ita ut ambulare non poſset: & ferè moribundum, cum famu
lo meo, humeris impoſitum, ad nauem retuli. Quare ſæpe & ad multos di-
xit, ſe mihi ſoli ex omnibus ſalutem ac uitam ſuam acceptam ferre. Quo be-
neficio quid maius eſse poteſt? Deinde, cum nauigatione in Lyciam ſuſce-
pta, mortuus eſt, iſta paucis diebus poſt acceptum de obitu eius nuncium,
ſacrificabat, & feſtum celebrabat: nec eam ſaltem fratris adhuc uiuentis pu-
debat, quòd mortẽ defuncti tam leuiter ferret. ego uerò ſic eum lugebam, B
ut lugere cognatos moris eſt. Et hæc omnia faciebã ob innatam animi mei
probitatem, & propter eius amicitiam, non huius iudicij cauſa. Nec enim
opinabar ita male cum eis actum iri, ut ſine liberis utriq; mortui, conſpici-
endum relicturi eſsent, quo animo unuſquiſq; noſtrûm in ipſos fuiſset.
Ac, quemadmodum erga Thraſylochum & Sopolin illa & ego affecti fue-
rimus, ferè audiuiſtis. Fortaſsis autem nunc ad eam orationem ſe conuer-
tent, quæ ipſis reliqua eſt. Thraſylochum, iſtius mulieris patrem, ſi quis mo
do ſenſus ſit defunctis de rebus noſtris, exiſtimaturum iniquiſsime ſecum
agi, ſi uideret filiam hęreditate fraudatam, & opes ſuo labore partas, ad me
redijſse. Ego uerò cenſeo, non de iam olim defunctis, ſed de his qui hære-
ditatem proximè reliquerunt, uerba nobis facienda eſse. Thraſylochus e-
nim ille, quos ipſe uoluit, hæredes inſtituit. Aequum autem eſt ut idem ius
à uobis huic Thraſylocho relinquatur, utq; in hæreditate illi ſuccedant, nõ
hæc, ſed quos ille teſtamẽto ſibi ſuccedere uoluit. Neq; uerò ego uel Thra-
ſylochi ſtare iudicio recuſarem. Opinor enim eum iudicem cõtra iſtam om
nium acerrimũ fore, ſi intelligeret, quomodo liberos ipſius tractaſset: atq;
adeò non indignaturum, ſi uos iuxta leges ſententiam tuliſse uideret, ut id
longè iniquiore animo ferret, ſi teſtamentum à filio ſuo factum uiolaretur.
Nam ſiquidem Thraſylochus facultates ſuas meæ familię tradidiſset, in eo
fortaſsis ipſum poſsent teprehẽdere. nunc uerò per adoptionẽ in ſuos om-
nia contulit. Quare non pauciora acceperunt, quàm dederũt. Iam uerò, his
omiſsis, neminem quàm eum ueriſimilius eſt beneuolẽtiorem eſse illis qui
de donatione in iudicio contendunt. Nam & ipſe artem didicit à Polemæ-
neto, & pecunias accepit, nõ propter cognationem, ſed propter uirtutem.
Quare nemini inuidebit, qui de liberis ipſius benemeritus, eodẽ beneficio
quod

Se non indignũ eſſe Thraſylochi familia

Amicitia cum Sopolide Thraſylochi fratre.

Non ſpectandũ quid auus, ſed quid pater Thraſylochus uoluerit.

Etiam Thraſylocho auo iudice ratũ fore teſtamentum.

A quod ipſe adeptus fuit, afficiatur. Reuocanda autem in memoriam ſunt ea,
quæ primo loco dixi. Oſtendi enim, eum noſtram neceſſitudinē initio tan-
ti feciſſe, ut patris mei & ſororem & conſobrinam duxerit. Quibus igitur fi-
liam ſuam libētius elocaſſet, quàm illis, à quibus ipſe potiſsimum uxorem
accipere uoluit? E' qua porrò familia filium in ſuam familiam adoptatum
libentius uidiſſet, quàm ex ea è qua naturæ lege, liberos ſuſcipere uoluit?
Proinde, ſi hæreditatem mihi addixeritis, & illi gratificabimini, & cæteris Epilogus.
omnibus, ad quos hæc negocia aliqua ex parte attinent. Si uerò ab iſta per-
ſuaſi, decipiemini, non mihi tantum iniuriam facietis, ſed Thraſylochum
etiam, teſtamēti autorem, & Sopolin, & ſororem eius, quæ nunc mea uxor
eſt, & ipſorum matrem, quæ omnium mulierum infœliciſsima fuerit, ſi nō
tantum liberis orbabitur, ſed id mali etiam experiri cogetur, ut & illorū ul-
timæ uoluntati derogetur, & familia deſoletur, & iſta ipſius malis inſultet,
hæreditatem ſibi uendicans: ego uerò nihil iuſti adipiſci queam, qui talis in
eos fui qui eum conſeruarunt. Quare ſi quis hac lite omiſſa, illos intueatur
qui unquam ex donatione hæreditatem petierunt, comperiet, me tantam
fidem amicis præſtitiſſe, quantam quiſquam alius. Honorandi autem ſunt,
& magnifaciēdi tales multo magis, quàm ut donationes ab alijs datæ, eis e-
ripiantur. Quin legi etiam opitulari debetis, per quam uobis & liberos
adoptare licet, & de re familiari pro ueſtro arbitrio ſtatuere. quum appa-
reat, legem hanc, orbis, loco liberorum eſſe: atq; tantū ualere, ut & cognati
& nulla neceſsitudine cōiuncti, ſe mutuò magis curent. Vt autem tandem
dicendi finem faciam, neq; diutius hiſce rebus immorer: conſiderate quan-
ta meæ cauſæ ſit æquitas. Primùm enim, qui hæreditatem reliquerunt, ue- Congeries.
teri & à patribus accepta, & ad finem uſq; perducta amicitia, mihi coniun-
cti fuerunt. Deinde multa & magna in eos beneficia, rebus ipſorum aduer-
B ſis, contuli. Præterea, teſtamentum in promptu eſt, quod etiam aduerſarij
calumniari non audent. Deniq; lex à Græcis omnibus approbata, huic te-
ſtamento ſuffragatur. Cuius rei maximum hoc ſignum eſt, quod alijs de re-
bus diſſentiunt, ſed de hac idem omnes ſentiūt. Rogo igitur uos, ut & hęc
& cætera quæ dicta ſunt, recordati, ea quæ iuſta ſunt decernatis: & tales in
me iudices ſitis, quales uobis alios eſſe cuperetis.

ARGVMENTVM TRAPEZITICI.

Ponticus quidam adoleſcens, Sopæi, qui apud Satyrum Ponti principem potens erat, filius, incitatus cupiditate uiſendæ Græciæ, cum duabus nauibus frumento plenis Athenas profectus, Paſionis menſa uſus eſt in exponendis recipiendisq́ pecunijs. Accidit alit ut Sopæus quaſi regnum affectaret, delatus apud Satyrum, in uincula conijceretur, eiusq́ filius cui hæc oratio ſcripta eſt, quòd cum exulibus conſpiraſſe ferebatur, in Pontū reuocaretur, cum mandato, ut omnem ſuam pecuniam & merces, legatis traderet. Is igitur de Paſionis, quem ſibi amiciſsimū eſſe perſuaſerat, conſilio, paruit, ac quæ celari non poterant, legatis omnia dedit: pecunias uerò ſe apud eundem habere negauit, ac inſuper plura debere commentus eſt, ut à tyranno paternis opib. ſpoliatus, aliquid ſubſidij haberet reliquum. Paſio, uidens adoleſcentem ab omni parte circumuentum, opimamq́ prædam retinendæ pecuniæ ſibi oblatam ratus, adoleſcente ſuam pecuniam repetente, ſe quicquam quod illius eſſet, habere inficiatur. Miſer igitur ille, in præſentia eam iniuriam & fraudationem, æquo animo ferre ac diſsimulare coactus eſt. Aliquanto uerò pòſt, Sopæo patre, ueritate cognita, in integrum reſtituto, uarijs pactionibus deluſus, diem Paſioni dicit, ſuamq́ pecuniam repetit. Iudicialis generis oratio eſt, ſtatus coniecturalis. In hoc enim cardo totius negocij uertitur. An Sopæi filius, pecunias reliquas apud Paſionē habuerit. Loci inſigniores ſunt Tyrannicæ amicitiæ inconſtantia: ut uerè dixiſſe Solon uideatur, Proceres aulicos calculis arithmeticorū ſimiles eſſe, & fucatæ amicitiæ pernicies, ut meminerimus pleroſq; ſibi conſulere, non amicis: ac proinde uidendum, cui fidem adhibeamus. De orationis huius charactere, uide Dionyſium in uita Iſocratis.

TRAPEZITICVS, HOC EST, ORATIO CONTRA NVMMVLARIVM, SEV argentarium.

Agi nõ tantũ pecuniam, ſed etiã exiſtimationem ſuam.

MAgna mea res agitur, Iudices. Nec enim tantum de pluri- A
mis pecunijs in diſcrimen uenio, ſed exiſtimatio mea quo-
que periclitatur: quam ego maximi facio, ne aliena iniuſtè
concupiſcere uidear. Satis enim opum, etiamſi hiſce frau-
dabor, mihi relinquetur. Sin ſine iuſta cauſa in iſtas pecu-
nias agere uidebor, ea res perpetuò mihi infamiæ erit. Eſt

Difficile eſſe cũ argentario litigare.

autem, iudices, incommodiſsimum in tales aduerſarios incidere. Nam quic
quid cum nummularijs agitur, fit ſine teſtibus. Quòd ſi quis ab eis circum-
uentus eſt, aduerſus illos experiri cogitur, qui & amicorum pręſidia habẽt,
& multas pecunias tractant, & propter artem, boni uiri ac fide digni uiden
tur. Quæ quanquam ita ſunt, me tamen perſpicuè declaraturum opinor, à
Paſione me tanta pecunię ſumma fraudari. Quare in primis, ut potero, uo-

Narratio.
Sopæus.
Satyrus.

bis rem omnem ordine recenſebo. Mihi, iudices, pater Sopæus eſt, quem
omnes qui in Pontum nauigãt, ita familiarem Satyro eſſe norunt, ut & am
plam ditionem regat, & in omnes eius copias imperium habeat. Ego uerò
quum & de hac urbe & tota Græcia ſubinde audiuiſſem, peregrè abire de-
ſideraui. Pater igitur, duabus nauibus frumento oneratis, pecuniaꝙ data,
me ablegauit ſimul & mercandi & ſpectandi gratia. & quia Pythodorus

Menſa Paſionis.
Tyrannorũ infida gratia.

Phœnix Paſionem mihi cõmendarat, eius menſa uſus ſum. Aliquanto uerò
pòſt, quum pater meus apud Satyrum delatus eſſet, quaſi regno inſidiare-
tur, egoꝙ cum exulibus conſpiraſſem: & patrem meum in uincula cõijcit:
& ad eos qui è Ponto hic erant, ſcribit, ut & pecunias à me auferrent, & ip- B
ſum nauigare domũ iuberent. quod ni feciſſem, ut à uobis ad deditionẽ ex-

Conſilium de ſimulãdo ære alieno.

poſcerent. Tantis igitur malis, iudices, circumuentus, apud Paſionem for-
tunas meas deploro. Nam ita eum cõplectebar familiariter, ut nõ pecunias
tantũ, ſed alia quoꝙ potiſsimũ ei crederem, eiꝙ fidem potiſsimũ haberem.
Exiſtimabam aũt, ſi pecunias uniuerſas amiſiſſem, & patri meo aliquid ac-
cidiſſet: me & hic et illic opibus ſpoliatum, ad ſummam inopiam redactum
iri. Sin faterer eſſe mihi pecunias, & poſt Satyri literas, eas poſtulantis, non
tradidiſſem: id & patri et mihi grauiſsimas calumnias pariturum. Nobis igi
tur deliberantibus conſultiſsimum uidebatur, ut dicerem omnia me factu-
rum quæ Satyrus imperaſſet, & pecunias, quas in promptu haberem, trade
rem: quæ uerò apud iſtum eſſent, eas non modò negarem, ſed etiam fœno-
re plures accepiſſe tum ab iſto tum ab alijs ſimularẽ, ac omnia facerem, per
quæ illis maximè perſuaderetur, mihi non eſſe pecunias. Tunc igitur, iudi-
ces, putabam, Paſionem mihi cuncta hæc ex beneuolentia ſuadere. Re ue-

Paſio negat depoſitum.

rò cum Satyri legatis tranſacta, animaduerti eum fortunis meis inſidiari.
Nam quum Byzantium nauigaturus, mea recipere uellem: ille uerò arbitra
tus eſt, pulcherrimam ſibi occaſionem eſſe datam, quòd & pecunię apud ſe
repoſitæ, multæ eſſent, & dignæ impudentia, & ego multis audienti-
bus negaſſem me quicquam habere, & nemo ignoraret, cum pecuniæ
à me peterentur, me faſſum eſſe quòd alijs etiam deberem. Ad hæc, iudi-
ces, id quoque accedebat, ut exiſtimaret, ſi quidem hic manſiſſem, me ab
urbe Satyro deditum iri: ſin aliò me contuliſſem, ſe facilè poſſe negligere
querelas meas: ſin rediſſem in Pontum,, me unà cum patre periturum. Hęc
igitur cogitans, me fraudare pecunijs inſtituit. & apud me quidem ſimula-
labat, ſe in præſentia reddere nõ poſſe: ſed quum rem certò cognoſcere uo-
lens, Philomelum & Menexenum ad eum miſiſſem, inficiatus eſt apud eos,

ſe meum

A ſe meum quicquam habere. Quum igitur ab omni parte tanta mala contra
me ingruerent, quid mihi animi fuiſſe cenſetis? Nam ſi tacerem, id cõſeque
bar, ut ab hoc pecunijs fraudarer: ſin dicerem, ut nihilo plus reciperem, &
apud Satyrũ me ſimul & patrem maxima ſuſpicione & crimine inuoluerẽ.
Optimum igitur eſſe duxi, ut quieſcerem. Poſt hæc, iudices, nuncij mihi ue
niunt, & patrem carcere liberatum eſſe: & Satyrum ita pœnitere omnium
quæ fecerat, ut & fidem ſuam arctiſsimè obſtrinxerit, & prius imperium ei
amplificarit, & meam ſororẽ ſuo filio deſponderit. His Paſio auditis, quia
ſciebat, me apertè ius meum perſecuturum: Cittum puerũ occulit, qui quid
de pecunijs actũ eſſet, conſcius erat. Quũ uerò ego acceſsiſſem, eumq́ quæ
rerem, exiſtimans me nullam actionis meæ probationem euidentiorem ha
bere poſſe: orationem affert audaciſsimam, & iniquiſsimam. Me & Mene-
xenum, puerum qui ad menſam ſederet, corrupiſſe, & ſex talenta ab eo per
fraudẽ accepiſſe. Ne uerò per tormenta ueritas è puero exquireretur, nosq́
conuinceremur, dicebat, nos eum occultaſse: nunc uerò ad ſe accuſandũ
uenire, & eum poſtulare, quem ipſi occultauerimus. Hæc dicens, & indi-
gnans & lachrymans, me trahebat ad pręfectum, ſponſores poſtulans: neq́
prius deſtitit, quàm ei ſex talentorum ſponſores conſtituiſsem. Voca ha-
rum rerum teſtes.

Satyrus Sopæo conciliatur.

Citti pueri occultatio.

TESTES.

Teſtes igitur audiuiſtis, iudices. Ego uerò, quũ alias pecunias perdidiſ-
ſem, de alijs ignominioſiſsimè accuſarer, ipſe inquirendi cauſa, in Pelopon
neſum abij. Menexenus uerò puerum hic inuenit, eoq́ apprehenſo, pete-
bat ut torqueretur, tum depoſiti gratia, tum ob ea propter quæ iſte nos in
crimen uocarat. Paſionis autem tanta fuit confidentia, ut eriperet eum tan-
B quam liberũ: neq́ uerebatur aut metuebat, quem à nobis plagio abductũ,
& à quo nos tantas pecunias accepiſse dicebat, eundem in libertatem aſſe
rere, ac prohibere ne torqueretur. Iam quod omniũ grauiſsimum eſt, quũ
Menexenus puerum à præfecto, ſponſione facta expoſceret, Paſio ſeptem
talenta pro eo depoſuit, ac ſi liber eſset. Prodite teſtes.

Aſſertio in libertatem.

TESTES.

His ita peractis, iudices, putauit è præteritis actionibus manifeſtè ſuam
improbitatem elucere, ſeq́ deinceps ea delicta correcturum cenſuit. itaq́
ad nos acceſsit, profeſsus, ſe paratum eſse, ut puerum torquendum daret.
Tortoribus igitur delectis, ad Vulcani templum conuenimus. Ac ego qui
dem petebam, ut deditus puer flagellaretur, & torqueretur, donec eum ue-
ra dicere putarent. Iſte uerò eos à ſe lectos dicebat, nõ ut carnifices: ſed iube
bat, ut uerbis, ſi quid uellent, puerum percontarentur. Orta igitur inter nos
controuerſia, tortores dixere, ſe puerum non eſse torturos: ſed pronuncia-
runt, ut Paſio mihi puerum traderet. Is uerò à tortura ſic abhorrebat, ut de
traditione quidem eis parêre nollet, ſed omne argentum ſoluere paratus eſ
ſet, ſi condemnaſſent. Voca teſtes.

Quæſtionum fuga.

TESTES.

Quum autem poſt congreſsus, iudices, omnes eum ut iniurium & ini-
quiſsimum condemnarent: qui puerum, quem ego dixeram ſcire de pecu-
nijs, prius ipſe occultaſset, à nobis occultatũ diceret: deinde deprehenſum,
tanquam liberum, torquere prohiberet: poſtea eundem ut ſeruum dedens,
tortoribus delectis, uerbis quidem torquere iuberet, reuera autem nõ per-
mitteret. Propterea igitur exiſtimans ſibi nullum patere effugium, ſi coram
uobis appareret, per internunciũ me rogauit, ut in templo ſe conuenirem.
Porrò quum in arcem uentum eſset, inuoluto capite plorabat, dicens, pau
pertate ſe adactum, ut iret inficias: ſed breui daturum operam, ut pecunias

Paſio deprecatur culpam.

 redderet.

redderet.ac me precabatur,ut ſibi ignoſcerem, calamitatemq́ tegerem, ne A
reſciſceretur, ſe qui depoſita ſoleret accipere, in hunc modum deliquiſſe.
Ego uerò exiſtimans eum facti pœnitere, concedebam: iubebamq́ ut ratio
nem iniret qua & ipſi cõſuleretur, & mihi ſatisfieret. Triduò pòſt cõgreſsi,

Pactum.

fidem dedimus, omnino tacitũ iri quæ acta eſſent: quam ipſe ſoluit, ut uos
ipſi, progreſſu tamen orationis, audietis: ac pollicitus ſe in Pontum nauiga
turum, ac ibi aurum redditurum, ut quàm longiſsimè ab hac urbe, mihi ſa-
tisfaceret, quo nemo qui hic eſſet, noſſet modum reconciliationis: & ipſe
peregrè profectus, dicere poſſet quicquid libuiſſet. Quæ ni feciſſet, arbitriũ
certis cõditionibus ſe ad Satyrum delaturũ, ut ſeſcupli damnaretur. Cõſcri
ptis igitur codicillis, & in arce congreſsi apud Satyronem Pheræũ, in Pon-
tum nauigare ſolitum, pacta ei cuſtodienda damus, hac conditione, ut ſi in-
ter nos conueniſſet, ſcriptum combureret: ſin minus, ut Satyro traderet. Et

Paſio à Menexeno accuſatus.

hæc, iudices, inter nos acta ſunt. Menexenus aũt iratus ob crimẽ ſibi etiam
à Paſione obiectũ, die illi dicta, petijt, ut Cittus dederetur: ac Paſioni men-
tienti mulcta eadem irrogaretur, quæ ſibi de crimine illo conuicto, luenda
fuiſſet. Iſte uerò, iudices, me precabatur, ut Menexenum placarem, dicens,
nihilo melius ſecum actum iri, ſi iuxta cõuenta, æs alienum in Ponto mihi
diſsoluiſset, & interim hic nihilominus ridiculus fieret. Puerũ enim, ſi tor-
queretur, omnibus de rebus ueritatem dicturũ. Ego uerò petebam, ut pro
arbitrio ſuo, cum Menexeno tranſigeret: mihi uerò præſtaret, quod promi
ſiſset. Illo igitur tempore humilis erat, nullumq́ ſuis malis remedium ſcie-
bat. Nec enim de tortura tantũ et de cõſtituto iudicio ſollicitus erat, ſed etiã
de ſcripto, ne id à Menexeno deprehenderetur: æſtuans igitur, ac nullum

Paſio corrumpit literas.

aliud remedium inueniens, perſuaſis Satyronis pueris, tabulas, quæ Satyro
reddendæ erant, niſi mihi iſte ſatisfeciſset, adulterat. Quod quamprimùm
peregerat, omnium hominum factus audaciſsimus, dixit, ſe neq́ in Pontũ B
mecum nauigaturum, neq́ ſibi mecum rei quicquam eſse. ac tabulas coram
teſtibus aperiri iubebat. Quid autem uobis multa dicam, iudices? in tabulis
enim ſcriptum inuentum eſt, eum mihi omnia quæ debuiſset, perſoluiſse:
neq́ me quicquam ab eo præterea poſtulare. Rem igitur omnem quàm di
ligentiſsimè ueriſsimeq́ potui, uobis recenſui. Suſpicor autem Paſionem
è corruptis tabulis petiturum ſibi defenſionẽ, atq́ in illis omne ſuum præſi

Confirmatio

dium collocaſse. Vos igitur me quæſo attendite. Spero enim per hæc ipſa

Comburendas fuiſſe tabulas.

illius improbitatem declaraturum. Primùm autem hoc cogitate, quum da-
remus hoſpiti tabulas iuxta quas iſte ſibi omnia remiſsa eſse aſserit: ego ue
rò aurum mihi reddendum eſse affirmo: iubebamus hoſpitem, ſi inter nos
tranſegiſsemus, comburere tabulas: ſin minus, Satyro reddere. & hæc eſse
dicta, uterq́ noſtrûm confitetur. Quid uerò nobis in mentem uenit, iudi-
ces, ut iuberemus eum tabulas reddere Satyro, niſi inter nos conueniſset:
ſiquidem Paſio cauſa liberatus erat, & res ad exitum deducta. An non eui-
dens eſt, nos eam pactionem ita feciſse, quaſi res nondum tranſacta eſset,

Paſioni cauſã fuiße cur paciſceretur.

de qua iſtum, iuxta tabulas, mihi ſatisfacere oportebat? Iam uerò, iudices,
cauſam ego dicere poſsum, propter quam iſte promiſit, ſe aurum redditu-
rum. Poſtquam enim nos calumnia apud Satyrum liberati ſumus, & ipſe
Cittum depoſiti conſcium, occultare haud potuit: exiſtimauit, ſi puerũ ad
quæſtionem dediſset, ſuas machinationes deprehenſum iri: ſin id non fe-

Sopæi filio non fuiſſe cauſam cur Paſio nẽ abſolueret.

ciſset, ſe eſse condemnandum: ac proinde mecum tranſigere uoluit. Iubete
autem iſtum indicare, cuius ego lucri ſpe, aut cuius periculi metu, ipſum cri
mine liberarim. Si uerò nihil horum uobis oſtendere poterit, an nõ ęquius
erit, ut mihi de tabulis q̃ iſti credtais? Enimuero, iudices, hoc facilè intelli-
gitur, ſi ueritus eſsem, actionem à me probari non poſse, licuiſse mihi, etiã

A nulla pactione facta, cauſa deſiſtere. Iſti uerò, tum propter quæſtionẽ, tum propter cauſę dictionẽ apud uos, nõ licuiſſe, ut extra periculũ eſſet, niſi me accuſatore perſuaſo. Quare oportuit nõ me de abſolutione, ſed iſtũ de ſolutione pactionẽ facere. Deinde, id quoq; ſupra ueri fidẽ ac mõſtri ſimile eſt, me priuſq; tabulę conſcriberent, rei ſic diffiſum eſſe, ut Paſioni nõ tantũ cauſam omnem remiſerim, ſed etiam pactionem de ea fecerim: poſtq; uerò ſcripto iſto uelut euidentiſsimo teſtimonio me ipſe damnarim, tum demum apud uos iudicio experiri uoluiſſe. Quis uerò eſt, qui ſuis de rebus talia conſilia inire uelit? Hoc uerò argumentum omnium euidẽtiſsimum eſt, quòd Paſio in pactione non abſolutus, ſed aurum reddere pollicitus fuerit. Nam quum ei Menexenus diem dixiſſet, tabulis nondũ adulteratis, miſſo Agyrrio, qui eſt utriq; noſtrûm familiaris, petebat, ut aut Menexenũ placarem, aut pactionem ſecum initam abrogarem. Atqui, iudices, num putatis, eum deſideraturũ fuiſſe, ut pactio aboleretur, per quam nos, ſi mentiri ſtuduiſſemus, conuicturus erat? Non ille quidem mutata iam ſcriptura talia locutus eſt, ſed in omnibus ad eam confugit, & tabulas reſignari iuſsit. Eum igitur pactionem primùm abolere uoluiſſe, ipſum Agyrrium teſtem producam. Aſcende.

TESTIMONIVM.

Nos igitur pactionem feciſſe, non ut Paſio dicere auſus eſt, ſed ut ego uobis expoſui: ſatis eſſe demonſtratũ opinor. Minimè uerò mirum eſt, eum tabulas adulteraſſe, non propterea tantũ, quia multa iam talia facta ſunt: ſed etiã, quòd quidã Paſionis familiares, his multo grauiora admiſerũt. Pythodorũ enim, cognomento Sceneten, qui pro Paſione omnia et dicit & facit, quis ueſtrûm ignorat, anno ſuperiore urnis reſignatis eos exemiſſe iudices, qui à ſenatu iniecti fuerant? Is igitur, qui ob rem paruulam, capitis adire pe-
B riculum auſus eſt, ut haſce aperiret, quæ quidem & à conſulibus & ab ædilibus conſignatę erant, & à quæſtoribus cuſtodiebãtur, et in arce aſſeruabantur: quid miri eſt, ſi tabulas apud hominẽ hoſpitẽ ſitas, tantam pecunię uim lucraturi: ſeu pueris eius perſuaſis, ſeu alio aliquo modo quo potuere, machinati, adulterarunt? De his igitur haud ſcio plura dicere quorſum attineat. Iam uerò Paſio quibuſdam perſuadere conatus eſt, mihi prorſus nullas pecunias hic fuiſſe: aſſerens, me à Stratocle trecentos ſtatéras eſſe mutuatũ. Quare operæprecium eſt de his etiam audire, ut ſciatis, quàm euidentibus (ſi dijs placet) argumentis fretus, me pecunijs fraudet. Ego enim, iudices, Stratocle in Pontũ nauigaturo, uolens inde, q; plurimas pecunias poſſem, exportare, precatus ſum Stratoclẽ, ut ſuũ aurũ mihi relinqueret: idq; in Ponto à patre meo reciperet: magni lucri id inſtar eſſe putans, ſi meę pecunię in nauigatione nõ periclitarent: præſertim quũ eo tẽpore Lacedæmonij maris imperiũ tenerent. Hoc igitur ſigno eum nõ probaturũ, me pecunias hic nõ habuiſſe: mihi uerò firmiſsimas probationes ſuppeditatura ea quę cum Stratocle egi, cõfido, quòd mihi apud iſtum aurũ fuerit. Nam Stratocle interrogante, quis nam ipſi pecunias redditurus eſſet, ſi pater ea quę in literis cõtinebantur, detrectaſſet: aut ipſe reuerſus, hic me nõ deprehenderet: ad Paſionẽ eum remiſi: atq; iſte promiſit, ſe ipſi & ſortem & uſuras redditurũ. An uerò putatis, ſi nihil apud eum depoſitum habuiſſem, eum tam facilè pro tot pecunijs ſponſurum eſſe? Prodite teſtes.

Cadere crimẽ adulteratarũ tabularum in Paſionem.

Pythodori audacia.

Sopæi filium Athenis habuiſſe pecunias.

Cur trecẽtos ſtateres mutuò ſumpſerit.

TESTES.

Fórtaſsis autẽ, Iudices, de his etiã teſtes adducet, quòd apud Satyri legatos inficias ierim me habuiſſe quicq; pręter ea quę ipſis tradiderim, et quòd ipſe merces meas inuaſerit, me cõfitente, 300 ei drachmas debere: & quòd Hippolaidã, hoſpitẽ & familiarẽ meũ, ab ipſo mutuũ ſumere permiſerim.

Cur negarit ſibi eſſe pecunias.

Ego uerò

Ego uerò, iudices, illis cladibus, quas dixi, circumuentus, & tum illis quæ A
domi habueram, ſpoliatus: tum quæ hic erant, legatis dare coactus: quum
nihil mihi reliquum eſſet, niſi ſi quid celare poſſem: uindicato auro, quod
apud iſtum depoſitũ erat, fateor me hoc etiam eſſe faſſum de trecẽtis drach
mis, ac cæteris in rebus ea & dixiſſe, & egiſſe, per quæ me illis facilimè per-
ſuaſurum opinabar, nihil mihi eſſe. Quæ non ex inopia me feciſſe, ſed ut il-
lis fidem facerem, facilè intelligetis. Primùm autem teſtes uobis exhibebo,
qui me ſciunt magnas opes è Ponto attuliſſe. deinde eos, qui uiderunt me
iſtius menſa uti. quin illos etiam, à quibus eo tempore amplius mille ſtate-
ras aureos alia pecunia commutaui. Præterea, tributo nobis imperato, atq;
alijs cenſibus habitis, ego plurimum inter omnes hoſpites cõtuli, tum ipſe,
tum mei. et mihi quidem tributum maximum inſcripſi, ſed pro Paſione de-
precatus ſum quæſtores, dicens, meis eum pecunijs uti. Prodite teſtes.

TESTES.

Paſio ſeptem talentorum ſponſor pro Sopæo.

Ipſe præterea Paſio, non quidem uerbis, ſed facto ipſo mihi teſtimoniũ
hac de re perhibebit. Nauem enim onerariam, cui ego multas merces impo
ſueram, quidam ita indicauit & detulit, ac ſi Delij cuiuſdam eſſet. Quum ue
rò eam ego mihi aſſererem, & iuberem ut in portũ ſubduceretur: quidam,
quorum quæſtus eſt è calumnijs, ita inter ſeſe conſpirarant, ut penè indicta
cauſa ego perijſſem. Tandem uerò perſuadere ſibi paſsi ſunt, ut uades à me
acciperent. Ac Philippus quidem paternus hoſpes, accerſitus uenit ille qui
dem: ſed periculi magnitudinem ueritus, iterũ ſe ſubduxit. Paſio uerò Ar-
cheſtratum menſæ præfectum mihi exhibuit, qui pro ſeptem talentis ſpon-
deret. Atqui ſi parua duntaxat iactura fuiſset faciẽda, & me nihil hic habe-
re ſciuiſset, nequaquam pro tot pecunijs mea cauſa ſpopondiſset. Sed eui-

Paſio cur 300 drachmas ſibi deberi dixerit.

dens ſcilicet eſt, quòd mihi gratificans, de trecẽtis drachmis me appellauit: B
& pro ſeptem talentis ſponſor meus factus eſt, exiſtimans, ſatis ſibi cautum
eſſe, auro meo apud ſe depoſito. Quòd igitur multas pecunias hic habue-
rim, easq; in huius menſa depoſitas, tum ex factis Paſionis uobis probaui,
tum è rei gnaris audiuiſtis. Sic autem, iudices, ut mihi quidem uidetur, re-
ctiſsimè percipietis omnem controuerſiam, ſi recordemini illa tempora, &
quomodo nobiſcũ actum fuerit, ſpectetis, quum ego Menexenũ et Philo-
melũ miſi, qui depoſitũ repoſcerent, ac Paſio primũ negare auſus fuit. Inue
nietis enim patrem meum fuiſse in uincula coniectum, & opibus uniuer-
ſis exutũ, neq; mihi licuiſse (qui ſtatus rerum mearum tum fuit) uel hic ma-
nere, uel in Pontum nauigare. Vtrum autem ueriſimilius eſt, me in tantis ca

Non eſſe ueriſimile, quòd Sopæi filius iniuſtè accuſarit Paſionem.

lamitatibus iniuſtè accuſare, an Paſionẽ, tum noſtris ingentibus malis, tum
multitudine pecuniarum impulſum, fraudare nos uoluiſse? Quis uerò un-
quam adeò calumniarũ cupidus extitit, ut ipſe in uitæ periculo cõſtitutus,
alienis opib. inſidiaretur? qua uerò ſpe, aut qua cogitatione, iſtum iniuſtè
aggreſsus eſsem? Vtrum ut meam potentiam reformidans, mox argẽtum
mihi numeraret? Atqui nõ ita cum utroq; noſtrûm agebatur. An uerò ne-
gocio in forum deducto, etiam præter æquitatem, meliore conditione fu-
turus eram apud uos quàm Paſio? At ne hic quidẽ manere parabam, formidans
ne me Satyrus dedendum poſtularet. An ut re infecta, nihilq; proficiens,
iſtum inimicũ haberem? At nemo in tota urbe fuit, quo familiarius utebar.
Et quis ueſtrûm eſt, iudices, qui me tantæ inſaniæ aut uecordiæ condemna-

Paſionem ſibi ipſi nõ conſtare in dictis.

ret? Eſt autem, iudices, operæprecium, conſiderare, quàm abſurda & mini-
me credenda Paſio ſemper dicere paret. Cũ enim in eo loco res meæ eſſent,
ut etiamſi confiteretur, me pecunijs à ſe fraudari, uindicare tamen iniuriam
non potuiſſem: tum criminatur me iniuſtè litem ſibi mouere conatum eſſe.
Poſtquam uerò & calumnijs apud Satyrum liberatus fui, & iſtum omnes
putabant

A putabant iudicio conuictum iri: tum demũ, inquit, me totam litem ſibi con
donaſſe. Quo quid fieri queat abſurdius? Sed non in his tantum, ſed cæte-
ris etiam in rebus, ſibi contraria tum dicere, tum agere, palàm deprehendi-
tur. qui quidem puerum, quem ipſe occultarat, plagio per nos abductum
eſſe conqueſtus eſt: ac eundem illum, cum cenſus ageretur, tanquam ſeruũ
cum alijs famulis inſcripſit. poſtquam uerò Menexenus illum ad quæſtio-
nem poſtulabat, ut liberum aſſeruit. Deinde quum depoſito nos frauda-
ret, criminari non dubitauit, nos à ſua menſa ſex talenta accepiſſe. Enimue-
ro quum de rebus ita manifeſtis mentiri conetur, quid ei fidei habendum
eſt de illis, quæ ſolus cum ſolo egit? Poſtremò iudices, pollicitus ſe ad Saty
rum nauigaturum, & facturum quicquid ille pronunciaſſet, etiam in eo me
decepit, ac ipſe quidem nauigare noluit, ſæpe à me prouocatus, ſed Cittum
miſit: qui quum eò ueniſſet, diceret, ſe hominem ingenuum, genere Mile-
ſium eſſe, atq; à Paſione miſſum, ut exponeret quomodo actum eſſet de pe
cunijs. Satyrus aũr utroq; noſtrûm audito, ius quidem dicere de cõtracti-
bus hîc factis, noluit, quum præſertim iſte nec adeſſet: nec, quod illic decer
neretur, facturus eſſet. Tam inſignem uerò iniuriam mihi fieri iudicauit, ut
naucleros conuocatos rogarit, ut opem ferrent, neq; mihi uim fieri pateren
tur: & ſcriptas ad urbem ueſtram literas Xenotimo Cancri filio ferendas
dederit. Lege.

LITERAE.

Cum autem, iudices, tanta meæ cauſæ ſit æquitas, illud euidentiſsimum
ſignum eſſe arbitror, me pecunijs à Paſione fraudari, quòd puerum depoſi
ti conſcium ad quęſtionem dare noluit. Quę enim contra nummulariũ alia
probatio euidentior eſſe poſsit? nec enim ſcilicet teſtes adhibemus. Video
B aurem, uos quoq;, neq; publicis, neque priuatis in rebus, quicquã fide ma- Locus cõmunis de quæſtionibus.
iore dignum, aut uerius exiſtimare tormentis. & quidem fieri poſſe ut ali-
qui ſubornentur, ut teſtes ſint de rebus quæ factæ non ſint: at per cruciatus
extorta teſtimonia, perſpicuè oſtendere, utri uera dicant. Quæ iſte haud i-
gnorauit, ac ideo uos coniectura potius uti, quàm rem uerè intelligere ma-
luit. Neq; uerò dicere poteſt, quæſtiones pro nobis potius quàm pro ſe fu-
turas fuiſſe: ac propterea puerũ dedere noluiſſe. Omnes enim noſtis, quòd
ſi contra iſtum dixiſſet, per omne uitæ ſuæ tempus crudeliſsimam iſtius ty-
rannidem perpeti cogeretur. Sin animi conſtantia tormentorum acerbita-
tem ſuperaſſet, tum libertate donandus, tum in partem ac ſocietatẽ frauda-
tæ pecuniæ uenturus fuiſſet. Quanquam autem tanto meliore conditione
futurus erat, conſcientia tamen facinorum, maluit & iudicium detrectare,
& alias criminationes ſubire, ut ne quid certi de negocio per quæſtiones
comperiretur. Itaq; uos rogo, iudices, ut horum memores, Paſionem con- Epilogus.
demnetis: neq; arbitremini, me ita eſſe improbum, ut in Ponto habitans, et
tantas opes habens, ut alijs etiam benefacere poſsim, aduenerim Paſionẽ
calũniaturus, ac de falſis depoſitis accuſaturus. Eſt etiã Satyri & patris mei
habenda ratio, qui longo iam tempore, uos inter omnes Græcos maximi
faciunt: & quum ob frumenti penuriam ſæpe naues aliorum mercatorum
uacuas dimittant, uobis exportandi facultatem præbuerunt. atq; in priua-
tis etiam contractibus, quorum illi iudices ſunt, non tantum pari, ſed etiam
liberaliore iure diſceditis. Quare uos eorum literas paruifacere non decet.
Quæſo igitur uos, ut & propter me & propter illos, quæ iuſta ſunt, decerna
tis: neq; Paſionis ementitam orationẽ, plus quàm cauſæ meæ
ueritatem, ualere patiamini.

ARGVMENTVM PARAGRAPHICI.

LYſander dux Lacedæmoniorum uictis Athenienſibus ad Aegoſpotamos, & urbem capit, & muros diruit, & democratiam in oligarchiam mutat, triginta uiris delectis ad gubernandam urbem, qui poſt à ſæuitia tyranni ſunt appellati: ortaq́; ſeditione, tandem à Thraſybulo in ordinē redacti. Is pacatis turbis legem tulit (quam ἀμνηστείαν uocant, ſeu περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν) de obliuione iniuriarum quæ ſuperioribus temporibus ultro citroq́; factæ eſſent. Quidam igitur à ſycophanta Callimacho accuſatus, de ereptis illi in oligarchia pecunijs, non tantum ſtatu tranſlationis utitur, ſeu exceptione, non licere litem intendere de actis illorum temporum: ſed etiam probat, etiamſi actio Callimacho competeret, nullam ei tamen à ſe factam eſſe iniuriam. A

PARAGRAPHICVS, ID EST, EXCEPTIO, TRANSLATIO, SEV DECLINATIO FORI, contra Callimachum.

Reum ex præſcripto legis cauſam dicere ante actorem.

SI antehac etiam alij de tali exceptione litigaſſent, ab ipſa re fæciſſem dicendi exordium. Nunc uero neceſſe eſt de lege primum dicere, ſecundum quam in iudiciū uenimus, ut ſcientes qua de re controuerſia ſit, pronuncietis. Ac nemo ueſtrûm miretur, me, qui reus ſum, prius dicere quàm accuſatorem. Poſtquam enim è Piræeo in urbem reuerſi, quoſdam ciues ad calumniandum uidiſtis incitatos, & pacta ſoluere molientes: tum ut illos compeſceretis, tum ut oſtēderetis alijs, uos nō coactos, ſed propter utilitatem reipublicæ pacificationem admiſiſſe: Archino referente, legem tuliſtis, ſi quis actionē cōtra iuramēta inſtitueret, ut reo, ſtatu tranſlationis uti liceret. atq; ut prętores de eo primum actionē darent, & is priore loco diceret, qui ſtatu tranſlationis uteretur. Vter uerò ſuccubuiſſet, ut is mulctā ſolueret, ut qui ueteres offenſas renouare auderent, nō periurij tantum conuincerentur: neq; diuinam duntaxat ultionem expectandam haberent, ſed mox ſupplicio afficerentur. Iniquum igitur eſſe duxi, & minime negligendum, quum hæc legib. expreſſa ſint, ut calumniator tantum de triginta drachmis periclitaretur: ego uerò, de tota re mea familiari in diſcrimen uenirem. B

Lex Athenienſium.

Propoſitio.

Oſtendam autem, Callimachum non tantum contra fœdera litem mouere, ſed falſa etiam crimina comminiſci, ac arbitri quoq; ſententiam interceſsiſſe. Volo autem rem uobis omnem, ut geſta eſt, ab initio exponere. Hoc enim cognito, quòd ipſi nulla iniuria à me orta ſit: puto uos & fœdera ueſtra libentius defenſuros, & iſti fore iratiores.

Narratio.

Imperabant decemuiri, qui poſt triginta tyrannos conſtituti erant. & quia Patrocles, tum regnans, mihi familiaris erat, fortè cū eo ambulabā. Is uerò inimicus Callimacho, qui me nunc accuſat, obuiam uenit argentum ferenti. Apprehenſo autem eo, ut id eriperet, dicebat, ſi uellet, ſe id ei relicturum ut publicaretur. eum enim unum eſſe ex illis qui in Piræeum confugiſſent. Qua de re cōtentione orta, factisq; mutuis cōuicijs, tum alij multi concurrerūt, tum fortè fortuna Oeno etiā, unus è decemuiris acceſsit. Mox igitur Patrocles, ad eum de pecunijs referebat: is uerò ad collegas, iſtorū utrunq; ducebat. Qui cum ſenatus autoritati rem permiſiſſent, facto iudicio, decretum eſt, pecunias illas eſſe publicas. Deinde, quum exules è Piræeo redijſſent, de Patrocle querebatur: eumq; accuſabat, ut autorem illius calamitatis. Re uerò cum illo tranſacta, & decem minis extortis, Lyſimachum criminabatur: acceptisq; ab eo etiam ducentis drachmis, mihi negocium faceſſebat. ac primum quidem adſerebat hoc, me adiutorem illis fuiſſe ac ſociū. tandē uerò ita frontē perfricuit, ut quicquid acciderat, mihi uni tribueret: deq; eo nunc me fortaſsis etiā accuſare audebit. Ego uerò, teſtes uobis adducam,

eos primùm

A eos primùm qui ab initio interfuerunt, quòd nec ipſum apprehenderim,
neque pecunias attigerim: deinde collegas etiam, Patroclem, non me,
rem ad ipſos retuliſſe, ac præterea ſenatores, quòd ille fuerit is qui accuſa-
rit. Voca teſtes.

Callimacho nullam à reo eſſe ortam iniuriam.

TESTES.

Quamuis igitur tam multi interfuerint, iſte tamen, ac ſi nemo eſſet con-
ſcius, ſtans in circulis, & in officinis ſedens, uerba faciebat, ut qui peſsimè à
me tractatus, pecunijsq́ ſpoliatus eſſet. Quidam uerò ex eius familiaribus
me conuenere, ſuadentes, ut cum eo de controuerſia illa tranſigerem, nec
malè audire uellem, aut in periculum uenire de multis pecunijs, etiamſi ui-
derer mihi optimam cauſam habere: dicentes, multa in iudicijs præter opi-
nionem euenire, & apud uos in ferendis ſuffragijs fortunam potius quàm
iuſticiam dominari. Quare conducibilius eſſe, ut paruis ſumptibus, ma-
gnis criminibus liberarer: quàm ut nulla pecunia numerata, tantum pericu
lum ſubirem. Quid uerò ſingula uobis commemorem? quum multa omiſe
rim, quæ iſtius farinæ homines de huiuſmodi negocijs dicere ſolent. Tan-
dem igitur parui (nam omnem ueritatem uobis dicam) ac ducentas iſti dra
chmas dedi. Ne uerò de integro calumniari liceret, arbitrium certis condi-
tionibus Nicomacho Batenſi detulimus.

Etiamſi bonã cauſam habeas, nõ tutũ eſt litigare in iudicio.

TESTES.

Ac primùm quidem pacta iſte ſeruabat: deinde uerò cõſilio inito cum
Xenotimo, qui & leges adulterauit, & iudicia corrupit, & magiſtratibus
moleſtus, et malorũ deniq́ omniũ autor eſt: diem mihi dicit, de decies mil-
le drachmis. quũ ego uerò teſtes producerem, cauſam nõ admitti, nec actio
nem dari poſſe, quia arbitriũ intercesſiſſet, rem non perſecutus eſt, ſciens ni
B ſi quintam ſuffragiorum partem tuliſſet, ſibi mulctam ingentem ſoluendã
eſſe. Perſuaſo autẽ magiſtratu, rurſus eâdem actione me conuenit, tanquã
de ſportulis tantũ periclitandus. Ego uerò animi dubius, quò in his malis
me uerterem, tandem optimũ eſſe duxi, æquato utrinq́ periculo, coram uo
bis apparêre. Atq́ in hunc modũ res geſta eſt. Audio autem Callimachũ
in animo habere, ut non tantum falſa mihi crimina impingat, ſed arbitrium
etiam negaturum, ac dicere paratum eſſe in hunc modum: Se nunquam Ni
comacho arbitrium fuiſſe permiſſurum, quem olim nobis familiarem eſſe
ſciret: nec eſſe conſentaneum, ut ducentas pro decies mille drachmis acci-
pere uoluerit. Vos ergo cogitate, primùm nos delegiſſe arbitrum non
intercedente controuerſia, ſed pactione facta. Quare nihil abſurdi fecit, ſi
Nicomachum arbitrum legit: ſed id potius fuiſſet inconueniens, ſi, re iam
tranſacta, de arbitro diſceptaſſet. Deinde, ſi quidem illi decies mille drach
mæ deberentur, nõ ueri eſſet ſimile, duabus minis fore contentũ. Sed cum
iniuſtè criminetur, ac calumniam intendat, nihil miri eſt, tantillum accipere
uoluiſſe. Præterea ſi multa poſtulauit, pauca exegit: non hoc ei ſignum eſt,
arbitrium non intercesſiſſe: ſed nobis potius, quod initiò iniuſtè nos accu-
ſarit. Miror autem, quoniam ſe illum eſſe putat qui poſsit intelligere, non
eſſe ueriſimile ut pro decies mille drachmis ducentas accipere uoluerit: me
uerò excogitare potuiſſe non cenſet, ſi mentiri uoluiſſem, dicendum fuiſſe,
quòd longè plus numeraſsem? Peto autem, ut quantum ipſi ſignum eſt,
de arbitrio non interpoſito, quia non acceperit ea, quæ in accuſatione per-
ſcripſit: ut tantum mihi quoque illud ſignum ſit, me de arbitrio uera dice-
re, quia teſtem reum peragere noluit. Opinor autem, ſi nec arbitrium fa-
ctum eſſet, nec ulli de re teſtimonium dicerent, ſed coniecturis ac ſignis
duntaxat nitendum eſſet: ne ſic quidem uos non facilè quid iuſtum ſit,

Diuinatio de accuſatoris calumnijs.

Intercesſiſſe arbitrium.

Reum neminiſ fecisse iniuriam.

cognituros. Nam ſi hactenus alios læſiſſem, non abſurdè ſtatueretis me in A
iſtum etiam deliquiſſe. Iam uerò apparebit, me neminem ciuium uel pecunijs mulctaſſe, uel in periculum capitis adduxiſſe, uel deletum è ſocietate reipublicæ, in Lyſandri catalogum inſcripſiſſe. Atqui triginta tyrannorum improbitas, multos impulit ad talia facienda. Non modò enim delinquentes non puniebant, ſed quibuſdam etiam imperabant ut delinquerent.

Triginta tyrannorum improbitas.

Nemo autem inueniet, me uel ſub illorum imperio, tale quicquam admiſiſſe. Iſte uerò ſibi factam iniuriam conqueritur: eiectis iam triginta tyrannis, & Piræeo occupato, & populo iam rerum potiente, & quũ iam de pacificatione ageretur. An uerò creditis, eum qui ſub triginta tyrannis modeſtè ſe geſſerit, iniurias in id tempus faciendas reſeruaſſe, quo cæteros ſuæ uiolentiæ pœnitebat? Quid uerò dici poteſt à ueritate abhorrẽtius, quàm me, qui inimicorum ulciſci neminem uoluerim, iſtum lædere inſtituiſſe, cũ quo nihil unquam rei mihi fuerat? Ac me quidem in cauſa non fuiſſe, ut eius pecuniæ publicatæ ſint: ſatis oſtenſum eſse puto. Quod uerò ei non licuerit adducere in iudicium illorum temporum cõtrouerſias, ne quidem, etiamſi feciſsem omnia quæ ille arguit: è fœderibus cognoſcetis. Cape libellum.

Non licere Callimacho ut litem intendat poſt facta fœdera.

FOEDERA.

An nõ igitur iuſtam translationis meæ cauſam habui, quum fœdera expreſsè omni periculo liberent tam delatores, quàm quadruplatores, atq; alios qui ſimile quippiam deſignarunt: egoq; oſtẽdere poſsim, me neq; hæc egiſse, neq; aliud quicquam deliquiſse? Lege etiam iuſiurandum.

IVSIVRANDVM.

Ferendum igitur eſt, iudices, quum talia fœdera ſint, talia iuramenta interceſserint: ut Callimachus, eloquentia ſua fretus, putet, ſe uobis perſuaſurum, ut his contraria decernatis? Ac ſi quidem uidiſset, actorum ciuitatem B
pœnituiſse, rationem fortaſsis habuiſset. Iam uerò non tantum in legumlatione oſtendiſtis uos fœdera magnifacere, ſed etiam Philonem Cælæum, delatũ falſæ legationis, quanq; rem ipſam tueri nullo modo poſset: tamen ob hoc unũ, quòd fœdere nitebatur, & dimiſiſtis, et ne quidẽ iudiciũ de eo facere uoluiſtis. Ciuitas igitur illis etiã parcendũ eſse cenſet, qui ſe deliquiſſe fatẽtur: iſte uerò prorſus innocentes calũniari nõ dubitat? Atqui ne illud quidẽ eum latet, quòd Thraſybulus et Anytus, tũ in urbe potentiſsimi, tum pecunijs multis ſpoliati, quamuis norint quadruplatores illos, tamen in iudicium uocare non audent, neq; meminiſse iniuriarum. quanquã enim cæteris in rebus plus alijs poſsint, quod ad fœdera tamẽ attinet, æquo & pari iure cum cæteris acquieſcunt. Neq; hi ſolum hac ęquitate uſi ſunt: ſed neq; ueſtrûm quiſquã talem actionẽ inſtituere auſus fuit. Quid uerò iniquius, quàm uos in ueſtris negocijs iuramenta ſeruare: propter iſtius calumniã eadem uiolare? & priuatas tranſactiones publicè ſtabilire, ciuitatis conuentiones priuatim quemlibet euertere pati? Hoc uerò in primis admiratione dignum eſt, uos, dum adhuc obſcurum eſset, utrum reconciliatio ciuitati profutura eſset, nec ne: ita eam iureiurando confirmaſse, ut etiamſi non expediret, ſtare tamen conuentis neceſse eſset: poſtquã uerò tam fœlix euentus fuit, ut, etiamſi fides data non eſset, præſentem tamen reipublicæ formã conſeruare deceret, ſi tum demũ iuramenta uiolabitis: & qui dicunt fœdera delenda eſse, illis iraſcimini: iſtũ uero, qui ea iam in literas relata tranſgredi audet, impunè dimittetis? ſed neq; iuſta, neq; uobis digna, neq; prioribus ueſtris decretis conſentanea faceretis. Cogitate autem, uos maximis de rebus iudicaturos conueniſse. De fœderibus enim ſuffragia laturi eſtis, quæ nullo unquã tempore, neq; uobis erga alios, neq; alijs erga uos neglexiſse profuit. In quibus tanta uis eſt, ut pleræq; res, tum apud Græcos, tum apud

Philon propter fœdera abſolutus.

Thraſybulus & Anytus.

Fœdera eſſe ſeruenda.

Barbaros,

A Barbaros, fœderibus tranſigantur. His enim freti conuenimus, & mutua
commercia agitamus. Per hæc, & inter nos contrahimus, & priuatas inimi
citias & communia bella deponimus. Hoc uno, tanquam communi bono,
homines omnes perpetuò utimur. Quare cùm omnium officium eſt ut fœ-
dera tueantur, tum uero ueſtrûm in primis. Nec enim diu eſt, ex quo nobis
bello ſubactis, ac in hoſtium poteſtatem redactis, quum noſtrã urbem mul
ti euerſam uellent, ad iuramenta & fœdera confugiendum fuit: quæ ſi Lace
dæmonij uiolare auderent, quantopere ſinguli indignaremur? At quid ab-
ſurdius, quàm de bis rebus alios accuſare, quib. ipſe obnoxius fueris? Quis
uero nobis iniuriam fieri crederet, tametſi malè tractaremur cõtra fœdera,
nec ipſi ea magnifacere uideremur? An uerò nobis alij fidem habituri ſunt,
ſi eam fidem quam nobis ipſi mutuò dedimus, adeò temerè ſoluemus?

Locus cõmunis de fœderibus.

Operæprecium porrò eſt etiã hoc recordari, quòd noſtra urbs, quanquam
noſtri maiores multa præclarè in bellis geſserint, ob hanc tamen reconcili-
ationem uel in primis celebratur. Nam in bellis multæ urbes ſtrenuam ope
ram nauarunt: de concordia uerò nemo ullam oſtẽdere poteſt, quæ melius
quàm noſtra, conſuluerit. Præterea eorũ quæ in bellis proſperè geſta ſunt,
maximam partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi uendicat, & id penè omne du
cit ſuum. At uerò huius erga nos inuicem moderationis gloria, propria eſt
noſtræ prudentiæ ac bonitatis, nec in eius ſocietatem quenquam admitti-
mus. Quare gloria hæc minime proijcienda eſt. Neque uerò me quiſquam
putet excedere modum, aut rem nimis exaggerare, propterea quòd in pri-
uato periculo hæc uerba feci. Nec enim ego tantum de poſtulatis pecunijs
periclitor: ſed ut ego de his, ſic uos de illis quę paulo antè dicta ſunt. Quib.
de rebus neq; pro dignitate quiſquam dicere, nec pœnam ſatis grandẽ con
B ſtituere poſsit. Tantum enim inter hoc iudicium & alia intereſt, ut cætera
duntaxat ad litigantes attineant: in boc uerò periculum commune ciuita-
tis agatur. De hoc bis iurati ſententiam dicitis: ſemel, pro communi conſue
tudine iudiciorum: ſecundò, propter fœdera. Si in boc iudicio ab æquitate
aberrabitis, non urbis noſtræ tantum, ſed communes omnium leges uiola-
bitis. Quare minime decet, ut uel gratiæ, uel lenitatis, uel ullius rei alterius
in dicenda ſententia, niſi iuriſiurandi, rationem habeatis. Ac decere quidẽ
& expedire & iuſtum eſse, ut ſic de fœderibus ſentiatis, nec ipſum Callima
chum negaturum opinor. Præſentem quidem ſuam inopiã fortaſse deplo-
rabit, & factam à ſe iacturam: & quiritabitur nihil poſse fieri crudelius, q; ſi
mulctam etiã in democratia ſoluere cogatur pro illis pecunijs, quas in oli-
garchia, ui ſpoliatus amiſerit, tũ propter opes ſuas exulare coactus ſit: nunc
eo tempore quo ulciſcenda ſibi eſset iniuria, ignominia notetur. Accuſabit
aũt eos etiam, qui mutata rep. in urbe manſerunt, ut ea re maximã uobis in-
dignationẽ moueat. Fortaſsis enim audiuit ex aliquo, uos, ſi autores iniu-
riarum non deprehenderitis, quoſuis ſine diſcrimine punire. Ego uerò nec
eo uos animo eſse puto, & ad eam obiectionẽ facile poſse reſponderi cen-
ſeo. Ac, quod ad lamentationes attinet, dico, decere uos, ut iuuetis, nõ eos
qui ſe calamitoſiſsimos eſse indicarint: ſed hos, qui cauſam, de qua litẽ con-
teſtati ſunt, æquiorem eſse probarint. De mulcta uerò, ſiquidem iſtarũ re-
rum ego autor eſsem, haud iniuria, ſi pœna luenda eſset, illius uicẽ doluiſ-
ſetis, iam uerò ipſe is eſt, qui calumniã intendit. Quare meritò nullũ eius di
ctum probabitis. Deinde illud quoq; conſiderabitis, quòd omnes è Pirępeo
in urbem reuerſi, eadem quæ iſte dicere poſsent. quorum nemo tamen au-
ſus eſt tale ſubire iudicium. Atqui odio proſequendi ſunt iſtiuſmodi, et pro
malis ciuibus babendi, qui in ijſdem malis cum cæteris uerſati, diuerſas ta-
men pœnas ſumere uolunt. Præterea, etiam nunc ei eſt integrũ, priuſquam

Laus moderationis Atbeni enſium.

Cauſam hanc non tã eſſe priuatam quàm publicam.

Iudices quereli's moueri non debere, ſed iuriſiurandi rationẽ babere.

Cõtra lamentationes.

Contra mulctæ periculũ.

ueſtræ ſententiæ periculum faciat, actione omiſſa, toto negocio liberari. A
Non'ne aũt abſurdum eſt iſtum in eo periculo à uobis petere miſericordiã, quod penes ipſum eſt, & in quod ſe ipſe coniecit, & è quo etiam nunc liberari poteſt? Si uerò earum rerum quæ in oligarchia geſtæ ſunt, obliuiſci nequit, iubete ne ea accuſet, de quibus nemo reſponſurus eſt: ſed ut doceat me pecunias accepiſſe, de quo uobis pronunciandum eſt. neq; oſtendat, ſe indignis modis tractatum eſſe: ſed conuincat & probet, me iniuriarum eſſe autorẽ, à quo iacturam ſuam recuperare ſtudet. Nam ſe calamitoſum eſſe, quemcunq; ciuium accuſarit, oſtendere poteſt. Decet autem ut apud uos alicuius momenti ſint, non eæ accuſationes, quibus etiam contra inſontes uti licet: ſed illæ, quæ non niſi in autores iniuriarum conueniunt. Aduerſus iſtas igitur obiectiones & hæc fortaſſe ſufficiunt, & plura deinceps reſpondere licebit.

Cõtra oligarchię accuſationem.

Cogitate porrò (etiamſi me aliquis idem bis inculcare dicat) multos, alacres atq; erectos expectare huius iudicij euentum, non quòd noſtra negocia curent, ſed quia exiſtimant, de fœdere fieri iudicium. Quos pronunciato eo quod iuſtũ eſt, uos omni metu liberabitis. Sin minus, quibus animis fore cenſetis eos qui in urbe remanſerunt, ſi uideamini pariter omnibus illis iraſci, qui autoritatis aliquid illo reipublicæ ſtatu habuerunt? Quantopere angentur, qui parui ſaltem delicti ſibi cõſcij fuerint, ſi uidebũt nec modeſtiſsimos poſſe ius ſuum adipiſci? Quanti tumultus excitabuntur, quum alijs animus additus fuerit ad calumniandũ, quaſi cauſa ſua iam à uobis comprobata: alij hunc ciuitatis ſtatum pertimeſcent, nec ullum ſibi confugium relictum eſſe uidebunt? An non metuendum eſt, ne, iuramentis uiolatis, denuò in illa mala incidamus, quę nos hęc fœdera facere coegerunt? Enimuero uos ab alijs diſcere nihil neceſſe eſt, quantum concordia bonum ſit, aut quid mali ſedititiones habeant. Nam ita euidenter experti utrunq; eſtis, ut his de rebus alios etiam optimè doceretis. Ne uerò propterea uidear in fœderibus multũ temporis conſumere, quia procliue eſt, multa & æqua de illis ipſis dicere: hoc ſaltem in pronunciando uos meminiſſe uelim, quòd, antequam ea facta eſſent, bellũ gerebamus, alij muto incluſi, alij Piræeo occupato, infeſtioribus erga nos inuicem animis, quàm in eos, quos maiores, hæreditarios nobis hoſtes reliquerunt. Poſtquam uerò in unum congreſsi, fidem dedimus & accepimus: ita honeſtè & comiter in urbe uiuimus, ac ſi nullæ unquam diſſenſiones inter nos interceſserint. Ac tum quidem ab omnib. pro ſtultiſsimis & infœliciſsimis habebamur: nunc uerò fœliciſsimi & prudentiſsimi Græcorum omnium iudicamur. Quare qui fœdera uiolare audent, non modò magnis, ſed extremis ſupplicijs afficiendi ſunt, ut qui maxima conflare mala nitantur. Illi præſertim, qui ſic uixerunt ut Callimachus. Qui, cum Lacedæmonij decem continuos annos bello nos infeſtarent, nullum unquam diem ducibus præſto fuit, ut in acie ordinaretur, ſed eo tẽpore ſubinde aufugit, opesq; ſuas occuluit. Poſtquã uerò triginta tyranni ſummam rerum obtinuerunt, tum demum in urbem reuerſus, ſe popularem eſſe dicit. Tanto autem alijs cupidior fuit ſocietatis in illa republica, ut ne quidem ab illis malè tractatus, recedere uoluerit: ſed cum autoribus iniuriarum obſideri maluit, quàm uobiſcum, qui unà læſi eratis, degere. & ad eum uſq; diem, particeps reipublicę, apud illos manſit, quo murum oppugnaturi eratis. Tum uerò demum exijt, nõ ſtatus præſentis odio, ſed imminentis periculi metu, ut poſtea declarauit. Poſtquã enim, Lacedæmonijs ingruentibns, populus in Piræeo incluſus erat: rurſus inde aufugit, ac in Bœotia commoratus eſt. Quare in transfugarum catalogum potius inſcribẽdus eſt, quàm inter exules nominandus. Et quum ita ſe geſſerit, tum in eos qui Piræeum occuparant, tum qui in urbe manſerant, tum erga

Iterũ inculcat iudicium hoc ad ſtatum ciuitatis pertinere.

B (margin, beside "utrunq; eſtis ... Ne uerò propte")

Perſtringit aduerſarij improbitatem.

A ergatotam ciuitatem: non contentus eſt pari iure cum cæteris, ſed meliore
conditione eſſe uult, quàm uos eſtis: perinde ac ſi uel ſolus læſus, uel ciui-
um optimus, uel maximis cladibus propter uos affectus eſſet, aut plurima
in rempublicam beneficia contuliſſet. Velim autem eum uobis ita notum
eſſe, ut mihi eſt, ut non ob amiſſa cum illo doleretis, ſed quæ illi reliqua ſunt
inuideretis. Nunc quibus alijs inſidiatus ſit: quas lites tum de publicis, tum
de priuatis criminibus mouerit: quorum factionibus adhæſerit, quoties fal
ſa teſtimonia dixerit: etiamſi datū mihi tempus duplicaretur, nō ſatis eſſet ad
enarrandū. Sed ſi unū ſaltē facinus audiueritis, facilè reliquā eius improbi-
tatem cognoſcetis. Cratinus cum iſtius affine de fundo quodam litigabat.
quum autem ad manus uentum eſſet, ancilla occultata, criminabantur, Cra
tinum caput illi ſaxo contriuiſſe, atq; ex eo uulnere mulierem dicebant eſſe
mortuam. Diem igitur illi de cæde dicunt ad Palladium. Cratinus, iſtorum
inſidijs auditis, reliquo tempore quieuit, ne mutato conſilio, alias fraudes
comminiſcerētur, ſed ut in re præſenti ſcelera illorum deprehendi poſſent.
Proinde, quum iſtius affinis, accuſatoris partes obijſſet: iſte uerò teſtimo-
nium dixiſſet, mulierculam omnino eſſe mortuam: miſsi quidam ſunt, qui
domum in qua illa occultabatur ingreſsi, ui abreptam, & in iudicium addu
ctam, uiuentem omnibus qui aderant oſtenderunt. Itaq; quum ſeptingen-
ti iudices ſederent, ac quatuordecim teſtimonium dixiſſent: iſte ne unum
quidem ſuffragium pro ſe habuit. Voca teſtes.

Ancilla à Callimacho occultata, ac ſi eſſet mortua.

TESTES.

Quis igitur facinora iſtius ſatis acriter inſectetur? Aut quod maius ex-
emplū iniuſticiæ & calumniæ & improbitatis inuenietur? Sunt enim quæ-
dam iniuriæ, quæ non omne ingenium nebulonum aperiant, ſed è talibus
facinoribus tota uita delinquentium facilè perſpicitur. Nam qui uiuentes
B teſtatur eſſe mortuos, quo facinore abſtinebit? qui alienis in rebus ita im-
probus eſt, quid in ſuis non auderet? An uerò iſti credendum eſt pro ſe di
centi, quem in aliorum gratiam peieraſse conſtat? Quis unquam falſum te-
ſtimonium dixiſse euidentius conuictus eſt? Nam alios è uerbis iudicatis:
huius uerò teſtimonium falſum fuiſse, uiderunt iudices. Iſte igitur, quanq;
tantis criminib. ſe obſtrinxit, tamen dicere audebit nos mentiri: atq; in eo
perinde faciet, ac ſi cui Phrynondas crimen ſtellionatus obijceret: aut Phi
lergus, quū Gorgonium ſurripuit, alijs ſacrilegium exprobraret. Quem ue
rò minus dedecet producere teſtem de rebus non factis, quàm iſtum, qui
ipſe alijs falſum teſtimonium dare audet? Verùm ſæpe Callimachum accu-
ſare licebit. Hanc enim uitæ ſuæ rationem eſse uoluit. Quod uerò ad me at
tinet, cæteras choragias omnes miſsas facio. eius uerò, de qua non mihi tan
tum iurè gratiā habebitis, ſed qua etiam, ceu teſtimonio de tota re, uti queā-
tis, mentionem faciam. Poſtquā enim noſtra urbs, nauibus in Helleſponto
amiſsis, imperio exuta eſt: omnibus trierarchis ita præſtiti, ut meam nauem
cum paucis conſeruarim. atq; inter illos paucos hoc peculiare habui, quòd
ego ſolus, naue in Piræeum perducta, in trierarchia perſeueraui. Quum e-
nim alij publica munera cupidè excuterent, quum de præſenti ſtatu ſpem
peſsimam haberent, quum & factorum ſumptuū pœniteret, & reliqua diſ-
ſimularent, putantes, actum eſse de republica, ſuiſq; priuatis rationibus
conſulerent: ego longe aliū animū habui, ac perſuaſo fratre, ut mihi trierar-
chiæ ſocius eſset, nautis de noſtro mercedem numerantes, hoſtes uexaui-
mus. Deniq; quum Lyſander capite ſanxiſset, ne quis frumentum ad uos
adueheret: tantum fuit noſtrum in rempublicam ſtudiū, & quaſi ambitio,
ut quum alij ne ſuas quidem opes importare auderēt, nos quod ad illos ue-
hebatur, intercipientes, in Piræeum deduxerimus. Pro quibus beneficijs
uos publice

Egregia exagitatio aduerſarij.

Sua in remp. merita commemorat.

uos publicè coronas nobis decreuiſtis: & ut ante ſtatuas heroum procla- A maremur, tanquam optimè de republica meriti, cenſuiſtis. Sunt autem pro popularibus habendi, non qui florente populari ſtatu, ſe cum populo coniungunt: ſed hi, qui afflicta & iacente republica, pro uobis uitæ diſcrimen adierunt. neq; iſtis gratia eſt habẽda, qui priuatim cladem aliquam acceperunt: ſed his, qui uobis benefecerunt. neq; illi pauperes commiſeratione digni ſunt, qui ſuas opes ipſi perdiderunt, ſed qui eaſdem ueſtra cauſa inſumpſerũt: e quorum numero me fuiſſe unum comperietis. qui quidem omniũ eſſem infœliciſsimus, cum de meo magnos ſumptus in rempub. fecerim, ſi iam uidear alienis inſidiatus eſſe, & infamiam apud uos nihili facerem: quũ mea uita mihi propterea uilior fuerit, ut ueſtram approbationem conſequerer. Quem uerò ueſtrûm non pœniteret, ſi non mox, ſaltem paulo pòſt, ſi calumniatorem ditatum uideretis: me uerò ſpoliatũ illis, quæ poſt obita munera publica mihi reliqua fuerunt? & eum, qui nunquam ullum pro uobis periculum adijt, plus poſſe & legibus & fœderibus: me uerò, cuius tantum ſtudium in rempublicam extitit, ita contemni, ut ne ius quidem meum conſequar? Quis uerò uos non reprehenderet, ſi Callimachi uerbis perſuaſi, tantæ nos improbitatis damnaretis, quos in iudicio è reipſa facto, propter fortitudinem, animiq; præſtantiam, coronaſtis, tum, cum non ita procliue erat ut nunc, iſtum honorem conſequi? Vſuuenit autem nobis diuerſum, q̃ alijs. Cæteri enim ſuorum beneficiorum memoriam renouare dicendo ſolent. Nos uerò poſtulamus, ut ueſtræ in nos beneficentię recordemini, quo ea uelut teſtimonium det orationi noſtræ, totiusq; uitæ noſtrę rationem oſtendat. Nõ autem obſcurum eſt, nõ ideo nos iſto honore potiri ſtuduiſſe, ut in oligarchia opes aliorum diriperemus: ſed, ut urbe conſeruata alij ſua tenerent, & nobis multitudo ciuium gratiam haberet, quam nos modò repoſcimus: non id quærentes, ut æquo plus habeamus, ſed declarantes, B quòd iuramenta & fœdera ſeruemus, iniuriam nemini faciamus. Perabſurdum enim eſſet, ea rata haberi ad abſoluendos eos qui contra rempublicã fecerunt: in nobis, qui benemeriti ſumus, uim ſuam amittere. Operępreciũ autem eſt, præſentem fortunam tueri. atq; conſiderandum, alias urbes per fœdera in ſeditiones eſſe coniectas: noſtræ uerò urbi eadem ad concordiã profuiſſe. Hæc igitur memineritis, ut ſimul & quæ iuſta ſunt, & reipublicæ conducibilia, decernatis.

Epilogus.

ARGVMENTVM IN ORATIONEM contra Lochiten.

Quidam à Lochite uerberibus affectus, rem uehementer exaggerat, & iudices impellere nititur, ut reum tanquam contemptorem legum et popularis ſtatus euerſorem grauiter puniant. Similes ferè amplificationes ſunt in Oratione Demoſthenis cõtra Midiam.

ORATIO CONTRA LOCHITEN.

Amplificatio iniuriæ.

ME igitur à Lochite uerberatum eſſe, nulla per me affecto iniuria, omnes qui adſunt, nobis teſtimonium dederunt. Eſt autem facinus hoc aliorum delictorum diſsimile iudicandum: nec idem ſumendum ſupplicium de læſione corporis, & fraudatione pecuniarum. Scitis enim hoc omnib. hominibus coniunctiſsimum & ſummè cõmendatum eſſe, atq; nos & leges tuliſſe, & de libertate pugnare, & popularem ſtatum expetere, & cætera in uita omnia propter huius conſeruationem facere. Aequũ igitur eſt, ut eos qui id uiolant quod maximi facitis, grauiſsimo ſupplicio afficiatis. Inuenietis autem etiam legiſlatores ueſtros, corporum in primis

A rationem habuiſſe. Primùm enim de ſola hac iniuria, tum priuatas, tum publicas actiones ſine ſponſione dederũt, ut unicuiq; noſtrûm, prout & uult, & poteſt, ſic ulciſci liceat eos per quos læſus eſt. Deinde in alijs criminibus illi ſoli qui offenſus eſt, actio contra aduerſarium datur. Sed de uerberũ iniuria, tanquam de communi negocio, licet unicuiq; ciuium, re apud Theſmothetas propoſita, uenire in iudicium. Adeò uerò non ferendum eſſe putarũt, ut alius alium uerberaret, ut de maledicto legem tulerint, quæ iubet eos qui aliquid arcani ac pudendi de aliquo proferunt, quingentis drachmis mulctari. Quanta igitur ſeueritate uindicãdæ ſunt iniurię reipſa factæ, quum petulantiæ uerborum ita ſuccenſeatis? Mirum etiam erit, quum iniurias in oligarchia factas, morte mulctandas cẽſueritis: ſi eos qui in democratia ſimili modo graſſantur, impunè dimittetis. Atqui decebat acrius in eos animaduerti. ſuam enim improbitatẽ euidentius oſtendũt. Nam qui nunc, quum prohibitum eſt, contra leges ciuibus moleſtus eſſe nõ dubitat: quid is quæſo feciſſet, quum magiſtratus gratiam haberẽt iſtiuſmodi graſſatoribus? Fortaſsis autem Lochites rem extenuare conabitur, atq; accuſationẽ cauillabitᷣ, dicẽs, uerbera nihil mihi nocuiſſe, ac me ſuprà quàm deceat, uerbis amplificare omnia. Ego uerò, ſiquidem id factum eſſet, ſine contumelia nunquam apud uos queri uoluiſſem. nunc uerò non de damno quod per uerbera datum eſt, ſed de iniuria & ignominia uenio ſupplicium de eo ſumpturus. Quæ res hominibus ingenuis maximam indignationem mouere debent, accerrimeq; uindicandæ ſunt. Video autem, uos, ſi quem ſacrilegij furti ue damnatis, in irroganda pœna nõ id ſpectare, quantum abſtulerint, ſed ſine diſcrimine omnes morti addicere: & æquum putare, ut eadem facinora aggreſsi, pœnas eaſdem luant. Idem igitur de contumelioſis iſtis ſentire debetis: neq; id intueri an parum uerberarint, ſed an leges uiolarint. neq;

Pœna conuitij.

Contumelia plus dolet, q̃ uerbera.

B factum quod contigit tam uindicandum eſt, quàm uniuerſa petulantia morũ coercẽda. Scitis enim, ſępe iam paruas cauſas ingentia mala peperiſſe: ac multos etiam è ciuibus, per eos qui uerberare auſi fuerant, ad tantã iracundiam concitatos, ut ad uulnera & cædes & mortes & atrociſsimas clades progrederentur. Quorum nihil, quantum in reo fuit, infectum eſt. Sed ſi illius animũ et conatus intueamini, hęc quę diximus omnia peracta ſunt: ac fortuna et moderatio mea in cauſa fuerunt, ne quid acerbius ſequeretur. Arbitror aũt, uos ita demum, ut res meretur, indignaturos, ſi uobiſcum ipſi reputaueritis, quanto maior hæc ſit alijs iniurijs. Inuenietis enim, alias iniurias partem aliquam rei familiaris lædere, ſed uerberum iniuriã ſummæ rerum nocere: & multas familias ob hanc eſſe deſolatas, multasq; urbes euerſas. Et quorſum attinet aliorum cladibus commemorãdis immorari? Nos ipſi bis iam ſtatum popularem ſublatum eſſe, bis nos libertate ſpoliatos uidimus: non per eos, qui alijs facinoribus operti fuerunt, ſed per cõtemptores illos qui hoſtibus ſeruire uolunt, ciues contumelioſe uexant: quorũ iſte unus eſt. Nam tametſi per ætatem illis turbis intereſſe non potuit: at indolem ſaltem habet illi ſtatui cõuenientem. Iſta enim ingenia ſunt, quę hoſtib. noſtros exercitus tradiderunt, quæ patriæ mœnia ſubruerunt, quæ ciues mille quingentos indicta cauſa trucidarunt. Vos igitur harum rerum memores punire decet, non eos modò qui tum uobis nocuerunt, ſed iſtos etiã qui nunc eodem ſunt animo in rempublicam. ac tanto magis hos, quos uerisimile eſt fore improbos, quàm illos qui olim peccarunt: quanto præſtabilius eſt, ingruentia mala prohibere, quàm præterita ulciſci. Neq; uerò expectandum eſt, donec congregati ac nacti occaſionem, toti ciuitati perniciem moliantur. ſed quocunq; in facinore deprehenſi, ac ueſtræ autoritati ſubiecti fuerint, in illo ipſo articulo eſt in eos animaduertendum: atque in lucro

Contumeliam priuatis factã cedere in euerſionem reip.

Principijs obſtandum.

Dd deputan-

deputandum, ſi quem deprehendatis, qui paruis in rebus omnem ſuam improbitatem exeruerit. Optimum quidem eſſet, aliquod aliud ſignum in hominibus improbis eminere, ut etiam priuſquã ciuis ullus ab eis læderetur, mulctari poſſent. Quia uerò id ſentiri non poteſt, niſi poſt factas ab eis alicui iniurias: tum certè, ubi cogniti fuerint, omnium officiũ eſt, ut eos odio proſequantur, & pro cõmunibus hoſtibus habeant. Illud etiam cogitate, pauperibus nihil eſse metuendum, ne fraude circumuenti, opes amittant: ſed corporum iniuriæ ſunt omnibus communes. Quare, quum impoſtores punitis, diuitibus duntaxat conſulitis: quum uerò proteruos iſtos coercetis, uobiſmetipſis auxiliamini. Quare uos hæc iudicia maximi facere decet. Ac in alijs contractibus tanti litem æſtimare, quantum actorem conſequi æquum eſt. Sed de iniuria uerberum, tanta mulcta irroganda eſt, ut reum petulantiæ ſuæ pœniteat, neq; deinceps eiuſmodi quicquã conari audeat. Quòd ſi morem iſtum tolletis, quo nunc ſaltem pecunia mulctatis illos, qui ſuæ, ſi dijs placet, fortitudinis ſpecimen edunt, in ciuib. uerberandis: & nullum ſatis graue ſupplicium eſse putabitis, ſi qui corpora uiolãtes, pecunijs mulctati fuerint: bonorum iudicum officio functi eritis. Nam & de præſenti negocio rectè ſtatuetis, & ciues alios modeſtiores efficietis, & ueſtrã ipſi quoq; uitam in tuto collocabitis. Decet autem prudentes iudices, ut, dum in alienis cauſis iuxta æquitatem pronunciant, ſuis interim quoq; reb. proſpiciãt. Ac nemo ueſtrûm id intuens, quod pauper ſum, et homo plebeius, propterea quicquam de litis æſtimatione detrahendum cenſeat. Nec enim æquum eſt, ut minora ſupplicia conſtituantur de iniurijs uilium hominum, quàm celebrium: neq; deteriores iudicandi ſunt pauperes, quàm opibus affluentes. Nam uos ipſos ignominia notabitis, ſi de ciuibus ita ſtatuetis.

Nota ingeniorũ animaduertendæ.

Pauperib. factam iniuriam eadem ſeueritate uindicandã.

Omnium præterea iniquiſsimum fuerit, in populari republica non omnes B
eadem conſequi: & ad magiſtratus quidem patére nobis aditum uelle, ſed iure præſidijsq; legum nos ultro ipſos fraudare. Atq; in prælijs, æquè omnes ad tuendum ciuitatis ſtatum, mortem oppetere non dubitare: in ferenda uerò ſententia, plus tribuere opulentioribus. Minimè uerò, ſi mihi quidem parêre uultis, ſic erga uos ipſos affecti eritis: neq; talia certamina à uobis aliena eſse iudicabitis: ſed ſic unuſquiſq; pronunciabit, ac ſi ſua res ageretur. Nam æquè omnes lædunt, qui legem pro corporis noſtri defenſione latam, uiolare audent. Quare, ſi ſapitis, mutuò uos cohortabimini, ac oſtendetis Lochitæ ueſtram iracundiam: quia intelligitis omnes iſtius generis homines, legum eſse contemptores: ſed ea quæ hic decernunt, habere pro legibus. Ac ego quidem de re dixi, ut potui. Quòd ſi aduocatorum aliquis habet, in quo mihi patrocinetur, progreſsus ad uos, dicat.

Epilogus.

ARGVMENTVM IN ORATIONEM contra Euthynoum.

Aμάρτυρος inſcribitur hæc Oratio, quia controuerſia nullis teſtimonijs probari poteſt, ſed ueritatem coniecturis quibuſdã inquirere et indagare neceſſe eſt. Nam cum Athenis triginta tyranni graſſarentur, Nicias proſcriptus, tria talenta depoſuit apud Euthynoum conſobrinum, nullis teſtibus adhibitis. Quæ cum repeteret, duo recipit, tertium Euthynous negat. Controuerſia in hoc conſiſtit, utrum probabilius ſit, Niciam repoſcere quod non dederit, an Euthynoum reſeruare quod acceperit. Valde ingenioſa & acuta oratio eſt. εὔθυνουν cõtractum eſt ab εὐθύνοον: ut ſi ἀλκίνουν dicas, pro ἀλκίνοον. Proinde ſiue dicas Euthynus, ſiue Euthynous, parum refert.

ORATIO

ORATIO CONTRA EVTHYNOVM

AMARTYRVS, ID EST, QVAE NVLLIS TESTIbus,ſed coniecturis tantum nititur.

A IVſtæ ac graues mihi cauſæſunt, cur Niciam hunc defen- Se iurè Niciæ
dam. Nam & amicus mihi eſt, et me precatus, et affectus in patrocinari.
iuria, ac dicendi imperitus. Quare propter hęc omnia cau
ſam eius agere cogor. Quàm breuiſsimè igitur potero, uo-
bis exponam, quomodo cõtractus hic cum Euthynoo in-
terceſſerit. Nicias hic, poſtquã triginta tyranni conſtituti Narratio.
ſunt, atq; eum inimici deleuerunt ex eorum numero, quireip. participes
eſſent, ac in Lyſandri catalogum inſcripſerunt, præſenti ſtatui diffiſus, facul
tates ſuas oppignerauit, famulos extra noſtram regionem ablegauit, ſupel-
lectilia ad me tranſtulit, ac argenti tria talenta Euthyno cuſtodienda tra-
didit: ipſe uerò in agro ſe continuit. Non multo autem pòſt, aliò nauigatu-
rus, argentum repetijt. Euthynus autem duo quidem talenta reddit, ſed ter
tium inficiatur. Nicias igitur, eo tempore nihil aliud habuit quod ageret,
niſi quòd cõgreſſus cum familiaribus, illum incuſabat, & querebatur, et di
cebat quid ſibi accidiſſet. Atqui tanti faciebat iſtum, & præſentem ſtatum
ita metuebat, ut multo citius paruam iacturam ſilentio diſsimulaſſet, quàm
ut accuſaſſet, re nulla fraudatus. Et hæc quidẽ rei ſumma eſt. Conflictamur Difficultas huius cauſæ.
autem magnis difficultatibus. Nam Niciæ neq; deponenti pecunias, neq;
recipiẽti quiſquam adfuit, uel ingenuus uel ſeruus. Quare neq; per tormen
ta, neq; per teſtes probari res poteſt: ſed neceſſe eſt, ut et nos argumẽtis do-
ceamus, & uos eadem hac ratione iudicetis utri uera dicãt. Opinor aũt uos
omnes ſcire, potiſsimum calumniari ſolere homines eloquentes quidẽ, ſed
pauperes, eos qui dicendi imperiti ſunt, & pecunias pendere poſſunt. At
B Nicias Euthyno ut locupletior, ſic etiã infantior eſt. Quare nihil fuit, quo
fretus Euthynum iniuſtè inuaderet. Quin ex ipſa re etiam intelligitur, lon-
gè ueriſimilius eſſe, ut Euthynus id neget quod accepit, quàm ut Nicias de
eo accuſet quod non dederit. Notum enim eſt, lucri cauſa omnes iniuriam
facere. Qui igitur depoſitum negant, habent id propter quod ius uiolant.
Qui uerò accuſant, id quoq; neſciunt an accepturi ſint. Præterea dum reip.
ſtatus incertus erat, ſublatiſq; iudicijs, hic accuſando nihil profeciſſet: iſti
uerò, etiamſi fraudaret, nihil periculi metuendum erat. Quare mirandum
non fuit, iſtum (quum illi etiam qui teſtibus præſentibus mutuati erant, ne-
garent) tum quę ſolus à ſolo acceperat, reddere noluiſſe. Hunc uerò nõ con
ſentaneum eſt (quum nec illi quibus iurè debebatur, æs alienũ exigere poſ
ſent) putaſſe, iniuſtè accuſando ſe quicquam accepturum eſſe. Tametſi autẽ
nihil ei obſtitiſſet, ſed & licuiſſet & libuiſſet calumniari: eum non ad Euthy
num uenturũ fuiſſe, facilè perſpicit. Nam qui tale aliquid in animo habent,
tyrociniũ non ab amicis auſpicantur, ſed horũ pręſidijs freti, alios inuadũt,
et eos accuſant quos nec uerentur, nec metuunt: ac diuites quidẽ eſſe uidẽt,
ſed deſtitutos & rebus gerendis ineptos. At in Euthyno contraria horũ re-
periuntur. Eſt enim Niciæ cõſobrinus, & tum dicendi tum agendi faculta-
te ipſo inſtructior. Præterea paruas quidẽ copias, ſed multos amicos habet.
Quare nemo eſt quem non potius quàm iſtum aggrederetur. Nam ut ego
quidẽ ſentio, gnarus neceſsitudinis iſtorum: nec Euthynous Niciam læſiſ-
ſet, ſi alium quempiam tot fraudare pecunijs licuiſſet. Iam uerò cauſa nego-
cij altius tepetenda eſt, & inquirenda ſubtilius. accuſare enim licet aliquem
delectum ex omnibus: ſed fraudare non alium licet, niſi qui depoſitum cre
diderit, Quare Nicias ſi calumniari uellet, iſtum non inuaſiſſet. Euthynous

 uerò,

ISOCRATIS EPISTOLAE ALIQVOT, [redacted] INterprete.

ARGVMENTVM PRIMAE Epiſtolæ.

Miſſurus Iſocrates orationem ad Philippũ, de conciliandis Græcis, & oppugnandis Barbaris, hanc epiſtolam adiecit, qua regi ſummam orationis exponeret, ad eamq́ legendam eius animum pararet.

ISOCRATES PHILIPPO MAcedonum regi S. D.

A SI eſſem iunior, non per literas tecũ agerem, ſed naue iſthuc profectus, coràm diſſeruiſſem. Sed quoniam adoleſcentiæ meæ tempus, & præſentium negociorum occaſio, non unà inciderunt (nam ego ſenectute retardor: res uerò nunc ſummo ſtudio gerendæ ſunt) ita tecum de illis tractare conabor, ut & uires meę, & locorũ interualla, et tempora pręſentia patiuntur. Equidem haud ignoro, quantum ad perſuadẽdum interſit, utrum uiua uoce, an per literas conſilium detur: nõ eò tantum, quòd ijſdem de rebus præſenti cum præſentibus agere, q̃ ſcriptis, facilius eſt: necꝫ quod omnes dictis quàm ſcriptis libẽtius credunt, & illa tanquam decreta, hæc ut figmenta audiunt: ſed propterea in primis, quòd in congreſsibus, ſi fortè uerbum aliquod uel non rectè intelligitur, uel non creditur, is qui coràm adeſt, utriꝗ incõmodo leui opera medetur: at in ſcriptis, ſi talis aliquis ſcrupulus inciderit, nemo eſt qui tollat, et medicinam adhibeat, ipſo autore & defenſore non præſente. Quia uerò totius rei penes te iudicium erit, bona mihi ſpes eſt, orationem noſtram ponderis aliquid apud te eſſe habituram. Arbitror enim te, reiectis omnibus huius generis impedimentis, res ipſas ſpectaturum. Quidam autem tuorum familiarium, me ab hoc inſtituto deterrere conati ſunt, dictitantes, apud te aſſentatores in precio eſſe, contemni monitores. Quorũ uerbis ſi crederem, altum certè ſilentiũ agerem.

B Sed nemo unquam mihi perſuadebit, poſſe fieri, ut quiſquam & rerum geſtarum gloria & laude ſapientiæ cæteris antecellat, niſi ex alijs diſcat, alijs auſcultet, alijs benefaciat, & undecunꝗ accerſat & colligat ea quibus ingenium excolatur. Et hæ me cauſę, ut ad te ſcriberem, mouerunt. Dicturus autem magnis de rebus, deꝗ talibus, quas audire nemini mortalium quàm tibi magis conuenit: exiſtimaui, te alacriter eſſe hortandum, ut hoc ſcriptum audire digneris. Vt enim me ad hoc audendũ, non impulit ambitio: ſic nec illud nos latet, te declamationes & laudationes, quibus ſophiſtæ ac rhetores, uel ingenia facundiamꝗ ſuam oſtentant, uel res à te geſtas celebrant, ad ſatietatem iam, ac penè ad faſtidium uſꝗ audiuiſſe. Adhæc, illud etiam nemo ignorat, ſi quis oſtẽtandi ingenij deſiderio teneatur, celebres ei conuentus eſſe petendos, in quibus plurimos inueniet eloquentiæ ſuæ admiratores. At ſi quis perficere aliquid ſtudet, cum eo diſſerendum eſt, qui rebus ipſis, quæ oratione fuerint expoſitæ, ſummum faſtigium quamprimum imponat. Quòd ſi urbi alicui conſilium darem, cum magiſtratibus & principibus ciuitatis ſermonem haberem. quum uerò de ſalute Græcorum tuenda ſuadere inſtituerim, quis'nam mihi æquius appellandus erit, quàm is, qui & nobilitate & potentia Græcis omnibus antecellit? Necꝫ uerò nos harũ rerum intempeſtiuè mentionem facere cenſendum eſt. Nam dum Lacedæmonij rerum potiebantur, difficile tibi fuiſſet gentis noſtræ ſuſcipere curã, illiſꝗ

Cur per literas potius, q̃ coràm, cum Philippo agat.

Commoda uiuæ uocis, & ſcriptionũ incommoda.

Prudentẽ habere auditorem magni intereſt.

Philippũ non aſpernari monitores.

A magnitudine rei, & tum ſuo ſtudio, tũ Philippi officio.

Propoſitio: Græciæ ſalu ti conſulendũ.

Occaſio.

illiſq; aduerſari. Nunc uerò in eo loco res eorũ ſunt, ut bene ſecum agi pu- A
tent, ſi ſuam ditionem tueri et tenere queant. Noſtra uerò ciuitas promptiſ-
ſimè tecum ſuas uires o[illegible]geri[illegible] Græcia benemereri ſtudebis.
Quæ igitur hac præſente melior occaſio dari, aut optari queat? Mirari autẽ
non debes, me qui neq; orator ſum, neq; imperator, nec alioqui uir potens,
negocium tam arduum ſuſcepiſſe: duasq; res maximas conari, ut & de ſtatu
Græciæ orationem habeam, & tibi dem conſilium. Nam ego ut nunquam
geſsi rempublicam (qua quibus de cauſis abſtinuerim, dictu operoſum fue
rit) ſic nemo negabit opinor, me eius doctrinæ, quæ res minutas deſpicit,
arduasq; perficere conatur, non eſſe inopem & imperitũ. Quare abſurdí ni
hil fuerit, ſi ego, quid publicè proſit, aliquãto acutius perſpexero, quàm illi
qui iſthic habitant, magnaq; in tuo regno autoritate & gloria florent. Sta-
tim autẽ palàm faciemus (cuius rei aptiſsimus teſtis ipſa erit oratio) quid de
noſtro ingenio & hoc cõſilio ſit ſentiendum.

[illegible] quæ ſibi autoritatẽ conciliat.

Oratio ingenij teſtis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE II.

Tres ſunt huius epiſtolæ partes. Primùm dehortatur Philippum à bellandi temeritate, de qua Cicero etiam ſic ſcribit: Temerè autem in acie uerſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt. Sed cum tempus neceſsitasq; poſtulat, decertandum manu eſt, et mors ſeruituti turpitudiniq; anteponenda. Deinde perſuadere conatur, ut regi Perſarum bellum inferat: poſtremò hortatur, ut populi Athenienſis amicitiam expetat, & de Græcis omnibus bene mereatur.

ISOCRATES PHILIPPO S. D.

Officij ſui eſſe ut Philippum potius moneat, quàm ut laudet.

EQuidem ſcio, ſolere gratiores eſſe omnibus laudatores, quàm mo
nitores: præſertim ſi quis præcipiendi munus, nõ rogatus, ipſe
ultrò ſuſcipiat. Ego uerò, niſi prius optimo ſtudio te monuiſ-
ſem, ijs de rebus, quæ officij tui eſſe maximè uidebantur: fortaſ B
ſe nunc de rebus geſtis & ſucceſsib. tuis diſſerere inſtituerem.
Sed quia mihi propoſitum eſt, rerum tuarum gerere curã, cùm patriæ meæ
cauſa, tum propter totius Græciæ utilitatem: turpe mihi ducerem, poſtquã
de rebus non perinde neceſſarijs conſilium tibi dedi, nunc de longe graui-
oribus nullam facere mentionem. Tum enim gloria tantum agebatur. hæc
uerò ad ſalutem & incolumitatem tuam pertinent: quam neglexiſſe uiſus
es omnibus, qui conuicia in te dicta audiuerunt. Nemo enim eſt quin ſta-
tuat, te in adeundis periculis magis eſſe temerarium, quàm regia dignitas
patiatur: & de laude fortitudinis, quàm de ſumma rerum, plus ſollicitũ eſſe,
improbet. Atqui æquè turpe eſt, & hoſtibus circumdatũ, ſtrenuè pugnan-
do alijs non ſuperiorem eſſe: &, quum nulla talis urget neceſsitas, in ea te
diſcrimina conijcere, quib. ſuperatis nihil memorabile geſſeris, interfectus,
omnes opes & imperium ſimul amittas. Neq; uerò ſemper præclarũ haben
dum eſt, in bellis oppetere: ſed quando id fit pro defenſione patriæ, parentũ
& liberorum, laudabile eſt. Quum uerò talis obitus & his omnibus nocet,
& ſuperiorum temporum præclaris facinorib. proſperiſq; ſucceſsib. labem
& maculam aſpergit, turpis habendus & fugiendus eſt, ut ignominiæ con
ciliator. Eam in gerendis bellis rationem tibi ſequendam cenſeo, qua urbes
utuntur. Nam hæ omnes, quando aliquò mittunt exercitus, rempublicam
& ſenatum de præſentibus periculis deliberantem, in tuto collocare ſolẽt.
Vnde id etiam euenit, ut ſi qua plaga fuerit accepta, non tamen unà poten-
tiam omnem amittant, ſed & multas clades perferre, & tandẽ uires ſuas re-
cuperare poſsint. Quod & tibi propoſitum eſſe debet: neque ullum maius
bonum exiſtimandum, quàm ſalus & uitæ conſeruatio, ut etiam uictorijs,
quæ tibi contigerint, rectè uti queas. Non'ne uides, quanta ſit Lacedæmo-
niorum, de

Propoſitio: Non temerè uitæ periculũ eſt adeundum

Oppetere in prælijs, quando laudabile, quando turpe ſit.

Ciuitatum exemplum Philippo imitandum.

A niorum,de regum incolumitate,ſollicitudo: adeò ut præſtantiſsimi ciues *Lacedæmo-*
illorum ſatellites eſſe dignentur. Turpius quidem apud illos ducitur, à ca- *nij regum ſalu*
pite regum uitæ periculum non depellere,quàm clypeos abijcere. Neq; il- *tem tuentur.*
la etiam ignoras,quæ Xerxi Græcos opprimere ſeruitute conato, & Cyro, *Rege incolu*
qui fratri Perſicum regnum eripere ſtuduit, acciderunt. Alter enim tan- *mi ſalua res*
tis prælijs uictus,tot cladibus affectus, ut nullum ſimile exemplū quiſquā *eſt.*
norit:tamen,quia uitam ſuam cōſeruarat,non ipſe regnū modò recupera- *Xerxes.*
uit,ſed idem filijs ſuis reliquit:& Aſiā ita firmauit,ut nunc nihilo minus ſit,
quàm prius formidabilis. Cyrus uerò,uictis omnibus regis exercitibus, & *Cyrus.*
ſumma rerum potitus,temeritate ſua non ſeipſum duntaxat tanto imperio
priuauit,ſed & milites ſuos in ſummas clades coniecit. Innumeros comme
morare poſſem,qui quum maximorum exercituum duces eſſent, quia ipſi
immaturè perierunt,unà ſecum multas myriadas in exitium traxerūt. Hæc *Concluſio.*
exempla tibi conſideranda ſunt, ut eam fortitudinis laudem,quę cū uecor-
dia & intempeſtiua ambitione coniuncta eſt,non appetendā iudices:neq;,
quum alioqui regum imperijs multa pericula impendeant,tute ipſe inſuper
alia ignobilia & militaria diſcrimina tibi accerſas:neq; cum illis certes, qui *Altera pars.*
aut uitā calamitoſam perdere uolunt: aut, ut maius ſtipendium impetrent, *Bellum regi*
temerè in pericula ſeſe conijciunt. neq; eam gloriam deſideres, quæ tibi cū *Perſarū. eſſe*
alijs multis & Barbaris & Gręcis communis ſit:ſed hanc,cuius tanta ſit am *inferendum.*
plitudo,ut tibi ſoli ex omnibus noſtri ſeculi hominibus contingere queat.
neq; eius generis uirtutes nimis adames,quæ hominibus etiam cōtemptis
et improbis haud negatę ſunt:ſed illas,quibus nemo malus participet. neq;
B bella geras obſcura,et moleſta,quum honorata & ſuauiora ſuſcipere liceat:
neq; talia,per quæ tibi coniunctiſsimos moleſtijs & ſollicitudinib. afficias:
hoſtibus uerò tuis magnā ſpem ſubminiſtres,id quod nunc quoq; abs te fa
ctum eſt. Sed Barbaros iſtos,cum quibus nunc dimicas,tantiſper ſuperaſſe
& ſubmouiſſe ſuffecerit, ut nullis amplius incurſionib. ditionem tuam in-
feſtent. Iſte uerò,qui nunc Magnus Rex appellatur,è ſolio ſuo deturbādus *Votum.*
eſt,ut & gloriam tuam amplifices,& Græcis oſtendas,cum quibus bella ge
renda ſint. uehementer autem optarim,me hæc ad te ſcripſiſſe ante ſuſceptā
expeditionem,ut uel ſi paruiſſes,in tantum periculum non incidiſſes: uel,
ſi mea monita neglexiſſes,ego non uiderer eadem ſuadere quæ nunc,euen
tu magiſtro edocti,omnes probant. ſed ut exitus teſtaretur, uera & recta fu
iſse mea de hiſce rebus conſilia. Cum uerò huius diſputationis ea natura ſit, *[illegible], id*
ut largam dicendi materiam præbeat, ego pluribus uerbis non utar, quòd *eſt præciſio,*
exiſtimo, & teipſum, & ex amicis tuis uiros honeſtiſsimos,facile q; multa *ſeu reſectio.*
uolueritis,ad hæc adiecturos. Præterea uereor,ne fuerim in hoc loco tra-
ctando curioſior. Nam dum paulatim progredior, non animaduerti, me,
neglecta epiſtolæ breuitate,in iuſtæ orationis prolixitatem incidiſse. Quæ *Tertia pars,*
quanquam ita ſunt,non tamen præterire debeo,quæ de noſtra urbe dicen- *Athenienſiū*
da ſunt:ſed danda eſt opera,ut te adhorter,ad cōtrahendam cum ea familia- *amicitiam Phi*
ritatem,& ut eius opera utaris. Opinor enim eſse multos,qui nunciēt, atq; *lippo eſſe expe*
dictitent,non odioſiſsima tantum quæ in noſtris concionibus & congreſ- *tendam.*
ſibus de te iactata ſunt, ſed qui etiam quædam ex ſeſe comminiſci & affin *Calūnias debe*
gere non dubitent. Minimè autem te illos auſcultare decet. Nam abſurdū *re negligi.*
fuerit,noſtrum populum à te reprehendi,quòd calumniatoribus facilè au-
res præbeat:& interim teipſum illos magnifacere, qui artem calumniandi
tenent,& exercent. Satis enim intelligitis,iſtos,quo facilius ciuitatem no-
ſtram à plebeijs hominibus in quamuis poſſe traduci partem aſſerunt, eo *Inuerſio.*
tibi magis opportunā ipſam eſſe oſtēdere. Nam ſi hi,qui nulla in rempub-
licam beneficia conferunt, ſolis uerbis quicquid uolunt impetrant: qui

conſentaneum eſt, te, qui ipſis factis (uelis modò) nos plurimum iuuare po A
Importuna defenſio Athenienſium.
tes, nihil à nobis conſecuturũ? Sed uideo acerbis noſtræ urbis accuſatorib.
illos eſſe opponendos, qui Athenienſium omnia eſſe dicunt: neqꝫ minus
illos qui aſſerunt, Athenienſes nemini unquam, neqꝫ magna, neque parua
Athenienſium amicitiã Philippo non tam caritatis, ꝗ utilitatis cauſa eſſe ambiendam.
ulla in re feciſſe iniuriam. Abſit autem, ut ego tale aliquid dicam. Nam quũ
alij nec deos omni culpa & crimine uacare putent, ego erubeſcerẽ gloriari
nos nihil unquam deliquiſſe. Illud tamen dicere non uerebor, te nullam a-
liam urbem inuenturum, quæ uel Gręcis iuuandis, uel imperio tuo ſtabili-
endo magis opportuna ſit. Quod tibi eſt diligenter conſiderandum. Nec
enim tantum ſocietate tecum inita, ſed ſi ſaltem amica tibi eſſe uidereĩ, ma-
ximas tibi utilitates allatura eſt. Nam & hos qui nunc tibi parent, ſi non ha
bebunt ad quos confugiant, in officio facilius continebis: & Barbarorum
quoſcunqꝫ uolueris, celerius ſubiges. An uerò talis beneuolentia non ala-
criter expetenda eſt, qua fretus, non præſens tantum imperium ſecurè te-
Illuſtrium urbiũ beneuolentia potior eſt, quàm mercenarij milites.
neas, ſed amplam etiam ditionem ſine periculo inſuper acquiras? Miror
equidem eorum principum rationes, qui magnis ſumptibus milites mer-
cenarios conducunt, & in id hominũ genus temerè pecunias profundunt,
à quibus & ipſi norunt, plures ex his qui illis crediderunt, eſſe proditos ꝗ
conſeruatos: tam uerò potẽtis urbis adiungere ſibi ſtudia & beneuolẽtiam
non conantur: quæ cum ſingulas urbes, tum uniuerſam Gręciam, ſæpe iam
Athenienſes ita eſſe tractandos, ut Theſſalos.
conſeruauit. Illud cogita, multos laudare tuam prudentiam, quòd ſeruata
iuſticiæ regula, Theſſalorum utilitati & commodis conſulueris, qui quidẽ
uiri ſunt non facilimis ingenijs, ſed animoſi & ſeditioſiſsimi. Iſthæc eadem
ratio de nobis etiam erit ineunda, quum ſcias, ut regionem Theſſalorum,
ſic Athenienſium potẽtiam tibi eſſe finitimam. quam tibi omni ſtudio ad-
Beneuolentia præſtat uiolentiæ.
iungere debes: quum ſit multo pręclarius, beneuolentiam et animos ciuita
tum capere, ꝗ mœnia. Hoc enim nõ modò inuidioſum eſt, ſed quicquid ſit B
huius generis, exercitibus plerunqꝫ adſcribitur. At ſi hominum animos ti-
bi conciliabis, eorũqꝫ beneuolentiã collegeris, ſapientiã tuam mirabuntur
Iſocrates autoritatem ſibi adiungere nititur.
omnes. Hæc quæ de urbe noſtra diſſerui, affirmanti mihi iurè credes. Satis
enim conſtat, me adeò meis ciuibus aſſentari non ſolere, ut nemo ſit omniũ
qui ſępius eos & acrius reprehẽderit. Neqꝫ etiã in magno precio ſum apud
uulgus, & temerarios tam hominũ quàm rerum æſtimatores: ſed illorũ alijs
Similis Iſocratis & Philippi fortunæ: cauſæ diſsimiles.
ignotus, alijs inuiſus æquè ac tu. Hoc tamẽ inter nos intereſt, quod tibi pro
pter opes & potentiã inuident: mihi ob hoc, quòd illis me ſapientiorẽ eſſe
profiteor: pluresqꝫ ſunt, qui mea cõſuetudine, quàm illorũ nugis delecten-
tur. Vtinam uerò tam facilè mihi eſſet, ꝗ tibi, conceptã de nobis uulgi opi
Philippum facile poſſe uitare inuidiam.
nionẽ abolere. Iam uerò id facere, in tua manu eſt, ſi modò uolueris: mihi ue
rò cùm propter ſeniũ, tum plurib. alijs de cauſis, boni fortuna mea cõſulen-
da eſt. Quare non uideo, plura dicere quorſum attineat: hoc tamen addã, li
Epilogus.
cere uobis, ut de Græcis bene merentes, eorumqꝫ beneuolentia florentes,
ueſtrũ imperium pręſentemqꝫ fœlicitatẽ ſtabiliatis, atqꝫ in tuto collocetis.

IN III. EPISTOLAM ARGVMENTVM.

Hortatur Philippum, ut relictis rebus omnibus, regi Perſarum quamprimum bellum inferat.

ISOCRATES PHILIPPO S. D.

Repetit argumentũ Philippicæ orationis.
EGo, etiam cum Antipatro, & de noſtræ urbis & tuis commo-
dis, ſatis, ut mihi perſuadeo, copioſè diſſerui. Volui tamẽ ad te
quoqꝫ ſcribere, quid, pace iam facta, mihi agendũ eſſe uideaĩ,
nõ multũ abſimilia his quę in oratione perſcripta ſunt: ſed mul
to breuius, & maiore compendio. Tum enim ſuadebã & hor-
tabar, ut compoſitis noſtræ urbis & Lacedæmoniorum & Thebanorũ Ar-
giuorumqꝫ

A giuorumq; controuerſijs, Græcos in concordiam redigeres: exiſtimans, ſi
id à principſbus ciuitatibus impetraſſes, quamprimùm reliquas quoq; ſecu
turas. Ac illo quidẽ tempore alius erat rerum ſtatus. Nunc uerò in eo loco
ſunt, ut ſuadere nihil ſit neceſſe. Nam propter commiſſum prælium, omnes
coacti ſunt ad ſanam mentem redire: & ea deſiderare, quæ per te & agi &
dici oportere cenſebam: quod ſcilicet, omiſſa inſania & auaricia, qua con-
tra ſe mutuò graſſabantur, bellum eſſet in Aſiam transferendum. Præterea
illud etiam complures ex me requirunt, utrum ego tibi ſuaſerim, ut expedi
tionem ſuſciperes contra Barbaros: an uerò, quum tu iam id decreuiſſes, e-
go ſententiæ tuæ approbator acceſſerim. Ego uerò quum nunquam hacte
nus te conuenerim, nihil me de hoc comperti habere dico: ſed putare tamẽ,
te id iam antea conſtitutum habuiſſe: me tuis deſiderijs ſuffragatum eſſe.
Hæc illi audientes, me rogabant, ut te hortarer, ne mutares conſilium. Nun
quam enim edi poſſe illuſtriora facinora, uel Græcis utiliora: neque unquã
poſſe dari meliorem rei gerendæ occaſionem. Si igitur ea, qua olim florui,
facultas ingenij mihi ſuppeteret, neq; ſenectutis imbecillitas omnes uires
ademiſſet, non per literas tecum agerem, ſed coràm te extimularẽ & cohor
tarer ad hoc negociũ ſtrenuè ſuſcipiendum. Nunc ut poſſum te hortor, ne
hæc negligas, nec deſiſtas prius quàm rem omnem confeceris. Eſt autem, al
terius alicuius rei cupiditate inſatiabili æſtuare, non honeſtum. Nam ple-
riſq; probatur mediocritas, & moderatio. At magnam illuſtremq; gloriam
deſiderare, nec eius unquam capere ſatietatem debent, qui alijs multum an
tecellunt: id quod tibi contigit. Tum autem ad famæ tuæ ſplendorem ni-
B hil poſſe accedere putato, eamq; rebus tuis geſtis parem ac dignã fore, quũ
Barbaros (illis exceptis qui ductum & auſpicia tua ſequentur) Græcis ſer-
uire coegeris: illumq; regem, qui nunc magnus appellatur, eò redegeris, ut
mandatis tuis obediat. Hic autem rerum ſtatus nunc eſt, ut hæc tibi perfi-
cere ſit multo facilius, quàm eam potentiã & gloriam adipiſci, quam ex aui
ti regni poſſeſsione tenes. Neq; enim quicquã tibi eſt reliquum, niſi ut de-
us fias. Ego uero ſenectuti meæ ob hoc unum habeo gratiam, quod eò uſq;
produxit uitæ meę tempus, ut quę adoleſcẽs animo agitaui, & ſcribere ſum
aggreſſus, tum in Panegyrica, tum ad te miſſa oratione, eorũ alia nunc per
te geri & adminiſtrari uideo, alia deinceps perficienda eſſe ſpero.

Græciæ conſenſus. *Iſocrates belli Barbarici uel ſuaſor, uel approbator.* *Græci cupidi expeditionis Barbaricæ.* *Excuſat ætatem ſuam.* *Propoſitio: quamprimùm oppugnandos eſſe Barbaros.* *Honeſta fama ſemper augenda.* *A facili.* *Gaudium Iſocratis de Philippi conatib.*

ARGVMENTVM EPISTOLAE IIII.

Diodotum diſcipulum & amicum ſuum, unà cum eius filio egregiè commendat. & ſubobſcurè Philippum monet, ut ſapientes conſiliarios ſibi adiungat, & amicorum in admonendo libertatem gratam habeat.

ISOCRATES PHILIPPO S. D.

QVanquam apud nos periculoſum eſt, literas mittere in Macedo
niam, non modò nunc quum bellum uobiſcum gerimus: ſed tũ
etiam fuit, dum pax erat: ego tamen ad te ſcribere de Diodoto
inſtitui. æquum eſſe exiſtimans, ut magnifaciam cùm omnes
diſcipulos & familiares meos, qui inſtitutione & amicitia noſtra ſe di-
gnos præbuerunt: tum uerò hunc in primis, & propter beneuolentiã erga
me ſingularem, & morum integritatem. Maximè autem uellem, eum per
nos fuiſſe commendatum. Poſtquam uerò aliorum opera illi aditus ad tuã
noticiam patefactus eſt, hoc mihi relinquitur, ut de ipſo teſtimonium dicã:
& eam noticiam, quæ inter te & illum eſt, confirmem. Nam quum multi &
uarij uiri, atq; ex illis pleriq; gloria celebres, mea doctrina & familiaritate
ſint uſi: alij præ cæteris omnibus eloquentia, alij prudentia & rerum geren
darum dexteritate claruerunt: alij uitæ quidem modeſtia & ſuauitate morũ

Cauſa cõmendãdi Diodoti. *Teſtimonium potius quàm commendatio.* *Diodotus eloquẽs, integer, actuoſus.*

commendati ſunt,ſed ad alios uſus & actiones prorſus inepti. At huic ea A
fœlicitas ingenij contigit,animiq; præſtantia,ut in his quæ diximus omni-
Aſſeueratio. bus ſit abſolutiſsimus. Neq; ego hæc dicere auderem,niſi & ego ipſum ab
omni parte perſpectum haberem : & omnino putarem te idem cogniturū,
partim ex familiaribus cum eo congreſsibus,partim ex his quibus ipſe no-
tus eſt,audientem. Quorum nemo erit,niſi ſupra modum ſit inuidus, quin
fateatur,eum eloquentia & conſilijs nullo eſſe inferiorem,uirumq; iuſtiſsi-
mum & modeſtiſsimum, & ab auaricia alieniſsimū,atq; in uitæ conſuetudi
ne ſuauiſsimum hominem,& diſertiſsimum. Ad hæc, magnam eſſe in ipſo
παῤῥησία, libertas in dicendo. dicendi libertatem,non illam importunam & indecoram,ſed hanc,quę me
ritò maximum ſignum eſſe putatur beneuolentiæ erga amicos:quā ex prin
cipibus hi qui tantos animos habēt,quantos imperij maieſtas requirit, tan
Principum leuium delicatæ aures. quam utilem uenerantur: at qui ſunt imbecillioribus ingenijs, quàm po-
tentiæ,qua ſuperbiunt,amplitudo poſtulat,ut moleſtam auerſantur. quaſi
uerò per eam cogantur aliquid contra ſui animi uoluntatem facere: ignari
nimirum,quotquot,quum de utilitate deliberatur,aduerſari audēt,hos ma
ximam ipſis poteſtatem dare,ea quę uolunt faciendi. Conſentaneum enim
Aſſentatio pernicioſa. eſt,eos qui ad gratiam loqui omnia ſtudēt,non modò regum imperia, quæ
multa(idq; aliter fieri nequit)pericula ſecum trahunt,firmare nō poſſe: ſed
Vera libenter audienda. nec libertatem rerumpublicarum,quę aliquanto tutiores ſunt,tueri. Decet
autem, ut qui propter audiētium utilitatem liberè quæ ſentiūt,dicunt,mul
ta conſeruare poſsint,quæ alioqui peritura uidebantur. His de cauſis ęquū
eſt,ut apud omnes magnos principes maior ſit eorum qui uera dicere non
Diodotum ueriua et liberius monētem, Aſiæ proceres ferre non potuerunt. dubitant, autoritas: quàm horum qui ad gratiam quidem omnia, ſed nihil
gratia dignum loquuntur. Fieri tamen ſolet,ut illi apud pleroſq; minore in
precio ſint, quàm aſſentatores. Eaq; iudiciorum peruerſitas,etiam Diodo-
tum,apud quoſdam Aſiæ proceres afflixit. quorum commodis,quum mul B
tis in rebus conſuluiſſet,non dandis modò conſilijs,ſed rebus etiam geren
dis,adeundiſq; periculis: quia tamen liberius eos officij ſui monebat, om-
nem eorum gratiam effudit: & tum honoribus,quos in patria tenuit,ſpolia
Diodotus aulicæ gratiæ inconſtantiam metuit. tus eſt,tum ampliſsimorum ſpe præmiorum decidit. Plus itaq; ualuerunt
leuiſsimorum hominū adulationes, huius tanti uiri meritis et beneficijs.
His de cauſis, tametſi ad uos ſe conferre ſubinde deſiderauit, ſemper ta-
mē neſcio quo timore eſt retardatus. non quòd omnes in altiore dignitatis
gradu collocatos,eoſdem eſſe putaret: ſed quia,propter obiectas ab illis dif
ficultates,minus auidè ſpem,quę à uobis oſtendebatur,amplecti audebat.
Piſcator ictus ſapit. In quo idem illi accidiſſe uidetur,quod nauigātium pleriſq;: qui, ubi ſemel
in tempeſtates inciderunt,non amplius ſecuris animis mare ingrediuntur.
Fiducia de Philippo. etſi ſciunt,ſæpe proſperam etiam nauigationem ſolere contingere. Sed
quoniam tibi commendatus eſt,id bene eſſe factum, eiq; profuturū puto.
quod ut exiſtimē, tua in primis manſuetudo facit,& humanitas,quę ab ex-
Benemereri de bonis. teris hominibus prædicatur. Deinde,uos præterire non arbitror, nihil eſſe
neq; ſuauius,neq; utilius, quàm fideles ſimul & utiles amicos parare benefi
cijs: & de talibus uiris bene mereri, propter quos multi etiam alij gratiam
Totius ordinis gratitudo. uobis habituri ſunt. Omnes enim boni & docti, eos qui præſtantib. doctri
na & uirtute uiris honorem habent,non minus laudant & uenerant̄,quàm
ſi in ſemetipſos omnia collata fuiſſent. Verùm opinor Diodotum ipſum
De filio Diodoti. potiſsimum ſuapte induſtria effecturum eſſe,ut ſui curam geras. Autor au-
tem unà cum alijs,etiam eius filio fui,ut ſe ad uos conferret, ac ſemetipſum
uobis tanquam diſcipulum dedens, procedere longius uirtute ac ſapiētia,
ſuiſq; fortunis rectius conſulere niteret̄. Quod ubi ex me audierat,ſe quidē
ueſtræ amicitiæ percupidum eſſe dixit,ſed eodem eſſe erga illā animo,quo

erga

A erga certamina pugilum. Cupere enim ſe in illis uictoria potitum, coronã *Cupiditas, &*
auferre: ſed ad ea propterea deſcendere non audere, quòd ſibi uires & exer *de ſua faculta-*
citationes coronis dignas, deeſſe animaduertat: eodemq́ modo deſiderare *te deſperatio.*
honores à uobis conſequi, ſed eam ſibi facultatem negatam eſſe arbitrari.
Nam & imperitia ſua, & ſplendore ueſtro, ſe percelli & deterreri. Huc acce
dere, corpuſculum quoq; ſuum minus elegans, & reprehenſionibus obno
xium: quod exiſtimet, in multis ſibi rebus impedimẽto fore. Et hic quidẽ *Petitio.*
quòd è re ſua eſſe putabit, id faciet: ſiue autẽ ad uos ſeſe cõtulerit, ſiue quie-
ti ac ocio ſeſe dans, in hiſce locis uerſabitur, curæ tibi eſſe uelim, cùm cæte-
ra quibus indigebit omnia ut ſubminiſtres, tum uerò ut & huius & paren-
tis eius uita & corpora in tuto collocentur. Exiſtimare enim debes, te hunc *A ſuis meritis*
tanquam pignus & depoſitũ habere à ſenectute noſtra (quæ minime cer-
tè negligẽda eſt) & ab ea gloria (ſi quo fortè nomine digna uidebit) qua flo
remus: & ab ea beneuolentia, qua uos per omnem ætatem ſum proſecutus.
Neq; mireris, ſi uel prolixiorẽ ſcripſi epiſtolam, uel aliquid in ea curioſius *Excuſatio*
aut ſenilius diximus. Ego enim, neglectis cæteris rebus omnibus, in hoc u- *prolixitatis.*
num toto animo intentus fui, ut appareret, mihi maximæ curæ eſſe amico-
rum commoda, quos ſumma caritate complector.

ARGVMENTVM V. EPISTOLAE.

Gratulatur Alexandro philoſophiæ ſtudium: eumq́ hortatur, ut eloquentiæ ſtudium, gerendæq́ reipublicæ ſcientiam magis, quàm dialecticas diſputationes, amplectatur.

ISOCRATES ALEXANDRO S. D.

QVum ad patrem tuum literas darem, abſurdè me facturum pu- *Cauſæ ſcri-*
tabam, ſi te, qui in eodem loco cum illo uerſaris, neq; compel- *bendi.*
larem, neq; ſalutarem: neque tale aliquid ad te ſcriberem, quod
B efficeret, ne qui me ignorant, putẽt, me iam ſenio deſipere, aut
prorſus delirare: ſed ingenium, quod adhuc mihi reliquum eſt,
nec unà cum uigore corporis interijt, non indignum eſſe ea facultate, qua
florui, dum iunior fui. Prædicari autem ab omnibus audio, te & ut huma- *Laudes Ale-*
num, & Athenienſibus amicum, & ſapientiæ ſtudioſum: in quo profe- *xandri.*
ctò nõ inſipienter, ſed prudentiſsimè facis. Illo quoq; laudẽ mereris, quòd
ex noſtris ciuibus amare & magnifacere diceris, non eos qui nullũ uirtutis *Familiaritas*
& doctrinæ ſtudium habuerunt, malarum'que rerum cupiditate conſtricti *optimorum.*
tenentur: ſed hos, quorũ diſputationes audiens, nullis moleſtijs afficiaris:
quorumq́ cõmercijs & conſilijs utens, neq; damnis neq; iniurijs afficiaris.
Taliũ enim cõſuetudo prudentib. expetẽda eſt. Porrò inter doctrinarũ ge *Dialecticæ*
nera nec dialecticas quidẽ diſputationes improbare diceris: ſed ſic de illis *diſputationes.*
ſentire, ut eas exiſtimes in priuatis cõgreſsibus permultũ ualere, nõ tamen
uel populi gubernatorib. uel principibus eſſe opportunas. Nec enim expe
dire, nec decere, ut qui dignitate cęteris pręſtant, uel cũ collegis rixẽtur, uel
alijs aduerſandi et contradicendi licentiã dent. Hoc igitur ſtudium te nõ a- *Eloquentia et*
mare ferũt, ſed eloquẽtiæ diſciplinã permagnifacere, qua utimur & in quo *gerendæ reip.*
tidianæ uitæ negocijs, & quum de republica deliberamus. Per hanc id tibi *ſcientia.*
contigit, ut & de futuris rebus prudenter tuis ſubditis, & quid ſingulos fa-
cere deceat, non ſtolidè præcipere poſsis, & de rebus honeſtis & iuſtis, ho-
rumq́ contrarijs, rectè iudicare. Pręterea in ſontes ita animaduertere, ut par
et æquum eſt. Magnam igitur laudem tua ſapientia meretur, qui talibus ſtu *Spes de Ale-*
dijs occuperis. Spem enim & patri & reliquis amicis facis, ubi ætate proceſ *xandro.*
ſeris, & in his actionibus perſeueraris, fore ut reliquos tantum
ſapientia anteeas, quantum pater tuus om-
nibus antecellit.

ARGVMENTVM IN VI. EPISTOLAM.

Primùm cauſas exponit, propter quas ad eos ſe proficiſci non deceat. Deinde ſuadet, ut ciuium beneuolentiam præſtare tyrannidi putent.

ISOCRATES IASONIS LIBERIS S. D.

REnunciauit mihi quidam ex his qui apud uos legationẽ obiue A
Narratio de petitiõe legati runt, quòd eum ſeorſim uocatum rogaueritis, an perſuaderi mi
hi poſsit, ut ſuſcepto itinere, ueſtra familiaritate domeſtica'que
conſuetudine utar. Ego uerò propter Iaſonis & Polyacis hoſpi
Obſequẽdi cupiditas. tium, libenter ad uos uenirem. Noui enim, eum cõgreſſum no-
bis omnibus prodeſſe poſſe. Sed multa me impediunt: & hoc in primis,
Cauſæ cur in Theſſaliã uenire nõ poßit. quòd profectionũ ambages & labores ferre nequeo, & tam grandi ætate
peregrè uictitare indecorum uidetur. Deinde, quòd omnes, audita ea pere
grinatione, iure me cõtemnerent, qui reliquo uitæ meæ tempore, quietem
& ocium ſectatus, in ſenectute demum peregrinari inſtituerem: quum de-
ceret, etiamſi prius alibi uixiſſem, nunc domum feſtinare, poſtquam obitus
tam citò mihi inſtat. Ad hæc (uera enim dicenda ſunt) etiam ciuitatem meã
uereor. Video enim icta cum illa fœdera nõ eſſe diuturna. Quod ſi & erga
uos tale aliquid accideret, quomodo & crimina & pericula effugere poſ-
ſem? id quod difficile admodum eſt. Præterea puderet me, ſiue aliqui puta-
rent uos à me propter urbem meam negligi, ſiue propter uos patriæ ratio-
nem non haberi. Quum autem non communis ſit utilitas, haud ſcio quo-
modo utriſq; gratificari queam. Cauſæ igitur, propter quas ea quæ uellem
mihi facere non licet, tam multæ inciderunt. Neq; tamen decere exiſtimo,
Tranſitio. ut de meis duntaxat ſcribens, res ueſtras negligam. Sed quæ iſthic coràm
diſſeruiſſem, illa eadem nunc ita ut potero, explicare conabor. Minimè ue-
Rem ſeriam à ſe agi. rò putetis, hanc epiſtolam non hoſpitij ueſtri, ſed oſtentationis à me cauſa
ſcriptam eſſe. Non enim ita inſanio, ut ignorem, me hac affecta ętate, melio
ra his, quæ prius edita, & cum plauſu excepta ſunt, ſcribere nequaq; poſſe: B
ſin deteriora protulero, gloriæ meæ multum deceſſurum. Deinde ſi oſten-
tationi ingenij magis quàm ſeriò uobiſcum agere ſtuderem, non hoc argu
mentum ex omnibus delegiſſem, de quo haud difficile eſt aptè diſſerere:
ſed alia longè pulchriora & uberiora reperiſſem. Sed neq; hactenus unq̃
de his mihi placui, ſed ob alia potius quæ pleriq; ignorant: neq; nunc eo a-
Propoſitio. nimo laborem hunc cæpi. Quum uerò uos multis arduiſq; negocijs im-
Autoritatem ſibi conciliat. plicatos eſſe uideam, oſtendere uolo quæ mea ſit de illis ſententia. Ac dan-
di quidem conſilij facultatem ætati meæ adeſſe cenſeo. Nam experientia et
Prudentia ſenum propria. rerum multarum uſus ſenes erudit: atq; efficit, ut quid expediat, acutius q̃
alij perſpicere poſſe uideantur. at de propoſitis rebus, ſuauiter, eleganter et
Se de reb. magis quàm de uerbis laborare. elaboratè dicere, non amplius noſtræ ætatis opus eſt. Proinde hoc mihi ſuf
fecerit, ſi meam ſententiam non diſſolutè prorſus expoſuero. Neq; uerò mi
remini, ſi quid dicere uideor, quod prius audiuiſtis. Nam eorum quædam
fortaſsis etiam inuito in mentem ueniunt: quædam, præſcius inſtituto meo
eſſe idonea, aſſumo. Ineptus enim eſſem, quum alios uideam dicta mea mu
Præceptum rhetoricum, uidẽdum quid, & quo modo dicas. tuari: ſi ego ſolus his, quæ prius ipſe dixi, abſtinerem. Hæc propterea præ-
fatus ſum, quòd id quod primùm occurrit, unum ex peruulgatis eſſe uide-
tur. Soleo autẽ ad noſtræ diſciplinæ ſectatores dicere, ante omnia eſſe con-
ſiderandum, quid'nam oratione et partibus orationis efficiẽdum ſit. Quod
ubi inuenerimus, figuras & ornamenta quærenda eſſe dico, per quæ ea ex-
Idem in deliberando et agendo obſeruandũ poliantur, & finem eum, qui nobis propoſitus fuerat, conſequantur: & hæc
de orationibuus dicimus. Eſt autem idem & aliarum rerum omnium, & ue
ſtræ quoq; deliberationis & actionũ fundamentum. Non enim fieri poteſt
ut quic-

A ut quicquam prudenter agatur, niſi hoc primùm ſingulari ſapientia cogitaueritis, & conſtitueritis, quales uos in poſterum præbere uelitis, & quomodo uitam ueſtram inſtituere, qualemq́ gloriam expetere: & utrum honorē adamare, eum'ue quem ciues ipſi ultrò deferũt, an qui ab iiſdē inuitis extorquetur. *Summa deliberationis.* His iam definitis & decretis, ſingulæ actiones, quæ indies incidũt, conſiderandæ ſunt: & efficiendũ, ut ad eum ſcopũ & finem, qui initiò propoſitus fuit, dirigantur & referantur. Quòd ſi hunc in modum quæretis, ſapienterq́ meditabimini, cogitationes animi ueſtri ad rationē utilitatis, tanquam meta uobis propoſita, accommodabitis, eamq́ magis aſſequemini. *A' fine pendēt omnia.* Sin nullũ tale fundamentũ iacietis, ſed id quod fortuitò incidet, agetis: neceſſe eſt, ut animis ueſtris erretis, & in multis reb. decipiamini & fruſtremini. Fortaſsis autem eorũ aliquis, quos ignauũ ocium et futiles quæſtiones delectant, haſce rationes eleuare atq́ perſtringere conabitur: & ut certi aliquid, expreſsisq́ uerbis, de quęſtione ſuprà agitata dicam, poſtulabit. *Propoſitio plana & aperta, tyrannidē eſſe omittendā.* Itaq́ quid tota de re ſentiam, diſsimulandum non eſt. Mihi ſecurior eſſe uidetur, & melior priuatorum hominum quàm tyrannorũ uita: & iucundiores eos honores eſſe puto, quos principibus uiri liberi & magnanimi habere ſolēt, quàm iſtam uenerationem, quam à trepidis & ſeruitute oppreſsis homunculis extorquet metus. Quanquam autem ſcio fore multos, qui mihi aduerſentur, & aulicos ueſtros atq́ ſatellites in primis: hac de re tamen diſſerendum eſt. *Aulici non principibus, ſed ſibi utilia ſuadent.* Hos enim uos magnopere ad retinendam ſtabiliendamq́ tyrannidem incitare & acuere opinor. Non enim rei naturam uniuerſæ, nec ab omni parte intuētur: ſed hallucinantur, & in errores ipſi ſeſe coniiciunt. Autoritatem illi quidem atq́ potētiam & emolumēta & uoluptates uident, iiſq́ ſeſe fruituros ſperānt: ſed turbas & terrores & clades principibus obiici ſolitas, illorumq́ amicis, nõ conſpiciunt. *Bona expetimus, annexa mala non uidemus.* B Idemq́ illis euenit, quod his qui turpiſsima & maximè nefaria facinora committere moliuntur. *Exemplum de facinoroſis.* Etſi enim rerũ prauitatem nõ ignorant, ſperant tamen id commodi quod illis ineſt, excerpere ſe poſſe: pericula uerò & mala omnia rebus annexa effugituros, eamq́ de ſe rationem inituros, ut à diſcrimine omni ſint remotiſsimi, utilitatibus uerò proximi. Si qui igitur ita ſentiũt, illos ego ſua uecordia & ſegnitie beatos eſſe facilè patior. Me uerò puderet in dandis conſiliis, meum duntaxat compendium ſpectare, illos quibus conſulerem prorſus negligere: aut (repudiatis & commodis, & cæteris rebus omnibus, ut quæ ad me nihil attinerent) non optima & utiliſsima ſuadere. *Iſocratis fidelia conſilia.* Mihi igitur ſic auſcultate, ut me hoc eſſe animo non dubitetis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE VII.

Laudat tyranni cuiuſdam clementiam: eumq́ monet, ut in ciues humaniſsimus eſſe ſtudeat. Deinde petit, ut Autocratori cuidam opem ferat.

ISOCRATES TIMOTHEO S. D.

QVa neceſsitudine inter nos coniuncti ſimus, ex multis te audiuiſſe arbitror. *Neceſsitudo.* Gratulor autem & gaudeo, primùm, quòd iſtâ poteſtate pulchrius uteris quàm pater, atq́ prudentius. *Gratulatio.* Deinde, quòd honeſtā famam parandi, quàm magnas diuitias coaceruandi, es ſtudioſior. *Gloria uirtutis umbra.* Non enim paruum ſignum uirtutis oſtendis, ſed quàm fieri poteſt maximum, qui tali animo ſis præditus. Quare ſi ut cœpiſti, paſsimq́ de te dicitur, perrexeris, non defuturi ſunt qui, & ſapientiam tuam, & iſthuc inſtitutum, laudibus celebrent. *Mali patris bonus filius magis laudatur.* Arbitror autem etiā ea quæ de patre tuo dicuntur, momenti plurimum ad hoc eſſe allatura, ut

ſapere,

ſapere,alijſq; præſtare uidearis. Solent enim pleriq; omnes non ita cōmen A
dare & uenerari ex illuſtribus & laudatis patribus natos,ut hos qui patrum
ſæuitiam & immanitatem non imitantur,ſed ab illorum uitijs toto pectore
ſunt alieni. Quicquid enim boni mortalibus præter expectationem & con
ſuetudinem offertur,id omnibus in rebus longè gratius eſt, quàm ea quæ
Inexpectata gratiora ſunt.
uſitata & legitima ratione contingunt. His igitur conſideratis, quærendū
Adhortatio ad clementiam
tibi,& ſollicitè cogitandū eſt,quibus modis,quorumq; auxilijs,& quorum
cōſilijs utens,tum urbis calamitates emendes, tum ciues ad beneficentiam
& modeſtiam cohorteris:atq; efficias, ut & ſuauius & ſecurius æuum exi-
gant, quàm ſuperiori tempore. Nam hæc officia ſunt bonorum prudenti-
Tyrannorū ſtudia.
umq; principum. Quibus nonnulli contemptis,in id unum intenti ſunt,ut
cum ſumma licentia uoluptates atq; libidines ſuas expleant: eiectiſq;, aut
interfectis ciuibus optimis,& prudentiſsimis,reliquum uulgus exactioni-
Principū officia.
bus deglubant. Ignorant illi nimirum, quod in primis ſciendum ac tenen-
dum erat,decere,ut uiri prudentes in hoc honorū & dignitatis faſtigio col
locati,non ex aliorum miſerijs ſuas uoluptates parent,ſed ſua ſollicitudine
& laboribus ciuium fœlicitatem procurent,et augeant. neq; acerbitatem et
ſæuitiam in omnes exerceant,ſuamq; interim ſalutem negligant: ſed ut im
perium tam clementer & iuſtè adminiſtrent,ut nemo illis audeat inſidiari:
& tamen uitam & corpora ſua tanta diligentia muniant, ac ſi omnes in eo-
rum exitium conſpiraſſent. Hac ratione fiet,ut & ipſi extra periculum ſinr,
Timotheus fœlix, qui ſine crudelitate regnum tenere poteſt.
& apud cæteros Grecos gloria floreant. Quibus maiora bona inuenire,dif
ficile eſt. Inter ſcribendum autem in mentem mihi uenit, ſecundiſsima tibi
omnia accidiſſe. Opum enim abundantiam, quæ ſine tyrannide parari ne-
quit,pater multa uiolentia & magnis odijs partam,tibi reliquit. His uerò
bene & humaniter uti,in tua manu eſt: & in eo te ſummo ſtudio elaborare B
Iſocratis conſilia honeſta.
decet. Quæ igitur mihi conſulta uideantur,hæc ſunt. Sic autem res habet,ſi
pecunias magnamq; potentiam & pericula,ſine quibus hæ parari neque-
Boni principes imitandi.
unt,adamas,alij tibi in conſilium adhibendi erunt. Sin tibi harum rerum
abundè eſt,uirtutis uerò & honeſtæ famæ et popularis beneuolētię deſide-
rio teneris: & orationi meæ obtemperandum erit, & cum illis certandum,
qui præclarè ſuas urbes adminiſtrant,non modò ut par illis euadas,ſed etiā
Cleommis Methymnæ princeps.
ut eos ſuperes. Audio autem & Cleommin,qui Methymnæ dominatē,cùm
in alijs actionibus uiri boni & prudentis fungi officio, tum tantum abeſſe
ut quenquam occidat,aut in exilium agat,aut proſcribat, aut ullum ſimile
malum ſuis ciuib. offerat,ut collegæ illius & ciues in ſumma ſecuritate de-
gant, ut patria pulſos ab exilio reuocet,ut reſtitutis poſſeſsiones unde eie-
cti fuerant,reddat: his uerò qui eas tenuerant,tantū pro eis numeret,quan
ti emerunt. neq; his contentus,ciues omnes armis inſtruat,& exornet: ni-
hil metuens,fore quenq; qui nouarum rerum ſtudioſus,inſidias ipſi ſtruat:
quòd ſi qui fortè tam deploratis ingenijs homines aliquid molirētur,mortē
oppetere ſatius eſſe ducit, in tanta humanitate & benignitate erga ciues: q̃
ut crudeliter in eoſdē graſſatus, uitā ultra uſitatum mortaliū terminū pro-
duceret. Plura fortaſſe de his & accuratius tecum diſſeruiſſem,niſi mihi hę
literæ cum magna feſtinatione ſcribendæ fuiſſent. Sed aliàs iterum tibi (niſi
Altera pars. Autocratoris commendatio.
me ſenium prohibuerit) conſilium dabimus. In præſentia uerò de priuatis
rebus agemus. Autocrator,qui literas haſce tibi reddit,eſt mihi familiaris.
Nam & in ijſdem ſtudijs uerſatus, & eius arte uſus ſum: ac deniq; illi autor
Cur à Timotheo potius, q̃ à Clearcho, petat.
fui,ut ad te proficiſceretur. Hiſce omnibus de cauſis,uelim eum honorificè
tractes,itaq;, ut utriq; noſtrûm expedit: ac præ te feras, quicquid officiorū
in eum contuleris,aliqua ex parte mea quoq; gratia fieri. Neq; mireris,me
tam incunctanter ad te ſcribere: à Clearcho uerò nihil unquā petijſſe. Nam
ferè

A fere omnes qui iſthinc ad nos nauigant, te ſimilem eſſe dicunt præſtantiſsimis eorũ qui nobiſcum unà uerſati ſunt. Clearchũ uerò, quo tempore apud nos fuit, fatebantur quotquot rei aliquid cum eo habuerãt, liberaliſsimum eſſe & manſuetiſsimum, & humaniſsimum inter omnes diſcipulos. Poſtq̃ uerò principatum eſt adeptus, ita mutaſſe animum uiſus eſt, ut omnes qui eum prius nouerunt, demirentur. Ob haſce igitur cauſas factus ab eo ſum alienior. Te uerò amo & probo, ac uehementer uelim te nos complecti familiariter. Sed et tu ipſe quamprimùm oſtẽdes, an idem tuus ſit erga nos animus: & cùm Autocratorem commendatum habebis, tum epiſtolam ad nos mittes, qua uetus amicitia noſtra & hoſpitium renouetur. Vale: & ſi quid aliud à nobis præſtari tibi uolueris, ſcribito.

Timothei laus.

Clearchi mutatũ ingeniũ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE VIII.

Petit à Mitylenæis, ut Agenorem muſicum, nepotum ſuorum magiſtrum, ab exilio reuocent.

AD MITYLENAEORVM PRINCIPES.

APharei liberi, mei nepotes, ab Agenore in muſica eruditi, à me petierunt, ut ad uos ſcriberem, ut poſtquam etiam alios nõnullos ab exilio reuocaſtis, & hunc cum patre & fratribus reſtituatis. Quibus ego quum dicerem, uereri me, ne nimis abſurdè & impudenter facere uiderer, qui rem tantam à uiris, cum quibus nihil unquam collocutus eſſem, & nulla mihi interceſsiſſet familiaritas, poſtularem: hac excuſatione audita, rogando magis inſtare cœperunt. Vbi uerò ſpe ſua prorſus fruſtrabantur, omnibus apparebat eos affici moleſtia, & grauiter ferre repulſam. Videns autem eos uehemẽtius dolere quàm decebat, tandem pollicitus ſum, me hanc epiſtolam ſcripturum, & ad uos miſſurum.

Se nepotibus ſuis in ſcribendo gratificatum.

B & hæc habeo quæ dicam, ad excuſandum & deprecandum ſtultitiæ & importunitatis crimen. Arbitror autẽ uos prudenter facturos, ſi & cum ciuibus ueſtris in gratiam redieritis: & operam dederitis, ut exulum numerus minuatur, ſociorum in republica maior fiat: & ut in iſta ſeditione, urbis noſtræ exemplum imitemini. Hoc uerò in primis laude dignum eſt, quòd exulibus ereptas opes unà cum patria reſtituitis. Ita palàm enim oſtenditis, ut nemo dubitare debeat, uos non alienarum opum cupiditate impulſos, ſed reipublicę metuentes, urbe eos eieciſſe. Verùm, etiamſi nihil horum decreuiſſetis, nec ullum exulem reciperetis: è re ueſtra tamen eſſe putarem, ut his de quibus ego ſcribo, patriã redderetis. Turpe enim eſſet, quũ cõſtet inter omnes, ueſtrã urbem peritia muſices omnib. antecellere: et qui in ea arte principatũ tenuerunt, maximamq́ gloriã adepti ſunt, apud uos eſſe natos: eum uerò qui hiſtoria et cognitione huius diſciplinę, noſtrę ætatis artifices ſuperat, tali ciuitate exulare. & quũ cæteri Græci eos qui ſcientia liberaliũ artiũ honeſtisq́ ſtudijs eminent, tametſi prorſus alienos, ciuitate donare ſoleant: uos, quorum apud alios hac de cauſa celebre nomen eſt, ita eſſe negligentes, ut ciuem ueſtrum apud exteros inquilinum agere patiamini. Demiror equidem eas ciuitates, quæ maiora præmia uictoribus in ludis gymnicis decernunt, quàm his qui ingenij ſolertia & induſtria ſua, uitæ aliquid utile repererunt. neq; conſiderant, pedum celeritatẽ, & robur corporis morte abſumi: at artium eam naturam eſſe, ut perpetuò durent, ſuiq́ ſtudioſos ſemper iuuent. Hæc prudentibus conſideranda ſunt, ut maximi faciant bonos & iuſtos rerumpublicarum gubernatores. Proximũ honoris gradum ijs tribuant, qui ciuitatibus ornamento & gloriæ eſſe poſſunt. Pleriq; enim ad hoc, tanquam exemplũ & ſpecimen, reſpicientes, reliquos ciues uniuerſos talibus uiris ſimiles eſſe iudicant. Fortaſsis autem dixerit aliquis, ſi qui

Exules reſtituendi.

Bonorũ cum patria reſtitutio.

Muſicos à Mitylenæis debere magnifieri.

Honos artium.

Ingenijs bonos habẽdus.

Boni magiſtratus & eximij artifices maximi faciendi.

Iſocrates de tota Græcia bene meritus.

beneficiũ petant, non rem ipſam tantum eſſe laudandam, ſed oſtendendum A
etiam, ipſos nõ eſſe indignos ea re de qua uerba faciant. Sic autẽ res habet.
Ego reipublicæ adminiſtratione & cõcionibus habendis abſtinui: propte-
rea quòd & uox & audacia me deficiebat. Non tamen omnino nullus mei
uſus, aut nulla fuit autoritas. Sed me his qui ueſtræ & ſociorum dignitati
& commodis patrocinati ſunt, & conſiliarium & adiutorem fuiſſe compe-
rietis. Præterea plura uerba feci de libertate & iure ſuo Græcis reſtituendo,
quàm omnes iſti qui Roſtra crebris concionibus contriuerũt. Pro quibus
meritis uos mihi meritò maximam gratiam haberetis. Nam hunc ſtatũ rei-
publicæ perpetuò deſideraſtis. Arbitror autem ſi Conon & Timotheus
uiuerent, ac Diophantus ex Aſia rediſſet, eos mea cauſa ſtrenuè fuiſſe labo
raturos, uolentes idem mihi à uobis tribui quod ſibimetipſis, ſi ueſtra ope
aut opera indigerẽt. De quib. neſcio quorſum attineat, plura uerba facere.
Nemo enim ueſtrûm ita uel adoleſcẽs uel obliuioſus eſt, quin collata in uos
ab illis beneficia nouerit. Sic autem de hoc negocio rectiſsimè deliberaturi
uidebimini, ſi conſideretis, & quis ſit is qui orat, & pro qualibus hominib.
intercedat. Reperietis enim, me coniunctiſsimũ et amiciſsimum fuiſſe his,
qui uos & alios ſummis beneficijs affecerunt. Eos uerò pro quibus interce
do, eius generis eſſe homines, qui nec ſenioribus & magiſtratu fungentib.
moleſti ſint: & adoleſcentes ſtudijs iucundis, utilibus, & huic ætati conue-
nientib. exerceant. Ne uerò miremini, me tam intrepidè ſcribere, ac tum
de cæteris omnibus, tum de mihi cariſsimis, literas ad uos dediſſe. Nam &
filijs noſtris obſequi, & ſimul oſtendere cupio, etiamſi rempublicam nõ at-
tigerint, ſed mores duntaxat & inſtitutum meum imitentur: fore tamen, ut
apud exteros in precio ſint & magnifiant. Vnum adhuc eſt reliquum, ſi
precibus noſtris locum dare, ut ſpero, uobis uiſum fuerit, ut Agenori & fra
tribus eius ſignificetis, eis mea cauſa ex quadam parte tribui, quæ ſibi tri- B
bui uehementer optant.

Iſocrati uel propter Cononem, Timotheum, et Diophantum eſſe gratificandũ.

Repet.ẜ ſua & Agenoris merita.

Repetit cauſam ſcribendi, & fiduciã ſuã oſtendit.

ARGVMENTVM IN NONAM ET VLTImam Iſocratis epiſtolam.

Dionyſium Siciliæ tyrannum (iuniorem opinor) faſtu & ſuperbia elatum, & philoſophica præcepta utilesꝙ admonitiones aſpernantẽ, obiurgat, et ad moderationem reuocare ſtudet.

ISOCRATES DIONYSIO.

SAtellites, lictores, caduceatores, & altiſsimi ſolij adeptio, ſa-
pientiæ ſtudio tenebras offundunt: nec ulla res eſt, qua uirtus
facilius & celerius exterminetur. Non unà cum fortuna mu-
taſti etiam naturam. adhuc pelliceo ſacco amictus & circũda-
tus es. Nam natiuitatis tuæ primordiũ mortale fuit, et caducũ.
Cur igitur inanis iſta gloriola teſtaceum & fictilem utrem ita inflauit, & tu-
mefecit? Ingenti amentia repletus es, ô infœlix, & naturæ fragilis agnitio-
ne ſpoliatus. Ita'ne uerò te ſublimes iſti & inſtabiles Fortunę motus, à uete
re contẽplatione & doctrina deſciſcere coegerunt? eoꝙ redegerunt, ut mo
deſtam illam diſciplinam deſereres? Fuit olim illuſtris tua moderatio: nunc
uerò humi depreſſa eſt. Fortuna tua peruenit ad ſummum: à falſa igitur fœ
licitatis umbra recede, et fugitiuam fortunã aufuge. Cuius leuitatem
& perfidiam ſi anteuerteris, mutatione ſubitò in-
gruente minus conſternaberis.

Fortunæ ſplẽdor officit eruditioni.

Tyranni nõ ſunt dij.

Non ſuperbiẽdum ob res ſecundas.

Spreta philoſophia.

Minatur ruinam tyranno.

FINIS EPISTOLARVM ISOCRATIS.

VITA

VITA ISOCRATIS SECVNDVM PLVTARCHVM, [redacted]

A ISocratis pater fuit Theodorus pontifex, unus è mediocriũ ciuium numero. Qui, cum ſeruos tibiarum fabros haberet, ex eo opificio tantas opes conſecutus eſt, ut & ędilitijs muneribus fungeretur, & filios liberaliter inſtitueret. Nam alios quoq; habuit, Teleſippum & Diomneſtũ, atq; etiam filiolam. Quapropter Comici poetæ Ariſtophanes & Stratis, eum, ut tibiarum fabrum, exagitarunt. *Natales.* Natus olympiade octogeſima ſexta, prætore Athenis Lyſimacho Myrrhinuſio, Lyſia natu minor annis duobus & uiginti, Platone ſeptennio maior: eruditus eſt in puericia nõ minore cura, quàm quiſquam alius Athenienſium. nam & Prodicum Ceium audiuit, & Gorgiam Leontinũ, & Syracuſanum Tiſiam, & Theramenem oratorem. *Aetas.* *Inſtitutio & præceptores.* *Theramenes* Qui cum à triginta tyrannis comprehenderetur, & ad aram in curia confugiſſet: metu attonitis cæteris uniuerſis, ſolus Iſocrates ſurrexit, ei patrocinaturus. ac primùm diu tacuit. Ipſe deinde Theramenes eum, collaudato eius officio, uerba facere uetuit: teſtatus, priuata ſibi calamitate id fore acerbius, ſi cui amicorum ſua cauſa periculum crearetur. Aiunt etiam, quaſdam illius artes Botonis inſcriptas titulo, eum unà cũ ipſo pertractaſſe, cùm in iudicijs calumnia peteretur. Vbi ad uirilem ætatem peruenerat, remp. capeſſere non auſus eſt, tum quòd uoce eſſet graciliore, tum quòd ingenio uerecundo, tum quòd in bello contra Lacedæmonios patrimonium amiſiſſet. *Cur ad remp. nõ acceſſerit.* Videtur autem alijs teſtimonio dicto ſuffragatus, unicam duntaxat pronunciaſſe orationem de Antidoſi. Porrò priuata exercitatione inſtitu-

B ta, poſt diligentem cogitationem ad philoſophiam & ad ſcribendum, animum adiunxit. ac tum Panegyricum, tum alias quaſdam ſuaſorij generis orationes cõſcripſit: quas partim ipſe recitabat, partim alijs pronunciandas dabat: exiſtimans, ea ſe oratione Græcos ad ſanam mentem reuocaturum, effecturumq; ut rerum neceſſariarũ curam ſuſciperent. *Cur animum ad ſcribendum adiecerit.* Quod cum nõ ſuccedere ac fruſtra eſſe intelligeret, ab eo inſtituto non deſtitit: &, ut quidam aiunt, apud Chios, aperto ludo, nouem diſcipulos habuit. *Ludimagiſter apud Chios.* Vbi, numerata ſibi mercede, cum lachrymis, Nunc me his, inquit, uenundatum eſſe uideo. A' congreſſu & diſputationibus ſuis excluſit neminem: primusq; contentioſas orationes à ciuilibus, quarum ipſe ſtudioſus erat, ſeparauit. *Humanitas.* Conſtituit etiam in Chio magiſtratus, & eandem quę in patria ſua erat, reipub. formam. *Autoritas.* Tantas argenti copias habuit, quantas nemo alius artis oratoriæ profeſſor: ita ut etiam triremes inſtrueret. *Diuitiæ.* Auditores eius fuerunt ad centum: ac præter alios etiam Cononis filius Timotheus, cum quo multis urbibus peragratis, quia literas quæ ad Athenienſes à Timotheo mittebãtur, componebat, ab eo talentum dono accepit de pecunijs, quæ à Samo ſuperfuerant. *Auditores.* Præceptore ipſo uſus eſt, & Theopompus Chius, & Ephorus Cumanus, & Aſclepiades qui Tragœdiarum argumenta congeſsit, & Theodectes Phaſelita, qui poſtea Tragœdias ſcripſit (Huius monumentum extat, ubi ad Cyamitin itur per ſacrã uiam, quæ Eleuſina ducit, quod nunc uetuſtate corruit. Quo in loco idem etiam celebrium poetarum ſtatuas unà cum ſua poſuit: inter quas ſolus Homerus ſupereſt) & Leodamus Athenienſis, & Athenienſis nomotheta Lacritus, atq; (ut quidam aiunt) Hyperides quoq;, & Iſæus. Quin Demoſthenem etiam ferunt diſcendi cupiditate flagrantem, ad eum rhetoricam profitentem, feſtinabundum ac ſerio uultu acceſsiſſe, cõ querentẽ, ſe mille drachmas (quę ſtatuta Iſocratis merces erat) *Demoſthenes*

 numerare

numerare non poſſe: ducentas autem ſolas daturum, ut quintam ſaltem artis partem cognoſcere liceret. Cui reſpõdiſſe fertur in hunc modum Iſocrates: Non comminuere in fruſta ſolemus, ô Demoſthenes, artem noſtram: ſed quemadmodum bonos piſces integros uendimus, ſic ego quoq; tibi, ſi diſcipulus mihi eſſe uolueris, rem uniuerſam numeris ſuis abſolutam, tradam. A

Obitus. Obijt, Chæronida prætore, in palęſtra Hippocratis nuncio de Chæronenſi clade accepto, uoluntaria nece, per quatriduanam inediam, recitatis prius trium Euripidis fabularum primis uerſibus:

Danaus natarum quinquaginta qui parens,
Pelops Piſam profectus Tantalo ſatus,
Cadmus Sidoniæ urbis exulans ſolo.

Natus annos octo & nonaginta, aut, ut quidam aiunt, centum, nec ſuſtinuit Græciam quartùm ſeruitute oppreſſam intueri.

Panathenaicus. Vno anno, uel, ſi alijs credimus, quadriennio antequam mortuus eſt, Panathenaicum cõſcripſit.

Panegyricus At in componendo Panegyrico, à nonnullis decennium, à quibuſdã quindecim annos conſumpſiſſe, eumq; è Gorgiæ Leontini & Lyſiæ orationibus, mutuatus eſſe ac transſcripſiſſe dicitur.

De Antidoſi. *Ad Philippũ.* Orationẽ de Antidoſi, duos & octoginta natus annos: orationem ad Philippum, paulo ante mortem.

Plathane. Iam ſenex: oratoris Hippiæ filia Plathane, uxore ducta, trium eius filiorũ natu minimum Aphareum adoptauit.

Diuitiæ. Magnas opes habuit, non tantũ ex inſtitutione diſcipulorum, ſed etiam à Nicocle rege Cypriorum, Euagoræ filio, uiginti talentis pro ſcripta ad eum oratione acceptis, ditatus.

Trierarchia. Quæ res cum ei peperiſſet inuidiam, ter deſignatus eſt Trierarchus: ac bis quidẽ morbum cauſatus, per filium ſe excuſauit: tertiò uerò, ſuſcepto negocio, nõ paruos ſumptus fecit.

In auarum patrem. Ad patrem quendam, qui dixerat, ſe nihil aliud cum ſuo filio miſiſſe niſi mancipium: Proinde, inquit, abi. Nam duo pro uno mancipio habiturus es. B

Mauſoli encomium. Decertauit etiã in ijs ludis quos Artemiſia Mauſolo fecit. ſed encomium non extat. Helenes præterea ſcripſit encomiũ, & Areopagiticum.

Obitus. E' uita eum exceſsiſſe dicunt: alij, cum nouem, alij, cum cibo quatuor dies abſtinuiſſet, eodem tempore, quo qui ad Chęroneam occubuerant, ſepelirentur. Conſcripſit etiam filius eius Aphareus orationes.

Sepultura. Sepultus eſt apud gentiles ſuos prope Cynoſarges, in tumulo ad ſiniſtram, non modò filius Iſocrates, & pater Theodorus: ſed mater etiã, cũ ſorore ſua noſtri oratoris amita Anaco, & conſobrinus eius Socrates, amitæ Iſocratis Anacus filius, & frater, eiuſdẽ cum ipſius patre nominis Theodorus, & nepotes, adoptiui Apharei filij, Aphareus, & huius pater Theodorus, unà cum uxore Plathane, matre adoptiui Apharei.

Ornamẽta ſepulchrorum. Super his ſex menſæ fuere, quæ interciderunt. In ipſius uerò Iſocratis ſepulchro, pila triginta cubitorũ erecta fuit. ac in illius faſtigio Siren ſeptem cubitorum, ad eloquentiæ ſuauitatem ſignificandam, quæ nunc non extat. Non procul autem abfuit etiã menſa eius, & poetas & præceptores ipſius cõtinens, ac inter cæteros Gorgiam quoq;, in globum aſtrologicum intuentem, aſtante ipſo Iſocrate.

Eleuſinia ſtatua. Dedicata eſt eius etiam Eleuſine imago ærea, in ueſtibulo porticus, à Cononis filio Timotheo, cum hac inſcriptione:

Hanc ſtatuam Iſocratis, uoluit ſacrare deabus
Timotheus, conſtans cultor amicitiæ.

Leochares F.

Orationes. Circumferũtur eius orationes ſexaginta, quarũ (autore Dionyſio,) genuinæ ſunt uigintiquinq;: iuxta Cæcilium, uigintiocto. Reliquæ falſò illi tribuuntur.

Alienus ab oſtentatione. Fuit alienus ab oſtentatione. Cum igitur aliquando tres ad eum audiendum ueniſſent, duos retinuit, tertium dimiſſum poſtridiè redire iuſſit, quòd ſibi tunc theatrum eſſet in adiutorio, Solebat familiaribus ſuis dicere,

A cere,ſe mille drachmis docere: at à quo ipſe doceretur audaciã, et uocis ma
gnitudinem, illi ſe numeraturum decies mille. Interrogatus, quî fieret,
ut ipſe impar facultati oratoriæ,alios ad eloquentiam inſtructos redderet?
reſpondit: Etiam cotes non acutas eſſe,nec incidere,ſed acutũ reddere fer-
rum,aptumq́; ad incidendum. Sunt qui artis etiam præcepta eum ſcripſiſſe
dicant: alij non methodo,ſed exercitatione uſum eſſe affirmant. A' ciue ne-
mine mercedem exigebat. Mandabat ſuis auditoribus, ut concionibus in-
tereſſent: ac ſibi, quæ dicta fuiſſent, recenſerent. Mortem Socratis ęgerrimè
tulit,poſtridieq́; habitu lugubri prodijt in publicum. Interrogante quodã
quid eſſet rhetorica: Eius, inquit, officiũ eſt, & ut magna parua, & parua ma
gna efficiat. Cum aliquando à Nicocreonte Cypriorum tyranno inuita-
tus ad epulas, à conuiuis rogaretur ut aliquid diſſereret: Quarum ego rerũ,
inquit, peritus ſum, hæ nunc locum non habent: quæ uerò nunc locum ha-
bent, earum ego non ſum peritus. Sophoclem tragicum conſpicatus, qui
puerum quendã captus amore ſectabatur: Non ſolum, inquit, manus con-
tinendæ ſunt, ſed etiam oculi. Quum Ephorus Cumanus, re infecta ſcho
lam egreſſus à patre Demophilo, altera pacta mercede remitteretur, Διφο-
ρον eum, id eſt bigam, ſeu biferum per iocum appellauit, ac nihilominus ma
gnum in eo uiro erudiẽdo ſtudium adhibuit, & Chriæ argumentum ipſe ei
propoſuit. Fuit procliuis in uenerem, ita ut longo uelo in lecto uteretur,
& croco madefactum ceruical haberet. Ac in adoleſcentia quidem matri-
monium non contraxit: in ſenectute autem è meretricula, nomine Lagiſca,
filiolam ſuſcepit: quę annos nata duodecim, ante nuptias obijt. Deinde Pla
thanen Hippiæ oratoris filiam, uxorem duxit, tres filios habentem, è quib.
B Aphareum, ut ſuprà dictum eſt, adoptauit, qui eius imaginem, iuxta Iouem
Olympium, tanquam in columna, dedicauit, cum hac inſcriptione:

Effigiem patris hancce Ioui Iſocratis, pietatis
In patrem atq; deos ergô, Aphareus poſuit.

Fertur etiam equo certaſſe, dum puer eſſet adhuc. Dedicata eſt enim eius æ-
rea imago in arce, in area ſacerdotũ Mineruæ, certantis equo, pueri adhuc,
ut quidam dixerunt. Bis in omni uita uocatus eſt in iudicium. Primùm, ad
facultatum permutationẽ, prouocatus à Megaclide, cum quo ipſe, morbo
impeditus, non congreſſus eſt: ſed miſſo Aphareo filio, uicit. Deinde, quũ
Lyſimachus de eadem re litem illi intendiſſet, uictus, triremem inſtruxit.
Eſt autem etiam nunc picta eius imago in Pompeo. Aphareus conſcri-
pſit orationes, ſed non multas, iudiciales atq; ſuaſorias. Fecit etiam tragœ-
dias circiter ſeptem & triginta: de quarum duabus controuerſia eſt. Cum
uerò ſub Lyſiſtrato tragœdias edere cœpiſſet uſq; ad Soſigenem, intra ui-
ginti octo annos urbanas actiones ſex exhibuit, biſq́; uicit actore Diony-
ſio, & per alios alias duas, Bacchanalibus, approbauit, uictoriaq́; potitus
eſt. Theodori & matris ipſius Iſocratis & Anacus ſororis imagines uiſe-
bantur in arce. Matris, iuxta Sanitatis ſtatuam poſita, cum inſcriptione.
Anacus imago non extat. Habuit autem filios, Alexandrum è Cæno, Vſi-
clen ex Lyſio.

Imbecillitas uocis et animi. Coti ſimilis. Docendi ratio. Concionũ narratio. Socratis admirator. Rhetorica. Excuſata in conuiuio taciturnitas. Continendi oculi. Iocus in tardum diſcipulũ. Laſciuia. Filiola. Vxor. Aphareus filius. Equeſtris imago. Trierarchia. Apharei ſcripta. Parentũ Iſocratis & amicæ imagines.

VITA ISOCRATIS E' PHILOSTRATO.

Siren, quæ Iſocratis rhetoris ori cantantis ſpeciem præ ſe ferens,
inſiſtit, argumento eſt, quantam uim ad perſuadendum ille uir
oratorijs legibus & inſtitutis adiecerit, non quòd ipſe compa
ria, contrapoſita, & ſimiliter finita primus inuenerit, ſed quia
inuentis bene uſus eſt. Curam etiam habuit circumductio-
nis, numerorum, cõpoſitionis et ſoni grandioris. Atq; hæc eadem nimirum
Demoſthenis etiam linguam expoliuerunt. Nam Demoſthenes Iſæi quidẽ

Siren Iſocratis. Figuræ & ornamenta.

Demoſthenes quibus rebus præſtet Iſocrati. diſcipulus fuit: ſed admirator & imitator Iſocratis, quem rhythmo, impetu, circumductione, ac celeritate uerborum & ſententiarum ſuperauit. Demoſthenis quidem maieſtas eſt denſior, & cõcitatior: Iſocratis uerò delicatior & ſuauior. Sed exemplum proferamus Demoſthenicæ maieſtatis. A

Ex oratione περὶ στεφάνου. πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα· φέρειν δ' ὅ,τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. id eſt, Omniũ hominũ uita morte finitur, etiãſi quis in corte cõcluſum tueri ſeſe ſtudeat. Fortibus uerò uiris res honeſtæ præclaræq; omnes ſemper aggrediendę ſunt, ſpe bona tanquam clypeo fretis & munitis: & quicquid Dei uolunrate cõtigerit, infractis animis perferendum. Iſocratis uerò maieſtas ſic ornata eſt· τῆς γὰρ

E Panegyrico. γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν, ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος. id eſt: Cum enim terra uniuerſa, quæ cœli circumflexu continetur, in duas ſit diuiſa partes, quarum altera dicitur Aſia, altera Europa, mediam ex fœderibus accepit, perinde ac ſi cum Ioue partitus eſſet imperium.

Iſocrates ſcriptis orationibus reipublicæ profuit. Rempublicã non auſus fuit capeſſere, aut ſeſe ingerere concionibus, cùm quia uox eum deficiebat: tum inuidiæ metu, quæ Athenis maximè illis aduerſabatur, qui ſapientius aliquid quàm reliqui dicerent. Neq; tamen nullum habuit reip. ſtudium. *Oratio ad Philippum.* Nam et Philippũ in oratione ad eum ſcripta recõciliauit Athenienſibus: *Oratio de Pace.* & in oratione de Pace, Athenienſes è mari, quod malè in eo audirent, quaſi retraxit: *Panegyricus* & oratio Panegyrica (quam Olympiæ recitauit, Græcis ſuadens, ut domeſticis diſsidijs omiſsis, expeditionem aduerſus Aſiam ſuſciperent) quanquam elegantia cæteris omnibus antecellit, non defuere tamen, qui ipſum criminarentur, ac ſi in eam illa quæ Gorgias in eodem argumenti genere, magno ſtudio excogitarat, tranſtuliſſet. Verùm inter lucu-

Archidamus. brationes Iſocratis principatum tenent, Archidamus & Amartyrus. Nam B in priore ſtudet excitare Lacedæmoniorũ animos, & poſt Leuctricam cladem erigere. nec ibi nomina tantum exquiſita ſunt, ſed & cõpoſitio ſplendida, & tota oratio ad uictoriam comparata eſt: adeò, ut etiam illius fabuloſa pars de Hercule & bobus, nec inconſideratè inſerta, & ita ſit expoſita, *Amartyrus.* ut quandam præ ſe ferat ueri ſimilitudinem. At Amartyrus robur oſtentat in numeros terminatum. Nam ſententia conſerta ſententiæ, in pariũ mem-

Auditores. brorum periodos deſinit. Auditores huius uiri multi fuere, ſed præſtantiſsimus Hyperides orator. Nam Theopompum Chium, & Cumanum Ephorum, equidem neq; reprehenderim, neq; admirari uelim.

Iſocratem nõ fuiſſe fabrum tibiarum. Qui uerò putant Iſocratem perſtringi in comœdijs, ut tibiarum fabrum, falluntur. Nam pater ipſi Theodorus fuit, quem fabrum tibiarum Athenis appellabant. Ipſe uerò neq; tibias facere norat, neq; aliud quicquã opificij ſordidi. Nec enim Olympię ſtatuam conſecutus eſſet, ſi ullas uiles operas feciſſet.

Obitus. Obijt Athenis fere centenarius: habendus in eorum numero, qui in bello oppetierunt. Nam audita clade, quam Athenienſes ad Chæroneam acceperant, ita uicem afflictæ patriæ doluit, ut præ animi ægritudine moreretur.

ARGVMENTVM IN VITAM ISOCRATIS, deſcriptam à Dionyſio.

Dionyſius hic Halicarnaſſeus, à patria Halicarnaſſo, Cariæ ciuitate, dicitur: quæ nobis Herodotum quoq; dedit. Extant etiam hiſtoriæ Romanæ deſcriptæ ab hoc Dionyſio. Sed in præſenti opuſculo, uitã Iſocratis breuiter perſtringit, ac de illius genere dicendi, prolatis multis exemplis, & collatione ad Lyſiã facta, citra maleuolentiã iudicat. Legẽdus igitur hic libellus eſt, tum ut encomiũ autoris noſtri, tum ut cenſura, demonſtrans quid in eo imitandũ, quid eius uirtutib. & inſtituto in ſcribendo condonandum ſit. Nam imperiti lectores ea ſæpe ſectantur quæ fugienda ſunt, optimis præteritis, niſi peritum itineris ducem inuenerint.

EX OPERE DIONYSII HALICARNASSEI
de Antiquis Oratoribus.

ISOCRATES ATHENIENSIS.

A ISocrates Athenienſis, natus eſt ſexta & octogeſima olympia- *Aetas.*
de, prætore Athenis Lyſimacho, quinquennio ante Pelopon-
neſiacum bellum, duobus & uiginti annis Lyſia natu minor.
Pater ei Theodorus fuit, unus è mediocribus ciuibus, qui famu- *Pater.*
los tibiarum fabros habuit, atq; illo quæſtu ſe ſuſtentauit. Honeſtè uerò *Educatio & ſtudium.*
educatus, & inſtitutus à pueritia, nihilo deterius quàm quiſquam Atheni-
enſium: mox ſumpta uirili toga, philoſophiæ cupiditate flagrauit. Cum igi- *Præceptores*
tur & Prodicum Ceium, & Gorgiam Leontinum, & Tiſiam Syracuſanum;
qui tum ſapientiæ nomine in Græcia celeberrimi erant: & (ut quidam ſcri-
bunt) etiam Theramenem oratorem, quem triginta tyranni, quòd popula
ris uideretur, occiderũt, audiuiſſet: percupidus fuit, cùm dicẽdo, tum agen-
do, adminiſtrandæ reipublicæ. Sed quia natura aduerſabatur, quæ illi, quæ *Vita priuata*
in oratore præcipua ſunt, & audaciam & uocis magnitudinẽ negarat, ſine
quibus adiumentis, ad populum uerba facere nemo poteſt: conſilium illud
ſuum omiſit. Quia uerò gloriam expetebat, & apud Græcos (ut ipſe fate- *Calamo parata gloria.*
tur) excellere opinione ſapientiæ cupiebat, eò confugit, ut ſuas cogitatio-
nes literis mandaret: neq; uerò paruis de rebus, aut priuatis cõtractibus di-
cere, aut uſitata ſophiſtis cæteris argumenta tractare inſtituit: ſed de rebus
Græcorum, regijsq; negocijs, unde ſperabat & urbes florentiores, & homi
nes priuatos uirtute ornatiores fore. Nam in oratione Panathenaica hęc de
ſemetipſo ſcribit. Quamuis autem confuſam dicendi exercitationẽ à Gor *Diſtinctio doctrinarum.*
gia & Protagora ſophiſtis accepiſſet: primus tamen, relictis contentioſis et
physicis diſputationibus, ad ciuiles orationes ſe contulit, & in ea facultate
B conſtanter elaborauit: cuius ipſe, inquit, eum fructum eſſe, ut in ea eruditi,
& deliberent, & dicant, & agant conducibilia. Clariſsimus fuit inter eos *Gloria.*
qui eodem tempore floruerunt: & adoleſcentes, cùm Athenis, tum in reli- *Diſcipuli.*
qua Græcia præſtantiſsimos, erudijt: quorum alij in forenſibus cauſis excel
luerunt, alij in publicis negocijs & adminiſtratione reipubl. alij res à Barba
ris & Græcis communiter geſtas in literas retulerunt, ita ut ſchola eius ue-
luti colonijs eloquentiæ deducendis, imaginem quandam ciuitatis Athe-
nienſis repræſentaret. Vnde etiam tantas opes adeptus eſt, quantas nemo *Opes.*
alius qui è profeſsione philoſophiæ rem fecit. Obijt, prætore Cheronide, *Obitus.*
paucis diebus poſt prælium ad Chæroneam commiſſum. Vixit annos no-
naginta octo. Ita enim decreuerat, ſe reipublicæ cladibus ſupereſſe nolle:
cum incertum adhuc eſſet, quomodo fortunam laturus eſſet Philippus, ſu-
ſcepto Græciæ principatu. Quæ igitur ſcripta de eo comperimus, ſumma *Iudicium de*
tim hæc ſunt. Dictio uerò qua uſus eſt, hunc ferè characterem habet. Pura *genere orationis.*
eſt non minus quàm Lyſiæ dictio, neq; ullum temerè nomen ponit: ſum-
mumq; ſtudium habet communis & uſitatiſsimæ dialecti. Hæc enim non
admittit obſoletorum & obſcurorum nominum inſolentiam. Quod uerò *Iſocrates in quibus Lyſiæ ſimilis & diſsimilis.*
ad tropos attinet, nonnihil à Lyſiæ dictione diſtat, & mediocriter tempera
ta eſt, & perſpicuitatem & euidentiam eandem habet, morataq; eſt & pro-
babilis. Non uerò ita rotunda eſt, ut illa, nec ita denſa & ad certamina foren
ſia appoſita, ſed ſupina magis atq; elumbis, & copioſe fuſa: neq; etiã ita bre
uis, ſed & ueluti claudicãs, & iuſto tardior (eius rei quæ cauſa ſit, paulo pòſt
dicam) neq; etiam compoſitionem præ ſe fert naturalem illam & ſimplicẽ,
et acrem, ut Lyſiana: ſed comparatam magis ad grauitatem faſtuoſam & ua
riam, quæ quidem eſt aliquando quàm illa decẽtior, aliquando affectatior.

Hic enim

Iſocrates pompæ aptior, quàm pugnæ.

Granditas unde orationi accedat.

Iſocrates quibus rebus uincatur à Lyſia.

A Hic enim uir ornatum uerborum undiqꝫ conſectatur:& magis in eo elaborat,ut eleganter,quàm ut ſimpliciter dicat.Nam & concurſus uocalium,ut qui ſonorum harmonias ſoluant,& lenitatem pronunciationis turbent, cauet,& circumductione ac circulo complecti ſententias numeroſo prorſus & à uerſu parum diſtanti,conatur. & eſt ad legendum,quàm ad utendũ,accommodatior. Ad oſtentationem quidem in ludorum celebritatibus, & contemplationem è manu,non abſurdæ,nec incommodæ ſunt eius orationes,ſed à forenſi ſtrepitu,concionumqꝫ procellis remotiſsimę.In cauſa hoc eſt, quòd multum in illis acrimoniæ & affectuum eſſe oportet:id quod minimè recipit ac patitur circumductio. Nam & ſimiliter finita, et cõparia, et antitheta,& uniuerſus talium figurarum mundus , multus apud ipſum eſt, auriũqꝫ ſæpe faſtidijs adhæreſcunt ornamenta ſine modo cumulata,& compoſitionem reliquam ſtructuramqꝫ orationis impediunt.In uniuerſum aũt, cum autore Theophraſto tria ſinr,è quibus dictioni granditas & ſplendor & magnificentia quædam accedat: primùm,delectus uerborum : ſecundo loco, quæ ex his exiſtat harmonia:poſtremò,figuræ quibus hæc includañt: optimum delectum habet,& nomina commodiſsima ponit:affectatè uerò coniungit eadem,muſicum quendam concentum captans,& figuras adhibet tumidas:unde ſæpe friget,uel quia figuras illas lõgius accerſit,uel quia rebus non ſatis congruentes miſcet,uel quia modum excedit. Hæc porrò ſæpe dictionem illi producunt lõgius, dum includere periodis omnes ſententias,et ijſdem figurarum formis complecti periodos nititur,perpetuoqꝫ captat numerorum concinnitatẽ. Nec enim omnia recipiunt uel eandem longitudinem,uel ſimiles figuras,uel pares numeros . Quare fieri non poteſt,quin explendi gratia uoces inculcet,quarum nullus eſt uſus : & lõgius quàm expedit,orationem extendat.Neqꝫ uerò ſic hæc accipi debent,quaſi perpetua illi eſſe dicam.non ita inſanio . Nam interdum & ſimpliciter uo- B cabula iungit,& circumductionem egregiè,utqꝫ natura ipſa fert, ſoluit: & operoſas figuras & tumidas fugit,idqꝫ in ſuaſorijs & forenſibus orationib. potiſsimum.Sed quia pleruncꝫ numeris ſeruit,et circulo citcumductionis, atqꝫ elocutionis elegantiam in redundantia quadam eſſe poſitam putat,generalius hæc de eo pronunciaui.His igitur aio dictionem Iſocraticam à Lyſiaca uinci:nec parem etiam ſuauitatem habere.Floridus quidem eſt, ut ſi quis alius,Iſocrates, & uoluptatis illecebris auditores allicit, ac demulcet: non eſt eadem tamen in ipſo uenuſtas,& (quantum ad hanc quidem uirtutem attinet) tanto eſt illo inferior, quantum naturali corporum pulchritudini,fuci adſciticij & emendicati ornatus cedunt.Naturalis enim eſt in Lyſiæ dictione ſuauitas,affectata in Iſocrate.Et his uirtutibus,mea quidẽ ſententia,uincitur à Lyſia:contrà,uincit eundem,his quas iam dicemus.Sublimior eſt illo in elocutione,& longè magnificentior,maieſtateqꝫ plenior.

Iſocrates quibus rebus Lyſiam ſuperet.

Comparatio Iſocratis & Lyſiæ cũ ſtatuarijs.

Admirabilis enim eſt & magna Iſocrataei apparatus ſublimitas, heroicæ qꝫ quàm humanæ naturæ propior. Quare ſi quis grauitate , amplitudine , ac maieſtate,Iſocratis eloquentiam Polycleti & Phidiæ operibus contulerit, is à ſcopo aberraſſe in ea comparatione,mihi non uidebitur:Lyſianam uerò Calamidis & Callimachi, ob ſubtilitatem et elegantiam.Quemadmodũ enim ex illis,hi fœliciores alijs ſunt in minoribus & humanis operibus , illi in maioribus & diuinioribus:ſic & oratorum alter in paruis dexterior eſt, alter in magnis excellentior. fortaſsis ob hoc etiam , quòd natura fuit animoſior,magniqꝫ ſpiritus:uel certè,conſilio grauitatem captauit omni ratione,ac admirabilitatem . Et hæc quidẽ de dictione oratoris.Iam uerò quod ad exquiſitionem rerum & ſententiarum attinet,aliàs par eſt Lyſię,aliàs eo præſtantior. Argumentorum quidem inuentio ſingulis rebus accommodata,

Inuentio.

A data, multa eſt & denſa, nihiloq; ꝙ Lyſię inferior: iudicium item à magno ingenio & prudentia profectum. Diſpoſitio uerò & diſtributiones rerum, ſingulorum epicherematum expolita tractatio, & orationis peculiari uarietate & peregrinis digreſsionibus, ad leuandum ſimilitudinis faſtidium diſtinctio, & ſi quæ ſunt aliæ uirtutes in ordine ac tractatione rerum: apud Iſocratem longe maiora & meliora omnia comperiuntur. Præcipuam uerò laudem meretur ob inſtitutum orationum in quibus elaborauit, & argumentorum honeſtatem & elegantiam, quæ tractanda ſuſcepit. Hæc enim ſtudioſos ipſius, nō loquentia tantum augere, ſed ad morum etiam honeſtatem inſtituere, & gubernandæ tum familiæ, tum ciuitati, tum uniuerſæ Græciæ idoneos reddere poſsint. Nam præſtantiſsima præcepta ad uirtutem, in orationibus Iſocratis inueniuntur. Ac, mea quidem ſententia, qui non partem aliquam ciuilis facultatis, ſed rationem gerendæ reipubl. uniuerſam complecti animo uoluerit, is hunc oratorem nocturna diurnaq; manu uerſare debet. Quòd ſi quis ueram philoſophiam amplectitur, ſolis ſpeculationibus haud contentus, ſed actione uirtutis etiam occupatus, nec ſua uoluptate aut utilitate metiť omnia, ſed multis prodeſſe laborat: huic ego autor ero, ut oratoris huius imitetur inſtitutū. Quis enim nō amore cōplecteretur, & rempublicam & populum: aut quis honeſtati & illis uirtutibus quæ in magiſtratu, boniſq; ciuibus requiruntur, nō ſtuderet, lecto eius Panegyrico? Nam ibi maiorum uirtutes commemorans, eos qui à dominatu Barbarorum Gręciam liberarunt, non egregios tantum bellatores fuiſſe dicit, ſed animis & moribus etiā generoſis præditos, & gloriæ cupidos et modeſtos, qui quidem rempub. diligentius curarint, quàm rem priuatam: aliena minus concupiuerint, quàm ea quæ non fieri poſſent: fœlicitatem non in opibus, ſed honeſta fama ſitam eſſe iudicarint: exiſtimantes, ſe liberis ma-

Diſpoſitio.

Iſocrates argumentorum honeſtate præferendus omnibus.

Argumentū et utilitas Panegyrici.

B gnas diuitias, ac inuidiæ non obnoxias relicturos, ſi honorem & obſeruantiam multitudinis reliquiſſent, honeſtam mortem ingloriæ uitæ præferendam duxerint: non in eo elaborarint, ut præclaras & accuratas leges haberent, ſed ut ea eſſet in quotidianis actionibus & ſtudijs moderatio ciuium, quæ patria inſtituta nequaquā egrederet: tam honeſtè ac ciuiliter erga ſeſe inuicem affecti fuerint, ut inter ſeſe quaſi per factiones certarint, qui nam ex ipſis melius de republica mereri poſſent, non qui oppreſsis & extinctis aduerſarijs, ipſi reliquis imperarent: qui eadem utentes animi propenſione erga Gręciam, quoq; officijs ciuitates adiunxerint, et perſuaſione beneficiorum potius, quàm armorum coactione in fide retinuerint: ita ueraces, ut eorum ſimplex oratio minus in dubium uocaretur, quàm nunc religio iuramentorum: itaq; conſtantes, ut pacta & fœdera ultrò ſeruarent diligentius, quàm ſi conſtricti neceſſitate tenerentur: non alia in imbecilliores ſibi licere crediderint, quàm quæ in ſe à potentioribus ſtatui uoluiſſent: & ſic apud animos ſuos conſtitutum habuerint, ſe priuatim quidem ſuas tenere ciuitates, ſed in Græcia, tanquam communi patria, habitare. Quis uerò uir potens & magnanimus, qui eſt cum imperio, non magnifaciat & admiretur ea, quæ ad Philippum Macedonem ſcripta ſunt? cum imperatoris tam potentis officium eſſe dicit, ut urbes diſsidentes conciliet, minimè uerò inter ſeſe collidat, & ut Græciam è parua magnam reddat: deſpectoq; minutarum rerum ſtudio, talia facinora ſuſcipiat, quibus fœliciter peractis, omnium ducum clariſsimus futurus ſit. at fruſtratus, ſaltem Gręcorum beneuolentiam conſequatur, quæ longè fœliciores efficiat, quàm expugnatio magnarum urbium, & multarum regionum. Præterea hortatur, ut Herculis conſilium & inſtitutum, ac cæterorum principum, qui cum Græcis aduerſus Barbaros militarunt, imitetur: eos, inquiens, qui præſtent reliquis, ſuſci-

Argumentū et utilitas orationis ad Philippum.

pere debere magnas res, easq́ cum uirtute perficere: cogitantes, nos mor- A
tale quidem corpus habere, ſed fieri uirtute immortales. ac eos, qui aliorum
bonorum inſatiabili cupiditate teneantur, inuiſos eſſe: cõtrà, honoris & au
gẽdæ gloriæ appetentes, laudari. Et, quibus rebus plerique gaudeant, ut o-
pibus, ut imperio, ut potentia, ijs ſæpenumero etiam hoſtes potiri: at uirtu-
tis & popularis beneuolentiæ, domeſticos cuiuſq́ hæredes eſſe. Omnino
enim neceſſe eſt, ut principes, qui hæc legunt, & maiores animos, ſublimio
resq́ ſpiritus concipiant, & uehementiore ſtudio uirtutis inflammentur.

Argumentum & utilitas orationis de Pace. Quis quæſo uehementius ad colendam iuſticiam & pietatem, cùm ſingu-
los priuatim, tum publicè totas ciuitates adhortari queat, quàm ſcripta de
Pace oratione, Iſocrates? In ea enim ſuadet Athenienſibus, ne aliena prauè
deſiderent, ſed ut pręſentibus opibus contenti uiuant, & ut paruis oppidis
tanquam fundis ſuis parcant, ſociosq́ in officio beneficijs, non ui et neceſ-
ſitate contineant. & ut è maioribus imitentur, non eos qui ante bellum De-
celicum propemodum ciuitatem euertiſſent: ſed illos qui ante bellum Per-
ſicum, perpetuum uirtutis ſtudium habuerunt. Oſtendit, non multitudine
triremium, aut imperio in Græcos per uim exercendo rempublicam auge-
ri, ſed iuſtis potius conſilijs, & actionibus, iniurijsq́ prohibendis. Beneuo
lentiam Gręcorũ, quam ad beatè uiuendũ plurimũ conferre exiſtimat, ciui-
tati, ut concilient, propriamq́ reddant, in primis hortatur: & ut ad bellum
quidem parati ſint & inſtructi, ſed pacis ita ſtudioſi, ut neminem ullis iniu
rijs afficiant: docens, neq́ ad parandas opes, neq́ gloriam, neq́ deniq́ fœli
citatem quicquam tantum conferre, quantum uirtutem, & eius partes. Eos
autem qui aliter ſentiunt, reprehendit, quòd exiſtiment iniuſticiam quidẽ
callidam & lucroſam eſſe, & ad quotidianam uitam utilem: iuſtitiam uerò
incommodam, & alijs quàm his qui ea prædíti ſint, conducibiliorem. Ego
igitur haud ſcio, an quiſquam orationes uel meliores, uel ueriores, uel ma- B
Areopagitici argumentum, & utilitas. gis philoſophiæ conſentaneas dicere queat. Quis porrò lecta oratione A-
reopagitica non modeſtior fieret? aut quis conatum & inſtitutum huius o-
ratoris non laudet? qui apud Athenienſes de reipublicæ forma diſputare
non dubitauit: ac autor eſſe, ut ea democratia, quæ tum uſitata erat, tanquã
ciuitati ualde pernicioſa, mutaretur. Qua de re popularium magiſtratuum
nemo referre inſtituebat. Videbat nimirum Iſocrates, eam ita eſſe cõfuſam
& perturbatam, ut iam nec à magiſtratibus amplius priuati coerceri poſ-
ſent: ſed unuſquiſq́ cùm diceret, tum faceret, quicquid collibitum eſſet, ac
omnes importunam confidentiam pro libertate populari haberent. Sua-
det igitur, ut à Solone & Cliſthene cõſtituta reſpublica, ueluti poſtliminio
reuocetur, cuius naturã et inſtituta recenſens, inquit, illa ætate grauius exi-
ſtimatum eſſe, natu maioribus dicendo aduerſari, quàm ordines deſerere:
democratiã eos iudicaſſe nõ in petulantia et proteruitate, ſed in moderatio
ne & temperantia conſiſtere. Libertatem poſuiſſe non in contemptu magi
ſtratuum, ſed in imperatis faciendis: poteſtatem & autoritatem improbo
nemini permiſiſſe, ſed ſpectatiſsimis uiris mandaſſe magiſtratus, quòd exi-
ſtimarent tales fore cæteros ciues, quales eſſent gubernatores ciuitatis.
Tantum uerò abfuiſſe, ut peculatu & ſordibus rem familiarem amplifica-
rent, ut ſuas opes in reipub. utilitatem, & populum ædilitijs munerib. con-
ciliandum, effunderent. Præterea, patribus maiori curæ fuiſſe filios iam pu
beres & adultos, quàm dum pueri eſſent nec enim ignorabant, inquit, ado
leſcentiæ modeſtiam plus prodeſſe reipublicæ, quàm puerilem inſtitutio-
nem. & recta ſtudia, ueramq́ degendæ uitæ rationem, præſtare legum exa-
ctæ conſtitutioni. In id enim incumbebant, non ut ſupplicijs delinquentes
coercerent, ſed ut ne quid pœna dignũ ab ullo cõmitteretur, Exiſtimabant
patriam

A patriam quidem autoritate magna florere: priuatis autem hominibus lice-
re nihil, quod legibus interdictum eſſet, oportere: ſed potius acerbitates &
pericula ſuſtinenda eſſe magnis animis, nec eos fortuitis caſibus aut calami
tatibus percelli debere. Quis ita erit acris ad permouendā uel ciuitatē, uel
uiros, ut hic orator? multis ille quidem etiam alijs in locis, potiſsimum uerò
in oratione ad Lacedæmonios ſcripta, quæ Archidami titulo legitur: ac id
agit, ne Meſſenam Bœotijs tradāt, aut hoſtium imperata faciant. Nam ad-
uerſo Marte pugnarant Lacedæmonij, cùm ad Leuctra, tū deinceps in mul
tis alijs prælijs. Et Thebanorum quidem opes florebant, & ad iuſtam impe
rij magnitudinem proceſſerant. At Spartanorum res afflictæ erant ac hu-
miles, longeꝗ à dignitate ueteris principatus degenerarant. Tandē igitur
Spartani, ut pacem impetrarent: deliberabant, utrum urbe agroꝗ Meſſe-
nio cedendum eſſet. nam hæc illis neceſſitas à Bœotijs imponebatur. Qua-
re cum uideret Iſocrates, eos indigna facturos eſſe ſuis maioribus, Archida
mo, qui quidem adoleſcens, nec dum regno potitus erat, ſed magnam ta
men ſpem habebat, eum honorem adipiſcendi, hanc orationem compo-
ſuit. In qua commemorat, primùm iure tenere Meſſenam Lacedæmo-
nios, tum traditam à Creſphontæ liberis, regno pulſis: tum oraculo Del-
phico confirmatam, quo iuſſi fuerint & urbem accipere, & affectis iniuria
opitulari: tum belli iure ſtabilita poſſeſſione, & diuturnitate temporis con-
firmata. Docet etiam, Thebanos nō Meſſenijs, qui nulli amplius eſſent, ſed
ſeruis & mancipijs (quos Helotas uocant) urbem tanquam portum et rece
ptaculum tradituros. Enumerat pericula, quæ maiores ipſorū, imperij cau-
ſa adierint: & commonefacit eos, eius opinionis & gloriæ, qua apud Græ-
cos celebrentur. Hortatur ne fracti rebus aduerſis, animos abijciāt, ſed po-
tius ſpe fortunæ melioris erigantur: & cogitent, multos Thebanis poten-
B tiores ab imbecillioribus eſſe uictos: multos cinctos obſidionibus & gra-
uioribus malis ꝗ Spartanos conflictantes, eos à quibus oppugnarent, de-
leuiſſe. Adducit autem loco exempli, ciuitatem Athenienſium, quæ rebus
florētiſsimis euerſa, extrema quæꝗ perpeti maluerit, quàm agnoſcere Bar
barorum dominatum. Monet, ut præſentia boni conſulant, et de futuris be
ne ſperent: non ignari, tales calamitates à ciuitatibus emendari, prudenti
conſtitutione reipublicæ, & rei militaris peritia, quibus rebus Sparta reli-
quas urbes ſuperaret. Cenſet, eos rebus ſuis aduerſis, pacem expetere non
debere, cum noua molientibus ſpes fortunæ melioris propoſita ſit: ſed eos
potius, cum quibus bene agitur. Nec enim, niſi belli diſcrimen ſubeant, prę
ſentes opes poſſe ab eis conſeruari. Recenſet etiam alia multa præclara faci
nora, quæ clariſsimi ex illis publicè priuatimꝗ in bellis ediderunt, anne-
ctēs ꝗ indecora et apud Gręcos probroſa facturi ſint. At ſi arma cœperint,
aſſerit ab omni parte auxilia ipſis præſtò eſſe futura, & à dijs immortalibus,
& à socijs, & ab uniuerſis hominibus, qui augeri Thebanorū potentiā, ini-
quis animis patiātur. Deniꝗ, oſtenſa cōfuſione et tumultibus, quib. urbes
Græcæ, dum Bœotij rerum potiantur, agitatæ ſint, ſi nihil horum eueniat,
nec ulla ſpes incolumitatis alia relinquatur: urbem eos deſerere iubet, do-
cens, uxores & liberos, cæteramꝗ turbam in Siciliam & Italiam, & reliqua
loca, quę ipſis amica ſint, mitti oportere: ipſos uerò, caſtello aliquo munitiſ
ſimo, & ad gerendum bellum commodiſsimo, occupato, hoſtes terra ma-
riꝗ inuadere, & affligere modis omnibus oportere. Nullum enim exercitū
auſurum eſſe, collatis ſignis, cum uiris Græciæ bellicoſiſsimis, qui uitam ui
liſsimam cenſeant, & iuſta ira & cauſa honeſtiſsima in eam neceſsitatē ſint
impulſi, dimicare. Hæc ego non tam Lacedęmonijs, quàm alijs quoꝗ Græ
cis, atꝗ adeò hominib. uniuerſis, eum ſuadere dixerim longè melius, quàm

Archidami argumentum, & utilitas.

omnes philoſophos, qui uitæ finem ſummumq́ bonum in uirtute & hone A ſtate conſtituunt. Quamuis autem illius multas etiam alias orationes recenſere poſſem, & ad ciuitates & principes & priuatos homines ſcriptas: quarum alijs multitudinem ad uitam modeſtè agendam hortatur, alijs principes ad moderationem & legitimum imperium deducit, alijs priuatorum hominum uitam modeſtiorem efficit, admonens, quid ſingulis faciendum ſit: tamen uereor, ne prolixitate orationis modũ excedam.

Epilogus & breuis repetitio collationis inter Iſocratẽ et Lyſiam.

His igitur omiſſis, ut quæ ſuprà diximus, facilius intelligantur, & diſcrimen, quod eſt inter Iſocratem & Lyſiam, rectius perſpiciatur: uirtutibus eorum breuius cõprehenſis, ad exempla digrediar.

Collatio dictionis.

Primam igitur orationis uirtutem eſſe dixi, puram elocutionem, in qua differentiam nullam apud neutrum inuenio. Deinde diligentem obſeruationem ſermonis tunc uſitati: hunc etiam ſimilem apud utroſq; uideo. Poſt hæc, proprijs & receptis & communib. uocabulis ambos eſſe uſos, animaduerti. At Iſocratis dictio, tantiſper progreſſa eſt uſurpatione troporum, ut ne moleſtiam pareret. Perſpicuitatem uerò & euidentiam tenere utroſq;, pronuncio: breuitate ſententiarum Lyſiam fœliciorẽ eſſe duco: amplificationes ſuccedere melius Iſocrati ſtatuo. Sed in ſententijs conglobandis, et rotundè efferendis, Lyſiam, tanquam ad uera certamina idoneum, approbo. In Ethopœijs autem & mitioribus affectibus exprimendis, utroſq; dextros reperio. ſed gratiæ & iucunditatis, citra controuerſiam, primas Lyſiæ defero. Heroica magnificẽtia apud Iſocratem reperitur. À probabilitate & decoro neuter deſtitui uidetur. In cõpoſitione uerborum Lyſiam ſimpliciorem, curioſiorem Iſocratem iudico. Alterum inſtar docti pictoris aut ſtatuarij, ueritatem artificioſius exprimere: alterũ in confirmando & exornando ueluti pugilem robuſtiorem eſſe.

Collatio rerũ.

Hæc ſunt quæ de dictione utriuſq; dixerim. Iam cum res ipſas examini ſubijcerem, inuentionem apud utroſq; mirabilem deprehendi, ac præterea iudi- B cium. at collocatione enthymematũ et diſtributionibus epicherematum, & elaborata in ſingulis generibus diligentia, & alijs uniuerſis, quæ in rerum tractatione conſiderantur, longe duco Lyſiæ Iſocratem antecellere. Splendore uerò argumentorum, & philoſophico inſtituto, tantum illi præſtare, quantum uirum puero, ut Plato dixit: &(ſi uera dicenda ſunt) cęteris oratoribus omnibus, quicunq; in hoc ſcribendi doctrineq́; genere, dextrè ac eruditè uerſati ſunt.

Quæ in dictione Iſocratis uituperentur.

Circularem tamen periodorum extenſionem, et iuueniles dictionis conformationes, non probo. Seruit enim ſententia ſępe rhythmo dictionis, & non tam habetur ab eo ueritatis quàm elegantiæ ratio. Rectiſſimè autem faciunt, qui in orationis ciuili, & ad uictoriam comparato genere, proximè naturam ſequuntur. Sic autem naturà comparatũ eſt, ut dictio ſentẽtias ſequatur, nõ ſententiæ dictionẽ. Conſiliario alicui certè, de bellò & pace diſſerenti, & homini priuato, qui apud iudices maximo æſtu animi capitis accuſatur, uenuſta iſta & theatrica & iuuenilia, equidem non uideo quid afferre poſsint utilitatis: imò ſcio poſſe fieri, ut etiam pernicioſa ſint. Omnes enim in re ſeria uerborum deliciæ, etiã cum non ſunt ineptę, intempeſtiua res ſunt, & commiſerationi plurimum aduerſantur. Neq; uerò mediusfidius, primus ego hęc dico, ſed & ueterum complures idem hoc de eo

Reprehenſa à Philonico dialectico.

ſenſerunt. Nam Philonicus dialecticus, reliquum dictionis apparatum in eo quidem probat, ſed nouitatis affectationẽ hanc & tumorẽ reprehendit: eumq́; pictori comparat, qui ueſtibus & geſtibus ijſdem picturas omnes exornet. Vniuerſas certè orationes eius, eoſdem tropos dictionis (inquit)

Reprehenſa ab Hieronymo philoſopho.

habere, inueni: itaque cum in multis ſingula artificioſè perficiat, totum corpus prorſus indecorum uidetur, propterea quòd rebus non congruenter dicit. Hieronymus uerò philoſophus, orationes eius eleganter quidem

legi

A legi poſſe: ſed in concionibus altiore & contentiore uoce, & (in hoc quidē apparatu) cum actione decenti, pronunciari uix poſſe. nec enim admittere (id quod maximum ſit, & ad permouēdum populum aptiſsimū) affectuū uehementiam, & uiuum quendam uigorem, cum ipſe lenitati perpetuò ſeruiat: temperationem uerò & omnigenam ueritatē, intentione & remiſsione, & interpoſitis acrioribus affectibus diſtinctam, tranſilierit. Denique pueri lectoris uocem eum ita ſubijſſe dicit, ut neque uocis contentionem, neq; grandiorem affectum, neq; actionem ſuſtinere poſsit. Multi etiam alij *Figuræ Iſocraticæ.* hæc & his ſimilia dixerunt: de quibus mihi nihil neceſſe eſt ſcribere. Nam ſi ponatur ipſa Iſocratis dictio, euidenter cernetur & periodorū rhythmus, qui undiq; concinnitatem conſectatur: & iuuenile quoddam figurarū ſtudium, quod in antitheſibus & comparibus & ſimiliter finitis conteritur.

Neq; ego figuratum genus reprehendo, quo multi cùm rerum geſtarum ſcriptores, tum oratores uſi, orationē tanquam floſculis exornare uoluerūt: ſed earum redundantiam. Quòd enim hoc & ſine modo fit, & intempeſtiuè, auribus faſtidium quoddam inde oboriri dico. In Panegyrica, certè celeberrima oratione, multus eſt in figuris huiuſmodi: πλείστων μὲν ἀγαθῶν αἰτίους καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἀξίους ἡγοῦμαι. id eſt: Plurimorum quidem bonorum autores, & maximis laudibus dignos iudico. Hic enim, non tantum membrum membro reſpondet, ſed etiam nomina nominibus, τὸ μὲν πλείστων τῷ μεγίστων, τὸ δὲ ἀγαθῶν τῷ ἐπαίνων, τὸ δὲ αἰτίους τῷ ἀξίους, uidelicet, plurimorum & maximis, bonorum & laudibus, autores & dignos. & rurſus, οὐδὲ ἀπέλαυον μὲν ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δὲ ὡς ἀλλοτρίων. id eſt, neq; fruebantur quidem ut proprijs, negligebant uerò ut aliena. Nam ſecundum membrum cum priore conuenit, & inter uocabula τὸ μὲν ἀπέλαυον τῷ ἠμέλουν ἀντίθετον, τὸ δὲ ἰδίων τῷ ἀλλοτρίων. id eſt, fruebant̄ & negligebant, proprijs & aliena: opponuntur, quibus *Hæc è græco textu reſtius iudicabitur, quàm ex interpretatione noſtra, quæ ſenſū ſpectat, de uerbis non adeò ſollicita.*

B adijcit, ἀλλ' ἐκήδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δὲ ὥσπερ χρὴ τῶν μηδὲν προσηκόντων. id eſt: Sed curabant quidem tanquam propria, ita uerò abſtinebant, ut abſtinere decet prorſus alienis. Rurſus enim etiā hic oppoſita ſunt, τὸ μὲν ἐκήδοντο τὸ ἀπείχοντο, τὸ δὲ οἰκείων τὸ μηδὲν προσηκόντων. id eſt, Curabant & abſtinebant, propria & prorſus alienis. Ac ne bis quidem contentus eſt, ſed in ſequente periodo hęc rurſum inter ſe conuertuntur, τὸ μὲν αὐτός τε μέλλει μάλιστα εὐδοκιμήσειν. id eſt, & ipſe maximè celebrabitur. &, quod mox infertur, καὶ τοῖς παισὶ μεγάλην δόξαν καταλείψειν. id eſt, liberis maximam gloriā relinquet. Porrò cū poſuiſſet οὐδὲ τὰς θρασύτητας τὰς ἀλλήλων ἐζήλουν: id eſt, neq; ſuam confidentiam mutuò mirabātur: ſubiungit, οὐδὲ τὰς τόλμας τὰς καθ' ἑαυτῶν ἤσκουν. id eſt, neq; audaciam contra ſemetipſos exercebant: nulloq; planè interuallo interpoſito, infert, ἀλλὰ δεινότερον μὲν ἐνόμιζον εἶναι κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν, ἢ καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν. id eſt, ſed grauius exiſtimabant eſſe, malè audire à ciuibus, quàm honeſtè pro patria oppetere. ſecundum igitur membrum cum priore conuertitur: τὸ μὲν καλῶς τὸ κακῶς. id eſt, honeſtè & malè: item τὸ δὲ ἀκούειν, τὸ ἀποθνήσκειν. id eſt, audire & oppetere, propè paria ſunt. Si hactenus ſibi indulſiſſet, ferri poſſet, ſed non deſinet. rurſum enim in ſequēte periodo ponit, ὅτι τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ὀλίγων συνθημάτων· καὶ περὶ τῶν κοινῶν, καὶ περὶ τῶν ἰδίων ὁμονοήσουσι. id eſt: Bonis uiris nihil opus erit multis ſcriptis, ſed paucis ſignis, ut de rebus publicis priuatiſq; conſentiant. Ferè paria igitur ſunt τὸ γραμμάτων καὶ συνθημάτων, id eſt ſcriptis & ſignis: & τὸ πολλῶν καὶ ὀλίγων, καὶ κοινῶν, καὶ ἰδίων, ἀντίθετα. id eſt, multis & paucis: item, publicis & priuatis cōtrapoſita. Poſtea, tanquam nihil tale dixerit, denſis comparibus tanquam fluctibus obruet, inferens mox: τὰ τῶν ἄλλων διώκειν θεραπεύοντες, ἀλλ' οὐχ ὑβρίζοντες τοὺς Ἕλληνας, καὶ στρατηγεῖν οἰόμενοι δεῖν αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν αὐτῶν. καὶ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες

ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγορεύεσθαι, καὶ σωτῆρες, ἀλλὰ μὴ λυμεῶνες ἀποκαλεῖσθαι. τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἀλλ' οὐ βίᾳ προσκαταστρεφόμενοι. πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις ἢ νῦν τοῖς ὅρκοις χρώμενοι, ταῖς δὲ συνθήκαις ὥσπερ ἀνάγκαις ἐμμένειν ἀξιοῦντες. A
id eſt, Aliorum res adminiſtrabant, curando, & non exagitando Græcos, exiſtimantes imperandū illis eſſe, nō pro libidine inſultandum illis eſſe: & magis deſiderantes, duces, quàm domini appellari: & ſeruatores, ſed non euerſores uocari: benefaciendo ciuitates allicientes, non ui euerſas ſubigentes: uerbis fide maiore dignis utētes, quàm nunc iuramentis: in fœderibus, tanquam in neceſsitatibus, perſeuerare uolentes. Sed quorſum attinet ſingulis percenſendis diutius immorari? Nam tota ferè oratio talibus ab eo figuris, quaſi calamiſtris inuſta, exornata eſt. Verùm orationes, quas ſub uitæ finem ſcripſit, minus ſunt iuueniles, ut quas mea opinione, ipſa ætas prudētius informarit atq; perfecerit. Et de his quidem hęc dixiſſe ſufficiat. Iam uerò tempeſtiuum fuerit exempla proferre, ac per illa oſtendere quę ſit uis & facultas huius oratoris. Fieri autem nullo modo poteſt, ut omnia genera quæſtionum, & omnes formæ orationum, paucis explicentur. Suffecerit autem unam concionem aſſumpſiſſe, & unam iudicialem orationem.

Argumētum orationis de Pace. Suaſorij igitur generis eſt de Pace oratio: in qua hortatur Athenienſes, ut compoſito bello ſociali, quod contra eos geſſere Chij & Rhodij, & horum ſocij, miſſam faciant auaritiam, & terræ marisq; imperium affectare deſinant: docens, iuſticiam non tantum eſſe meliorem iniuria, ſed etiam utiliorem. Ineſt autem etiam in hac, ductus ſupinus & extenſus, & periodorum uenuſtas atq; deliciæ. Figurę uerò ad oſtentationem comparatę, parcius et obſcurius inſertæ ſunt. Hæc igitur negligere lectores debent, & nō magno ſtudio digna ducere, ut initiò dicebam: cætera uerò diligenter animaduertenda ſunt.

Ex oratione de Pace. Hoc autem eſt principium orationis: Solent omnes, qui ex hoc loco uerba faciunt, dicere, maximi eſſe momenti, & plurimum intereſſe reipublicæ, ea de quibus ipſi conſilia daturi ſint. Quòd ſi ullis alijs negocijs ta le conuenit exordium, eo nobis in præſentia uel in primis utendum eſt. B
Nam in hoc conuentu populi, de pace & bello deliberatur, quę duę res maximam uim habent in rebus mortaliū, alijsq; fœliciores neceſſariò reddūt, eos à quibus prudenter adminiſtrantur. Quanquam autem tanta res nunc agitur, non ſimili fauore tamen & ſtudio, omnium orationes audiri uideo: ſed alijs applaudi à uobis, alijs ne dicendi quidem poteſtatem fieri. Id quod equidem nihil miror. Vſitatum enim ſcilicet uobis eſt eos explodere, qui ueſtris cupiditatibus aſſentari nolunt: in quo certè reprehendendi eſtis. Nam cum uos minimè prætereat, multas & magnas familias ab aſſentatoribus funditus euerſas, & priuatim id genus hominum oderitis: quî fit, ut publicè illis delectemini? Accuſare quidem ſoletis eos, qui adulatores in ſuas ædes admittunt, eorum'que conſuetudine delectantur: uos ipſi tamen plus illis creditis, quàm reliquis ciuibus. Vnde id etiam conſecuti eſtis, ut ueſtri oratores, non iam ſolliciti ſint de publico bono, ſed ut in id ſtudeant, & in eo unicè elaborent, ut ea dicant, quæ ueſtris auribus & animis blandiantur. Quare quum nemo dubitet, quin ad bellū ſitis longè proclinatiores, quàm ad pacē: longe plures etiam huc cōfluxere, qui ucluti claſſicum canant, quàm qui uobis quietorum cōſiliorum & faciendę pacis autores ſint. Nam illi ſpem nobis inijciunt, nos & noſtras merces recepturos, & captarum urbium ſpolijs locupletatos, ueterem potentiam recuperaturos: hi nullas tales illecebras oſtentant, ſed hoc ſimpliciter dicunt, ocio & tranquillitati conſulendum eſſe: non eſſe ob iniuſtam magnarum opum cupiditatem ius uiolandum, eſſe præſenti ſtatu acquieſcendum: quo maximę hominum parti factu nihil eſt difficilius. Sic enim à ſpe pleriq; pendemus,

& ita

A & ita inſatiabili cupiditate rerum, quæ aliquam etiam iniuſti lucri ſpeciem
habent, tenemur, ut ne locupletiſsimi quidem re ſua familiari contenti ui-
uant, ſed in appetitione maiorum copiarum etiam præſentes opes in diſcri
men adducant. Et quidem prouidendum eſt, ne in ſimilē nos quoq; amen-
tiam incidamus. Magna enim quorundam eſt in bello ſuſcipiendo temeri-
tas: qui ſic incitati ſunt, nō quaſi plebeius aliquis cōſuluerit, ſed tanq; deus
quiſpiā proſperrima quæq; nobis & expeditiſsimā hoſtium uictoriā polli
ceatur. Eſt aūt prudentiū hominū, de his quę cōperta habēt, non deliberare
(ſuperuacaneū enim fuerit) ſed quę decreuerūt, maturè agere. At quibus de
rebus conſultant, earū euentū non exploratū ſibi eſſe putare, ſed coniectu-
ra quidē uti, & in fortunæ arbitrio poſitū exiſtimare debent. Quorum uos
neutrum facitis, ſed q; tumultuoſiſsimè confunditis & permiſcetis omnia.
Nam ita quidē cōueniſtis, quaſi ex omniū ſententijs id ſit eligēdum, quod
reip. maximè cōducat: ita uerò aſpernamini omnes eos, qui grata & iucun
da uobis dicere nolunt, quaſi iam antea noueritis quid factu ſit optimum.
Enimuero decebat, ſi omnino quæreretis quid eſſet è republica, eos audire
ſtudioſius qui ueſtris ſententijs aduerſantur, quàm illos qui aſſentātur om
nia. Nec enim ignoratis, ab his qui quæ uos uultis ex hoc loco dicunt, faci-
lè uos poſſe decipi. Nam ad gratiam & uoluptatē audiētis inſtituta oratio,
iudicio ueluti nebulas offundit, quo minus id quod utiliſsimū eſt, perſpicia
tur: id quod ab his qui ueſtrum fauorem non aucupantur, metuēdum non
eſt. Nec enim unquam à ſententia uos deducent, aliud' ue perſuadebūt, niſi
quid expediat euidentiſsimè demonſtrauerint. Præterea quî fieri poteſt ut
ulli uel de pręteritis rectè iudicent, uel de futuris prudenter deliberent, niſi
contrarias inter ſeſe rationes contulerint, & æquos utriſq; auditores ac iu-
dices ſeſe præbeant? Miror autem neq; ſenes amplius meminiſſe, nec adole
B ſcētes è quoq; audiuiſſe, nihil è pacatis cōſilijs unquā nobis accidiſſe mali,
ſed ob bella temerè ſuſcepta, nos multas & magnas clades accepiſſe. Quæ
nos minimè in memoriam reuocamus, ſed parati ſumus, quanquam nihil
prorſus huiuſmodi conatibus proficientes, & claſſem in mare deducere, &
tributa cōferre, & auxiliari, & bella inferre ſine diſcrimine quibuſuis, quaſi
de aliena urbe periclitemur. Huius rei quæ cauſa eſt? dicam. Nō minori cu
ra & ſollicitudine rempublicam uos complecti deceret, quàm priuatas ue-
ſtras utilitates. Sed longe alia ueſtra eſt ratio. Nam proprijs de reb. delibe-
rantes, in conſilium adhibetis eos qui prudentia uobis antecellunt. At in
conuentibus, cum de republica agitur, quo quiſq; ſapientior eſt, eo minus
autoritatis habet, maiorem q; in inuidiā rapitur: cōtrà, illos extollitis, quo-
rum pro concione maxime ſeſe iactat improbitas. & populariores eſſe duci
tis ebrios, quàm ſobrios: & amentes, quàm rectè ſentientes: et peculatores,
quàm eos qui ſuis opibus rempublicam locupletāt, ac ueſtris tum utilitati-
bus, tum uoluptatibus inſeruiunt. Quare mirum eſt, quenquā eſſe qui ſpe-
ret, dum hi conſultores audiuntur, melius actum iri cum republica. Ego ue
rò quàm arduum ſit aduerſari ueſtris cupiditatibus; non ignoro. & quanq;
hîc popularis eſt reſpublica, uideo tamen nemini licere quod ſentit, liberè
loqui, niſi ſtolidiſsimis ueſtriq; contemptoribus in concione, poetis comi-
cis in theatro. Acerbiſsimum aūt eſt, quòd in maiore apud uos gratia ſunt,
qui probra ueſtra, & delicta urbis noſtræ, apud exteros Græcos diuulgata
traducunt, quàm qui de uobis bene merentur: his uerò qui caſtigāt aut mo
nent, ita infenſi & iniqui eſtis, ac ſi contra rempublicam feciſſent. Quamuis
igitur hæc ita ſint, nō tamen ab inſtituto meo recedam. Non enim huc pro-
dij gratificandi gratia, ut magiſtratum aliquem à uobis eblandirer, ſed ut
quæ ſentio dicam. Primùm igitur diſſeram de his quæ à magiſtratibus deli-
beranda

beranda propoſita ſunt, poſtea de cæteris reipublicæ negocijs. Nec enim A
ulla horũ erit quæ nũc de pace decreuerimus utilitas, niſi reliquis etiã de re-
bus rectè conſuluerimus. Statuo igitur pacem eſſe faciendam, non modò
cum Chijs & Rhodijs & Byzantijs & Cois, ſed cum uniuerſis hominib. &
fœderibus ac pactionibus eſſe utendum, nõ his quas nunc quidam propo
nunt, ſed illis quæ cũ rege Perſarũ & Lacedæmonijs interceſſere: quibus
conſtitutum fuit, Græcos ſuis legibus eſſe permittendos, præſidia ex alie-
nis urbibus eſſe deducenda, ſuas ſingulis ciuitates tenendas eſſe. Quæ om-
nia tam æqua, itaꝙ reipublicæ profutura ſunt, ut nihil præſtabilius inueni-
ri queat. Hæc præfatus, & ſic auditorum animis ad ſequentia cõmodè præ-
paratis, pulcherrima iuſticiæ laude inſerta, & præſenti ſtatu uituperato: ſub
ijcit collationem hominum ſuę ætatis cum maioribus, in hunc modum.
Hæc eò præfatus ſum, quòd de cæteris ſine omni tergiuerſatione ac diſſi-
mulatione, liberè aperteꝙ apud uos dicere decreui. Quis enim obſecro eſt,
qui peregrè adueniens, noſtriꝙ erroris expers adhuc, ſi hiſce rebus de im-
prouiſo interueniat, nos delirare & inſanire nõ arbitretur? Res pręclarè ge
ſtas à maioribus, laudi nobis ducimus, & rempublicam noſtram propterea
celebramus: tantum autem abeſt ut eos ulla ex parte imitemur, ut planè con
traria faciamus. Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare nõ
deſtiterunt: nos uerò eos qui in Aſia ſtipendia faciebant, et inde alebantur,
huc retractos, contra Grecos duximus. Illi dum Grecis urbibus libertatem
reſtituunt, dum opem ferunt, principatu Græciæ dignati ſunt: nos qui eaſ-
dem ſeruitute premimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur eundem
honorem nobis non haberi? cum inter dicta & facta noſtra, & illorum, tan
tum interſit, ut ipſi pro conſeruandis Græcis patriam ſuam deſerere nõ du-
bitarint, & terra mariꝙ præliantes, Barbaros uicerint: nos uerò, ne pro no-
ſtris quidem cupiditatibus, priuatiſꝙ compendijs, dimicare ſuſtineamus. B
Imperitare quidem ſtudemus omnibus, militare autem nolumus. ac nemo
ferè eſt mortalium omnium, quem bello non laceſſamus: at rei militaris ex-
ercitium planè negligimus. Et cum hi, quorum operas conducimus, partim
exules, partim transfugæ, partim omni flagitiorũ genere cooperti, huc con
fluxerint, ſic animati, ut ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu & auſpi-
cijs nos oppugnaturi ſint: adeò tenerè tamen eos diligimus, ut etiamſi libe
ris noſtris uim aut iniuriam fecerint, tamen pœnas ab eis exigere ne uelſi-
mus quidem. quòd ſi querelæ ad nos de illorum auaritia, rapinis & uiolen-
tia deferuntur (tametſi quicquid illi deliquere, nobis imputatur) minimè
quidem indignamur: ſed quaſi rem præclarè geſſerint heroes iſti, gaude-
mus. Tanta deniꝙ noſtra dementia eſt, ut ipſi annonæ penuria laborantes,
peregrinum alere militem ſtudeamus: & à ſocijs noſtris tributa per iniuriã
extorquemus, ut mercedem communibus omnium hoſtibus numeremus.
Poſtremò tanto deteriores ſumus maioribus noſtris (de laudatis illis nihil
dico, ſed de his qui in odio fuerunt) ut illi ſi quibus bellum facere decreuiſ-
ſent, quamuis auro & argento refertum eſſet ærarium, tamen ſuis corpori-
bus exequenda quæ ſtatuerant, cenſerent: nos ad tantam egeſtatem reda-
cti, in tanta ciuium multitudine, perinde ut Magnus rex conducticijs exer
citibus utamur. illi, claſſe in mare deducta, peregrinos & ſeruos remigijs et
nauibus agendis præficiebant: nos conducticijs militibus grauem armatu
ram damus, ciues remigare cogimus. Vnde fit, ut in hoſtilem agrũ egreſſi,
qui ſibi imperium in Græcos arrogant, remum geſtent: illi uerò talibus in-
genijs prędití, qualia paulo antè deſcripſimus, armati in acie uerſentur. At
uerò domi reſpublica ſic adminiſtratur, ut intuenti bonam ſpem faciat etiã
de cæteris? Imò illud ipſum eſt quod maximam indignationem moueat.
Nobilitatem

A Nobſlitatem noſtram iactitamus, et uetuſtate noſtræ urbis multum gloria-
mur. quare nos etiam decuit alijs exemplum eſſe bene conſtitutæ modera-
tæq; reipublicæ. Sed nos ita tumultuamur, ita cōſundimus omnia, ut ne cū
recentibus quidem colonijs ſimus conferendi. Splendore natalium ſuper-
bimus, & alijs generoſiores eſſe uolumus. at facilius quoſuis in ſocietatem
iſtius quaſi prærogatiuæ admittimus, quàm Triballi & Lucani ſuam obſcu
ritatem & ignobilitatem alijs impertiunt. Leges plurimas ferimus: ſed eaſ-
dem ita contemnimus, ut, cum capite ſancitum ſit (ex uno enim etiā de cæ-
teris iudicabitis) ne quis auſit corrumpere iudicia: eos qui palàm id faciūt,
imperatores deligamus: & quo quiſq; plures ciues corruperit, eo maiorib.
rebus à nobis præficiatur. Præterea, cum uideri uelimus de reipublicæ for-
ma nō minus eſſe ſolliciti, quàm de ſalute & incolumitate totius ciuitatis:
nec ignoremus popularem ſtatum tranquillis & pacatis rebus creſcere, &
cōfirmari: bellis uerò iam bis ſublatum eſſe: pacis ſtudioſos, quaſi qui om-
nia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus. at qui bella conci-
tant, hos demum ut populares exoſculamur. Eloquentiſsimi & rerū geren
darum peritiſsimi uideri uolumus: & tamen ea noſtra temeritas eſt, ut eodē
die de rebus ijſdem non eadem decernamus, ſed quę domo egreſsi damna
bamus, illa ipſa in concione ſuffragijs noſtris comprobemus: & paulo pòſt
domū regreſsi, quæ hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Sapientiſsimi Græ
corum, noſtra opinione, ſumus: ſed ab eorum cōſilijs pendemus, quos ne-
mo eſt qui non aſpernetur: & illos ipſos ſummę rerum omniū præficimus,
quibus nemo priuatim quicquam credere audeat. Talis igitur ferè in ſuaſo *Scriptas eſſe*
rijs hic uir orationibus eſt, in iudicialibus uerò, cætera quidem ualde accu- *nonnullas ora*
ratus & ingenuus, & Lyſiæ characteri proximus. & in compoſitione nomi *tiones iudicia*
num, molle illud et elegans minus habet q̄; in alijs: ſed habet tamen. Nemo *les ab Iſo-*
B autem me ignorare putet, neq; quòd Aphareus priuignus & adoptiuus fi- *crate.*
lius Iſocratis, in oratione de Antidoſi contra Megaclidem, contendit, nul- *Aphareus.*
lum argumentū forenſe à patre ſcriptū eſſe: neq; illud etiā, quòd faſciculos
permultos iudicialiū orationū Iſocratis circumferri dicit à bibliopolis Ari-
ſtoteles. Scio enim hæc ab illis uiris dici: neq; Ariſtoteli credo, qui huic ui *Ariſtoteles.*
ro ſordium maculam aſpergere uult: neq; propterea tamen Aphareo, hone
ſtam orationem fingenti, aſſentior. ſed idoneum ueritatis approbatorem ra
tus Athenienſem Cephiſodorum, qui & familiariter uixit cum Iſocrate, & *Cephiſodorus*
auditor eius maximè genuinus fuit, & præceptoris aduerſus Ariſtotelis
calumnias defenſionem illam prorſus admirabilem edidit: credo uirum
hunc ſcripſiſſe nonnullas orationes quæ in iudicijs dicerentur, non mul-
tas tamen. & exempli uice utor una ex illis (plures enim proferre, tem-
poris anguſtia non patitur) quæ Trapeziticus inſcribitur, quam hoſpiti
cuidam, ſuo diſcipulo, contra Paſionem nummularium ſcripſit. Eſt autem
huiuſmodi oratio. Magna mea res agitur, iudices. Nec enim tantum de *E Trapezi-*
plurimis pecunijs in diſcrimē uenio, ſed exiſtimatio quoq; mea, quam ego *tico Iſocra-*
maximi facio, periclitatur, ne aliena iniuſtè cōcupiſcere uidear. Satis enim *tis.*
opum, etiamſi hiſce fraudabor, mihi relinquet̄. Sin ſine iuſta cauſa in iſtas
pecunias agere uidebor, ea res perpetuò mihi infamiæ erit. Eſt autem, iudi-
ces, incommodiſsimum in tales aduerſarios incidere. Nam quicquid cum
nummularijs agitur, fit ſine teſtibus. quòd ſi quis ab eis circumuentus eſt,
aduerſus illos experiri cogitur, qui & amicorum præſidia habent, & mul-
tas pecunias tractant, & propter artem boni uiri ac fide digni uidentur.
Quæ quanquam ita ſunt, me tamen perſpicuè declaraturū opinor, à Paſio-
ne me tanta pecuniæ ſumma fraudari. Quare in primis, ut potero, uobis
rem omnem ordine recenſebo. Mihi, iudices, pater Sopæus eſt, quem om-

nes, qui in Pontum nauigant, ita familiarem Satyro eſſe norunt, ut & am- A
plam ditionem regat, & omnibus eius copijs militum præſit. Quum uerò
& de hac urbe, & de tota Græcia ſubinde audiuiſſem, peregrè abire deſide-
raui. Pater igitur duabus nauib. frumento oneratis, pecuniaq; data, me ab-
legauit, ſimul & mercandi & ſpectandi gratia: & quia Pythodorus Phœ-
nix Paſionem mihi commendarat, eius menſa uſus ſum. Deinde aliquan-
to pòſt, pater meus delatus quaſi regno inſidiaretur, egoq; cum exulib. con
ſpiraſſem, in uincula conijcitur. Satyrus etiam ad eos, qui è Ponto hic erãt,
ſcribit, ut & pecunias à me auferrent, & ipſum nauigare domum iuberent:
quod ni feciſſem, ut à uobis ad deditionem expoſcerent. Tantis igitur ma-
lis, iudices, circumuentus, apud Paſionem fortunas meas deploro. Nam ita
eum complectebar familiariter, ut non pecunias tantum, ſed alia quoq; cre
derem, eiq; fidem potiſsimum haberem. Exiſtimabam autem, ſi pecunias u-
niuerſas amiſiſſem, & patri meo aliquid accidiſſet, me & hic & illic opibus
ſpoliatum, ad ſummam inopiam redactum iri. Sin faterer eſſe mihi pecuni-
as, & pòſt literas Satyri qui eas poſtulaſſet, nõ tradidiſſem, id & patri & mi-
hi grauiſsimas calumnias pariturum. Nobis igitur deliberantibus conſul-
tiſsimum uidebatur, ut dicerem, omnia me facturum quæ Satyrus imperaſ-
ſet: & pecunias, quas in promptu haberem, traderem: quæ uerò apud iſtum
eſſent, eas non modò negarem, ſed etiam fœnore plures accepiſſe, tum ab
iſto, tum ab alijs ſimularem: ac omnia facerem, per quæ illis maximè perſua
deretur, mihi non eſſe pecunias. Tunc igitur, iudices, putabam, Paſionem
mihi cuncta hęc ex beneuolentia ſuadere. Sed re cũ Satyri legatis tranſacta
animaduerti, eum fortunis meis inſidiari. Quũ enim nauigaturus Byzan-
tium, mea recipere uellem, iſte arbitratus eſt ſibi pulcherrimam occaſionem
datam, quòd & pecuniæ apud ſe repoſitæ multæ eſſent: & dignæ, propter
quas uerecundiæ limites tranſiret, fidemq; ſolueret: & ego multis audien B
tibus negaſſem me quicquam habere: & nemo ignoraret, cum pecunias à
me legati peterent, me falſum eſſe quòd etiam alijs deberem. Ad hæc, iudi-
ces, id quoq; accedebat, ut exiſtimaret, ſiquidem hic manerem, me à ciuita
te Satyro deditum iri: ſin aliò me contuliſſem, ſe facilè poſſe negligere que-
relas meas: ſin in Pontum nauigaſſem, me unà cum patre interfectum iri.
Hæc igitur cogitans, me fraudare pecunijs inſtituit: & apud me quidem ſi-
mulabat, ſe in præſentia minus paratum à pecunia, reddere non poſſe. Sed
quum ego rem certò cognoſcere uolens, Philomelum & Menexenum ad
eum miſiſſem, inficiatus apud eos eſt ſe meum quicquam habere. Tantis
igitur ab omni parte malis contra me ingruentibus, quid mihi animi fuiſſe
cenſetis? Nam ſi tacerem, id conſequebar, ut ab hoc pecunijs fraudarer: ſin
dicerem, ut nihilo plus reciperem, & apud Satyrum me patremq; maximis
ſuſpicionibus & criminibus inuoluerem. Optimũ igitur eſſe duxi, ut quie-
ſcerem. Interea, iudices, nuncij mihi uenerunt, & patrem carcere liberatum
eſſe: & Satyrum ita pœnituiſſe omnium quæ egiſſet, ut & fidem ſuam ipſi
arctiſsimè obſtrinxerit: & prius imperium ei amplificarit, & meam ſororẽ
ſuo filio deſponderit. His Paſio auditis, quia ſciebat me apertè ius meũ per-
ſecuturũ, Cittum puerum, qui, quid de pecunijs actum eſſet, conſcius erat,
occulit. Quem quũ ego quæſiturus acceſsiſſem, exiſtimans me nullã actio-
nis meæ probationem euidentiorem habere poſſe, orationem affert auda-
ciſsimam & iniquiſsimam: me & Menexenum, puerũ qui ad menſam ſede-
rit, corrupiſſe, ut ab eo ſex talenta per fraudem auferremus. ne uerò id factũ
argui, & per tormenta ueritas exquiri à puero poſſet, dicebat, nos eum oc
cultaſſe: nunc uerò ad ſe accuſandum uenire, atq; eum requirere quem ipſi
occuluiſſemus. Hæc dicens indignabundus & lachrymans, ad Polemar-

chum

τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν) Sui-das hoc uerbum pro μετέχω καὶ λαμβάνω, id eſt participo, accipio hæreditatio iure, genitiuo: pro εὑρεῖν καὶ οἰκειοῦσθαι, accuſatiuo iungi dicit. ut, οὐκ ἐφθη κληρονομῆσαι τὸν οὐρανόν, non anteuer-tit adire hæreditatem cœli: id eſt, nō prius ille ad-itus in cœlum patuit: uel, quàm primum cœleſte patrimonium accepit.

ἀκμὴν φιλοσοφεῖς) Accuſatiuus ἐλλιπτι-κὸς pro aduerbio, κατ' ἀκμὴν, ſtrenuè, pro uirili parte, quantū potes: ita enim hic exponere malo, q̄ adhuc, id eſt ἔτι, uocabuli ſignificatione fretus.

φιλοσοφεῖς) σοφὸς eſt ſapiens, prudēs, inge-nioſus, doctus, diuinarum rerum peritus. Sic enim Heſychius exponit, φρόνιμος, φιλότεχνος, ἐμ-πειρικὸς, τὴν τέχνην ἔμπειρος. Hinc fit compo-ſitum φιλόσοφος, id eſt φίλος τῆς σοφίας, uel φιλῶν τὴν σοφίαν, amicus, amans, ſeu amator, id eſt ſtudioſus ſapientiæ: quem Heſychius expo-nit, τὸν πάντων πειρασθέντα καὶ φιλομαθῆ, id eſt periclitatum omnia, id eſt uerſatum in omni-bus, diſcendi auidum. φιλοσοφία, amor, deſide-rium, uel ſtudium ſapientiæ, quam diuinarum & humanarum rerum cognitionem atq; ſcientiā in-terpretantur. Hinc eſt uerbum φιλοσοφεῖν, quod propriè ſignificat philoſophari, id eſt philo-ſophiæ dare operā: cuius tres partes numerantur, λογικὸν (pro quo Suidas διαλεκτικὸν ponit) ἠθι-κὸν, φυσικὸν: quæ partes rurſus uariè diuiduntur, ut notum eſt: & hæc propria uerbi uis eſt. Sed quia in philoſopho ingens ſtudiū, induſtria & la-bor requiritur, accipiunt φιλοσοφεῖν pro σπου-δάζειν & πονεῖσθαι, id eſt ſtudere, laborare, ut Menander, φιλοσοφεῖ [illegible] ὅπως [illegible] [illegible] τὸν γάμον, Totus in hoc eſt ut nuptias [illegible]-ſcatur.

ſcatur. Sed philoſophia & hic & ſæpe aliàs pro quauis liberali doctrina, & honeſtarum artiũ ſtudio, generaliter accipitur.

Τοῖς νεωτέροις εἰσηγοῦνται) νεώτεροι ad πρεσβυτέρους & γεραιτέρους ita referũtur, ut νέοι ad γέροντας & πρεσβύτας. Latini libentius adoleſcentes, quàm iuniores dicunt. εἰσηγεῖσθαι cũ datiuo, idem eſt quod εἰσάγειν cum accuſatiuo, id eſt introducere, συμβουλεύειν, παραινεῖν, διδάσκειν, νουθετεῖν, dare conſilium, præcipere, docere, monere, ſeu caſtigare. εἰσήγησις & εἰσαγωγὴ, introductio, id eſt διδασκαλία. παραίνεσις, doctrina, præceptio, propriè accommodata tyronibus, qui ut uiæ ignari, ueluti manu ducẽdi ſunt: unde à Galeno εἰσαγόμενοι dicuntur.

μὴ δι' ὧν) μὴ ἐκεῖνα, uel ταῦτα, δι' ὧν. nota ἔλλειψις antecedentis, quæ imperitiores magis turbat, cum relatiuum uerbi conſtructioni haud conſentit, ſed ſubſtantiui, quod ſubintelligitur, caſum imitatur: ut in prima Olynthiaca, περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε, pro περὶ τούτων ἃ νῦν σκοπεῖτε. Quanquam etiam σκοπῶ περὶ τούτου, id eſt, hac de re delibero, rectè dicitur.

τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις) δεινότης, τήν τε τῶν λόγων δύναμιν δηλοῖ, καὶ τὴν πανουργίαν. id eſt, δεινότης & eloquẽtiam ſignificat, & calliditatem, ſeu uerſutiam, quæ plerunq; cum improbitate coniuncta eſt. Inter Demoſthenicæ orationis uirtutes δείνωσις præcipuam admirationem habet: quæ (autore Quintiliano) eſt, rebus aſperis, indignis, inuidioſis, addẽs uim oratio. Sed hanc epilogi partem faciunt, quum δεινότης in tota oratione ſit decori, ueritatis & probabilitatis obſeruatio, de qua proprium librum ſcripſit Hermogenes. δεινὸς fieri uidetur à nomine δίνη, id eſt uortex, uertigo: quæ & δίνη, per ſimplex ι. quam interpretantur συστροφὴν, κίνησιν, κοίλωμα ὑδάτων. Quare ſi uocis proprietatẽ ſpectes, ἐστραμμένον, id eſt tortuoſum, uerſutũ, uerſatilẽ, & celerem ſignificat. Sed transfertur ad uaria, ut δεινὸς ſit κακὸς, πανοῦργος, κακοῦργος, malus, inſidioſus & improbus, maleficus. unde δεινοῦν, κακὰ βουλεύεσθαι, id eſt improba cõſilia nectere. Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι: ſenarius iambicus, de hominib. ſupra modum uafris & inſidioſis. Secundò, φοβερὸς, terribilis: unde eſt δεινοῦν, id eſt φοβεῖν, καταπλήττειν, id eſt perterrefacere. τὰ δεινὰ, pericula, res aduerſæ, terribilia mala. Tertiò σφοδρὸς, μέγας, uehemens, magnus, non ferendus. οὐχὶ δεινὰ ταῦτα, τύπτειν τουτονί; Nonne magnum eſt, uel, eſt' ne ferendum, ut hic uerberet, ſeu uerberetur? (nam etiã paſſiuè intelligi poteſt) δεινότατος ὅρκος, maximũ, id eſt ſanctiſſimũ iuſiurandũ. δεινὴ ἀνάγκη, urgẽs neceſſitas. δεινὸς ἀνὴρ τάχα κἂν ἀναίτιον αἰτιόῳτο: Vt eſt uir acer et uehemẽs, fortaſſe inſontẽ etiam criminaretur. Quartò ἱκανὸς, καὶ δυνατὸς, καὶ ἔμπειρος, & φρόνιμος. δεινὸς πράγμασι χρῆσθαι, ſolers in rebus gerendis, ſciens uti foro. δεινὸς συνεῖναι τὰ πολέμια, intelligens rei bellicæ. δεινὸς πρᾶξαι, efficax & dexter adminiſtrator negociorũ. δεινὸς ἡνιοστρόφος, peritus auriga. δεινὸς εἰπεῖν, uel δεινὸς λέγειν, eloquẽs, uehemens orator. δεινὸς κατὰ γαστέρα, uel κοιλίαν, uorax & bibax, uentris & gulæ mancipium. δεινὸς πρὸς τὸ πλεονεκτῆσαι, homo callidus, & iniurius, is qui ſuum commodum ex aliorum incommodis parat. περὶ ἕτερα δεινοὶ, aliarum rerum artifices, periti. δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας (ſcilicet τοὺς δικανικοὺς) exercitati cauſidici, ſeu rabulæ. οἱ δεινοὶ abſolutè, eloquentes, artifices, uſu rerum edocti, qui rem omnem tenent. Quintò, ἀκολάκευτος, qui ſibi palpum obtrudi nõ ſinit, adulatorum oſor. Voluit τὸ δεινὸν opponi τῷ σκαιῷ, id eſt inerti & ſtolido.

Τὰ τῶν τρόπων ἤθη) Alterutrum ſatis fuiſſet, τὸν τρόπον, uel τὰ ἤθη. Nam Heſychius τρόπον exponit ἦθος, γνώμην, προαίρεσιν, id eſt mores, uitæ inſtitutum: & uiciſſim, ἦθος eſſe dicit γνώριμον τρόπον, ἀναστροφὴν, notos alicuius mores, quotidianæ uitæ conſuetudinem. Perinde igitur eſt ac ſi dixiſſet, τοὺς τρόπους καὶ τὰ ἤθη. & uidetur adiecisse τὰ ἤθη propter uerbũ πεφυκέναι, ut tria illa quæ ad uirtutis perfectionem requiruntur, coniungeret, φύσιν, ἔθος, & λόγον, qui eſt nihil aliud quàm παίδευσις, aut παραίνεσις. Quodſi cui hoc longius petitum uideatur, & coactius, is uel συνωνυμίαν eſſe dicat. ut eſt apud Ciceronem, contra morem conſuetudinemq; ciuilem aliquid facere: uel, cum Dionyſio Halicarnaſſeo reprehendat (quod mihi facere religio eſt) tanquã παραπλήρωμα λέξεων μηδὲν ὠφελουσῶν.

πεφυκέναι δόξουσι) Nati eſſe uideantur. δοκεῖν & φαίνεσθαι ad ſimulationem & opinionẽ plerunq; referuntur, quaſi cum ueritate pugnent. unde eſt illud Aeſchyli, οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. id eſt, Vir optimus eſſe, non uideri ſtudet. & Ariſtoteles, φαινομένων μὲν ἐλέγχων, ὄντων δὲ παραλογισμῶν. id eſt, quæ quidem ſpeciem probationum habent, ſed re uera deceptiones ſunt. Si tamen ipſum naturæ ordinem conſideres, non deprauationem & abuſum, τὸ εἶναι καὶ τὸ δοκεῖν, ἢ φαίνεσθαι, cõiuncta ſunt: ut, nix & eſt

& apparet alba, quemadmodum carbo & eſt & uidetur niger. Etſi autem in uita quotidiana ferè comperitur, eos eſſe nequiſſimos, qui probiſſimi ab ignaris habentur: tamen cum de uirtute præcipitur, τὸ δοκεῖν ἢ τὸ φαίνεσθαι ſic accipi debet: quemadmodum bonus faciei color è proſpera ualetudine corporis exiſtit, ſic etiam liberalis & honeſtus animus in externis actionibus, motu, geſtu, ſermone cernitur, & ſuo quodã ſplẽdore carere nec poteſt, nec debet. & ut honeſtæ matronæ fucum à ſe remouent, meretriculis concedunt: ita præceptiones philoſophorum ueritatem ſpectare, oſtentationem & ſimulationem ad Thraſones & impoſtores relegare debent. Sed, pròh dolor, pauci ſunt,

βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενοι,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

id eſt, Quorum animi tanquam agri fœcundi & fertiles probè ſubacti, conceptis uirtutum ſeminibus, ſegetem honeſtorum conſiliorum proferant. Si quis tamen dixerit, Iſocratem uerba δοκεῖν & φαίνεσθαι ſæpius explendæ periodi cauſa inculcare, is nec à Dionyſio Halycarnaſſeo diſſentiet, & me aſtipulatorem habebit.

τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσον) Tanto magis, quantũ. His particulis etiam Latini utuntur, ut Ouidius:

Corrigere at res eſt tanto magis ardua, quanto
Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.

tum ſcilicet, quum duo comparatiui ſunt in oratione. Sed quando comparatiuus præcedit, nullus ſequitur, non item. Quare mutanda fuit figura.

οὐ δὲ λόγον μόνον παρακαλοῦσιν) Hoc non de omnibus hortatorijs orationibus intelligendum (eſſet enim falſum) ſed de certo genere illarum, in quibus eloquentia commendatur. id enim ex eo elicitur quod antecedit, δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀσκήσουσι. λόγον ex collatione τρόπου deprimit: res uerbis ſunt potiores, uirtus eloquentiæ præferenda eſt. Deinde maius & utilius eſt præcipere, quàm exhortari.

ποίοις τισὶν) Qualibus quibuſdam, id eſt qualibus' nam, uel quibus' nam.

τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν) Simili figura dixit Cicero, domũ, urbes, nauam, hortos, prædiola, mũdum, claſſes, carcerem, porticum, uillam, &c. ædificare, compoſito uerbo ad alienæ rei ſubſtantiuũ appoſito. οἶκος & βίος diuerſa, hic coniunguntur. Sententia eſt, quam in degenda uita, uelut in re familiari adminiſtrãda rationẽ ſequi debeãt.

ὁ χρόνος ἀνάλωσεν) ἀόριστοι ſunt eleganter loco præſentium uſurpati, ſicut ſuprà quoq;, διέλυσεν, ἐπεβούλευσαν, ἠδυνήθησαν: et mox, ἔβλαψεν, ἐκόσμησεν, ἐπεσκότησεν. Pro his omnibus ſi ponas præſentia, ἀναλίσκει, μαραίνει, διαλύει, ἐπιβουλεύονται, δύνανται, ὠφελεῖ, βλάπτει, κοσμεῖ, ἐπισκοτεῖ, ſententia erit eadem. Quanquã autem huic ἐναλλαγῇ temporũ talis quædam ratiocinatio tacita ſubeſſe uidetur, experientia teſtatur, ſuperioribus temporibus hæc crebro eſſe facta. Ergo ipſarum rerum talis natura eſt, & eadem in poſterum quoq; fient: tamen hac figura Latino ſermoni minus congruit, niſi eam uerbo Solet explicare libeat.

οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον) σεμνὰ, τὰ τίμια ἢ σεβάσμια, id eſt precioſa, ueneranda, ſeu ſancta: item τὰ ἀξιωματικὰ, quæ autoritatem, dignitatem ac maieſtatem quandam præ ſe ferunt. τὸ σεμνὸν κατὰ τὴν πρόσοψιν eſt propriè: id eſt, in exteriore cultu, uultu & ſpecie cernitur. quod quidẽ ab animo probè inſtituto proficiſci, non autem (quod ſæpe fit) ſimulari debet. Vnde etiam interdum in malam partem accipitur, ut apud Euripidẽ in Hippolyt. νόμος καθέστηκε βροτοῖς, μισεῖν τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. id eſt, Faſtus & inhumanitas ita eſt inuiſa mortalibus, ac ſi lege inter eos ſancitũ eſſet. Quid eſt τὸ σεμνόν; definit Euripides, τὸ μὴ πᾶσι φίλον: id eſt, non omnibus eſſe amicum, non comem & affabilem. ac ſubijcit, τίς δ' οὐ σεμνὸς ἀχθεινὸς βροτῶν; Quis uerò mortaliũ ſi faſtuoſus ſit, non eſt inuiſus? Contrarium iam addit, ἐν δ' εὐπροσηγόροισιν ἔστι τις χάρις; Affabilitas autem grata & iucunda eſt? Reſpondet Hippolytus, πλείστη γε, καὶ κέρδος γε σὺν μόχθῳ βραχεῖ. Admodum certè: & cum lucri multum ferat, parum laboris habet. Ipſe etiam Iſocrates τὸ σεμνὸν in uitio ponit, quum inquit, γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. idq; ὑπεροπτικὸν ὄγκον interpretatur. σεμνοπροσωπεῖν, eſt affectare uultus grauitatem, faſtum quendam præ ſe ferre, ſimulatione grauitatis & uirtutis ἀνασπάσαι τὰς ὀφρῦς, ut Menander philoſophos deridens inquit: id eſt, tollere ſupercilium, ſuperciliosum eſſe. σεμνότης, honeſtas externa, ſplendor, grauitas, maieſtas.

ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥᾳθυμίᾳ παρασκευάζει) Propterea pauci diuites reperiuntur, qui uirtutem & eruditionem (utraq; enim laboribus paranda eſt) cum diuitijs coniungant: adeò ut ipſi opibus & uoluptatum affluentia contenti, utrãq; ad pauperes relegaſſe uideantur. Vnde prouerbio iactatur, ὅτι ἡ πενία τὴν σοφίαν ἔλαχεν: id eſt, paupertati ſapientiam, uelut in ſortitione prouinciarum, obtigiſſe.

καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων) Id eſt,

τῶν

τῶν ἀθλεύντων, ἢ ἀθλητῶν. Athletas intelligit, & palæſtricas exercitationes, quas Galenus in προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, iuſta declamatione inſectatur.

τοὺς τῆς ψυχῆς ἐπιμελείας) Notum eſt, pugiles ut molem & robur corporis augerēt, ad uorandum eſſe coactos à lanistis. Rectè autem dicitur, παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει φρένα: Pinguis uēter (ſic enim D. Hieronymus, niſi fallor, interpretatus eſt) nō gignit tenuē ſenſum. ſed melius diceretur, craſſus, id eſt crapula diſtentus uenter. Huc pertinet iocus ille cuiuſdam, qui rogatus, quî fieret ut athletæ nō ſentirent? reſpondit, Quia bubula veſcerentur. Alter ad ſenſum uulnerum, alter ad ingeniorū tarditatē, ſentiēdi uerbū retulit.

καταστῶσι) Ἀ καθιστάω. καθίστημι, καθιστάσοι faceret.

καὶ τὸν μὲν ὄκνον ψόγον) Sic Alexander Magnus, τὸ μὲν τρυφᾶν δουλικὸν, τὸ δὲ πονεῖν βασιλικὸν ἐστι. Seruile eſt, delicatè in ocio uiuere: tolerare labores, regium.

οἷς ἦ, &c. τοῖς ἔργοις) αἰτιατικῶς datiui pro genitiuo: quibus facinoribus, pro, quorum facinoribus. Sic Euripides οἷ ἱκετεύουσιν, οἷς γῆρας ἦλθε πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν: Quibus ſenectus uenit cana in orbitatem liberorum. pro ὧν, quarū ſub deſt, quæ in extrema ætate orbatæ ſunt liberis.

παρακαίρως ἠγάπα) Intēpeſtiuè. Philolaus, χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλε, ἄλλοτ' ὀλέσθαι: Pecunias aliàs tenere, aliàs impendere tibi libeat. καιρὸς etiam αὐτὶ τοῦ μέτρου capitur, ut in hoc pentametro, μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά: Ne quid nimis, modo adſunt omnia bona. Latinus poeta, Modus eſt pulcherrima uirtus. παρακαίρως igitur, etiam ſupra modum, exponi poteſt.

ἐπιμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων) τὰ ὑπάρχοντα, τὰ ὄντα, ἡ οὐσία, & (ut poſtea loquitur) ἡ ὑπάρχουσα οὐσία, τὰ παρόντα ἀγαθὰ, pro eodem accipiuntur, id eſt pro opibus, facultatibus, re familiari. παρόντα & ὑπάρχοντα nō ſunt oppoſita ut præſens & futurum, ſed συνώνυμα, id eſt duplicata, ſeu geminata. Demoſthenes Olynth. 1. εἰ δ' ὁ μὲν ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν ἐγνωκὼς ἔσται, &c. τὰ ὑπάρχοντα non tam pro copijs & imperio, quàm de rebus à Philippo geſtis uult intelligi: ut τὰ ὑπάρχοντα in genere dicātur, quicquid aliquis habet, ſiue illuſtres natales, ſiue opes, ſiue potentiam, ſiue gloriam. Huius loci hæc ſententia eſt: Hipponicum Demonici patrē neq; auarum & ſordidū, neq; rei familiaris negligentem, aut prodigum, ſed liberalem fuiſſe. Simili modo etiā Lucianus eleganti epigrammate iubet, fruendū eſſe opibus ac ſi ſtatim ſis moriturus, & ita parcendū quaſi perpetuò uicturus: eumq; ſapientem eſſe pronunciat, qui utriſq; his animaduerſis, & ſumptibus & parſimoniæ modum adhibeat. Ipſos uerſiculos, dignos qui à pueris ediſcantur, adſcribere libet:

ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
 ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
 φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

κοινὸς τοῖς φίλοις) Communis amicis. Rhodolphus Agricola, Amicis expoſitus. Lonicerus, Cōmodus amicis. Sententia eſt, eum non ſibi tantum uixiſſe, ſed amicos re, opera, cōſilio iuuiſſe. iuxta illud, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Sic paulo poſt, τὴν ψυχὴν κοινὴν eſſe dicit, quod illa ſeſe omnibus ingerat. Vel, nō faſtu, ſed comitate uſum eſſe erga amicos. ut hoc exemplum referatur ad præceptum quod ſequitur: γίνου πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. Sic κοινότητα Xenophon pro comitate & humanitate uidetur accepiſſe ἐν ἑλληνικῶν, cum inquit, ἰδίᾳ δὲ πρὸς Ἑρμοκράτην προσομιλοῦντες, μάλιστα ἐπόθουν τήν τε ἐπιμέλειαν, καὶ προθυμίαν, καὶ κοινότητα. id eſt, Seorſim uerò cum Hermocrate familiariter colloquentes, uehementer eius & ſollicitudinem, & ſtudium erga ſe, & humanitatem deſiderabant, &c. Sequitur poſtea, ἀνεκοινοῦτο δὲ, ὅτι ἔμελλε λέγειν, ἢ πράττειν: Communicabat cum eis, quid dicturus, aut facturus eſſet. Si quis τὸ κοινὸς intelligit, Hipponicum, parem omnibus amicis beneuolentiam tribuiſſe, ut apud Maronē eſt, Rex Iuppiter omnib. idem: fateor uerbi κοινὸς naturam id admittere. Sed gradus tamen amicitiæ, propter quos alij pluris, alij minoris faciendi ſunt, eam interpretationem reſpuunt. In Euagora, ἡγούμενοι κοινοτέραν εἶναι καὶ νομιμωτέραν τὴν Εὐαγόρου βασιλείαν τῶν οἴκοι πολιτειῶν. ubi κοινοτέρα certè non aliud eſt, quàm φιλανθρωποτέρα, ἢ ἐπιεικεστέρα, ἢ πρᾳοτέρα. Sic in Helenes encomio, ἡγούμενοι πιστοτέραν καὶ κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου μοναρχίαν, &c.

τοὺς περὶ αὑτὸν σπουδάζοντας) αὑτὸν, pro αὐτὸν, uel ἑαυτὸν, ſui ſtudioſos, eos à quibus obſeruabatur.

τὸ ἀκριβὲς αὐτῶν) Id eſt, τὴν ἀκρίβειαν, exactam diligentiam: id eſt, quanta diligentia & cura omnes uitæ ſuæ actiones ſit moderatus. hoc enim uerba ſibi uelle uidentur Lonicerus, Exquiſitiora horum. Sed ſi ſentētiam ſpectes, hoc uult, ἀκριβῶς διηγησόμεθα, uel ἀκριβέστερον, id eſt, accuratè

curatè indicabimus. τὸ ἀκριβὲς δηλοῦν, & δεῖγμα ἐξενεγκεῖν, ſunt oppoſita. δεῖγμα, indicium ſeu ſpecimen eſt: τὸ ἀκριβὲς, eſt res ipſa perfectè explicata. Vt, quum Aeneas apud Virgiliū dicit: Accipe nūc Danaum inſidias, & crimine ab uno Diſce omnes: ἐκφέρει δεῖγμα τῆς τῶν Ἑλλήνων πανουργίας, oſtenſa calliditate Sinonis. Si commemoraſſet, atq; ordine enumeraſſet omnes dolos & machinationes Græcorū, id fuiſſet δηλοῦν τὸ ἀκριβὲς αὐτῶν. Rodolphus: Exactè de illis nobis erit alio loco diſſerendum.

δεῖγμα ἐξενηνόχαμεν) Rhodolphus, Signum quoddam ſuſtulimus. Lonicerus, Indicium in medium protulimus.

ἐφάμιλλος) ἅμιλλα, certamen eſt: ἐφάμιλλος, qui pari Marte pugnat, & adeò non inferior eſt, ut etiam ſuperior eſſe ſtudeat.

εὐδοκιμήσει, εὐδοκιμήσει) ἀόριστοι loco futurorum, εὐδοκιμήσειν, εὐδοκιμήσειν.

εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς) Scilicet ἀνήκοντα, pertinentia ad deos: uel τοὺς θεοὺς, ipſos deos religioſe colito.

τὸ δαιμόνιον) τὸ δαιμόνιον, τὸ θεῖον, οἱ θεοὶ (οἱ δαίμονες etiā apud poetas) pro eodem ſæpe accipiuntur. Alioqui naturam [redacted] inter humanam & diuinam, mediam eſſe perhibent: ut ſunt, qui à Theologis genij, ſeu angeli dicūtur, hiq; uel boni uel mali.

ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως) Semper quidem, maximè uerò cum ciuitate. Rhodolphus: Numen uenerare ſemper quidem, præſertim quod ciuitas. Lonicerus: Venerare deum ſemper quidem, potiſſimum eum qui in repub. in qua uerſaris, colitur. &c. Vtriq;, τὸ μετὰ τῆς πόλεως, ad ſubſtantiam numinis retulerunt. quemadmodum etiam Cicero 2. de Legibus præcipit, his uerbis: Separatim nemo habeſſit deos: ne ue nouos, ſed ne aduenas, niſi publicè adſcitos, priuatim colunto, &c. Mihi uerò particulam temporis ἀεὶ conſideranti, uidetur Iſocrates non tantum de ſubſtantia, ſed etiam de tempore locoq; colendi numinis præcipere. ſic Xenophō ἐν ἀπομνημονεύμασι, probaturus, Socratem nouam religionem non introduxiſſe: θύων τε γὰρ, inquit, φανερὸς ἦν πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν. id eſt, Eum ſæpe domi, ſæpe in publicis ciuitatis aris ſacrificaſſe conſtat.

ἐν λήγοις τῶν πόνων) Sic Hippocrates ἀκορίην τροφῆς καὶ πόνων ἀοκνίην præcipit: id eſt, edendum ac bibendum eſſe citra ſatietatem, laborandum quidem ſtrenuè, ſed cauendam tamen defatigationem. Item: πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. id eſt, Labores, cibi, potus, ſomni, uenerea, omnia moderata ſint.

μήτε γέλωτα προπετῆ) Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primùm, ut ipſe neq; petulanter cachinnetur, neq; confidēter ac glorioſe quicquam iactitet. Deinde, ut in alijs etiam hæc improbet. λόγον μετὰ θράσους, id eſt θρασύν uel θρασὺν λόγον. cuiuſmodi ſunt dicta glorioſorum militum in Comœdijs. de quibus Ageſilai dictum illud uſurpari queat, Ea indigere magnis uiribus. Rhodolphus: Neq; in riſum procliuis eſſe uelis, neq; in uerba cōfidens. [redacted]: Cachinnorū proteruitatē reſpue, ſed neq; audacia in uerbis tibi probetur.

τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον) Scilicet, τὸ προπετῶς γελᾶν. Obſerua genus mutatum, & constructionem, ad ſenſum, non ad uerba referendum eſſe: item, τὸ μὲν ad remotius membrum, τὸ δὲ ad uicinius pertinere hoc loco. Riſus frequens & effuſior, uulgò pro ſtulticiæ nota habetur.

τὸ δὲ μανικὸν) Scilicet, τὸ θρασέως λέγειν. Et certè non ſani hominis eſt, in tanta imbecillitate & miſeria noſtra, tot undiq; periculis & impedimentis ingruentibus, uel de præteritis multū gloriari, uel in poſterum magnifica quædam minitari, uel temerè potentiores proſcindere maledictis.

μὴ σκυθρωπὸν) σκυθρωπὸς, στυγνὸς, λυπηρὸς, ἀφανὴς πρόσωπον κεκλιμένος. id eſt, triſtis, animo æger, obſcura & nubila fronte. σύννοιαν definiunt, διάνοιαν μετὰ λύπης ἄνευ λόγου: id eſt, moleſtam cogitationem, ſine probabili cauſa ortā, uel (quod rectius eſſe puto) ſine oratiōe, cū ſilentio. σύννους igitur erit triſtis, cogitabundus, & ſilens. Sed hic in bonā partem capitur, pro ἐννοητικῷ, uel ἐνθυμητικῷ, pro eo qui de rebus diligenter cogitat. Vox ipſa eum notare uidetur, qui cum mente ſit, id eſt, qui mente utatur. Sic Ariſtoteles β΄ πολιτικῶν, ταῦτ᾽ εἰπὼν ἐποίησε τὸν Αὐτοφραδάτην σύννουν γενόμενον, παύσασθαι τῆς πολιορκίας. His dictis, effecit ut Autophradates, re diligenter cogitata, ab oppugnatione deſiſteret. Rhodolphus: Fac aſſueſcas non triſtis eſſe, ſed cogitabundus. [redacted]: Sic cōpone uultum, ne triſticia in illo, ſed ſeueritas appareat.

αὐθάδης) Heſychius, ὑπερήφανος, θυμώδης, πείθαιρος, αὐθαίρετος. id eſt, ſuperbus, iracundus, contumax, ſiue contemptor & uiolator legum, ſibi placens, uel ſua amans. ὁ ἅδων ἑαυτῷ, ſibi placens, qui ſibi omnia, alijs nihil tribuit. Vnde αὐθάδεια, Thraſonum propria eſt.

κόσμον, αἰσχύνην) κόσμον αὐτὶ τῆς κοσμιότητος accipio, quam definiunt εὐταξίαν κινήσεως σώματος: id eſt, ordinem ac elegantiam quandam

dam

dam in inceſſu, motu ac geſtu corporis. σωφροσύνην ad habitum animi, & moderationē cupiditatum refero. Quod ſi cui diſplicet, is κόσμον ſiue ornatum, ſiue elegātiam, ſiue mundiciem (ut ego feci) interpretetur. Cicero (prætermiſſa duntaxat iuſticiæ mentione, quæ fortaſſe uiris aptior habeatur) idem ferè dicit Officiorum primo, his uerbis: Sequitur, ut de una reliqua parte honeſtatis quærendum ſit: in qua uerecūdia, & quaſi quidam ornatus uitæ, temperantia & modeſtia, omniſq; ſedatio perturbationum animi, & rerū modus cernitur. κόσμον [redacted]ius & Lonicerus mundiciam, Rhodolphus modeſtiam: δικαιοσύνην [redacted] probitatem, ἦθος [redacted] & Lonicerus mores, Rhodol. probitatē uerterūt.

τούτοις γὰρ ἅπασι) His enim uniuerſis mores adoleſcentū continētur: id eſt, hæ uirtutes omnes in adoleſcēte requirūtur, nulla harū abeſſe debet. pro eodē dicere potuiſſet ἁπλῶς, καθόλου, id eſt, in uniuerſum. uel ἅπαν τὸ ἦθος, quicquid ad iuuētutis diſciplinā attinet. Sic etiam ordinari uerba poſſunt, ἅπασι δοκεῖ, omnib. uidetur, omniū cōſenſu in adoleſcētib. hæ uirtutes eſſe debēt.

διαλύου τὰς διαβολὰς κἂν ψευδεῖς ὦσι) Iſocrates in ſequenti libello, etiam ψευδῶς διαβάλλειν dicit. Quare διαβολὴ, criminatio, obtrectatio: διάβολος ἄνθρωπος, obtrectator, criminator, delator dici poteſt. Nā ſi (ut Nonius exponit) calumnia eſt mēdax & malitioſa infamatio: &, Martiano iureconſulto autore, calumniari dicitur, qui falſum crimen intendit: ſuperuacaneum fuerit addere, falſa, cum falſitatis ἐπίθετον calūnia per ſe complectatur. διαβολὴν, ſeu διαβολίαν Phauorinus exponit, τὴν λαθραίως κατηγορίαν, accuſationem clam factam, clandeſtinam delationem. Lucianus ita deſcribit: ἔστι διαβολὴ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γινομένη, τὸν κατηγορούμενον λεληθυῖα, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως πιστευομένη. id eſt, διαβολὴ eſt accuſatio, quæ reo abſente & ignorāte facta, & altera tantum parte audita, contradicēte nemine, creditur. Sed natura uerbi διαβάλλειν, uidetur eſſe amplior, quàm ut huius definitionis anguſtijs contineatur. ſignificat enim in genere criminari, ſiue id uerè, ſiue falſo, clam palam'ue fiat, maledicere, obtrectare, in odium atq; inuidiam ſtudere adducere. συκοφαντίαν Suidas exponit, ψευδῆ τινὸς κατηγορίαν. id eſt, falſam alicuius accuſationem, ſeu calumniam. Sed ad præceptum Iſocratis redeo, qui hoc uult, nihil eſſe faciendum, tametſi per ſe malum non ſit, quod improbis & inimicis calūniandi & exagitādi occaſionem præbere queat.

κἂν ψευδεῖς ὦσι, cōmodiſſimè ſic licebit exponere, κἂν μηδὲν σαυτῷ κακὸν συνειδῇς, tametſi nullius ſceleris tibi conſcius fueris. Monemur, etiā occurrendum eſſe calumnijs, eaſq; refutandas.

μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης) Socrates paulo aliam parandæ gloriæ rationem, quāquam ab hac nō ita diuerſam oſtendit: ſi tales ſimus, quales nos perhiberi cupiamus.

φιλοπροσήγορος, εὐπροσήγορος) Sententia eſt, non tantum libenter, ſed etiam comiter & pro decoro ſalutandos eſſe obuios. Euripides Capaneo tribuit ἀψευδὲς ἦθος, id eſt, candorem & ingenuitatem animi, & mores à ſimulatione alienos: atq; εὐπροσήγορον στόμα, quod comiter & blande ſalutarit, humaniterq; cum omnibus collocutus ſit. οἰκείως, domeſticè, familiariter: item conuenienter, congruēter. Quare propemodum οἰκείως exponere malim, ut decet, pro dignitate cuiuſq;, quàm, familiariter. Sed in explicatione τῶν πολυσήμων, mihi non modo tutiſſimū, ſed rectum etiam, & ſæpe neceſſarium uidetur, pluribus uerbis uti. Exponam igitur οἰκείως, familiariter, & pro dignitate. Nam alia ratio eſt colloquēdi cum ſutore ueteramentario, alia cum conſule: alia cum amico, alia cum ignoto, &c. & qui ferociter & ruſticè ſalutant, odioſiores ſunt, quàm ſi taciti præterirent. Rhodolph. Moribus fac ut ſis comis, uerbis autem affabilis: eſt autem comitatis, benignè obuios appellare: affabilitatis, familiariter cum ipſis uerba communicare. Camerarius: Sic eſto moratus, ut & libenter ſalutes, & colloquare cū omnib. & alijs cōmodè reſpōdeas. Lonicerus: Moribus humanus eſto, ſermone iucundus. Eſt enim humanitatis, obuiantib. ſalutē impertiri: iucūdi autē, blandulū cum illis habere colloquiū.

καὶ σεμνὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν, ἀποτιμήσεις) Eſt ἀνακόλουθον, pro ὡς ἄνθρωπος, uel, ὡς ἄνθρωπον ὄντα. Sulpitius ad Ciceronem: Vis'ne tute Serui cohibere, & meminiſſe hominē te eſſe natum? Sic D. CHRISTOPHORVS IVLIVS me aliquando de fortuna & ualetudine mea conquerentem, his ferè uerbis, pro autoritate ſua, & in me beneuolentia, caſtigauit: Quorſum attinet inanibus querelis mala tua exaſperare potius, quàm commodè & æquanimiter ferendo mitigare? Ego quamprimum in lucem è maternæ alui latebris prodij, me hoc mecum attuliſſe intelligo, ut nullum ſit morborum & miſeriarum genus, à quo, ſi Deo ita uiſum fuerit, immunis eſſe queam. Proinde calamitatum nullum remedium paratius & efficacius hactenus reperire potui, patientia, & animi æquitate.

τρόπον ὅρκου πιστότερον) Hoc præceptum ſæpe repetitur ab Iſocrate. Vult, boni uiri tantam eſſe grauitatem, conſtantiam, ueritatem, fidem, taciturnitatem, ut quicquid capite ſaltem annuerit, minus in dubium uocetur, quàm ſi alij ſanctiſſimè iurarint: & nemo metuat, ne uel dicto uel facto ab ipſo offendatur. λόγων παρακαταθήκας, ſunt arcana, credita alicuius fidei.

τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν) Dion egregium libellum ſcripſit περὶ ἀπιστίας, qui huc referri debet, & à ſtudioſis utiliter legi [illegible] quum explicatus ſit à doctiſſimo [illegible] CAMERAR[illegible] præceptore m, nũc amico meo ſumma obſeruanti [illegible] Cuius uiri ſcripta nõ adoleſc[illegible] multis etiam qui ſibi docti u[illegible]um, diligenter cognita, prodeſſent. [illegible]anta enim diligentia, tanto iudicio, etiam minimi eius commentarioli compoſiti, tanta eruditione referti ſunt, ut monſtri ſimile mihi uideatur, eſſe literatores (ut audio) nonnullos, qui libros eius parui faciant, & non potius diurna nocturnaq; manu uerſent. Condemnant illi nimirũ ipſi ſeſe uel arrogantiæ, uel deſidiæ, uel temeritatis & inſcitiæ. Qui ſi obſcurum uocãt, quod exquiſitum & eruditum eſt, noctuã illi ſcilicet imitantur, quæ (ut eſt in fabulis) ſplendorem ſolis quàm ſuos oculos culpare malebat. homines digni, qui nihil niſi Obſcurorũ uirorum epiſtolas, & aureum Apuleij aſinum legerent.

ὅρκον ἐπακτὸν) τὸν μὴ αὐθαίρετον, ἀλλ' ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει. Iuſiurandum non ultrò datũm, ſed ad quod alius adigit. Rhodol. Iuſiurandum adactũ accipito. O[illegible]. Iuſiurãdũ ſi exigetur, dabis.

φιλοχρημάτως ἔχειν) Id eſt, φιλοχρήματος εἶναι. Sic enim uerbum ἔχειν aduerbijs additis, explicandum eſt. ἀσθενῶς ἔχω, id eſt, ἀσθενής εἰμι, infirmus ſum, male habeo.

καὶ περί σε γενέσθαι) Pro γενήσεσθαι. μὴ τυχὼν γὰρ) Scilicet τῆς ἐλπίδος, ἢ προαιρέσεως. id eſt, ἀποτυχὼν, fruſtratus, ſi non id euenerit, quod tu ſperaſti, aut uoluiſti: ſi non in eis erit fides & taciturnitas.

ἐπὶ τὰς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας) τὸν βίον hic ἀντὶ τῶν βιωτικῶν accipio; facta iactura rei familiaris. tametſi ad omnia in uniuerſum referri poteſt, ad orbitates, ad incommoda ualetudinis, ad iacturam dignitatis & honorum. Hi ueri amici ſunt, qui tuæ inopiæ ſubueniũt, nec in periculis deſerunt. Hinc Theſei & Pyladis, illius in Pirithoũ, huius erga Oreſtem fides, à poetis celebratur.

τὸ μὲν γὰρ χρυσίον) Ouidius hanc ſimilitudinem ſic interpretatus eſt,

Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt experiunda fides.

Rhod. Amicos proba & ex uitæ aduerſitate, & ex periculorum ſocietate. O[illegible]. De amicis iudicare poteris & cum res aduerſæ erunt, & cum ſocius periculi quæretur.

ἄριστα χρήσῃ τοῖς φίλοις) Dupliciter intelligi poteſt: uel, Hæc eſt optima ratio tractandi amicos. id eſt, ita te decet cum amicis agere: uel, hac ratione amicos habiturus es obſequentiſſimos. CAM. Vſus amicitiæ uetiſſimus, anteuerti amicorum petitionibus, & ſuccurri illis ultro temporibus ipſorum.

τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακοποιΐαις) νικῶμαι & ἡττῶμαι ſuapte natura genitiuis conſtruuntur: ut νικῶμαι τῆς ἀληθείας, uincor ueris, cedo ueritati. Sic etiam νικῶμαι τῶν ἐχθρῶν, uincor ab hoſtibus: ταῖς κακοποιΐαις, malefactis, ſeu iniurijs. uel, νικῶμαι ταῖς κακοποιΐαις τῶν ἐχθρῶν, uincor iniurijs hoſtium. Humanius eſt, dare operã ut hoſtes amici fiant, quàm ut eos è medio tollamus. Chriſtus præcipit, diligendos eſſe inimicos: & uult, ne uincamur à malo, ſed malum bono uincamus.

τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα) In ueſtitu, uel, circa ueſtitum. articulus τὰ, elegantiæ cauſa additur.

τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν) κτῆσις non tã poſſeſsionem, quàm quærendi & adipiſcendi ſtudiũ: ſicut etiam κτᾶσθαι, quærere, parare: κεκτῆσθαι, quæſiuiſſe, paraſſe, id eſt poſsidere ſignificat. ut prius illud cauſa ſit efficiens, poſterius hoc effectus. Nam τὸ κεκτῆσθαι ſcopus & finis eſt τοῦ κτᾶσθαι: quemadmodum belli finis eſt uictoria, & quæ uictoriam ſequuntur: ultionis delectatio, potentia, opes, pax, diſciplina.

παραπλήσιον οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν) Qui acribus & ferocibus equis, agitandi non ſatis periti, inſident, non ridentur tantum, ſed etiam interdum præcipitati colla frangunt: ſic ſtulti diuites, quos Diogenes κριοὺς χρυσομάλλους, uel, ut Galenus citat, χρυσοῦ πρόβατα, id eſt arietes aureo uellere, uel aureas oues nominabat, abuſu diuitiarum, perniciem interdum ſibi accerſunt.

πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν) Idem dicit Ariſtoteles primo Rhetor. his uerbis: τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. id eſt, diuitiarũ fructus in uſu magis quàm poſſeſsione conſiſtit. Sed Iſocrates etymologiam uerborum reſpicit. χρήματα ab utendo dicuntur, κτήματα à poſsidendo. Imperitis autem & auaris πλοῦτος non eſt κτήματα, aut χρήματα, quia uerum uſum alteri neſciunt;

neſciunt: alteri non poßident, ſed poßidentur: nec domini ſunt, ſed mancipia diuitiarum. Sicut Chriſtus dicit, neminem ſimul & Deo & Mammonæ ſeruire poſſe. Horatius contrà:

Non tu corpus eras ſine pectore, dij tibi mentem,
Dij tibi diuitias dederant, arteq́; fruendi. Itẽ alibi:
Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor.

χρήματα & κτήματα uſu autorum parum differunt, niſi quod prius de pecunijs, id eſt nomiſmate, uel ære ſignato peculiariter, poſterius de alijs rebus magis uſurpatur. Heſychius κτήματα interpretatur, ἅπαντα τὰ ὑπάρχοντα, id eſt omnes facultates: χρήματα, οἷς τις δύναται χρῆσθαι, κτήματα, βοσκήματα, id eſt ea quibus aliquis uti poteſt, poſſeßiones, iumenta. Suidas κτημάτων nomine etiam ſeruos uenire indicat. & apud Platonem in Phædone, Socrates, ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι: id eſt, nos homines ad deorum poſſeßiones dicit pertinere. χρῆσθαι, uti: ἀπολαύειν, frui ſignificat: alterum ad neceßitatem, alterum ad uoluptatem magis refertur à grammaticis, qui dicunt, nos frui aliqua re ſine reſpectu ad alia cõmoda, ut amici colloquio, iocis, uoluptatibus: uti, propter aliud, ut libro diſcendi gratia. Cicero tamen utraq; ſæpe coniungit, & modò hoc, modò illud præponit. Nobis igitur non magnopere laborandum exiſtimo de diſtinctione χρημάτων καὶ κτημάτων, τοῦ χρῆσθαι καὶ τοῦ ἀπολαύειν. Illud tenere ſatis eſt, præcipi, ut dominemur opibus, non ſeruiamus: ut eas in uſum proferamus, non illis (ut auro formicas Indicas ferunt) incubemus: cuſtodia ſolliciti, nõ uſu illarum læti. Deprompta eſt hæc ſententia è myrothecijs (ut Cicero uocat) Iſocratis, quæ non tã facile à nobis exprimi latinè poteſt, quàm apud Græcos concinna eſt & plauſibilis. Verbũ κατασκευάζειν διαβατικὸν eſt, id eſt duos accuſatiuos regit. κατασκευάζειν τὸν πλοῦτον χρήματα, id eſt ὥστε αὐτὸν εἶναι χρήματα. Sic adminiſtrare opes, ut uſui tuo ſeruiant. Plautino Euclioni aurum quod in terram defoderat, πλοῦτος erat: χρήματα non erat, quia eo non utebatur.

τοῦ τε ζημίαν μεγάλην ἐκτίσαι) ζημία & mulctam quæ à legibus aut magiſtratibus irrogatur, & quodcũq; damnum iacturam & cladẽ ſignificat. Ego malo de mulcta intelligere, quam qui ſoluere non poterant, in carcerem coniecti, pro infamibus habebantur. Crebrò apud oratores occurrit ὠφληκέναι τῷ δημοσίῳ, id eſt, eſſe in ærarijs: καὶ μὴ ἐκτετικέναι τὸ τίμημα, & mulctam nõ ſoluiſſe. Sic Miltiades (ut eſt apud Aemylium Probum & Plutarchum) quia quinquaginta talentorum mulctam ſoluere non poterat, ingrati populi crudelitate, in carcere computruit,

μηδὲν ὑπερβαλλόντως) Pro μή: ſicut Latini etiam Nihil & Nullus pro non, uel minime, cum quadam ἐμφάσει dicunt.

στέργειν μὲν τὰ παρόντα, ζητεῖν δὲ τὰ βελτίω) Fortunæ iniquitas cogit, ut (quod odioſum pleriſque eſt) hic aliquid de me dicam. Sunt enim non tantum inuidi & maleuoli, qui traducant: ſed quidam etiam boni uiri, qui mirentur crebras meæ uitæ mutationes, neq; leuitatis uacare culpa ſuſpicantur, quod hactenus nullo in loco diutius manſerim: quanquam & mediocris ſtatus meus (ut ipſi rei totius ignari, ſed ſpeciem tantum externam intuentes, putant) & non mediocris hominum erga me beneuolentia eſſet. Ego uero, quum ab alijs uitijs me alienum eſſe uelim, tum uerò inconſtantiam in me reprehendi, grauiter fero, præſertim quod uirtutis cum leuitate ſummum eſt dißidiũ: & ego mihi ſum conſcius huius perpetui propoſiti, ut doctrinæ & probitatis ſtudium ſummis uiribus retinendum. Cæterum fortunam, quæ mihi hoc ſine iactura ualetudinis & laboribus intolerabilibus, alijsq; ſordibus indignis uiro docto, & bene honeſteq; nato & educato concederet, non modò boni conſulendam, ſed etiam maximi faciẽdam crederem. Eius rei teſtimonium eſt, quod ante annos plus decem beato ocio, quod in orientali Francia per patronos & amicos, D. Ioannem Wüeſt in primis, iureconſultum eximiũ, uirum præter ingenij & fortunæ bona, multis & hoc tẽpore raris uirtutibus, candore, integritate uitæ, abſtinentia ſingulari præditum, ciuem & amicũ meum cariſsimum, promittebatur, honeſtos labõres antepoſui. Cuius me facti nondum pœnituit, neq; unquam (ut ſpero) pœnitebit. Quod ſi mutatio locorum non mutat animum uirtutis & ſapiẽtiæ ſtudioſum, ſed eundem ubiq; terrarũ relinquit: & peregrinationibus ſiue μετοικεσίαις, aliàs incommoda ſtudiorum fugiuntur, aliàs ualetudini periclitanti conſulitur, aliàs conſpirationes & capitales inſidiæ nefariorum hominum neceſſaria & ſalutari fuga declinantur: quas uir bonus & prudens uel factum meum reprehendet, uel exemplum (ſi uſus poſtulet) non imitabitur? Has mihi fuiſſe cauſas, non alias, & multis argumentis probare, & ſanctißimo iureiurando confirmare poſſim. Nunquam magnas opes, nunquam honores præcipuos (inopiam tamen & contemptum quis ſanæ mentis [redacted] deprecetur?) deſideraui: etſi ſcio hancce cupiditatum moderationem ab auaris & ambitioſis hominibus ſtulticiæ tribui. Tranquil-

lum quidem & ſtudioſum ocium ſemper exoptaui. Quod ſi benignitate numinis aliquando mihi contigerit, utilitati publicæ (ut hactenus etiã pro tenuitate mea factũ eſt) non meis uoluptatib. inſeruiet. Interea & Iſocratem meũ, & Theognidẽ ſequor, cuius hoc ſapientiſsimum præceptum eſſe iudico, quum inquit,

ὀ χρὴ κιγκλίζειν ἀγαθὸν βίον, ἀλλ' ἀτρεμίζειν,
τὸν δὲ κακὸν κινεῖν ἔς' ἂν εἰς ὀρθὰ λάβῃς.

Dum ſtatus eſt rerum fœlix, retinere memento:
Sed bona dum fiat, ſors agitanda mala eſt.

ἀγαθὸν βίον intelligimus actionẽ uirtutis, & mediocres ſucceſſus, ac tranquillitatem. Quòd igitur ſine pernicie mea, uel graui ſaltem ſtudiorum & ualetudinis incommodo, nõ ibi manere potui, ubi maximè uoluiſſem: infœlicitatis eſt, non leuitatis. Quòd tentare Deum, & fortunæ odia in me grauiora prouocare nolui: pietatis & prudentiæ. Quòd à ſtudio uirtutis & eruditionis, nullis periculis & ærumnis deterreor, nullis laboribus defatigor, nullis illecebris a..licor, ita ut uerè gloriari poſsim, me δεῖν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι, ἢ τὸ τὰ δέοντα πράξαι: boni & conſtantis uiri me fungi officio puto. Quis enim ſolem propterea dixerit inconſtantem, quod uoleto primi orbis motu, ſingulis uicenis quaternis horis circum terrarum orbem uoluitur: quum ipſe interim in Zodiaco trecentenis ſexagenis quinis diebus, uno diei quadrante addito, ſingulis annis abſq; ulla exorbitatione curſum ſuum conficiat? Ac (ut ad propria ueniam) propterea ne leuis eſt Cicero, quòd Clodij furore coactus, in exiliũ abire, quàm optimos ciues perditiſsimis ſicarijs contrucidandos obijcere maluit? quòd quæſtor in Sicilia, proconſul in Cilicia, ſapientiæ atq; eloquẽtiæ ſtudijs addictus, Rhodi atq; in Græcia uixit? aliàs in Arpinum, aliàs in Thuſculanum, aliàs in Cumanum ſeſe contulit? Eſt ne leuis, qui ex peſtilenti oppido fugiẽs, ruris amœnitate ſalutari frui deſiderat? Sed ualeant calumniatores. Nemo uir prudens quẽquam damnat, cauſa nõ ſatis cognita: nemo bonus in peſſimam partem rapit, quæ cum optima conſcientia & animo integerrimo facta ſunt. Quid multis eſt opus? ut mores, ſic etiam locum, ſapiens pro ratione temporum ſine crimine mutat.

κοινὴ ἡ τύχη) Communis eſt fortuna: id eſt, Nemo eſt à fortunæ tyrannide immunis. Sic Euripides, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' οὐ πείσομαι. id eſt: Dum homo uiuit, dicere non poteſt, Hoc non patiar. & Virgil.

Neſcia mens hominum fati, ſortiſq; futuræ,
Et ſeruare modum, rebus ſublata ſecundis.

τῶν τυχόντων) Quoslibet, fortuitò oblatos.

τὰς κυνάς) Græci κύων, ut Homerus ἵππους, fœminino genere crebrò capiũt: ideo fortaſſe, quòd fœmellis magis uſi fuerint, quàm maribus.

κακοὺς εὖ ποιῶν) εὖ ποιῶ, εὖ λέγω, Græci cũ accuſatiuis conſtruunt.

πιστευθέντος) πιστεύω σοὶ, habeo tibi fidem: πιστεύομαι ὑπό σου, eſt mihi apud te fides. ἐγχειρίζω σοὶ τὴν βίβλον, in manus tibi trado librum: ἐγχειρίζομαι ὑπό σου τὴν βίβλον, traditur mihi abs te liber. Græci primis etiam & ſecundis paſſiuorum perſonis utuntur, ubi Latinis tertiæ duntaxat conceſſæ ſunt.

ἐὰν ἀπεχθάνῃ) οἱ πρὸς τὸ φαυλότατον χαριζόμενοι, ſunt aſſentatores. ἀπεχθανόμενοί τινι πρὸς τὸ βέλτιστον, ſunt ueri amici, qui amicos delinquentes obiurgare non dubitent, & liberè fideliterq; moneant, etiamſi norint ſe amici gratiam effuſuros. Sed quia pauci ueri amici ſunt, ideo dicit, Eum qui delectetur aſſentatorũ peruerſis obſequijs, nullos fideles monitores habiturũ. Hæc ſententia in oratione περὶ εἰρήνης repetitur, ubi oſtẽdit, quum Athenienſes aſſentatione delectentur, oratores omnes in id ſtudere, non ut reipublicæ utilia, ſed ut grata uulgi auribus dicant. ἐν τῷ βίῳ expoſui, in uitæ conſuetudine. id ſi cui diſplicet, reponat, Quoad uixeris. ut ſubintelligatur ὅλῳ, uel παντί. Rhodolphus pro ἀπεχθανομένους, fortaſſe legit παρισταμένους. uertit enim, Qui tibi ad ea quæ ſunt optima ſequendum, aſsiſtant. [illegible] Si amicorum futilibus in rebus grata tibi obſequia fuerint, utilibus fraudabere offenſis. Lonicerus aliter explicare conatur, hoc ſcholio: Si te peſsima conantem amici non deſerunt, quanto magis ſi præclaris rebus operã dederis, præſto erunt: & ita præſtò erunt, ut plurimum inde uoluptatis capiant: tantum abeſt, ut uirtutem tibi inuideant. Argumentum à minori ad maius. Hæc ille. Sunt etiam qui ἔχειν ἀπεχθανομένους, exponãt μισεῖν καὶ ἀποδοκιμάζειν. Ellipſin eſſe putant ita complendã, τῶν ſcilicet χαριζομένων σοι πρὸς τὸ βέλτιστον. ut ſit ſententia, non inimicus eſſe debes illis, qui tibi in rebus optimis gratificantur. Sed ego non puto eſſe uſitatum, ἔχειν ἀπεχθανόμενον, pro μισεῖν. Deinde uerbum χαρίζεσθαι non uidetur ad ſeueritatẽ admonitionũ poſſe detorqueri.

ὁμιλητικὸς) Aptus ad uitæ conſuetudinẽ, qui ſe moribus hominum accõmodare poteſt, qui ſcit uti foro. Lonicerus, familiaris: Rhod. comis. [illegible] Affabilitatis eſt. Memineris autem præcepta περὶ τοῦ ὁμιλητικοῦ τρόπου extendi uſq; ad illud, μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ.

πρὸς πάντα φιλόνεικος) Rhod. Neq; cum omnibus contendas. fortaſſe πάντως legit. νεῖκος, contentio eſt: φιλόνεικος, contentioſus. proprie is qui nemini cedere, ſed ſemper ſuperior eſſe uult.

μηδὲ πρὸς τὰ γελοῖα) Sic Cicero: Turpe eſt, ualdeq; uitioſum, in re ſeuera conuiuio dignũ aut delicatum aliquem inferre ſermonem.

τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος) Elegans paronomaſia, & atticiſmus: ut πράγματα πραγματεύεσθαι, negocia tractare: πόλεμον πολεμεῖν, bellũ gerere: δῶρον δωρεῖσθαι, dono dare: λήρους ληρεῖν, nugas agere, &c. Ponitur uerbũ & nomen ſignificationis & originis eiuſdem. χάριτες, hic beneficia, non deæ ſunt. CAM. Gratificationibus ne abſit promptitudo. Reliqui duo interpretes, græcam figuram affectarunt. Rhodol. Ne ingrate gratiam ineas. Lonic. Ne ipſis quidem Gratijs citra gratiam feceris gratum. Extat in hanc ſententiã elegans epigramma, quod ex Boiſſin Chiliadibus adſcribere libet:

ὠκεῖαι χάριτες γλυκερώτεραι, αἱ δὲ βραδῦναι,
πᾶσαι χάρις κενή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Auſonius: Si bene quid facias, facias cito. Nam cito factum,
Gratum erit: ingratum, gratia tarda facit.

πράττειν μὲν) Scilicet, ὧν οἱ φίλοι δέονται, Ea quæ amici petunt.

ταὐτὰ τοῖς ἄρχουσι) τὰ αὐτὰ cum datiuo, eadem quæ ciuitas Demoſth. γ' ὀλυνθιακῷ, οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, non eadem ſtatuere poſſum. ταὐτὰ ab ὁ αὐτὸς αὐτὴ τὸ αὐτὸ, ſignificat hæc. Rudioribus hoc diſcrimen tenendũ eſt. ἀποβάλλουσιν, abijcientibus, id eſt amittentibus. ἀποβεβληκὼς τὰ πατρῷα, qui patrimonij iacturam fecit. διαμαρτάνοντα, aberrantes, id eſt carentes, deſtituti.

μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ) μάλιστα expono, potiſſimum fuerit, ac ſi eſſet κράτιστον ἂν εἴη εὐλαβεῖσθαι: ſic enim ſententia poſtulat. πότοι ſunt συμπόσια, conuiuia: συνουσίαι, ubi homines unà ſunt, ſodalitates, congreſſus, familiaritates, colloquia, diſputationes. Vbi enim plures conuenere, non utiq; ignauum ſilentium eſt (niſi fortè inter ἐχεμύθους Pythagoreos, aut ἰχθυοφάγους Carthuſianos) ſed uel agitur, uel dicitur aliquid.

ἀθάνατα μὲν φρόνει) Cicero: Nihil eſt tam anguſti animi, tamq; parui, quàm amare diuitias. Idem uidetur μεγαλοψυχίαν ita interpretari, ut ſit animi magnitudo, humanarumq; rerum cõtemptio. Puto igitur hic amorem diuitiarum & nimium ſtudium prohiberi, & tamen moderatã curam & uſum rei familiaris præcipi, ne nimiã μεγαλοψυχίαν ἀχρηματία & ἀμηχανία conſequatur, id eſt egeſtas & inopia, quæ à paucis æquo animo fertur & magno, ſed pleroſque uel à ſtatu mẽtis deijcit, uel ad facinora impellit. Lonic. Vt immortalis, magnanimus eſto: ut mortalis, facultatibus modeſtè utere. CAM. Diuino animo ſis, ut excellas: ſed humano, uſum rerum moderator. Rhod. Immortalia ſentias, magnitudinem animi præ te ferẽdo: mortalia uerò, moderatè præſentibus perfruendo.

τὴν παιδείαν τῆς ἀπαιδευσίας) De morib. hic agitur, & linguæ moderatione in primis, non de ingenio: quanquam omnino rectam inſtitutionem uirtutes omnis generis comitari debent. Rectè igitur Ouidius:

Ingenuas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Quia uero pauci bonas artes fideliter, hoc eſt, magno ſtudio perfecteq; diſcunt, ſed quædã duntaxat ad oſtentationem aut quæſtum decerpunt: hinc ſunt illæ uulgi de moribus eruditorum (qui quidem, quoniam uirtutem, præſtantiſſimam doctrinæ partem, negligunt, falſo ita appellantur) querelæ, inuidia, odium, indignatio. Rhod. modeſtiam & immodeſtiam. Lon. eruditionem et inſcitiam. CAM. Eruditionem & barbariam interpretatur.

κερδαίνοντες πράττουσι) Rhod. Alia quidem omnia peruerſe facta, lucro ſunt eis qui illa admittunt. CAM. Cum aliæ prauitates lucroſæ eſſe ſoleant. Hoc intelligendum eſt de præſenti fructu & uoluptate improbitatis, cuius illecebræ irretitos incautos, ad extremum perdunt. Qui negat depoſitum, qui peierat, qui furatur, lucrum habet in præſentia, uel impunitatem: ſed deprehẽſus, uel ignominia notatur, uel capite plectitur. Adulter uoluptatem ſuam fortaſſis explet: ſed re cognita, uel famæ uel uitæ iacturam facit, præter incõmoda ualetudinis, & angorem cõſcientiæ, & perpetuam animi trepidationem, ne quemadmodum Mars in Vulcani thalamo deprehendatur.

τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων) Ariſtoteles 1. Rhetoricorum, ἐκ τῶν προγεγονότων τὰ μέλλοντα καταμαντευόμενοι κρίνομεν. id eſt, E præteritis tanquam uates de futuris iudicamus.

μέλλων τινὶ συμβουλεύεσθαι) Pro συμβουλεύσων, petiturus alicuius conſilium. μέλλω εὐδοκιμήσειν, uel εὐδοκιμεῖν, pro εὐδοκιμήσω. Sed hæc pueri cognoſcere debent è Syntacticis libellis Varennij, Georgij Fabricij, aut aliorum.

τοῖς ὑπὸ τῶν βασιλέων κειμένοις) A regi-

bus iacentibus, id eſt poſitis, τεθειμένοις. Neutra paſſiuorum conſtructionem imitantur. Sic dicũt, ἔθανεν ὑπὸ τῶν ψευδοφίλων, mortuus eſt à falſis amicis: pro ἐφονεύθη, peremptus eſt. ἐτελεύτησεν ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων, obijt à doloribus, id eſt, dolores eum confecerunt.

ἰσχυρότατον μέντοι νόμον) ὁ νόμος βασιλεὺς, Lex regina eſt in bene conſtitutis imperijs: neq; regi contra ius diuinum & humanum, quicquam licere debet. Nam (ut Cicero ex Herodoti ſententia ait) fruendæ iuſticiæ cauſa initio bene morati reges conſtituti ſunt. Sed οἱ συνήθεις τῶν λεόντων, hoc eſt tyranni, hanc unam cantilenam didicere: Sic uolo, ſic iubeo, SIT PRO RATIONE VOLVNTAS: ipſis iucundam, ſeruituti aſſuetis ſæpe auditam, liberis hominibus intolerabilem.

μᾶλλον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν) Magis proba, uel amplectere iuſtam paupertatem: id eſt, Malis eſſe pauper & iuſtus, quàm per iniuriam locupletari. Poſtea ſequitur, μηδὲ ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων. id eſt, Non imitandos, nõ magnifaciendos, non in beatis numerandos eſſe (tot modis enim τὸ ζήλου exponi poteſt) fœneratores & uiolentos diuites. Hoc igitur magis ad aliorum perſonas, illud ad rem ipſam pertinere puto. Alioqui δικαίαν πενίαν, & πλοῦτον ἄδικον, acciperem αἰτὶ δικαίων πενήτων, & πλουσίων ἀδίκων.

σὺν μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας) Euãgelium beatos pronunciat eos, qui propter ueritatem et iuſticiã crudeliter uexentur. & Cicero eadem de cauſa dixit, ſe Bibuli fortunam, quam Vatinius afflictam putaret, omnium triumphis uictorijsq; anteferre. Ex talibus ſententijs apparet, quãta honeſtatis uis ſit in animis hominum, quæ tamẽ Cyclopica immanitate à multis ſupprimitur.

ἐν δημοκρατίᾳ) Imperium populi, ſtatus reipublicæ popularis, ubi eſt idem ius adipiſcendi magiſtratus omnibus ciuibus, ubi ſumma rerum penes populum eſt. De formis rerũpublicarũ e Politicis Ariſt. in συμμαχικῷ pauca proferemus.

πλεονεκτοῦσιν) Fit à πλέον ἔχω, id eſt plus habeo. hinc πλεονέκτης, πλεονεκτικὸς, πλεονέκτημα, πλεονεξία, & eius contrarium μειονεκτεῖν, minus habere, deteriore conditione eſſe, inferiorem eſſe. Cæterum πλεονεξία, & cognata eius, quanquam aliquando prærogatiuã & meliorem fortunã & conditionem commoditatemq; ſignificant, ſæpius tamen in uitio ponuntur, pro auaricia, iniuſta cupiditate, rapacitate, uiolentia, & malis artibus.

κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι) Ac illorum quidem improbis intereſt. φαῦλον, τὸ κακὸν, καὶ τὸ εὐτελὲς, καὶ μικρὸν, καὶ οὐδαμινὸν, τὸ εὐχερὲς, τὸ μετὰ ῥᾳστώνης, τὸ ἁπλοῦν. φλαῦρον δὲ, μόνον τὸ κακόν. καὶ φαῦλον λέγομεν τὸν κακόβιον, καὶ πονηρὸν ἄνδρα, τὸν διαστελλόμενον πρὸς τὸν σπουδαῖον. φαῦνος, φαίνων αὐτόν. φαῦρος, κοῦφος. id eſt φαῦλον ſignificat malum, uile, paruum, nihili, facile, expeditum, ſimplex. φλαῦρον uerò, malum duntaxat. φαῦλον etiam dicimus uirum malæ uitæ, ac improbũ, qui σπουδαίῳ, id eſt bono uiro opponitur. φαῦνος, qui ipſum, uel ſeipſum indicat. φαῦρος, leuis.

πρὶν ὅτι ἂν μέλλῃς) Sic Zeno, τὸν φιλόσοφον εἰς νοῦν ἀποβάπτοντα δεῖ προφέρεσθαι τὴν λέξιν. Sapientis eſt, orationem mente imbutã proferre. & Ariſtotelẽ dicunt, τὸν κάλαμον εἰς νοῦν ἀποβρέχειν. id eſt, mente calamum tingere.

δυνῇ, ἐπίστῃ) Subiunctiui, à δύναμαι, ἐπίσταμαι.

δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν.) Duo fac tẽpora loquendi, uel de quib. noſti perſpicuè, uel de quibus neceſſarium dicere. Vtinam hoc præceptum nõ negligeretur. Quàm multi incerti & falſi rumores temerè ſparguntur? quàm multi cõfidenter ac impudenter affirmant, negant, probant, improbant, de quibus comperti nihil habẽt: alijsq; perſuadere conantur, quæ ipſi ſibi nondum perſuaſerunt? quàm multis inutilibus & pernicioſis nugis aures hominum obtunduntur, quæ interim uel utilius quieſcerent, uel res utiles auſcultarent? Eſt certe γλῶσσα ἀκόλαστος αἴσχιστον νόσος: id eſt, petulãns lingua turpiſſimus morbus: quæ id ſolum efficit, ut publicam tranquillitatem turbet, & diſſidijs, bellis, ſeditionibus, omnia repleat. Sed exitum caninæ facundiæ deſcribit eleganter Euripides, cum inquit:

ἀχαλίνων στομάτων, Effrenati oris,
ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, Atq; iniuſtæ amẽtiæ,
τὸ τέλος δυστυχία. Finis eſt infœlicitas.

γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις μηδ' ἐν ἑτέροις ὢν, κατάφανὴς) Eſto uerò alijs neq; in alteris exiſtens, manifeſtus. μηδ' ἐν ἑτέροις, pro ἐν μηδετέροις, ſicut μηδὲ εἷς, pro μηδεὶς. eſt Attica tmeſis, hoc eſt, compoſiti uocabuli in ſua ſimplicia reſolutio, nõ ſine emphaſi quadã. Hoc uult, diſſimulãdas eſſe res tum aduerſas, tum ſecundas: ſed in ſinu, quod aiunt, dolendum & gaudendum. Nam calamitoſi ridẽtur, & offenduntur audacius: fœlicibus inuidetur. ut eleganter ille dicit, ἀμήχανον οἱ εὐπραγίαις τὸν φθόνον διαφυγεῖν: Fieri nequit, ut in rebus ſecundis

cundis inuidiam effugias. Arguit etiam illa exultatio, uel afflictatio, quandam animi leuitatem. quum uirtutem σταθερόν τι εἶναι, id eſt firmum ac ſtabile quiddam eſſe oporteat.

ζῆν μὲν τὴν ἀσφάλειαν) Id eſt, ἀσφαλῶς, ἐν ἀσφαλείᾳ. Rhod. uitã in tuto collocare. CAM. In degenda uita, tuta ſequere.

ἣ καταψηφισαμένη) Diogenes de Socrate, πρὸς τὸν εἰπόντα, θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, κἀκείνων φησὶν ἡ φύσις. Cum quidã ei dixiſſet, Athenienſes te capitis damnarunt: Ipſos etiam natura, inquit.

τὴν τούτων χρείαν) Horum uſum, id eſt quando & quomodo hiſce præceptis utendum ſit.

τῇ περὶ τὴν ἄλλην σου παιδείαν ἐπιμελείᾳ) Circa reliquã tui inſtitutionẽ diligẽtia. Mutatus ordo uerborũ, pro τῇ σου ἐπιμελείᾳ, &c.

ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἐκ τούτων μάλιστα) Aſcribere libet pulcherrimam Muſonij philoſophi ſententiam, ex Gellio. ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει. ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μεθ' ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. In quam ſententiam Cato dixit: Cogitate cum animis ueſtris, ſi quid uos per laborem rectè ſæceritis, labor ille à uobis citò recedet: bene ſactum à uobis, dum uiuetis, non abſcedet. Sed ſi qua per uoluptatem nequiter ſæceritis, uoluptas citò abibit, nequiter ſactũ illud apud uos ſemper manebit. Hãc gnomẽ olim uerſiculis expoſui, quos ſubijcere uiſum eſt:

Si quid agis uigili ſtudio, quod ſuadet honeſtas,
  Vt labor omnis abit, ſic manet altus honos:
Et parit ingenuæ ueriſsima gaudia menti,
  Vltima quæq; dies non abolere queat.
Sin tibi plus cordi fuerit damnoſa uoluptas,
  Illecebris captum detineatq; ſuis:
Mox abit in uentos breuis oblectatio, nullus
  Inde uenit fructus, non uenit ullus honos.
Et pudor & mœror nullo delebilis æuo,
  Vltrices adhibent poſt malefacta faces.
Ergo bonis animum ſtudijs & rebus honeſtis
  Dedere ni properas, deſipis, atq; peris.

τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν) Rhod. ſatiandarum libidinum ſtudio. [redacted] in crapulationibus.

τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκα) Chriſtianos igitur deceret omnes uitæ huius actiones ad ſecuturã immortalitatem accommodare, quæ ſola pios uerè beatos, impios uerè miſeros faciet.

ἡσθέντες) Ab ἥδομαι. ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πρᾶξαι) τὰ τυχόντα, fortuita, quælibet. οἱ τυχόντες, quilibet, uulgares, plebeij.

ἢ πολλοὺς ἔχειν τῶν ἐπιπληττόντων) Sic Iuuenalis: Omne animi uicium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur.

ἐλαττουμένους) λειπομένους, id eſt minores, ſeu poſteriores, ſcilicet τῆς προσδοκίας τῶν ἀνθρώπων: uel, τοῦ ἑαυτῶν ἀξιώματος, qui expectationem hominum fruſtrati ſunt, qui ſe non pro dignitate gerunt.

ὅπου γὰρ, ἦπου οὐ) Cũ enim, an nõ. Seruiunt hæ particulæ plerũq; argumẽto à minore ad maius.

τῆς τύχης εἶναι προδότας) CAM. Fortunam ſuam prodere. προδότης non tãtum eſt perfidus, & deſertor, & transfuga in bellis: ſed is etiã, qui officio ſuo quacunq; in re deeſt, aut defenſionem legitimam prætermittit.

εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν) Hinc quanta ſit ſtultitiæ peruerſitas cernitur. Nemo enim ſe lædi uult, ſed cùm ab alijs omnibus, tum uerò à ſemetipſo beneficijs affici. Expetenda igitur eſt ſapientia, quæ omnes actiones ex utilitate noſtra & dignitate moderetur.

ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι) μῦθον ἀντὶ τοῦ λόγου, λέγουσιν ἴωνες. μῦθον orationem dicunt Iones, itaq; Homerus μύθου uocabulo utitur. μῦθον pro fabula ponere, poſteriorum eſt. In Archidamo uerbum quoq; μυθολογεῖν, non pro fabuloſa narratione, ſed pro diligenti expoſitione accipi puto. Sic enim inquit, ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς οὐκ ἐᾷ μυθολογεῖν: ut in ea oratione uidebimus. Nam ſi ὡς οἱ μῦθοι λέγουσιν, exponas, ut eſt in ſabulis, quî conuenit quod ſequitur, καὶ πάντες πιστεύουσιν, & omnes credunt? Quicquid enim pro fabula habetur, non creditur utiq;. Niſi fortè uulgi credulitatẽ exagitat: quod ipſum tamen hic non fieri tempeſtiuè uideretur. CAM. Vt fabularum hiſtoriæ creditur.

καὶ τὰ τῶν ἄλλων σοφιστῶν) σοφία ſapiẽtia eſt, & in genere quæuis ars & ſcientia. inde fit σοφίζω, erudio ad ſapientiam. hinc σοφιστὴς, ſapientiæ & eloquentiæ præceptor, eruditus, olim idem quod σοφός. Sed hominum uitio ipſa profeſsio (ut fit) in odium uenit, ut σοφιστὴς dicatur impoſtor & cauillator, qui falſa ſpecie ſapientiæ ſeſe uenditat, & pecunias corradit. inde σοφίζεσθαι eſt decipere.

ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν) Sic Lucretius,
Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Sic nos autorum decerpimus aurea dicta,
Aurea, perpetua ſemper digniſsima uita.

τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας) Senſit etiam Iſocrates, humanum ingenium, à primo ſtatim ortu eſſe deprauatum.

F I N I S.

ANNOTATIONES IN NICOCLEM Iſocratis, De Regno.

Eἰωθότες) Soliti, ab inuſitato uerbo ἔθω. Accipitur etiam paſſiuè apud Ariſtophanem, ὦ δέσποτα, εἴπω τι τῶν εἰωθότων; Here, dicam'ne aliquid conſuetum, id eſt, pro more meo.

χρυσὸν εἰργασμένον) Aurum laboratum. Sic Cicero, Habeo munus à te laboratum decem legatorum. & Virgilius, Arte laboratæ ueſtes. à uerbo ἐργάζομαι, paſſiuè accipitur.

ἡ παῤῥησία) Libertas in loquendo, quam Cicero liberã uocem interpretari uidetur. à παῦ, uel πᾶν, & ῥῆσις. aut quod omnis res ſine diſsimulatione dicatur: aut, quod coràm & in conſpectu, non à tergo id fiat. Refertur hic ad perſonas eorum, uel qui monent amicos, uel qui inimicos inſectantur. Quod ſequitur, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι, uelut interpretatio & definitio eſt, quid παῤῥησίαν uocet.

ἐπιθέσθαι) Inuadere, aggredi, impetum facere in aliquem, & id ex inſidijs plerunq;.

τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον) Tyrannis uerò nihil eſt huiuſmodi. id eſt, principes (tyranni enim uocabulum in bonã ſæpiſsime partem accipitur) his omnibus adminiculis carent.

ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν) Non moniti perſeuerant: id eſt, à nemine unquam monentur.

τῶν τῶν ἰδιωτευόντων μὲν, ὑπερφυῶς δὲ πραττόντων) Verbum πράττειν non tantum actiones eas quæ ab humano conſilio proficiſcũtur, ſignificat, ſed etiam fortunæ (quæ omnibus in rebus dominatur) qualitatem. Vnde illa ſunt, εὖ καὶ κακῶς πράττειν, pro εὐτυχεῖν καὶ δυστυχεῖν. & nomina, εὐπραξία, δυσπραξία, uel (utraq; enim dicũtur) εὐπραγία, δυσπραγία. [redacted] Eorũ ne qui priuatam quidẽ, ſed placidã & humanã agunt uitam.

καὶ διεξιόντες εὕρωσι) Et percenſentes inuenerint: id eſt, conſideratis principum hiſtorijs. à uerbo διέξειμι [redacted], Singulisq; cõſideratis deprehenderint.

ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας) Huius uerò inæqualitatis, peruerſitatis, qua diſceditur ab officij regula. Cognati enim & gentiles, & matrimonijs ſeu affinitatibus coniuncti, non perdere, ſed tueri mutuò ſeſe debent. Tragici tyrannorum exitus etiam pueris noti ſunt. Vnde Satyricus:

Ad generũ Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.

Exempla proferre ſuperuacaneum eſt in re facili. & ego alioqui uereor, ne prolixitate Annotationum in curioſitatis reprehenſionem incurram. [redacted] Porrò cõmutationes huiuſmodi fortunæ, rerumq; tumultus hinc proficiſcitur, quod uti ſacerdotium, ita regnum quoque, cuiuslibet hominis eſſe credunt.

τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν) Regnum ut ſacerdotiũ cuiuſq; uiri eſſe putant. id eſt, tam facile eſſe regem agere, quàm ſacerdotem agere putant. Poſitũ autem fuit gentilium ſacerdotium non tam in explicandis myſterijs religionis, quàm in mactandis pecudibus, & certo quodam ritu ueſtiũ & geſtuũ: quæ res non difficulter & diſcebantur, & præſtabantur. ſed iuxta Xenophontem, & experientiæ teſtimonio, ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ζώων εἶναι ῥᾷον, ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν. hoc eſt, Homini nato facilius eſt, omnibus alijs animãtibus quàm hominibus imperare. Sed ſi quis ita mauult intelligere, quod uelit Iſocrates etiam ſacerdotium rem eſſe difficilimam, quod in pontifice magna uitæ ſanctimonia, magna reconditæ doctrinæ copia, ac tum animi tum corporis dexteritas requiratur: eum ego non impedio. [redacted]: Cuius præcipitis iudicij ac perturbationis cauſa eſt, quod regnum alterius functionis inſtar, cuiuslibet hominis eſſe arbitrantur. In oratione περὶ ἀντιδόσεως, τὸν αὐτὸν δεῖ νικοκλέα μὴ ῥαθυμεῖν, μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν, ἀμελῶς οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν. E quibus uerbis conſtat, ἱερωσύνην, id eſt ſacerdotium accipi ab Iſocrate, pro facili & ignaua functione.

ἐξεργασθῇ) [redacted] uerò an munus hoc, cũ abſolutum fuerit, argumento ſuo reſpondeat.

τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων) καταλογάδην aduerbium. Additi autem aduerbijs articuli, naturam adiectiuorum induunt. eſt itaq; τὸ καταλογάδην σύγγραμμα, ſcriptum ſolutæ orationis [redacted] Permulta tum carmine tum proſa oratione compoſita.

τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν) His uero reſpublicas mãſuetiores effecerit: id eſt, ut ciues non dura ſeruitute premantur, ſed ſub iuſtis & clementib. imperijs tranquillè uiuãt: quæ, autore Terentio, ſtabiliora ſunt, quàm illa ui quæ fiunt [redacted]. Illis gubernationem mitiorem reddit.

ἅπασαι γὰρ αἱ πανηγύρεις οὐδὲν μέρος τιθέασι τούτων τῶν ἄθλων, &c.) Omnia enim ſpectacula nullam partem conſtituunt horũ præmiorum, pro quibus uos ſingulis dimicatis diebus. πανηγύρεις, id eſt θέατρον, συνάθροισις, εἰς ἃ

πανηγύρεις ἀγείρονται: id eſt, Panegyris eſt ſpectaculum, congregatio, ſeu cœtus, ad quem omnes conueniunt. Huiuſmodi fuerunt Olympia, Iſthmia, Nemea, Pythia, ſolennes totius Græciæ conuentus, ubi omnis generis ludi, certamina, ſpectacula edebantur, propoſitis quibuſdam præmijs (quæ ἆθλα uocabantur, ſicut ipſum certamē ἆθλος) honoratis magis quàm precioſis: ut erant corollæ ex oleaſtro, malo, ſelino, apio, & ſtatuæ publicaq; præconia, &c. Regni autem bene adminiſtrati præmium eſt, priuata & publica felicitas, & ingens gloria.

ἐὰν γὰρ τὸ κεφάλαιον) Sic Ariſtoteles, σκοπὸν γὰρ ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος: Si metam propoſitam habeamus, ab officio minus aberrabimus.

αὐτὸς ὑπὸ σαυτοῦ παρακληθείς) Scilicet ad diſcendum & excolendum ingenium. παρακαλοῦμαι αὐτὸς ὑπ᾽ ἐμαυτοῦ, Ipſe mihi ſum hortator, me excito, calcaria mihi ſubdo. Simile eſt illud in Parænesi, αὐτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν ἐπιτάττειν, Ipſum ſibi facienda optima imperare. Deinde ſequitur, ἄρχε σαυτοῦ, Impera tibijpſi: quod ita fit, cum appetitū rationi obedientē præbemus.

ἄρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν) Scilicet á ſtudio prudentiæ. Prudētia dux & gubernatrix eſſe debet actionum omnium.

τὸν ὄχλον ὑβρίζειν) ὕβρις ὄχλου, eſt ἀναρχία, quum uulgus neminem timet, ac pro libidine graſſatur, contemptis legibus & magiſtratibus. Huius ἀταξίας deſcriptionem habes in Areopagitico, & oratione de Pace. περιορᾶν ὑβριζόμενον, eſt ἐᾶν ὑβρίζεσθαι, conniuere ut magiſtratus ſæuitiam in populum exerceant, eumq; contumelioſe uexent: ut Athenis ſub triginta tyrannis factitatū eſſe, apud Iſocratem & alios legimus.

τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους) ἐργασία ſignificat lucrum & quæſtū, ſiue ex agricultura, ſiue opificio, ſiue mercimonijs. Sicut poſtea, νόμιζε τοὺς ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. πραγματεῖαι hic pro meſſe cauſidicorum, & rabularum aucupijs forenſibus accipiūtur. Vnde πραγματικοὺς uocant cauſidicos. καθίστη pro καθίσταθι, ſicut poſtea ἐφίστη pro ἐφίσταθι, ſunt imperatiui, non paratatici hoc loco.

τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐνδείκνυσο ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν) Magnificentiam oſtenta in nulla re quæ eſt magnorum ſumptuum. Huic præcepto Nicocles (ſi modo is eſt de quo Aelianus libri ſeptimi capite 2. ſcribit) haud obtemperauit, ſed cum Stratone Sidonio, ſumptuoſiſsimis & luxurioſiſsimis cōuiuijs certauit: quemadmodum regia illa Aegypti meretrix, cum profuſiſsimo Antonio. Addit idem Aelianus, luxum illum non fuiſſe diuturnum, ſed utrunq; male perijſſe. Cicero 2. Offic. Omnino duo genera ſunt largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & uiſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum uenationumq; apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſunt relicturi omnino.

ταῖς δὲ πράξεσιν ἀκριβὴς) Rebus uel actionibus exactè. Eraſ. In munijs obeundis accuratus ac diligens. Malo πράξεσιν hic pro εἰσπράξεσι, id eſt exactione accipere: quia ſequitur, ἵνα διαρκῇς, ut ſufficias. id eſt, ne ſumptus tibi deſint. ἀδύνατον γὰρ (Ariſtotele autore) τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα: Magnificentia non locum habet, niſi in illis quibus abunde opes ſuppetunt. Qui autē uectigalia & reditus ſuos negligunt, & quū pauca recipiant, multum inſumunt, quamdiu tandem liberalitate utētur, cuius fons (ut Cicero inquit) celeriter exhauritur?

καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πλείονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων καταλείψεις) Et poſteris maioris precij quàm inſumpta relinques. τῶν δεδαπανημένων intelligi poteſt dupliciter. Primò, ut ſignificet quicquid collatum in amicos fuerit, cum fœnore ad Nicoclis poſteros rediturum. Secundò, accipi etiam poteſt (ſicut mox τοὺς δαπανωμένους eos uocat, qui rem familiarem atterunt & imminuunt) αἱ ἐπὶ τῶν πολυτελειῶν, quas improbauit. ut ſit ſententia: Beneficentia in amicos, &c. longe uberiores tibi & tuis fructus feret, quàm magni & ſupernacanei ſumptus. Eraſmus: Poſteris tuis utilitatem relinquent, ijs quæ inſumpſiſti potiorem. κτήματα ſunt in genere omnes opes, ut ſuprà diximus. Hic pro ſplēdidis ædificijs, & lauto ac ornato inſtrumento, ſeu ſupellectile uidetur capi. αἱ τῶν φίλων δωρεαί, ſunt beneficia quæ conferuntur in amicos, quos Alexander theſauros ſuos eſſe dicebat. et iuxta prouerbium, Vbi amici, ibi opes ſunt. Obſerua hic loquendi modos, ἱερεῖα πολλὰ καταβαλεῖν, multas uictimas deijcere, ſeu proſternere: id eſt, multas pecudes mactare in honorem deorum, ſplendidè ſacra facere. πράττειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν, conſequi aliquid á dijs bonū: id eſt, deos habere propitios, experiri benignitatem deorum, foueri & adiuuari diuinitus.

τίμα τοὺς μὲν ἀρχαῖς τῶν τιμῶν τοὺς οἰκειοτάτους, τοῖς δ᾽ ἀληθεστάταις τοὺς εὐνοστάτους) Honora principijs quidem honorum familiariſsi-

moſ,ſeu coniunctiſſimos:ueriſſimus uerò, beneuolentiſſimos. [redacted]: Primos honores tribue coniunctiſſimis, ueriſſimos amiciſſimis. Verba nihil obſcuritatis habent, ſed dubito tamen, quæ ſint αἱ ἀρχαὶ τῶν τιμῶν, & quæ αἱ ἀληθέσταται τιμαὶ. Niſi fortè ἀρχαὶ τῶν τιμῶν, ſunt αἱ πρωτοκλισίαι ϗ ἀσπασμοὶ, id eſt, primi accubitus & ſalutationes, ac reliquæ aularum ceremoniæ, fucis & ſimulationibus plenæ. αἱ ἀληθέσταται uero τιμαὶ, honorificum de aliquo iudicium, & mutua beneuolentia, parère cõſilijs, rebus arduis gerendis præficere, ornare præmijs, &c. In Parænesi ſententiam huic non abſimilem habuimus: μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς τὰ δέοντα αὐτὸν ἀποδέχοντας, ἢ τοὺς περὶ γένος πλεονεκτοῦντας.

ἄπιστοι μὲν τοῖς ξένοις) Hoc nomine male audiebant Athenienſes, quòd in iudicijs hoſpitibus eſſent iniquiores. Vnde ſenex ille Terentianus, Nunc me hoſpitem Lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atq; utile, Aliorum exempla commonent.

ἀλλὰ τοὺς παρὰ σοῦ λαμβάνειν ἀξιοῦντας) Sed eos qui à te accipere dignãtur. id eſt, Regalius eſt xenia dare, quàm accipere. ἀξιόω, παρακαλῶ, ἄξιον κρίνω, ὑπολαμβάνω, βεβαίως ἀποφαίνω. id eſt, ἀξιῶ ſignificat hortor, dignum puto, exiſtimo, ſupplico, pro certo habeo & pronuncio. Aptius uidetur ut ſic interpreteris: Sed eos qui beneficentiæ tuæ ſubſidium cum fiducia expetunt. Eraſ. Qui abs te cupiunt accipere. Fortaſſe innuit Iſocrates homines eruditos, ſophiſtas, philoſophos, oratores, poetas, muſicos, & alios præſtantes uiros. Sicut ipſe à Nicocle uiginti talentis donatus eſt, Euagoras Cononem liberaliter tractauit, &c.

μὴ δὲ βούλου πολλοὺς δεδιέναι τῶν ἄλλων) δεδιὼς aliàs ſignificat trepidantem ac perterritum. hic paſſiuè capitur pro formidabili & terribili. ſicut contrà φοβερὸς, interdum pro timido.

ὅπως γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πρὸς σαυτὸν διαθῇς, οὕτω καὶ σὺ πρὸς ἐκείνους ἕξεις) Quemadmodum enim alios erga te affæceris, ſic & tu ergo illos habebis. id eſt, ſi effæceris ut illi te formident, tu uiciſſim eos formidabis. [redacted]: Vtcunq; alios reddideris affectos in te, ita et tu in illos eris affectus.

δεινὸς μὲν φαίνου τῷ μηδέν σε λανθάνειν τῶν γιγνομένων, πρᾶος δὲ τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων.) Acer quidem uidearis, nihil te latendo eorum quæ fiunt: mitis uerò, ſupplicia minora faciendo delictis. [redacted]: Hactenus ſeuerus appareas, ut nihil te lateat eorum quæ fiunt: mitis autem, ut pœnas irroges commiſſis minores.

καὶ πράττων ὥσπερ οἱ περὶ παρόντι) Et agens quemadmodum in præſentia. πράττων etiam intelligi poteſt, tali fortuna utens, ſi ita ut nunc tecum agatur. Notum eſt εὖ πράττειν, καὶ κακῶς πράττειν, pro εὐτυχεῖν καὶ δυστυχεῖν uſurpari. Eraſmus: Atq; ita agens ut res præſentes poſtulant.

διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας) Huc pertinet libellus Plutarchi, πῶς ἄν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου: id eſt, de diſcrimine adulatoris & amici.

αὐτὸς ἐπὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας) Scilicet puniuiſſes, ſi cõuicti fuiſſẽt criminis à delatore intenti.

μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ προσδέχου, μηδ᾽ ἀλογίστως, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐκείναις ταῖς διατριβαῖς ἔθιζε σαυτὸν χαίρειν) Nullam familiaritatem temerè amplectere, neq; incogitanter, ſed propter illas conuerſationes aſſuefac teipſum gaudere. συνουσίας exponit Suidas, τὸ συνεῖναι μετ᾽ ἀλλήλων, familiariter inter ſe uiuere. διατριβὴ hoc loco idem notat: quanquam ad colloquia magis refertur, ſine quibus nulla familiaritas eſſe poteſt, niſi fortè inter mutos. [redacted]: Nullam uitæ conſuetudinẽ temerè, neq; citra delectum admittas, ſed huiuſmodi exercitijs conſueſce delectari.

αὐτοὶ παρ᾽ αὑτοῖς ὄντες) uel, Cum ſoli ſunt ſinguli: uel, Cum ciues inter ſeſe colloquuntur te abſente.

ἐν δὲ τοῖς συμβᾶσι τῶν φαύλων χαίρειν) Pro ἐπί τινι. Sic Neroni uitio data ſunt ſcenica exercitia, quæ domi ſine crimine uſurpare potuiſſet. Vt Ageſilao, domi cum pueris equitare in arundine longa, licuit.

κράτιστον μὲν τὸ ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν) Optimum quidem eſt aciem occaſionum attingere. Suidas, ὀξύτης, αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τοῦ τοῦ πράγματος ἐπιτάσεως, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ νεότης. ἀκμὴ δὲ τοῦ καιροῦ, ἡ εὐτυχία. οὕτως Ισοκράτης, κράτιστον μὲν τὸ ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν. id eſt, Acies, ipſum momẽtum incrementi rei, & uis, & adoleſcẽtia. Sed ἀκμὴ τοῦ καιροῦ, fœlicitas dicitur. ſic Iſocrates, &c. Ego uerò commentum hoc non probo. Vide quàm egregia ſententia futura ſit, ſi hũc in modum exponas: Optimũ quidẽ eſt fœlicitatẽ adipiſci: ſed quia illa nõ facile intelligitur, deficere uelis, & non redundare. Hoc, potius uult, quod Horatius his uerſibus expreſſit:

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum.

Sed ſi modum illum aſſequi nequeamus (quia difficile eſt στοχάζεσθαι τοῦ μέσου, id eſt, non aberrare à medio) præſtare aſſerit, parum agere, quàm nimium. Sicut Ariſtoteles diſputat, ἐλλεί-

ψεις

-las minus eſſe uitioſas, quàm ὑπερβολάς. Significat autem καιρὸς non tantum tempus & occaſionem, ſed etiam modum, ſeu μέτρον. ut in illo pentametro, μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. id eſt: Nil nimium, modus eſt, qui bona quæq; facit. [redacted] Potiſsimum quidem eſt, ipſum rerũ punctum attingere: cæterùm quoniam id perdifficile cognitu, malis citra illud ſubſiſtere, quàm prætereire. δυσκαταμαθήτως ἔχουσιν, id eſt, χαλεπῶς καταμανθάνονται, difficulter perdiſcuntur, id eſt cognoſcuntur.

εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς μὲν σεμνυνομένους) Cicero idem innuit his uerbis: Eſt autem ita temperatis moderatisq; moribus, ut ſumma ſeueritas cum ſumma humanitate iungatur.

ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις) ἰδέα perfectiſsima rei forma, in uirtutibus eſt ἡ μεσότης ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

ἐμπειρίᾳ μέτιθι, καὶ φιλοσοφίᾳ) Experientia accede & doctrina. μέτιθι imperatiuus à μέτειμι, aggredior, tracto.

μὴ περιίδῃς τὴν σαυτοῦ φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθεῖσαν) Ne negligat tuam naturã ſimul omnem diſſolutam. pro, ὅπως διαλυθῇ, ut diſſoluatur.

Σκόπει τὰ γινόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα) τὰ γινόμενα ſunt ea quæ fiũt: id uocabulum referri poteſt tam ad actiones humanas, quàm ad euentus fortuitos. [redacted] ſic interpretatur: Obſerua & quid faciant priuati, quid reges, & quis uniuſcuiuſq; rei euẽtus. Poſſent τὰ γινόμενα καὶ τὰ συμπίπτοντα pro ſynonymis accipi, ſed melius eſt ut τὰ γινόμενα cauſam ſtatuas (quanquam fallacem & imperfectam) τὰ συμπίπτοντα effectum actionum, qui cum à fortuna pendeat, euentus nominatur. Vnde Ouidius,

Careat ſucceſsibus opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Innuit tamen Iſocrates (id quod in Oratione περὶ εἰρήνης expreſſe dicit) plerunq; fieri ut exitus acta probet, mali male pereant, boni & prudentes bene & uiuant & moriãtur. Hac ratione, fortunæ ſuæ quiſq; faber eſſe, prouerbio dicitur.

οἷς ὅτι παράδοξον) Quo magis igitur præcepta de officijs naturæ hominis cõſentanea ſunt, eo maiore religione cuſtodiri debent.

εἶναι χαριέστατον) οἱ χαρίεντες, feſtiui, gratioſi, iucundi. Sic dicũtur eruditi apud Ariſtotelem, & alios: effectus pro cauſa efficiente. Nam eruditio debet efficere amabiles mores, cum ipſa res ſit amabilis. Cicero 1. de Oratore: Quid eſſe poteſt aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm ſermo facetus, ac nulla in re rudis?

διατετριμμένον ἐν ταῖς τῶν ἄλλων διανοίαις) De doctrinæ utilitate ſimilis locus eſt in oratione κατὰ τῶν σοφιστῶν. Eruditionis igitur utilitates ſunt, 1. τάξις ſeu μέθοδος, id eſt ordo, ut ſcias unde ordiendum, ubi reſiſtendum ſit. 2. εὐπορία, ubertas & promptitudo. 3. ἀκρίβεια, certitudo & ſubtilitas. 4. ἑρμηνεία, explicationis dexteritas & elegantia.

δοκοῦντας καρτερικοὺς) Videtur athletas perſtringere, aut in genere pertinaces omnes. καρτερία, tolerantia laborum, perſeuerantia.

τῶν δεόντων τι μὴ ποιοῦντας) Aliquid eorum quæ oportet, non facientes. Eraſmus uertit, ac ſi ſcriptum fuiſſet, τῶν μηδὲν τῶν δεόντων ποιοῦντας: Eos pro temperatis & induſtrijs haberi, qui nihil earum rerum agunt, quæ ad rectè uiuendum requiruntur.

Θεωροῦντες δὲ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας, ἄχθονται) Spectantes uerò prælia & certamina, dolent. [redacted]. Cum ipſos labores & certamina ſpectant, moleſtia afficiuntur. Quia præceſſit, eos fabulis & nugis oblectari. Videntur hæc, uerbis non adeò refragantibus, ita poſſe uerti: Quum uerò ſerijs deliberationibus atq; negocijs, aut grauioribus diſputationib. interſunt, quæ ſtudium uehemens & magnam ingenij animiq; contentionem requirunt, contriſtantur.

ἀμφοτέραις ταῖς ἰδέαις ταύταις) Vtriſque hiſce formis: id eſt fabuloſis & narrationibus & actionibus, quæ dramata uocantur.

διὰ τῶν ἐριστικῶν λόγων) [redacted]. Nonnullis ita cenſentibus è diſputatorijs, & ad contentionem paratis rationibus, prudẽtiores reddi eos qui ad hæc animum adiunxerint, alijs rurſum è ciuilibus & de repub. gubernanda præcipiẽtibus, &c.

ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον, ἐξ ἑκάστου τούτων γενέσθαι, συμβουλεύεσθαι δυνάμενον) Quòd oporteat præclarè eruditum, è ſingulis horum fieri conſulere potentem. id eſt, utriq;, tam dialectici quàm rhetores, fatẽtur inſtitutionis ſuæ finem eſſe hunc, ut auditores prudentiam [redacted] quantur eam, qua in capiendis conſilijs utantur. Sententia eſt, omnem eruditionem, non ad ociũ, ſed ad negocia eſſe referendam. Vnde Socrates philoſophiam è cœlo in terras deuocaſſe dicitur.

λαμβάνειν τὸν ἔλεγχον) Accipere eorum probationem, probare eos, periculum eorum facere: ſcilicet, τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων, uel τῶν συμβουλευόντων. id eſt, ſapientiæ profeſſorum, ſeu conſiliariorum. id eſt: Is demũ ſophiſta, rhetor, dialecticus, philoſophus, aut

cõſiliarius probandus eſt, quẽ prudenter præcipere & conſulere poſſe conſtat. Eraſ. τὸ αὐτῶν non ad τὸν τῆς βασιλείας ἐπαγγελλομένους retulit, ſed repetijt τὸ τῶν ἀμφισβητουμένων. Sic enim uertit: Nimirum oportet omiſsis ambiguis, ad id quod certum ac confeſſum eſt accedere: & ad huius rationem, illa de quibus dubitetur, explorare.

εἰ δὲ μὴ) Scilicet δοκιμασθῶσιν ἐμπειροι τῶν καιρῶν: Si apparuerit eos eſſe rerum imperitos, nõ ualere conſilijs.

καὶ μάλιστα μὲν ἐμπειροι τῶν καιρῶν διορᾶν) Suprà dicit, Conſiliariorum eſſe officiũ, ut de ſingulis rebus quid ſit ſtatuendum, regi ſubijciant: ſe in genere præcepta traditurum. Fortaſsis igitur ἐπὶ τῶν καιρῶν, idem eſt quod ſuprà dixit, καθ᾽ ἑκάστην πρᾶξιν. ut τὸ καθόλου λέγειν in conſiliario improbetur. Niſi fortè malis τοὺς καιροὺς intelligere, pro ſubitis arduisq́; rebus. Vnde eſt ἀπὸ καιροῦ λέγειν, ex tempore, id eſt ſubitò dicere, ac ſine præmeditatione. & in Parænesi, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτος, ἐν τοῖς καιροῖς, αὐτοῖς βοήθει. id eſt, ultrò temporibus ipſorum, id eſt cum aduerſa fortuna aut inopia conflictãtur, & in periculis ſunt, eos iuues. ἐμπειροι τῶν καιρῶν, pro εὐκαίρως. id eſt, opportunè, accipere ego non auſim. Deinde, εἰ δὲ μὴ, ſcilicet διορῶσιν ἐμπειροι τῶν καιρῶν: ſi prudẽtiam ſuam in re præſenti non probant. ἀποδοκίμαζε τοὺς καθόλου τῶν πραγμάτων λέγοντας, Improbandi ſunt qui in genere tantũ de rebus dicunt, qui ſunt θεωρητικοὶ καὶ σχολαστικοὶ, non autem ἔμπειροι καὶ πολιτικοί. Vt ſit ſententia, conſiliarium debere non tantum ſapientem eſſe, ſed etiam prudentem, ac uſu rerum & ingenij celeritate ualere, & in ipſam cauſæ arcem (ut Cicero loquitur) inuadere, non ambages agere. Porrò quemadmodum de rebus ſingulis iudicari non poteſt, niſi de re uniuerſa & toto genere rectè ſtatuatur: ita homini qui in ocio perpetuo uixit, ac in umbra domi latuit, difficile eſt τὴν θέσιν ad hypotheſin accõmodare. Vnde fit, ut ſcholaſtici à uulgo non tantum decipiantur, ſed etiam derideãtur. Eraſmus: Quanquam illud in primis obſeruãdum, ijs qui rectè uelint ſtatuere, ut in omni negocio, quid locus, quid tempus, quid rei ratio poſtulet, cõſiderent. Quod ſi minus poſsint, certè iſtos qui de gerendis negocijs in genere præcipiunt, cum nihil intelligant eorum quæ ad rem pertinent, reijciant reprobentq́;.

δῆλον γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτὸς χρήσιμος) τὸν μηδὲν γιγνώσκοντα τῶν δεόντων, μηδὲν αὑτῷ χρήσιμον: id eſt, eum qui nõ intelligit quid deceat aut expediat, hominem uocat ſibiipſi inutilem.

quod niſi ita accipies, durius hæc cohærere uidebuntur cum ſuperioribus. Sed hoc ſimpliſsimum eſt, ut intelligas, Iſocratem nouum caput probandi conſiliarij, huic ætiologiæ implicuiſſe: uel ſubintelligi in his uerbis, τὸν μηδὲν γιγνώσκοντα τῶν δεόντων, ἐν τοῖς ἰδίοις, in ſuis rebus. ut idem ſit, ac ſi dixiſſet, τῶν κακῶς διαγνόντων ὑπὲρ τῶν ἰδίων. Congruit hoc cum illa ſententia in Parænesi, ubi inquit, Quando in tuis rebus conſilium alicuius expetis, conſidera prius quo pacto res ſuas adminiſtrarit. Nam qui proprijs in negocijs ſtulta cõſilia ſecutus eſt, nũquã bene deliberabit de alienis.

ἀλλὰ μείζους, καὶ πλείονος ἀξίους ὄντας αὐτοὺς ποιήσεις) Id eſt, πλείονος ἀξίους εἶναι, uel ὥστε πλείονος ἀξίους ὦσι. Obſeruanda hæc cõſtructio participij, uerbi loco.

ANNOTATIONES IN NICOCLEM, ſeu Symmachicum, qui & συμμαχικὸς inſcribitur.

Εἰσὶ δ᾽ αἱ πλεονεξίαι λυποῦσιν αὐτούς) πλεονεξία uitium eſt, auaricia, plura quàm æquum eſt habẽdi cupiditas, appetitio principatus & emolumentorum per iniuriam, æqualitatis uiolatio. interdum ſignificat idem quod πλεονέκτημα, id eſt prærogatiua, emolumentum & lucrum, melior conditio.

ἐγγενομένου δ᾽ ἡμῖν) ἐγγίγνεσθαι, innaſci, natura eſſe inſitum uel tributum. Item, facultatem & occaſionem dari. Lonicerus: At uerò ubi orationis facta nobis natura poteſtas eſt.

τοὺς φρονίμους δοκιμάζομεν) Id eſt, ex oratione intelligitur, ſit´ ne aliquis prudẽs, nec ne. Vnde illud Socratis: Loquere iam tandem adoleſcẽs, ut te uideam. Elegantер Alciatus:

Quum tacet, haud quicquã differt ſapiẽtib. amẽt.

τὸ γὰρ λέγειν ὡς δεῖ, τοῦ φρονεῖν εὖ.

Hinc eſt Democriti (niſi fallor) dictum illud, ὅτι ὁ λόγος ῥεῦμά ἐστι τοῦ λογισμοῦ: id eſt, orationem flumen eſſe quoddam rationis. ita mens fonti, ſermo riuo comparatur: qui fons ſi ſtulticiæ ſordibus infectus, improbitatis luto turbatus eſt, facile intelligitur, cuiuſmodi futura ſit aqua, quæ ex illo profluit. Cicero de Oratore: Ac, mea quidem ſententia, nemo poterit eſſe omni laude cumulatus orator, niſi erit omnium rerũ magnarum atq́; artium ſcientiam conſecutus. Etenim ex rerũ cognitione efflore ſcat & redũdet oportet oratio: quæ niſi ſubeſt res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & penè puerilem. Vide ibidem plura de eloquentiæ præſtantia,

&

& eius defenſionem in primo de Inuentione. Vnde apparebit, eum à noſtro autore pleraque eſſe mutuatum. Tertio item de Oratore, conqueritur auulſam eſſe ab eloquentia ſapientiã, his uerbis: Sed quoniam oppreſſi iam ſumus opinionibus nõ modò uulgi, uerumetiam hominum leuiter eruditorum, qui quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulſa & quaſi diſcerpta contrectant, & qui tanquã ab animo corpus, ſic à ſententijs uerba ſeiungunt, quorum ſine interitu fieri neutrum poteſt: non ſuſcipiam oratione mea plus quàm mihi imponitur. tantum ſignificabo breui, neq; uerborum ornatum inueniri poſſe, nõ partitis expreſſisq; ſententijs: neq; eſſe ullam ſentẽtiam illuſtrẽ, ſine luce uerborũ. Idem in Bruto: Vt hominis decus ingeniũ, ſic ipſius ingenij lumẽ eſt eloquentia.

τοῦς γὰρ πίστοιν) Id eſt, eloquentia ſeiũgi non poteſt à ſapientia: & cum publicè proſit, etiã priuatas utilitates habet.

εὐβούλους) Boni conſilij, bene conſulentes: id eſt, prudentes, ſeu conſultos.

ὑπέθεν γὰρ ὑποτιθέμενος ἐξ ἀρχῆς) Hinc enim proponens, ſeu proponere cœpi: id eſt, hæc prima pars propoſitionis meæ fuit. ab ὑποτίθεσθαι, fit ὑπόθεσις, id eſt argumẽtũ orationis.

ἀλλὰ καὶ πράττειν καὶ τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου) πράττειν interpretor, ut agatur cum unoquoque, ut talis fortuna ſit, & dignitas ſingulorum.

τοῖς μετέχουσι τῶν πολιτειῶν) Partem habẽtibus rerumpublicarum: id eſt, ſocijs gubernationis, uel collegis magiſtratuum. πολιτείαν, reipublicæ formam Cicero nominat. Politias tres eſſe plerią; conſentiunt, Monarchiam, Tyrannidem, ſeu regnum: Ariſtocratiam, ſeu oligarchiam, id eſt optimatium ſeu paucorum poteſtatem: Politiam, ſeu democratiam, id eſt libertatem, ſeu populare imperium. Nam hæ appellationes ab autoribus paſſim confunduntur. Sed ſi quis exactius diſtinguat, omnis magiſtratus aut eſt monarcha, id eſt, unius rerũ potitur, & ſummæ reipublicæ præeſt: is uel bonus eſt, & iuxta leges, conſenſu & cum utilitate ciuium imperat, & Rex dicitur: aut malus, uiolentus, contemptor legum & ciuium, atque ex libidine ſuią; commodi cauſa facit omnia, & eſt tyrannus. Aemylius Probus tamẽ indicat, & ex hiſtorijs apparet, omnes & haberi & dici tyrannos, qui poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate uſa fuerit: id eſt, οὐ δημοκρατουμένη πόλις, ἢ δημοκρατία. Aut ſumma rerum eſt penes paucos, qui ὀλιγαρχοῦντες dicuntur. hi delecti à populo ex optimatibus, id eſt, uirtute & ſapientia præſtantiſſimis, & patriæ ciuiumą; amantiſſimis, ſi legibus parent, Ariſtocratiã conſtituunt: ſin aliter ſit, id eſt, ſi pauci aliqui opibus & nobilitate potiores, dominatum arripiunt inuito & gemente populo, ſit oligarchia, id eſt, pluriũ tyrannis. differunt enim oligarchici non re à tyrannis, ſed numero capitũ. ſicut Athenis aliàs decem, aliàs triginta, ſemel etiam quadringenti poſt Piſiſtratidas, tyranni fuerunt. oligarchiæ ſpecies ea qua cenſus magiſtratuum ſpectatur, τιμοκρατία, ſeu τιμοκρατικὴ πολιτεία nominatur. Aut eſt libera ciuitas, et ſine diſcrimine generis et cenſus, quincunq; uir bonus & prudens eſt, ætate grauis, uſu rerum peritus, ad magiſtratus admittitur, quos ex præſcripto legum ad certum tẽpus gerat, quo tempore finito ſucceſſor ei detur (nam oligarchiæ & monarchiæ perpetuæ ſunt) & geſti magiſtratus ab eo rationes ad populum referantur: quas ſi approbarit, uel laudetur, uel præmijs ornetur: ſin minus, ignominioſe mulctetur. Hanc Ariſtoteles εἰδικῶς πολιτείαν (quæ aliàs generis appellatio eſt) alij democratiã nominant. At ſi audaciſſimi & improbiſſimi in curia & cõcionibus regnant, & quilibet quod uult & libitũ eſt, dicit ac facit, & (ut in republica Cyclopum) ἀκούει δ' οὐδεὶς οὐδενὸς οὐδέν: id eſt, nemo ulli ulla in re obtemperat, ea iam eſt ὀχλοκρατία, id eſt, turbæ graſſatio: uel ἀναρχία, diſſolutio imperij. uel (ſi in uitio ponitur) δημοκρατία, plebis dominatus, uulgią; (quod πολυκέφαλον θηρίον, id eſt, belluã multorũ capitũ, et ſæuiſſimũ tyrannũ nominãt) graſſatio. Talis ſtatus diuturnus eſſe nequit, ſed uel ciuitates funditus intereũt: uel certe à potẽtiorib. aliquib. ita ut tyrannis fiat, opprimuntur.

εἰ μὴ πανταχοῦ καθέστηκεν) καθεστηκέναι, conſtitutum, receptum, uſitatum eſſe, conſtare, eſſe in more poſitum. Vnde τὰ καθεστῶτα, uetera inſtituta, receptæ conſuetudines.

ἅπαντες αὖ τὰς τυραννίδας μᾶλλον ὁμολογήσουσι) Omnes, tyrannidas magis confiteantur, ſeu agnoſcant. Latinus ἐλλειπτικὸν uidetur, ac ſubintelligendũ συμφέρειν τοῖς ἀνθρώποις: id eſt, prodeſſe hominibus, aut tale aliquid. ſed ὁμολογεῖν τι, aliàs ſignificat polliceri aliquid, aut confiteri: hic pro conſentire in aliquid, uel aliquid approbare, capi uidetur.

πρότερον ἰδιῶται γίγνονται, πρὶν αἰσθέσθαι τι τῆς πόλεως, καὶ λαβεῖν ἐμπειρίαν αὐτῶν) Prius idiotæ ſunt, quàm ſentiãt aliquid rerũ urbis, aut capiant experientiam earum: id eſt, Cũ iam prudenter præeſſe deberent reipublicæ, & res ipſas quæ tractandæ ſunt, & quomodo ſint

tractandæ, ignorant. αἰσθέσθαι, ἀόρ. β. ab αἰσθάνομαι ἠσθόμην. Phauorinus. αἰσθάνεσθαι, ὑπονοεῖν τι. id eſt, αἰσθάνεσθαι ſignificat ſuſpicari aliquid. αἰσθέσθαι, ἀκριβῶς εἰδέναι: id eſt, αἰσθέσθαι, exactè ſcire.

ὑστεροῦσι τῶν πραγμάτων) Poſteriores ſunt rebus, deſunt rebus, non ſunt pares negocijs. ὑστερῶ, ἐλλείπομαι: ὑστερίζω, ὕστερος ἔρχομαι. id eſt, ὑστερῶ, deficior, deeſt mihi, uiribus aut opibus deſtituor: ὑστερίζω, poſterius uenio. Citat tamen Suidas, ὑστερίζοντες τοῦ καιροῦ τῆς βοηθείας, ab ὑστερέω: id eſt, neglecta, ſeu amiſſa occaſione ferēdi ſuppetias.

κοινῇ βουλευομένους) Conſentientibus animis deliberantes, unanimiter intentos ad conſulēdum reipublicæ, conſulentes in medium.

καὶ τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς) ἐπ᾽ ἐμοὶ, in mea: ἐφ᾽ ἡμῖν, in noſtra poteſtate eſt. ſic, τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, eos qui in ipſorum, uel ſua poteſtate ſunt. ſed ſenſus repugnat. Suſpicor igitur legendum, καὶ τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτῶν. Sicut dicitur ἐφ᾽ ἡμῶν, quod exponunt οἱ τοῖς χρόνοις ἡμῶν: id eſt, temporibus noſtris. Quare τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, collegas ſuos, eos qui ipſorum temporibus uiuunt, intelligo. quanquam enim τὸ τοὺς πρὸ αὐτῶν, opponi uideatur τῷ τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς: ego tamen, anteceſſores & ſucceſſores ſuos, ſine exemplo interpretari non auſim. Lonicerus: Eos qui ſecum præſunt.

εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον καὶ τὰς εὐνοίας ὁμοίας ἔχουσι) In omne tempus etiam beneuolentias ſimiliter habent: id eſt, perpetuò cōſultum reipublicæ cupiunt. Poteſt autem εὔνοιαν ἔχειν, habere beneuolentiam, intelligi ſimpliciter, & ἐλλειπτικῶς, pro κατὰ τὰς εὐνοίας ὁμοίως ἔχειν: id eſt, quod ad beneuolentiam attinet, eodem modo affectū eſſe.

οἱ τοῖς ἐγκυκλίοις) κύκλος, circulus eſt: ἐγκύκλιον, quod redit in orbem: id eſt, quotidianū. Sic Ariſtoteles 2. Politicorū, de Lacænis loquens, χρησίμου δ᾽ οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων: Cum audacia minime ad domeſtica & quottidiana negocia proſit.

ἀπὸ τοῦ δίος βασιλεύεσθαι) Cauſam huius opinionis explicat Ariſtoteles primo Politicôn, quód & antiquitus & nunc etiam pleriq; regibus pareant. & addit, ὥσπερ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν: id eſt, Vt formas, ſic etiam uitas deorū, ad humanæ formæ & uitæ ſimilitudinem, homines ſibi fingunt.

τοῦτο μὲν γὰρ τὴν, &c. τοῦτο δὲ διονύσιον) Tū, tum. & poſtea ſubijcitur, ἔτι δέ.

περὶ ἃ μάλιστα σπουδάζουσι) Circa quæ maximè ſtudēt: id eſt, in illis rebus, quas maximi momenti eſſe ducūt. id eſt, in bellis, in quibus (ut ille dixit) non bis peccare licet.

καὶ τοσοῦτον μετέστησεν) Et tantum mutauit, tantam mutationem effæcit, tantū perfæcit. aliás plerunq; dicit μεταστῆσαι τὰ πράγματα.

ὧνπερ ἦν τὴν ἀρχὴν) Quorum fuerat initiò. τὴν ἀρχὴν, pro κατὰ τὴν ἀρχὴν, aduerbialiter.

ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὑμῶν ὁ βασιλεὺς, &c. ὃς ἀξιωθείην) Obſerua perſonarū uarietatem. à tertia deuenit ad primam.

ἀβάτου δ᾽ ἡμῖν τῆς Ἑλλάδος οὔσης) Propter fœdera, ut opinor, quæ inter regem Perſarum & Græcos, autoritate Lacedæmoniorū facta erant. Defæcerat autem Euagoras ab Artaxerxe, ut poſtea uidebimus. Quare conſentaneum eſt, eum à Græcis etiam hoſtem fuiſſe iudicatum.

τὰς μὲν μετεχούσας μηδαμῶς τούτων τῶν ἰδεῶν) Minimè quidem participes harum formarum. Scilicet τῆς σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης, actiones ab hoc genere uirtutum alienas.

οὐδὲ τὴν διδομένην μοι χώραν) Hiſtoria mihi nota non eſt. Fortè rex Perſarum, ditionem alij ademptam, Nicocli donare uoluit: aut aliqui à uicino tyranno ad Nicoclem defæcerunt.

προσποιουμένους χρημάτων εἶναι κρείττους) Qui uideri uolunt pecunijs ſuperiores: id eſt, alieni ab auaricia, munifici ac liberales. ἥττονας χρημάτων, pecunijs inferiores: id eſt, auari ac ſordidi, & rapaces.

μὴ στέργουσιν οἷς ἔπραξαν) Pro ἐκείνοις ἃ ἔπραξαν, non acquieſcant his, non ſeruent ea quæ egerunt: id eſt, fidem frangant datam uxoribus.

τὰς πόλεις ἐν ὁμονοίᾳ πειρᾶσθαι διάγειν) διάγειν hic actiuè accipitur: Dare operam ut urbes pacatè regant, ut urbium & ciuium concordiam tueantur.

τὴν αὑτῶν φύσιν καὶ πρὸς πατρὸς, καὶ πρὸς μητρὸς) Vt ſuum genus tam paternum quàm maternum, &c. Vocabula, tam paternum quàm maternum, in uerſione per incuriā meā ſunt omiſſa.

ταύτας τὰς ἀρετὰς, προσέχειν τὸν νοῦν, τῶν ἄλλων ἀφελόμενος) His uirtutibus aduertere animum, ab alijs auulſus: id eſt, ſelegi ac quaſi ſeparaui has duas uirtutes à cæteris: has mihi peculiares eſſe uolui, & eximiè colui. eodem ſenſu alibi dicit, ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος.

καὶ ταύτας προελόμενος τῶν ἡδονῶν) προαιροῦμαι ζωὴν θανάτου, id eſt, αἱροῦμαι ζῆν μᾶλλον ἢ θνήσκειν: uiuere malo quàm mori. Sed hic ταύτας τῶν ἡδονῶν, idem eſt quod ταύτας τὰς ἡδονὰς. Eas uoluptates delegi, ſectandas mihi cēſui.

ſui. Sic in Paræneſi, τοὺς ἐσθλοὺς θήρα τοὺς μετὰ δόξης.

πολὺ πλέον τῶν ἄλλων ἀσκήσαι τὴν σωφροσύνην) Abundantius alijs exerceri temperantiã. τῶν ἄλλων ambiguum eſt, utrum ſubintelligatur ἀρετῶν, uel ἀνθρώπων.

οὐ ταῖς αὐταῖς ἰδέαις) ἰδέα, ἡ μορφή. ἰδέα τοῦ λόγου, ὁ χαρακτήρ. ἰδέαι, ὁδοί, τρόποι, τύποι, θεωρίαι. Idea, id eſt forma: idea orationis, id eſt character. ἰδέαι pro uijs, modis, typis, ſpeculationibus, accipiuntur. Hic αὐτὶ περιστάσεων rectiſſimè uidẽtur intelligi. Nam egeſtas, poteſtas, adoleſcentia, ſunt περιστάσεις uirtutum.

τυχὸν ἂν καὶ μεταπεισθεῖεν) Fortaſſis etiam aliud ſibi perſuaderi ſinerent. μεταπείθω, à ſententia deduco. μεταπεισθεῖεν, ἀόρ. α΄. optatiui, pro μεταπεισθείησαν.

οἱ δὲ πρὸς τῷ πεφυκέναι καὶ διεγνωκότες) Qui uerò ad naturæ propenſionem etiam conſtãter decreuerunt. τὸ πεφυκέναι, natum eſſe, id eſt naturæ uis, & inſita propenſio.

φημὶ δὲ πράττειν ἕκαστον) Dico igitur agere unumquẽq;, id eſt, dico ut agat. Latinus ſermo poſtularet uerbũ χρῆναι, uel δεῖν: id eſt, decere, uel oportere. καθ᾽ ὁπότερον, ταύτῃ, In utro, ea, ſcilicet μερίδι, parte.

ὑπολαμβάνοντες ὡς οὐ παρὰ τοῦτ᾽ ἐστίν) Exiſtimantes, quod non propter hæc ſint. Multũ obſcuritatis eſt in uerbis, ſed hanc puto ſententiã eſſe: Singula mandata eſſe diligenter exequenda, non quòd ea ipſa per ſe tantum ſemper momenti ſit, ſed quod is qui minima negligat, etiam grauiora contemnere uideatur. Et qui ſemel contumax deprehendatur, de illius animo nunquam ſit bene ſperandum. quanquam per ſe uerum eſt, niſi partes ſingulæ præclaræ fuerint, rem totam præclaram eſſe non poſſe. Quis enim formoſam dicat eſſe faciem, quæ oculo uel naſo careat? Similem locutionẽ cum præpoſitione παρὰ, Diogenes Laertius uidetur in uita Socratis habere: ἔλεγε τὸ εὖ ἄρχεσθαι μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δέ. Ambroſius ita uertit: Aſſerebat, bene incipere paruũ non eſſe, ſed maximum. Aliàs παρὰ μικρὸν ſignificat paulatim, propemodum. ipſe accepit pro μέγιστον, reſpiciens ad uulgatũ uerſiculum, Dimidiũ facti qui bene cœpit habet: uel ad Horatianũ illud, Dimidium facti qui cœpit habet, ſapere aude. In Panegyrico, οὐ παρὰ μικρὸν ἐποίησεν. uidetur præpoſitio redundare, nec aliud eſſe quàm ſi dixiſſet οὐ μικρὸν, id eſt μέγα τι ἐποίησεν.

πολλοὺς οἴεσθαι τὴν ἐμὴν) Hinc illud eſt, Multi ſunt regũ oculi & aures, & longæ manus.

σωφρονέστερον ἂν βουλεύσαισθε περὶ αὐτῶν) Scilicet τῶν πραγμάτων. Vel, περὶ ἑαυτῶν: id eſt, ὑμῶν αὐτῶν.

θαυμάζετε τὰς πράξεις) Hæc regula fallet, ſi princeps uel ſtultus, uel ſceleroſus homo fuerit.

περὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐμὴν πονηροὺς ὄντας) Hæc πονηρία eſt, cum uel regno inſidiantur, uel principem depeculantur, uel autoritate principis abutuntur.

αἱ γὰρ τοιαῦται συστάσεις) Talis σύστασις Romæ inter Pompeium, Craſſum & Cæſarem fuit: qui quid fuerunt aliud, etiam Ciceronis iudicio, quàm Triumuiri: id eſt, tres tyrãni, qui ſuo arbitratu geſſerunt omnia? Sic Athenis ſæpe factiones extiterũt, & Aeſchines Demoſthenis amicos in exordio τοῦ κατὰ Κτησιφῶντος λόγου, non dubitat παρασκευὴν καὶ παράταξιν appellare.

ἐν ταῖς μοναρχίαις κινδυνεύουσι) Hoc dupliciter intelligitur. quia primùm regibus periculoſæ ſunt, ne factionum inſidijs, aut potentia opprimantur. Deinde id ſequitur, ut reges comprehẽdi & occidi curent talium conſpirationum autores, etiamſi nihil mali cogitarint. Exemplum & exitũ miſerabilem talium ἑταιρειῶν καὶ συνόδων, ætas noſtra uidit & ſenſit Germania.

τὴν ἐμὴν φιλίαν ἀσφαλεστάτην) Aliàs aulica fortuna mutabilis eſſe dicitur. & Solõ proceres in regijs tyrannorum, arithmeticorum calculis comparauit. Sed Nicocles hic profitetur, nihil à ſe tyrannicum eſſe metuendum, nec propter gratiæ regiæ inconſtantiam, præſidia, nouis reb. moliendis, eſſe quærenda. Demoſthenes in oratione πρὸς Λεπτίνην: παρὰ τοῖς τυράννοις μείζων ἐστὶν ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος τῆς παρούσης χάριτος: id eſt, Impendentium periculorum metus, præſentis beneficij dulcedine maior eſt.

ἀσφάλεια, ἄδεια) Altera nomen habet à non labendo, altera à non timendo.

περὶ τὰς πράξεις ἀποδεικνύντες) Circa actiones demonſtrantes: id eſt, Nõ minus exemplis ueſtris, quàm uerbis, filios erudite.

περὶ ὧν ἂν ἐν τοῖς λόγοις κατηγορῆτε) Id eſt, ὥσπερ, quæ accuſatis. Sic in Paræneſi: Gloria florebis, ſi ipſe facere caueris, quæ ab alijs facta reprehenderes.

τοιαῦτα προσδοκᾶτε πράξειν) Id eſt, εὐτυχήσειν, ἢ δυστυχήσειν.

τὰ παρ᾽ ὑμῶν ὑπηρετῆται) Id eſt, ὑμεῖς ὑπηρετῆτε.

ταλαιπωρηθέντων) Id eſt, ſine laboribus, & periculis.

In

IN EVAGORAM.

TΩN ἐπιφερομένων) ἐπιφέρειν eſt ἐπάγειν, ἐπαντλεῖν: id eſt, adferre, adducere, uel aduehere, affundere. τὰ ἐπιφερόμενα, eſt totus funeris apparatus, hoc loco. Lonicerus, inferias uertit.

χοροῖς, καὶ μουσικῇ, καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν) Chorus, ut Phauorinus indicat, ſignificat aliàs cœtum ludionum, ſeu ſaltatorum. (ſic enim interpretor τὸ χορευτικὸν πλῆθος) aliàs locum ſaltatoribus deſtinatum: aliàs ipſam ſaltationem, id eſt, τὸ χορεύειν, quod etiam canere & bacchari notat. γυμνικοὶ ἀγῶνες ſunt ludi pugilum, dicti, eo quòd nudi luctabantur. χορὸς καὶ μουσικὴν, pro eodem accipio: ut prius uocabulum homines, poſterius artem hominum ſignificet. Muſices autem appellatione non tantum cantilenæ, ſed etiam recitatio poematum, & actio cùm comœdiarũ, tum tragœdiarum, atq; adeò ferè quicquid ad liberalem doctrinam pertinet, intelligitur.

τῶν ἐπάνω γενομένων) ἐπάνω, παρὰ κὶ, ἀνώτερω, ἐξώτερω, id eſt, prope illud, ſupèrius; ulterius. qui Troiani belli tempus anteceſſerint, ut qui in Thebano bello periere, ut Hercules & Theſeus.

οὐ μὴν δουλευτέον τοῖς γε νοῦν ἔχοντας τοῖς) Non tamen ſeruiendum ſaltẽ prudentes illis. Obſeruanda conſtructio aduerbij θετικοῦ, id eſt poſitionis, quod græci pro gerundio in dũ accipiunt. id eſt, prudentes non debent ſeruire illis.

οἱ μὲν μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσι) Quintilianus lib. 9. cap. 4. Omnis ſtructura ac dimenſio & copulatio uocũ, conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi uolo) aut μέτροις, id eſt dimenſione quadã. & mox: Rhythmi, id eſt numeri ſpacio temporum conſtant, metra etiã ordine. ideoq; alterum eſſe quantitatis uidetur, alterum qualitatis. Diomedes grammaticus libri 3. initio: Rhythmus eſt uerſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationemq; continens: id eſt, ἄρσιν καὶ θέσιν. differt à metro, quia temporis ſyllabarũ pedumq; cõgruentia, in infinitum multiplicatur ac profluit.

οἱ δ' οὐδενὸς τούτων κοινωνοῦσι) Hoc negat Iſocrates, non quia uerum eſt nullos in oratione ſoluta eſſe numeros, ſed quia propoſitæ difficultatis amplificationi ſeruit. Dionyſius certe noſtrum autorem, ut qui poeta ferè ſit & muſicus, reprehendit. Vide Ciceronem in Oratore.

τοῦτο μὲν γὰρ αἰακὸς) τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, pro tum tum, uel, partim partim, uſitata ſunt. ſed hic τοῦτο δὲ non ſequitur. Fortaſſe particula τοῦτο, ideo præpoſita eſt, quia particulæ μὲν γὰρ auſpicari periodum nequeunt.

γενομένων αὐχμῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι) αὐχμὸς, ξηρασία, ἀνομβρία: id eſt ſiccitas, cum nullæ pluuiæ cadũt, ſquallor: unde αὐχμεῖν, ſquallere. quia ſequitur, πολλῶν διαφθαρέντων: innuit, quod ſiccitatem illam & ardorem ſolis, ingens uel fames uel peſtilentia ſecuta ſit, uel utrũq; fortaſsis.

ταχέως ἂν εὑρέσθαι) Celerrimè reperiſſe: pro, reperturos eſſe. Aoriſtos ſæpe pro præſentibus, præſentia pro futuris accipiunt Græci.

οὗπερ) Aduerbialiter, pro, ἐν ᾧ τόπῳ, quo in loco.

ὢν διετέλεσεν) Exiſtens perſeuerauit: id eſt, perpetuò fuit.

κόρη) κόρη, puella. ſic appellatur Proſerpina, κατ' ἐξοχὴν, quam alias Φερσεφόνην καὶ Φερσέφατταν dicunt.

ὑπὸ θεῶν) à dijs, id eſt Apolline & Muſis.

τηλικοῦτοι τὸ μέγεθος) κατὰ τὸ μέγεθος, uel τηλικούτου μεγέθους. ſic mox, τοσοῦτον δὲ τὸν χρόνον, pro κατὰ τοσοῦτον.

τήν τε πόλιν ἐξεβαρβαρωμένην) ἐκβαρβαροῦν, eſt barbarum reddere. id ſic intelligi poteſt: quòd & barbaros in ciuitatem admiſerit, eiectis ciuibus, & barbarica inſtituta introduxerit, & barbarorum poteſtati ſubiecerit.

φῆμαι) Voces, omina. ſicut φήμη fuit ea uox, quam ex obſcuro, ignorato autore, editã Ciceronis nutrix audiſſe fertur, quod illa magnum reipublicæ bonum aleret.

πρεπωδέστατα τοῖς τηλικούτοις) τηλικοῦτος ab Iſocrate ſæpe non tam ad magnitudinem, quàm ad ætatem refertur. ut in Archidamo, ἐν ᾧ πολλοὶ τῶν ἄλλων πρέπει τοὺς τηλικούτους σιωπᾶν, &c. τοὺς τηλικούτους, tantos, ſcilicet quantus ego ſum, hoc eſt, meæ ætatis homines: hoc eſt, τοὺς νέους, adoleſcentes.

τοσοῦτον τῇ δόξῃ παραλλάττοντος.) Tantum opinione alternante, uariante. παραλλάττειν, παρέρχεσθαι, κατά τι μὲν ὁμοιοῦσθαι, κατά τι δὲ διαφέρειν, καὶ τῇ παραθέσει ἀλλοῖον δείκνυσθαι: id eſt, præterire, quadam ex parte ſimile eſſe, quadam ex parte differre, & in comparatione diuerſum uideri. Aliud erat, in eadem ciuitate non priuatum manere Euagoram: aliud, tueri eorum imperiũ, quib. ſuperſtitib. ipſe imperare nõ poterat.

καὶ ἐκ τυραννίδος) καὶ, pro αὖ, ab Iſocrate poſitum eſſe puto, ad uitandam τὴν τῶν φωνηέντων παράλληλον θέσιν: id eſt, concurſum uocalium. ἄλλοι αὖ, uel ἄλλοι ἴσαι, diſplicent Iſocrati.

Vnde

Vnde Plutarchus in rhetoras imbelles iocatur: Nequaquam, inquiẽs, eos armorũ ſtrepitum laturos, quos una litera paulo aſperior turbet.

ἀλλ' εὐθὺς, ὥσπερ εἶχε, ταύτης τῆς νυκτὸς) Sedſtatim, ut habebat, ea nocte. id eſt, nihil cunctatus, nihil molitus aliud. ὡς εἶχε, Phauorinus exponit εὐθέως. Eſt igitur hic gemmatum.

διελὼν τοῦ τείχους πυλίδα) διαμερίσας, διανείμας: diffiſſa muri porta, diffracta. Ambigua eſt conſtructio. διελὼν πυλίδα τοῦ τείχους, diuidens paruum hoſtiũ muri: uel, διελὼν τοῦ τείχους, id eſt ἰὼν διὰ τοῦ τείχους πυλίδα, Potitus meatu per murum. Hoc ſatis eſt, noſſe quòd ui aditum per mœnia in urbem ſibi patefæcerit, ſiue parua porta reuulſa à muro, ſiue muro perforato. Fortaſſe proditiõe res peracta eſt, ſed laudatores plauſibilia potius quam uera dicunt. Lonicerus: Muri portulam diruens.

κῦρος δὲ τὸν πατέρα τῆς μητρὸς ἀπέκτεινε) Cyrus, Herodoto & Iuſtino autoribus, Aſtyagẽ prælio uictum maximæ Hyrcanorum genti præpoſuit, quod is ipſe in Medos reuerti noluit. Variat etiã in alijs locis Iſocrates ab hiſtoricis, quos nos habemus: ſiue ipſe alios ſcriptores ſecutus ſit, ſiue amplificandi & extenuandi cauſa de induſtria quædam immutarit.

οὐδ' εὐσεβέστερον λαβὼν ἐκείνου τὴν βασιλείαν) εὐσεβέστερον ἐκείνου coniunge, magis piè quàm ille.

ἐκείνως) κατὰ ἄλλον τὸν τρόπον, id eſt in hunc modum, ſcilicet, ut iam à nobis explicabitur. Refertur enim hoc aduerbium apud Iſocratem ad ſequentia plerunq;, magis quàm ad ea quæ præceſſerunt: ſicut Cicero particulã Illud non rarò collocare ſolet.

ὅσοι τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα, &c. αὐτοῦ δ') ψυχὴ, anima uel animus, pro uita accipitur. Vt apud Heſiodum, χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Luſit hic ex ambiguitate uocis Iſocrates. quod (hoc quidem loco) imitari ſat commode Latini nequeunt. animi cauſa non eſt ψυχῆς, ſed ἡδονῆς ἕνεκα.

τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥᾳθυμιῶν) ῥᾳθυμία, ἀμέλεια, ῥᾳστώνη: id eſt, negligentia, uel remiſsio animi, uocabulum μέσον: id eſt, quod in bonam & malam partem accipitur.

ἐν ταῖς εὐπραγίαις) εὐπραγία, uel εὐπραξία, plerunq; idem quod εὐτυχία, id eſt, fœlicitas. ſed hic actiones ſecundum uirtutẽ ſignificat.

ὅτι ἐπετίμα τοῖς πολίταις) ἐπιτιμᾶν plerunq; pro increpare, hic pro honorem habere uidetur accipi. uerſatur enim in antithetis oratio. ἐπιτίμιον, præmium ſeu mulcta. unde ἐπιτιμᾶν, pro mulctam irrogare, ſicubi ſentẽtia poſtulet, interpretari licebit. Phauorinus: ἐπιτιμῶ, τὸ ἐπιπλήττω, μέμφομαι, δοξάζω, τιμωρίαν ἐπιτίθημι: obiurgo, culpo, gloriam tribuo, puto, mulctã irrogo. Si quis οὔτ' ἐκόλαζεν οὔτ' ἐπετίμα, pro ſynonymis habet, non obſto.

οὐδὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπιπτόντων, οὐδ' περὶ ἓν τι παρημαρτημένως εἶχε) Neque de negocijs quotidie incidẽtibus, ne quidem uno in errorem incidit: id eſt, ne una quidem in re fallebatur. οὐδὲ περὶ ἕν, non eſt peculiare membrum, ſed αὐξητικὸν, id eſt amplificandi gratia ponitur. Vt ſi latinè dicas: Nihil habeo pecuniæ, ne obulum quidem, unde reſtim emam. Verba tamen ſimpliciter etiam ſic ordinari poſſunt, οὐδὲ εἶχε παρημαρτημένως οὐδὲ περὶ ἓν τῶν προσπιπτόντων, &c.

διῴκει τὴν πόλιν) Non eſt à διώκω, quod fugo, ſeu perſequor ſignificat, ſed à διοικέω.

φοβερὸς ὢν οὐ τῷ πολλοῖς χαλεπαίνειν) Heſychius exponit ἀγανακτεῖν, εἰς χαλεπότητα ἄγειν: id eſt, indignari, difficilem ſeu commotum reddere.

ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας) De politijs ſuprà diximus. πολιτικὸν εἶναι generale eſt, et pertinet ad omnis generis magiſtratus: στρατηγικὸν εἶναι, pars eſt cuiuſcunq; gubernationis. Nam domi cõſilio, foris armis tuenda eſt reſpublica. πολιτείας igitur conuerti, rationes gerendæ reipublicæ.

τοιούτοις ἤθεσιν οἵοις εὐαγόρας μὲν εἶχεν) Pro οἷα εἶχεν. & poſtea, τοιαύτης φύσεως ὅς. Vbi relatiuũ ad Euagoram, nõ ad φύσιν refertur.

τὸν περιέχοντα τόπον, τὴν νῆσον) Finitimum locum, inſulam. τὴν νῆσον, appoſitio eſt. Salamis una urbs Cypri fuit. Euagoras igitur non tantum ſuos Salaminios, ſed reliquos etiã Cyprios humaniores reddidit.

δυστυχησάσης τῆς πόλεως) Cum Athenienſes ad Aegos flumen, qui Græcis αἰγὸς ποταμοὶ dicuntur, circa Helleſpontum à Lyſandro Lacedæmonio uicti & magna clade affecti ſunt, ita ut urbis mœnia ſubruerẽtur, & libertas populi amitteretur. Vide Xenophontem β' ἑλληνικῶν.

οὐκ ἔφθησαν ἀλλήλοις πλησιάσαντες, &c.) Non anteuerterunt inuicem congreſsi, &c.) Id eſt, quàm primum congreſsi ſunt, plures ſeſe mutuo fæcerũt, &c. Sic elegãter dici poteſt, οὐ φθάσεις εἰπὼν, κἀγὼ γεγραφὼς ἔσομαι: Quam primum dixeris, ego ſcripſero.

μέγιστον δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ὁσιότητος τῆς ἐκείνου. τὸ γάρ) Periodus inter-

ciſa, cuiuſmodi non apud Iſocratem duntaxat multæ, ſed apud Ciceronem quoq; nonnullæ reperiũtur. Ego igitur hanc figuram, quæ & perſpicuitati ſeruit, & ſpiritum legentis recreat, & attentionem excitat, non duxi mihi fugiendam. Alioqui facile ſic uertere potuiſſem: Maximum uerò ſignum eſt morum & ſanctitatis eius, quod Græcorum complures, &c.

τὰ περὶ τὴν ἤπειρον) ἤπειρος aliàs regionis nomen, Epirus: aliàs terra continens, ſeu mediterranea: ſed ut etiam Suidas annotauit, Iſocrati ſæpe pro Aſia capitur.

πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν) Id eſt, ſtatuæ illæ & Iouis ſimulacro uicinæ fuerunt, & ipſæ proximæ ſibi inuicem collocatæ.

κῦρον) De hoc uide Xenophontis ἀνάβασιν.

ἐκ τοιούτων καὶ φαύλων πραγμάτων μεγάλας δυναστείας καταργασαμένους) κατεργάζεσθαι, ἀναιρεῖν, φονεύειν, καταπονεῖν id eſt, è medio tollere, occidere, opprimere, labore conficere. Sic epiſtola ad Philippum tertia, ταῦτα δὲ κατεργάσασθαι πολὺ ῥᾷόν ἐστι, &c. Hæc multo facilius confici poſſunt: id eſt, διαπράξασθαι. Sed malo κατεργασαμένους hic intelligere pro καταπολεμήσαντας, ut Cyrus Medorũ regnum, Philippus Græciam, Alexander Aſiam, Mahometani maximam orbis terrarũ partẽ ſubegerũt.

ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ) Vt interim patiens bene: id eſt, ut interim dum beneficijs afficiebatur. μεταξὺ cum participijs eleganter conſtruitur. μεταξὺ περιπατῶν μελετῶ, Inter deambulandum meditor. Terentius in Andria, Græciſmũ retinuiſſe uidetur: Nos amoto metu, ſic nec opinãtes, interea oſcitantes, opprimi. μεταξὺ χασμώμενοι καταληφθῆναι: id eſt, inter oſcitãdum, interim dum oſcitemus. Hiſtoriam hanc de bello Cyprio, longè aliter deſcriptam uide apud Diodorum Siculum lib. 16. id eſt, inter eos qui græcè extant, primo.

πλέον ἢ πεντάκις μύρια) Immenſa pecuniæ ſumma: ſi ſingula talenta ſexcentis coronatis computes, centena millia coronatorum pro uaſe quam Thonnam uulgo uocant, millionem pro denis thõnis accipias, erunt coronatorũ milliones triginta.

ἀπηλλαγμένον) ἀπηλλάσσω (nam ἀπηλλάω inuſitatum) ἀπήλλαχα, ἀπηλλάχα, ἀπήλλαγμαι, ἀπηλλάγμαι, &c.

ἄμικτον) Nullis commercijs utentẽ: hic non ſignificat purum, aut non confuſum.

εἰς τὴν ναυμαχίαν τὴν περὶ κνίδον) Gnidus maritima Lyciæ ciuitas, quã alij Cariæ attribuũt. ad eam Lacedæmonij uicti ſunt.

εὐτυχέστερον ἢ θεοφιλέστατον ἐκείνων) θεοφιλέστατον, pro πολλῷ θεοφιλέστερον.

μακαριστότατος) A' μακαρίζομαι fit uerbale μακαριστός, quod tamen legere non memini, à quo ſuperlatiuus hic formandus erit. [illegible] tamen editio habet μακαριωτάτους.

οὐδεὶς ἂν τὴν τοῦ σώματος φύσιν ὁμοιώσειεν) Therſites, tametſi Achillem aut Nireum ſubinde intuitus eſſet, nihilo propterea factus eſſet formoſior, aut robuſtior: ſic ſtatuæ & picturæ paſcunt oculos, ad imitationem non aliter proſunt, quàm quemadmodum Scipio ſe maiorum ſuorum imaginibus mirabiliter ad ſtudium uirtutis inflammari dicebat: ſed inſpectis illis, neq; uiribus auctior, neque mutata corporis habitudine, diſcedebat. Summa hæc eſt: Orationes imaginibus & ſtatuis ideo præferendas eſſe, quod exemplum uitæ ex orationibus peti poſſit, ex illis non poſsit. Si quis mauult ad pictores & ſtatuarios referre, qui naturam, id eſt, motum geſtum ac uitam corporis exprimere nequeant, ego id minus probo.

τοὺς δὲ ἄνακτας) Suidas ex Ariſtotele citat filios et fratres regis appellari ἄνακτας, ſorores & uxores (filiæ utiq; in eum numerum quoq; referendæ ſunt) ἀνάσσας. Heſychius: ἄναξ, βασιλεὺς, ἄρχων, δεσπότης: id eſt, ἄναξ, rex, princeps, dominus.

ANNOTATIONES IN Encomium Helenes.

Ἐπὶ τοῖς τινὸς εἰ μέγα φρονοῦσιν) φρονεῖν, aliàs ſapere ſignificat. ſed μέγα φρονεῖν, eſt magno animo eſſe, ſuperbire, laudi ſibi ducere. hinc μεγαλόφρων, animoſus: φρόνημα, animi: φρονηματίας, qui ſibi multum tribuit, nec facile ſe premi aut contemni patitur, idem quod οἰηματίας. μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην γιγνομένοις ἀγαθοῖς, criſtas erigere propter fortunã ſecundiorem. μέγα φρονεῖν ἐπὶ δικαιοσύνῃ, iuſticiam laudi ſibi ducere, iuſticiam alicui facere animos.

οἱ δὲ διεξιόντες ὡς ἀνδρεία) Deberẽt quidẽ, ut diſciplinæ, ſic etiam uirtutes cohærere nexu et uinculo indiſſolubili, & ita fortaſsis ipſa uirtutis idea ſe habet: ſed imbecillitas & malitia humani animi aliud oſtendit. Solam uerò doctrinam & aſſuefactionem haud ſatis eſſe cõſtat. Nam tria hæc concurrere debent, φύσις, ἔθος, λόγος, de quibus ſuprà. Plato altius aſcendit, θείᾳ τινὶ μοίρᾳ γίγνεσθαι τοὺς καλοὺς κ' ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων. Itaq; Deo autori acceptã fert ueram uirtutem, de

hoc

hoc paradoxo, uide Platonis Protagoram. Sed quia uitæ mortalium prodeſt, admoneri eos eius perfectionis, à qua longiſsimè abſumus, & ad quã omni ſtudio contendere debemus: non grauabor uerba quædam Ciceronis è 5. de Finibus hic aſcribere. Sic igitur ibi, quũ antea de ſocietate humani generis diſputaſſet, ſcribit: Seruari iuſtitia niſi à forti uiro, niſi à ſapiẽte, nõ poteſt. Qualis eſt igitur omnis hæc, quam dico, conſpiratio, cõſenſusq; uirtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum. quandoquidem honeſtũ aut ipſa uirtus eſt, aut res geſta uirtute. quib. in rebus uita cõſentiens, uirtutibusq; reſpondens, recta & honeſta, & cõſtans, & naturæ congruẽs exiſtimari poteſt. Atq; hæc coniũctio confuſioq; uirtutũ, tamen à philoſophis ratione quadã diſtinguitur. Nam quũ ita copulatæ cõnexæq; ſint, ut omnes omniũ participes ſint, nec alia ab alia poßit ſeparari, tamẽ propriũ ſuum cuiuſq; munus eſt, ut fortitudo in laboribus periculis' que cernatur, temperantia in prætermittendis uoluptatibus, prudentia in delectu bonorum & malorum, iuſtitia in ſuo cuiq; tribuendo, &c.

ὡς ἑνὸς ὄντος τοῦ παντὸς) Cicero 3. de Oratore: Ac mihi quidem ueteres illi maius quiddam animo complexi, plus multo etiam uidiſſe uidentur, quàm quantum noſtrorum ingeniorum acies intueri poteſt: qui omnia hæc quæ ſuprà et ſubter, unum eſſe, & una ui atq; una conſenſione naturæ conſtricta eſſe dixerunt. Nullum eſt enim genus rerum, quod aut auulſum à cæteris, per ſeipſum conſtare: aut quo cætera ſi careant, uim ſuam atq; æternitatem conſeruare poßint. Sed ſi hæc maior eſſe ratio uidetur, quàm ut hominum poßit ſenſu aut cogitatione comprehendi: eſt etiam illa Platonis uera, & tibi Catule certè non inaudita uox, omnem doctrinam harum ingenuarũ & humanarum artium, uno quodam ſocietatis uinculo contineri. Vbi enim perſpecta uis eſt rationis eius qua cauſæ rerum atq; exitus cognoſcuntur: mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarũ, concentusq; reperitur.

οὐ φάσκοντος οἷόν τ' εἶναι) Pro, φάσκοντος οὐχ οἷόν τ' εἶναι. inuerſus ordo negationis. Hoc παράδοξον Socrates ex tempore refutauit, his uerbis: ἰδοὺ ἐγὼ ἀντιλέγω.

μία δ' ἐπιστήμη κατὰ πάντων ἐστὶ) Vna uerò ſcientia de omnibus eſt. κατὰ, pro περὶ: id eſt, ſola doctrina uirtutes omnes comparari poſſe.

περὶ τὰς ἔριδας) Dialecticorum ſpinas innuit opinor, quas hic ἔριδας, alij ἐριστικοὺς λόγους, ut Plutarchus & Dionyſius, appellant.

ἐθαύμαζον αὐτοῦ) θαυμάζω cum genitiuo, plerumq; in malam partem accipitur: cum accuſatiuo, in bonam. Sed hoc diſcrimen hic neglexit Iſocrates. Ita Suidas, θαυμάζω σου, id eſt καταγινώσκω, accuſo te, ſeu demiror te. (nam demiror etiã ſæpius in malam partem accipitur) θαυμάζω σε, id eſt, ἐπαινῶ σε, laudo, admiror te, præclarè de te ſentio.

ὀψιμαθὴς) Vel qui tardè ad diſcendum accedit, ac ideo infœlicius inſtituitur: uel qui eſt tardiore ingenio, & eruditiõis minus capax, ac proinde rudis & imperitus.

ἀφειμένους) Ab ἀφίημι. ἀόρ. β. μέσ. ἀφέμην, ἀφειμένος, qui omiſit.

οἱ μὲν τοῖς λόγοις ἐξελέγχειν) ἐξελέγχειν ἐν τοῖς λόγοις, eſt, approbata ſua ſententia, refellere contrariam. ἐξελέγχεσθαι ἐν τοῖς ἔργοις, cũ ipſa re ſophiſtæ uanitatis conuincuntur, quando conſenſu omnium, eorum nugæ flocci penduntur.

ἐξεληλεγμένους) ἐλέγχω, ἤλεγχα, ἐλήλεγχα, inde paßiuum ἐλήλεγμαι. Sed quia durior eſt pronunciatio, prius γ, quod υ literæ uice fungitur, in primis perſonis abijcitur, in ſecundis & tertijs retinetur. ut ἐλήλεγμαι, ἐλήλεγξαι, ἐλήλεγκται. ἐληλέγμεθον, ἐλήλεγχθον, ἐλήλεγχθον. ἐληλέγμεθα, ἐλήλεγχθε, ἐληλεγμένοι εἰσί. Sic ἔφθεγμαι, ἔφθεγξαι, &c. à φθέγγομαι.

τοῖς μὲν τῶν πλησιόντων) Id eſt, τοῖς νέοις.

περιττότητας) περιττὸν aliàs laudis eſt, ut Syneſius, περιττοὶ σοφίαν αἰγύπτιοι, id eſt, δύπεροι ἢ ποικίλοι: hoc eſt, Magna eſt & multiplex Aegyptiorum ſapientia. aliàs uituperij: ut ἰξωρός τις καὶ παντάπασι περιττὸς ἄνθρωπος. id eſt, importunus, & planè ineptus homo. id eſt, κενός, ἐκ περιουσίας: qui ea uel dicẽdo uel agẽdo infarcit, quæ nihil ad rẽ faciũt. ἀριθμὸς περιττὸς καὶ ἄρτιος: id eſt, par numerus & impar, opponũtur.

ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων) Sic argumentantur illi: Si ex muſca poſſum elephantum facere, quanto magis elephantum laudibus extollere potero? Iſocrates reſpõdet: Age dic de elephanto, ita magis apparebit qui uir ſis. ἰδοὺ ῥόδος, ἰδοὺ τὸ πήδημα.

ἀμφισβητοῦντας τοῦ φρονεῖν) Diſceptantes, ſeu contendentes de ſapiendo, id eſt, qui ſapientiæ laudem ſibi uendicant, qui ſapientes perhiberi ſeſe uolunt.

φάσκοντας εἶναι σοφιστὰς) Sic D. Paulus, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. φάσκω σοφιστὴς εἶναι, Profiteor me ſapientiæ doctorem, ſeu, eloquentiæ magiſtrum eſſe.

ἔστι γὰρ τὴν μὲν τοιούτων συγγραμμάτων

μία τὶς ὁδὸς) Quæ ratio ſit ἄδοξα ſeu παράδοξα argumenta tractandi, eſt è rhetorum præceptionibus petendum. Socrates quoq; apud Platonem, quum Sophiſticam biduò poſſe diſci cõtendit, extenuando & contemnendo ſophiſtarum arrogantiam retundere nititur.

καὶ πιστοὶ καὶ τούτοις ὅμοιοι τῶν λόγων) τούτοις, ſcilicet τοῖς πιστοῖς. πιστὸν λόγον, fide dignam: πιστῷ ὅμοιον, probabilem ſeu ueriſimilem orationem interpretor.

διὰ πολλῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων) ἰδέας καὶ καιροὺς pro uarietate præceptionum & obſeruationum accipio: quæ magnã prudentiam requirunt, ne quis incidat in ineptias.

καταδεέστερον τῶν ὑπαρχόντων) Id eſt, τῶν ἐνόντων εἰπεῖν, uel τῆς ὑποθέσεως: his quæ dici deberent & poſſent: uel, argumento tenuius.

ἅπαν ἴδιόν ἐστι) Omne proprium ſeu peculiare eſt. id eſt, furti reus nõ agitur, quia nemo nugas illas magnifacit: uel, quia nullum celebrem autorem habent.

τυγχάνει δ' ἀπολογίαν εἰρηκὼς) Gorgiæ oratio de Helena adhuc extat, qua potiſſimum excuſat eius cum Alexandro Priami filio adulteriũ. τυγχάνει εἰρηκὼς, id eſt, εἴρηκε. τυγχάνω περιπατῶν, id eſt περιπατῶ: ſum deambulans, pro deambulo.

τῆς γὰρ κάλλους ἀπέτυχεν) Ideo Græci dicũt eã ἑλένην appellatam eſſe, διὰ τὸ πολλοὺς ἑλεῖν τῷ κάλλει: id eſt, quod in ſui amorem, excellentia formæ, multos pellexerit, & ceperit.

παρὰ τῶν κυρίων) A' dominis, ab his in quorum poteſtate erat Helena. id eſt, à Tyndareo, Leda, Caſtore & Polluce.

τὸν χρησμὸν τὸν παρὰ τῆς πυθίας) Oraculum à Pythia, id eſt, ſacerdote Delphica. De hoc oraculo nihil me legere memini.

πολλῶν τῶν οἱ λακεδαίμονι δεινῶν) τὰ δεινὰ, pericula, acerbitates, miſeriæ. Lonicerus: Omnibusq; Lacedæmoni potentibus floccipenſis. δεινὸς genere maſculino interpretatur.

ἔρανον τὸν ἱερατον, μηδενὸς ἀποστῆναι) Hanc collationem, ſtipem, ſeu munus, nihil detrectandi: id eſt, ut ne quid detrectaret.

ἀνθ' ὧν) ἀντὶ ὧν: id eſt, διότι, propterea quod.

ἐνδεᾶ) ἐνδεὴς, ἐνδεέα, ἐνδεῆ καὶ ἐνδεᾶ. ſicut ὑγιέα, ὑγιῆ, uel ὑγιᾶ. ob præcedentem uocalem etiam facta contractione.

πῶς ἂν πλῆν τὴν ἀρετὴν κτησάμενον) Quomodo πῶς ἂν πλὴν, ſi ei σωφροσύνη, uel potius ἐγκράτεια defuit?

ἐκοσμήσατο) Scilicet ἑαυτὸν, uel paſſiuè pro ἐκοσμήθη. ſca. arma autẽ fuere, κορύνη, uel ῥόπαλον, id eſt, claua: λεοντῆ, leonina pellis. quibus Hercules addidit τόξα καὶ διστοὺς ἀφύκτους, id eſt, arcum & ſagittas ineuitabiles.

ἀδελφὰς) ἀδελφὸς frater, ἀδελφὴ ſoror. ὁ ἀδελφὸς, ἡ ἀδελφὴ, τὸ ἀδελφὸν, fraternus, cognatus, ſimilis: idem quod ὅμοιος, uel παραπλήσιος. De Theſeo prouerbium, ἄλλος οὗτος ἡρακλῆς: hic eſt alter Hercules. & οὐκ ἄνευ θησέως, Non ſine Theſeo: quòd Hercules Theſei uirtute adiutus fuerit.

τάς τε βοῦς τὰς ἐξ ἐρυθείας) Erythea inſula in Gaditano mari, cuius rex Geryones tricorpor fuiſſe fingitur, ob adminiſtrationẽ regni cum duobus fratribus concordiſſimam. Fertur autem in ea inſula ſumma & ſalubritas aeris, & pabuli ubertas eſſe. Duodecim ſtipendia debuiſſe Herculem Euryſtheo, Stheneli filio, regi Arginorũ, idq; fraude Iunonis (quæ partum Euryſthei maturarit, Herculis impedierit) perfectum eſſe, (Iupiter enim iurarat, eum qui illo die naſceretur, omnibus ex ſeſe genitis dominaturum) notum eſt fabularum ſtudioſis, ex Iliados τ'. lib. 19.

τόν τε ταῦρον τὸν αἰκισάντα) αἰκίζομαι, αἰκίζω, ἀναιδής. Taurus ille Marathonius appellatur, à Marathone campo quodam Atticæ, in quo potiſſimum graſſabatur: ubi etiã Perſæ uicti ſunt ab Athenienſibus, duce Miltiade.

ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων) Id eſt, οὐδεὶς τῶν πάντων ἐτόλμα ἐπιχειρεῖν. Figura in ſacris literis frequens. ut, Non ſalua fieret omnis caro, id eſt nulla.

λαπίθαις) Theſſaliæ populi, ſic fortaſſe dicti à Deucalionis & Pyrrhæ iactis lapidibus. unde uerſiculus: ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ, λαοὶ δὲ καλεῦνται. λᾶς idem quod λίθος, hinc λαὸς, & fortaſſe λαπίθαι. Virg. Deucalion uacuũ lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati, durum genus. κένταυροι, ab agitandis, ſeu ſtimulandis & confodiendis bobus. Cum enim magna ſylueſtrium taurorum multitudo Theſſaliã uaſtaret, quidam Theſſali, arte domandi equos inuẽta, eos conſcẽderunt: & ea opportunitate adiuti, tauros interfæcerũt. unde qui κένταυροι & ἱπποκένταυροι dicũtur, nõ mõſtra (ut poetæ fabulantur) ex hominib. et equis cõpoſita, ſed equites fuerunt, ac poſtea ſuam equitationem ad uiolentiam & latrocinia conuerterũt. ita ut κένταυρος idem ſit quod ὑβριστὴς, id eſt, homo ferox & iniurius. & prouerbium, οὐκ ἔνι νοῦς κενταύροισι, id eſt, Cẽtauri mente carent.

φῆσαι μαντείαν δεσμὸν τῆς πόλεως) Athenienſes

nienſes unà cum Megarenſibus Androgeum Minois filium interfæcerunt, ac peſtilentia conflictātes, oraculo moniti ſunt, ut Minoi, cæde filij expiāda, ſatisfacerent. qui quotannis ſeptem pueros, totidemq; puellas, in Cretam à Minotauro deuorandos mitti uoluit. Fuit autē is Minotaurus ex adulterio Paſiphaes & Tauri, qui ſcriba Minois fuit, genitus, ac propter ignominiam in Labyrintho cōcluſus à Minoe. hinc poetæ finxerunt, Minotaurū monſtrum quoddā eſſe, quod ex homine tauroq; cōſtet, immani ſæuitia & robore. Quia uerò demonſtratiui generis orationes liberiores ſunt, & potiſſimum ad uulgi applauſum & admirationem cōparatæ, cui ueritas & res ſeriæ nō magnæ curæ ferè ſunt: ideo Iſocrates hic (ut ſuprà etiā in Euagora fæcit, & in Buſiride mox facturus eſt) poetari, id eſt coaceruare fabulas nō dubitauit.

τοῖς δ' ἔμελλον) Scilicet προθεῖν.

πανδημον) Aliàs πανδημεὶ idem ſignificat, publicè, quicquid fit ab uniuerſo populo.

προὔπτον) προόπτον: ut προὔλεγον, προέλεγον.

ὥσθ' ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς, ἄρχων τῆς πόλεως) Nominatiuus, græco more, infinitiuū ſequitur. Latinè dicēdum fuiſſet, ἑαυτοῦ ἄρχοντος τῆς πόλεως: ſe urbi imperante, dum ipſe urbi imperaret.

σκείρωνος καὶ κερκυόνος) Latrones fuere, crudelitate inſignes: de quibus uide Plutarchum in uita Theſei.

ὑπὲρ ἀμφοτέρων δὲ τούτων) Scilicet, quòd cupio perſcribere præclara Theſei facinora, & uereor ne ſim iuſto prolixior. niſi malis ad hæc referre: quia prolixitate modum exceſſi, & quia uereor ne magis de Theſeo quàm de Helena uidear laborare.

βίᾳ Θηβαίων) Vi Thebanorum, id eſt, inuitis Thebanis. idem eſt, πρὸς βίαν Θηβαίων.

βίᾳ τῶν πολιτῶν ἄρχειν) Conſtrui poteſt βίᾳ ἄρχειν, ui imperare ciuibus. uel, ἄρχειν, βίᾳ τῶν πολιτῶν: imperare, ciuibus coactis.

τοὺς ὑπὸ τὴν καδμείαν τελευτήσαντας) Cadmea Thebanorum arx, à Cadmo conditore. Nota eſt ſeu fabula, ſeu hiſtoria, de expeditione Adraſti aduerſus Eteoclem, qui Polynicem fratrem ſuum, ipſius generum, regni debita portione fraudabat. Herculis liberos, poſt patris obitū, Euryſtheus miris modis exagitauit, nec uſquā conquieſcere paſſus eſt.

συλῶντας μὲν τὰ τῶν θεῶν) Scilicet ἱερά, ἕδη, ἀναθήματα: id eſt, templa, ſtatuas, donaria diripientes. uel αὐτοὺς τοὺς θεούς, id eſt, ipſos deos.

ἐλθὸν ὡς ἐκείνην) ὡς, pro πρὸς ἐκείνην: niſi malis pro aduerbio accipere, uenerunt ut illam ambituri.

γενομένης ἐν θεοῖς περὶ κάλλους ἔριδος) Hoc factum eſſe fabulantur in Thetidis & Pelei nuptijs, quum Eris, dea rixarum, elegantiſſimum pomum in menſam diſcumbentium proiecisset, cū hac inſcriptione, Detur pulchriori. Vide apud Lucianum dialogos deorum.

καὶ μεγάλας μὲν ἀρχὰς καὶ δυναστείας, καὶ φαύλοις τοῖς ἀνθρώποις παραγενέσθαι) Videntur hic Perſarū reges perſtringi. Qui, poſt Darium primū, effœminati plerīq; & libidinibus luxuq; perditi fuerunt.

ἢ παρασκευάσαις αὐτοῖς) Pro, ἢ εἰ αὐτοῖς παρασκευάσειε, quàm ſi eis id præſtitiſſet.

ἐκ τῆς ὀργῆς τῶν ἀποτυχόντων) ἐπιτυγχάνειν, uoti compotem fieri: ἀποτυγχάνειν, fruſtrari.

ὅσος οὐδεὶς πώποτε γέγονεν) Nini et Semiramidis, fortaſſe Vexoris & Tanais etiam, longe maiores exercitus fuerunt, item Iſraelitarum ex Aegypto fugientium. ſed Iſocrates uel de Græcis ſolis, uel ὑπερβολικῶς loquitur.

ἀπηλλάχθαι) Ab ἀπαλλάττομαι, παρακ. infinitiui.

περιεώρων) Atticus paratatticus, à περιοράω.

προέσθαι) ἀόρ. β. medius infinitiui, à προΐεμαι.

τῶν μὲν γὰρ ἀνδρείας, &c. μετεχόντων) Quæ cū fortitudine cōiuncta ſunt: id eſt, uulgus fortiter ſapienter iuſteq; factis multa præfert, ut opes, honores, potentiam, uoluptatem in primis. Sic oſtendit formam pluris etiam fieri, quàm uirtutem.

περαιτέρω) πέραν, περαιτέρω, περαιτάτω: ſicut ἄνω & κάτω, ἀνωτέρω, &c.

οὐκ ἀπαγορεύομεν θεραπεύοντες) Pro hoc aliàs διατελοῦμεν, οὐ παυόμεθα, οὐ κοπιώμεθα, διακαρτεροῦμεν, διαγινόμεθα, quæ omnia cōſtantiam & perſeuerantiam ſignificant, cum nominatiuis participiorum.

περὶ τὴν ἰδέαν ταύτην) Circa formā hāc; id eſt, in hac re, in hoc genere.

τὴν αὑτοῦ ὥραν) Florem ætatis ſuæ. χρυσὸς δὲ ῥυείς) Aurum fluēs, id eſt, mutatus in hymbrē aureum. ῥυείς, ἀόρ. β. paſſiuæ formationis, à ῥέω fit ἔρρυον, ἐρρύην, inde ῥυείς ῥυέντος.

ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἑαυτῶν συγγνώμην ἔχουσι) Veneris cum Marte adulterium Vulcano uehemēter diſplicuit. Pallas & Luna uirgines ſunt, quanquam illam Vulcanus appetierit, hæc Endymionem adamarit. Iuno etiam, niſi fallor, neſcio è quo filium ſuſcepit. Hæc & alia longè abſurdiora poëtæ ſuis ſcriptis diuulgarunt, quos in ſequenti oratione tanquam blaſphemos, impios & furio-

ſos, & dijs inimicos, inſectatur. Hic (ut τὸ πρέπον argumenti utrobiq; poſtulat) id deûm uoluntate facere aſſerit.

διὰ κάλλος ἀθανάτους) Vt Ganymedem & Iouis amaſias: unde Iuno apud Senecam indignatur, à pellicibus teneri cœlum.

ὡς, &c. προσάξαι) Tertia perſona optatiui eſt, non infinitiuus.

καὶ μέρος μέν τι) Pro κατὰ μέρος. Sic Cicero in Officijs: Maximam autem partem aggrediun tur ad faciendam iniuriam.

ἐντεύξονται) Ab ἐντυγχάνω.

ANNOTATIONES IN Buſiridis argumentum.

Εἴγε φαίνεται τοῦ διδασκάλου) Siquidẽ paret magiſtro: non ſuo, ſed aliorum. εἴγε pro ἐπείπερ exponit Phauorinus. Quare legere malim, ἢ φαίνεται τοῦ διδασκάλου. & ego ſic uertere malui, quàm ea uerba ponere, quæ nec ego nec alij intelligerent.

δοκεῖ δὲ διὰ τούτου) Videtur igitur per hũc. intelligi poteſt λόγου, per hanc orationem. & τὸ πολυκράτην, ſub perſona Polycratis.

μετέγνωσαν, &c. εἶτα δὲ σωφρονισθέντας) Mutarunt ſententiam, deinde & caſtigati. Durius hæc cohærent. Phauorinus, εἶτα redundare apud Atticos ſcribit, & pro ἄρα, id eſt igitur, uel ſanè, & μετὰ ταῦτα, id eſt deinde accipi. Sentẽtia plana eſt, ac ideo de uerbis non ualde laborandum. quæ ego, ſi exemplum & autorem haberẽ, per præſertim interpretarer.

διὰ τοῦ λοιμοῦ τοῦ ἐγκατασκήψαντος αὐτοῖς) Propter peſtilentiam graſſatam in eos.

ὅθεν λοιπὸν) Vnde deinceps, in poſterum. λοιπὸν aduerbialiter accipiendum.

δημοσίᾳ, οἷον ἐν κοινῷ θεάτρῳ) Publicè, uelut in communi theatro. in publico, cuiuſmodi locus eſt theatrum.

ἀμέλει λέγεταί τι τοιοῦτον) Deniq; uel, porrò dicitur tale aliquid. ἀμέλει imperatiuus, neglige, ab ἀμελέω. Sed hoc loco aduerbium.

ἐκτάνετε) ἀόρ. β΄. ἀ κτείνω. Diogenes Laertius hos uerſiculos ſic citat: ἐκτάνετε ἐκτάνετε τὰν πάνσοφον, τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα μουσῶν (ſic enim legendum, non μοῦσαν) & addit, Melitum damnatum capitis, Anytum & cæteros accuſatores in exilium actos, Socrati æream ſtatuam quæ in Pompeo poneretur, à Lyſippo factã, eſſe decretam, ciuitatẽ luſtratam: palæſtras & gymnaſia, uelut in publico ciuitatis luctu, clauſa, &c. Occidiſtis occidiſtis ſapiẽtiſſimam & innocentiſſimam luſciniam Muſarum. ἐκτάνετε eſt ἀ κτείνω.

καὶ νοήσαν τὸ θέατρον) Intelligens theatrũ: id eſt, οἱ θεαταὶ νοήσαντες, ſpectatores cum intellexiſſent.

ὡς ξενηλάτης) Vt expulſor hoſpitum. Vnde ξενηλασία, hoſpitum ſeu peregrinorũ expulſio.

τῶν πανηγυρικῶν ἐγκωμίων ἕν) Scilicet ἕις: id eſt, una de quatuor generis demonſtratiuæ orationibus: quarum nomina hæc ſunt, Euagoras, Helena, Buſiris, Panathenaicus. Nam Panegyricus (quanquam is quoq; laudes Athenienſium, ut oratio ad Philippum Philippi, continet) inter ſuaſorias eſt potius numerandus, ſi Quintilianum ſequimur. & oratio περὶ ζεύγους, quanquam ibi prædicatur uirtus Alcibiadis, tamen ad iudiciales pertinet.

ANNOTATIONES IN Buſiridem.

THN μὲν ἐπιείκειαν τὴν σὴν) Quæ iſta eſt ἐπιείκεια, innocentes accuſare, laudare immanitatem? Eſt ne igitur εἰρωνεία, ſeu ἀντίφρασις? an captatio beneuolentiæ, & talis argumentatio: Tu es ἐπιεικὴς, id eſt, æquus & moderatus, bonus quidem uir, ſed parum prudens: ergo æquo animo, te moneri, ferre debes?

προσήκειν ἐθέλοντας εἰσφέρειν) Decere uolentes: id eſt, ultrò conferre. ab ἐθέλω participium: ſicut dicimus ἐγένετο ἐθέλων, fæcit uolens: id eſt, ἑκών. uel προσήκειν ἐθέλοντας: id eſt, ἵνα ἐθέλωσι, decere ut uelint, participium infinitiui loco. quanquam fieri poteſt ut ἐθελοντὰς nomen ſit, ab ἐθελοντὴς ἐθελοντοῦ, accentu trãſpoſito: et ſic habet Oporini editio. ut apud Sophoclem in Aiace, κἀγὼ θελοντὴς σοι δ᾽ ὑπεζύγην πόνῳ, Et ego uoluntarius huic ſubiugatus ſum labori: id eſt, Ego ultrò hunc laborem capio. pro, καὶ ἐγὼ ἐθελοντὴς.

οὐχ ἥκιστά σε μεγαλαυχούμενον) Metaphora ſumpta ab animoſis equis, qui colla torquẽt & erigunt: poteſt & actiuè & paſſiuè intelligi, Cũ uideam te uel in primis gloriari: aut, ab imperitis etiam propterea prædicari.

ἀπὸ τῆς σωκράτους κατηγορίας) Diogenes indicat, eam ab alijs pro ſeria oratione, ab alijs pro ludicro declamationis argumento haberi, quod quidem mihi probabilius eſt.

ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητὴν) Etiã Xenophon α΄ ἀπομνημονευμάτων indicat, Critiam & Alcibiadem diſcipulos, inter crimina Socrati

crati obiectos. Sed eorum improbitatem ambitioſis & uiolentis ipſorum ingenijs, non Socratis inſtitutioni acceptam ferendam eſſe dicit. Noſter autor, inuerſione utitur: ſi Socrates Alcibiadem inſtituit, uirum præſtantiſſimum, laudari potius meretur quàm accuſari, &c.

εἰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πρᾳότατος ἦν, ἀλλ' οὖν ἐπί γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις) Obſeruandæ particulæ, εἰ καὶ, & ἀλλ' οὖν γε. Sic in Parænesi, οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσιν. In priore, etſi, tamen: in poſteriore, ſi, at ſaltem: uel, ut, certè.

καί τοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον, &c.) At quomodo non erubeſcere magis quàm gloriari conuenit eum, qui à uituperatis à ſe, magis diligatur, quàm à laudatis. id eſt: Cum Socrates, quẽ uituperaſti, tibi æquior eſſe debeat, quàm Buſiris quem laudaſti, pudere te decet inſcitiæ tuæ potius, quàm gloriari de facundia. Iſocrates generaliter extulit hanc ſententiam. Tu ſi pro τὸν reponas σὲ, & pro ὑπὸ αὐτοῦ, ὑπὸ σοῦ, plana tibi erunt omnia. Plura uide in Caſtigationib. noſtris.

παρὰ τοῖς λοιδορουμένοις) Id eſt, ὑπὸ τῶν λοιδορουμένων. quia paulo antè ὑπ' αὐτοῦ poſuerat, uarietate præpoſitionum uti uoluit. λοιδορουμένοις & ἐγκωμιαζομένοις paſſiuè capiuntur. intelligi autẽ debet Socrates & Buſiris. ὁ ἀγαπώμενος, eſt Polycrates ſophiſta.

τοὺς τεθνεῶτας ἀνῆγεν) Fabula de Eurydice uxore Orphei. ſatis ex 4. Georg. Virgilij nota eſt.

εἰ καὶ καταφρονῶν αὐτῶν) Sententia eſt: Si Buſiris Aeoli & Orphei uirtutẽ admiratus, contraria illorum factis ſtudio habuit, quid ſæciſſet ſi eoſdẽ contempſiſſet? id eſt, Tu dicis Buſiridem Aeoli & Orphei imitatorem fuiſſe, quum illius & horum facta non magis ex diametro inter ſeſe pugnare potuiſſent.

ὡς τούτους ἐζήλωσεν) Iſocrates urget uocabulum ζηλοῦν, id eſt, imitari. neceſſe autem eſt τὸ ἀρχέτυπον uel uetuſtius eſſe τοῦ μιμήματος, uel ſaltem illi ὁμόχρονον. An potuiſſet Themiſtocles Alexandrum magnum imitari, multis annis poſt ſuum obitum natum? aut Apelles depingere Ciceronem? In poetis talia excuſantur ἀναχρονισμῷ figura: ſed eandẽ licentiã & ἀκυρολογίαν ſophiſtæ nõ permittit Iſocrates. qui fortaſſe uoluit τὸ ζηλῶσαι δόξαν ὀρφέως ſic accipi, ut intelligerent auditores, Buſiridem eam gloriam expetiuiſſe, quæ nunc ſit Orphei & Aeoli. Vt ſi quis dicat, Demoſthenem in oppugnando Philippo ſecutum eſſe conſilium Ciceronis Antonio aduerſati. Res actioneſq; conferri poſſunt, etiamſi perſonæ diuerſis temporibus uixerint.

οὐκ ἐκ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλ' ἐξ ἁπάντων) Non è præſentibus tantum, ſed ex uniuerſis. τὰ παρόντα intelligo eas prouincias, quas Buſiris ſibi ſubiecerat, quaſq; in poteſtate iam habebat: id eſt, τὰς χώρας ἃς κατεστρέψατο.

τὰ συσσίτια) Lacedæmonij in publico prandebant & cœnabant. ea conuiuia inſtituta à Lycurgo, φειδίτια à parſimonia, uel φιλίτια ab amicitia nominabant. de his uide Plutarchum in uita Lycurgi. & Ariſtotelem, qui ſecundo πολιτικῶν eorum meminit. Similia fuerunt apud Cretenſes Andria, ſic à conuentu uirorum appellata.

ὑπολαμβάνεσθαι μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν) Exiſtimentur amplius quàm pro dignitate. ὑπολαμβάνεσθαι poteſt referri uel ad perſonas, ut maior ſit de ipſis exiſtimatio: uel ad res, ut res illæ pluris fiant quàm mereantur. Sed miſera nimirum religio, minimeq; diuturna erit, quæ ſimulatione & impoſtura conſtat.

βεβαιώσεσθαι τὴν αὑτῶν εὐσέβειαν ἐνδεδειγμένους) Confirmaturos ſuam pietatem demõſtrantes. Niſi hic & Atticã ἐναλλαγὴν generis admittas, ut ἐνδεδειγμένους pro ἐνδεδειχότας, & participium pro infinitiuo poſitum fatearis, ἐπιδεδειχότας pro ἐνδεδειχέναι: ego conſtructionis rationem me non ſatis aſſequi fateor. Si pro βεβαιώσεσθαι legeres βεβαίως, omnis ſcrupulus tolleretur. Sed ego propterea receptam ſcripturã in dubium uocare non audeo.

καὶ τὰς περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς) Sacrificijs & purificationibus in tẽplis, uel in ſacris. ἁγιστεία Phauorinus interpretatur ἁγιοσύνην, καθάρευσιν: id eſt, ſanctitatem, puritatem. ἁγιστεύειν, uel ἁγιστεῖν, σέβεσθαι, uel εὐσεβεῖν, ἁγνεύειν: id eſt, piè colere, purum ſeu caſtum eſſe.

τόν τε Νεῖλον περὶ τὴν χώραν περιέρρηξε) Et Nilum circum regionem perruperit: id eſt, interrupto curſu regionem circumfluere coëgerit.

ταύτην ποιεῖσθαι ὑπόληψιν) Hanc facere opinionem. ὑπόληψιν definiunt παχυμερῆ γνῶσιν, δόξαν, εἰκασίαν, ὑπόνοιαν, ἀπόκρισιν: id eſt, craſſam, ſeu minus accuratam cognitionẽ, & certam opinionem, coniecturam, ſuſpicionem, reſponſionem. Ego hic pro obiectione, id eſt, ἀντὶ τῆς ὑποφορᾶς accipio.

ἐγὼ μὲν οὖν οὐχ ὅπως τοὺς θεοὺς) Ego uero nõ quod, uel, ut deos, ſed neque. Id eſt, non modo non deos, ſed neq;. Vel, tantũ abeſt ut deos, etc. ut neq;. Sic Euripides, εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν

θεοί

θεοί: id eſt, Si perpetrãt dij turpe quid, nõ ſunt dij.

καὶ διέλθε πρὸς αὐτὸν) Et percenſe apud ſeipſum. αὑτὸν pro σεαυτὸν, id eſt, teipſum.

ἀτυχικέως διακειμένους) Fataliter affectæ. ἐπὶ σῶ αὐθέρως, id eſt, cum ſtudia ruinam minitentur, nõ quaſi fatalis calamitas impendêre uideatur. ἡ κὴρ, τῆς κηρὸς, fatum, calamitas. inde ἐπίκηρος, fatis obnoxius, in periculis conſtitutus. τὸ κῆρ, contractum à κέαρ, eſt cor, idem quod καρδία.

ANNOTATIONES IN Orationem contra Sophiſtas.

QVum tam crebrò fiat ſophiſtarum philoſophorumq́; mentio, non inutile fuerit, diſcrimen eorum explicare, idq́; ex Platone potiſſimum: qui ſophiſtam his fere coloribus depingit, ut ſit auarus, ambitioſus, uanus, & uirtutis expers, in nugis occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus. Contrà, philoſophus ſummũ ac propè unicum uirtutis & ueritatis ſtudium habet, cætera omnia uel leuiora ducit, uel cõtemnit, probitatis & ſapientiæ magiſter & exemplum. Ex his deſcriptionibus apparet, quanta ſit multitudo ſophiſtarum, philoſophorum paucitas. utriq; tamen à fine ſunt iudicandi, præcipuoq́; totius uitæ ſtudio. Quare ſi Plato & Ariſtoteles aliquando indulſerũt affectibus, & aliquid uel ambitioni uel contentioni dederunt, ueritate neglecta, σοφιστικὸν quidem id fuit, non φιλοσοφικόν. Viciſſim ſi Gorgias & Polus, alijq́; ſimiles, quibus lingua in quæſtu fuit, aliquid ueri dixerunt, aut probè fecerunt, illud à philoſophia ſunt mutuati, non à ſophiſtica acceperunt. Nobis igitur omnia dicta & facta noſtra diligenter examinanda ſunt, & ſeuocata retractaq́; ab erroribus & ambagibus ſophiſtarum, ad ueram philoſophiæ ſemitam cõſtanter dirigenda & perducenda. Nec enim ſatis eſt noſſe uirtutes & uitia ueterũ, niſi hæc fugiamus & auerſemur, illas ſequamur & amplectamur. Semper in conſpectu ſit aurea ſententia Ariſtotelis, δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας. ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. id eſt: Fortaſſe autem præſtat, & neceſſarium eſt, tuendæ ueritatis ſtudio, etiam noſtras opiniones refutare, præſertim quum philoſophi ſimus. Nam quũ utrique (ueritas & Plato, potius quàm Socrates & Plato) ſint amici, ius faſq́; poſtulat, ut ratio ueritatis à nobis potius habeatur.

οἳ προσποιοῦνται μὲν τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν) Cicero Academicarum quæſtionum lib. 2. ſeu (ut alij numerant) 4. Dialecticam, inquit, inuentam eſſe dicitis, ueri & falſi quaſi diſceptatricem & iudicem, &c.

τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων) His qui in philoſophia uerſantur: tam diſcipuli quàm præceptores intelligi poſſunt.

τῶν περὶ τὰς ἔριδας) Dialecticos intelligi puto: qui quo pacto futura ſe prædicturos iactauerint, ego non aſſequor, niſi fortaſſe poſita cauſa de effectu diuinarunt. Scomma eſſe puto, ad nimium eorum (ut uideri uolebant) acumen exagitandum. Nam qui accuſant & reprehendunt, in peſſimam partem omnia rapere, & odioſiora uocabula exquirere ſolent: id eſt, κατηγορικῶς λέγειν. Sic Lucianus exagitat Heſiodum, quod, quam quam profiteatur, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν θέσπιν ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα, nihil tamen fatidicum, ſed præcepta dũtaxat de moribus & agricultura leuia & peruulgata tradat.

ἔστιν ὅτε) Eſt quando: id eſt, ἐνίοτε, interdum, nonnunquam.

ἕν τι τοῦτο) Vnum quiddam hoc, id eſt, captum ingenij humani ſuperat.

εἰς τοῦτο τόλμης ἐληλύθασιν) In hoc audaciæ uenerunt, tam inſignis eſt eorum impudentia.

ἢν αὐτοῖς πλησιάσωσι) Si ipſis appropinquant: id eſt, ſi auditores ac diſcipuli ipſorum eſſe uelint.

τέτταρας ἢ πέντε μνᾶς) Quinq; minas mercedem Eueni Parij fuiſſe, Plato indicat. Iſocrates decem minis docuit.

πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας ἐπώλουν) Vna parte de plurimis precij, uenderent. πολλοστὸς Latinè reddi nequit. Significat de multis partibus unam duntaxat. exempli gratia, Virtutis precium ſit cẽtum talenta: iam ſophiſtæ illam uendunt quinque minis. quinq; igitur minæ ſunt πολλοστὸν μέρος τῶν ἑκατὸν ταλάντων, ac proinde omnino Glauci ac Diomedis permutatio,

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων,

ut ait Homerus. Diſſimile tamen eſt exemplum, uendere domum, & uendere ſcientiam, aut uirtutem, quam ipſe nihilominus retineas. ſed fœlicitatis auctio excuſari non poteſt, quæ utiq; gratuitò impartienda erat alijs, cum ſit αὐτάρκεια ἢ εὐδαιμονία. Sed boni illi ſophiſtæ (uocari enim paulisper libet) fortaſſe non legerant Ariſtotelẽ, & fœlicitatem non ita conſummatã habebant, cuiuſmodi illa eſt quæ ἐν τοῖς τῶν μακάρων νήσοις ὑπογράφεται. ac proinde ab exigenda pecunia non abhorruerunt ſapientiſſimi illi uiri, cuius permag

num uſum & fructum eſſe uidebant in uita mortalium. Nam ueriſſimè ſcripſit Demoſthenes, δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐκ ἔστιν οὐδὲν γενέσθαι τῶν δεόντων. Nec minus Ariſtoteles, ἀδύνατον ἢ μὴ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα.

οὐκ ἂν ἠμφισβήτησαν) Non contendiſſent, quòd non bene ſapientes eſſent: id eſt, ipſi ſophiſtæ fateri ſtulticiam ſuam cogerentur.

ἀργυρίδιον καὶ χρυσίδιον τὸν πλοῦτον ἀποκαλοῦντες) Argentulum & aurulum diuitias appellantes. ἀργυρὸς argentum, χρυσὸς uel χρυσίον aurũ. horum diminutiua latinus ſermo reſpuit, ideo mihi neceſſariò uerborum ordo mutandus fuit.

τὰ παρὰ τῶν μαθητῶν μεσεγγυῶνται) De promiſſis diſcipulorum ſponſiones petunt, caueri ſibi uolunt.

μὴ οὐ τοῖς μαθηταῖς μᾶλλον πιστεύειν) Non diſcipulis magis credere. Quid uerò, ſi diſcipuli tardiore ſint ad diſcẽdam iuſticiam ingenio? quid ſi ante perfectam iuſticiæ cognitionem, ſcholam & præceptores deſerant? Prudenter fæcerunt ſophiſtæ.

διακριβοῦσθαι περὶ τῶν διαφερόντων) Diligentiſſimos eſſe de differentibus. διαφέρει μοι, id eſt, τὸ ἐμὸν δεῖ, autore Suida: mea intereſt, ad me pertinet. τὰ διαφέροντα igitur, ſunt negocia quæ ad aliquẽ pertinẽt, quæ alicuius momẽti ſunt.

τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην ἐργαζομένους) Virtutem & temperantiam operantes, ſeu facientes. ἐργάζεσθαι ſignificat nonnunquam τὸν βίον πορίζεσθαι, parare uictum: ut ἐργάζεσθαι τὸν βίον ἐκ τῆς δικαίας καὶ τῶν χειρῶν, Labore manuum ſine cuiuſquam iniuria uictum quæritate. Eſt igitur ἐργάζεσθαι τὴν ἀρετὴν, non, uirtuti eſſe deditum: ſed πορίζεσθαι τὸν βίον ἐκ τοῦ διδάσκειν τὴν ἀρετὴν, tolerare uitam ſeu ſuſtẽtare docẽda uirtute, profeſſiõe uirtutis quæſtũ facere.

αὐτούς τε πολλῶν δεομένους) Ipſos multis rebus indigentes: id eſt conflictari inopia, premi penuria rei familiaris. quod turpiſſimum eſt ſcilicet magiſtro fœlicitatis. Et eius pollicitationes uanitatis conuincit.

καὶ τοὺς μαθητὰς μικρὸν πραττομένους) καὶ, &, ſcilicet τοὺς σοφιστὰς, cum uident doctores illos πραττομένους, id eſt εἰσπραττομένους, uel εἰσπράττεσθαι, exigere τοὺς μαθητὰς, à diſcipulis, μικρὸν ſcilicet ἀργύριον, ſeu μισθὸν, parum argenti, ſeu exiguam mercedem. Si quis ita uult exponere, Et diſcipulos minutis rebus occupatos: is uideat, an πράττεσθαι pro πράττειν accipi poſſit. Deinde perpendat, an non hæc prolixa periodus ad ſolos ſophiſtas pertineat, quorum hæ uirtutes enumerantur: primò, Profiteri ſapiẽtiæ doctrinam et fœlicitatis: 2. laborare inopia: 3. ſordidam mercedem à diſcipulis extorquere: 4. contradictiones in ſermone obſeruare, in rebus ipſis non animaduertere: 5. gloriari de ſcientia futurorum, nihil præſens rectè eloqui aut agere poſſe, ac certi nihil habere, &c.

ταῖς δόξαις) Notum eſt diſcrimen opinionis & ſcientiæ. ἀδολεσχία, inanes nugæ: μικρολογία, minutiæ, ſordes, uel diſputatio de rebus nullius momenti, & ſuperuacanea curioſitas, uel auaricia quæ omnes ſordes conſectatur, cui lucri dulcis odor eſt è re qualibet, quæ nullum quãtumuis puſillum & infame lucellum aſpernatur.

τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν) Animi curationẽ, eruditionem: Animum non erudiri, nec uel ad uirtutẽ uel ſapientiam inſtitui doctrina illa.

τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις) Tria genera orationum facit Iſocrates. ἐριστικοὺς λόγους, πολιτικοὺς, δικανικοὺς. ἐριστικοὶ uidentur eſſe dialecticorum, πολιτικοὶ oratorum qui docent de gerenda republica, δικανικοὶ cauſidicorũ. quanquã in fine huius Orationis τοὺς τεχνογράφους, id eſt, τοὺς δικανικοὺς cum πολιτικοῖς confundere uideatur. & fortaſſe οἱ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνούμενοι, ſunt ſectatores τῶν τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμησάντων. nec profeſſione magis quàm ætate, pollicitationumq; ab illis inſolentia differunt. Ita duo tantũ genera ſophiſtarum reprehenderet: primum τοὺς ἐριστικοὺς, deinde τοὺς πολιτικούς. Hi porro πολιτικοὶ ſunt duplices: alij æquales Iſocratis, qui uiua uoce docebant: alij ætate illo ſuperiores, qui arti rhetoricæ odioſum & ineptum titulum fæcerunt. Sed de his in fine orationis plura.

καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν) Scilicet οὕτως ἀναισθήτως: Alios ita eſſe ſtupidos.

ὥσπερ τὴν τῶν γραμμάτων) Non adeò errarunt fortaſſis iſti profeſſores, quod ad locos inuentionis attinet. Nam ut eaſdem dictiones iiſdẽ literis ſcribimus, ita eædem cauſæ iiſdem argumẽtis probandæ aut refutandæ ſunt. Elocutio quidẽ, pro uarietate ingeniorum & circumſtantiarum & ipſa uariat.

ἴσως γὰρ ὅτ᾽ ἂν ἡμεῖς πλεῖστον ἀπολειφθῶμεν) Notum eſt, Iſocrati defuiſſe τόλμαν καὶ φωνῆς μέγεθος, τὰ κυριώτερα τοῦ ῥήτορος (ut inquit Dionyſius) à gerenda igitur repub. abſtinere coactus eſt. Hinc dixit, ſe mille drachmis docere: ſed à quo ipſe doceretur audaciam, & uocis magnitudinem, illi ſe decies mille drachmas numeraturum.

αἱ ποιητικοῦ πράγματος, τεταγμένην τέχνην, παράδειγμα φέροντες, λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς) Qui factiuæ rei, ordinatam artem, exemplum ferentes, latent ſe ipſos. ποιητικὸς Græcis aliás eſt efficiens, uel conficiens: ut, ὁ πλοῦτός ἐστι ποιητικὸς φθόνου, diuitiæ pariunt inuidiam: ποιητικὸν αἴτιον, cauſa effectrix. Aliás ποιητικὸς eſt aptus ad artem poeticam, uel poeta: ut apud Platonem, δυσχερὲς ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ, ſuſcipere odiũ poetæ periculoſum eſt. aliás τὸ ποιητικὸν eſt id quod opere cernitur, ubi poſt actionẽ opus aliquod remanet, quod ſub aſpectum oculorum cadit. Vt ſcribere actio eſt, quæ ubi deſinit, in conſpectu manet id quod ſcriptum eſt. ſed dicere, πρακτικὸν eſt: id eſt, ubi (exempli gratia) perorauit Demoſthenes, actio deſijt, opus nullũ cernitur. Hoc igitur uult Iſocrates, multum intereſſe inter artem ſcribendi, & inter artem dicendi: primò, quod ſcribere ſit ποιητικὸν, dicere πρακτικόν: deinde quòd literarũ una quædã perpetua ratio ſit, orationẽ circũſtantiæ maximè uarient. Sic igitur uerti: Qui non animaduertunt, ſe eius rei quæ perpetuam quandam rationem habet, atque opere cernitur, exemplum afferre.

ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες) Quod multi uerſati in ſtudijs, homines imperiti perpetuò manſerint. ἰδιώτης, ὁ ἀπολίτευτος, καὶ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγράμματος: id eſt, is qui nullo publico munere fungitur, rudis, ignarus literarũ. Horatius in Arte poetica doctrinam cum ingenio uult coniungi:

Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite uena,
Nec rude quid proſit uideo ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.

Pindarus ingenio ferè omnia tribuit, eruditioni nihil. Σοφὸς (inquit) ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ. μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον. hoc eſt: Sapiens eſt is, cui natura excellens ingenium largita eſt. Qui uero didicerunt, temerè garriunt, nulloq; cum fructu & inſtar crocitantium coruorũ aures obtũdunt.

πρὸς τὸ ζῆν εὖ φρονιμώτεροι) Ad uiuendum paratiores: id eſt, ut prudentius uitã ſuam inſtituant, ut omnia negocia dexterius obeant.

οἷς γὰρ καὶ νῦν) Quibus enim & nunc occurrunt, id eſt, quæ hactenus fortuitò arripuerũt. Doctrina hoc præſtat, ut mox in promptu ſit, quicquid de re dicendum eſt. Deinde ingenium intra certos limites cohercet, ne temerè uagetur.

ἀγωνιστὰς) Certatores, qui in acie uerſentur, qui in foro & concionibus aut curia dicant de rebus ſerijs. λόγων ποιητὰς, orationum factores, quos aliás λογοποιοὺς, λογογράφους, λόγων ῥήτορας uocat. cuiuſmodi ipſe Iſocrates fuit.

αὐτοὺς αὑτῶν προαγάγοιτε) Ipſos ante ſemetipſos produxerit, effæcerit ut ſemetipſis ſuperiores ſint, ut ipſi ſeſe uincant. Sic dicunt αὐτὸς ἑαυτοῦ κρείττων, uel κράτιστος: id eſt præclarius ſe geſſit quàm unquam aliás, Nunquam hactenus tale ingenij & uirtutis ſuæ ſpecimen edidit.

τῶν μὲν ἰδεῶν ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν) Formarum quidem, è quibus orationes omnes & dicimus, &c. per ἰδέας, opinor, nõ tantum genera cauſarum, ſed τέχνας: id eſt omnia rhetorum præcepta & circumſtantias intelligendas eſſe. Cicero in Oratore: Hæc ſapientia maximè adhibenda eloquenti eſt, ut ſit temporum perſonarumq; moderator.

μηδὲν δὲ τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις) Id eſt, qui ea ſolida argumenta proferunt, quæ alij perſpicere ac eruere non potuerunt.

οὗτοι ὁμοίως) Pro αὐτοί.

τὸ δὲ ζητεῖν, &c. ταῦτα δὲ) τὸ δὲ διελέσθαι, δεῖται coniungenda ſunt. ταῦτα δὲ, per emphaticam quãdam repetitionem inſeruntur. Sed quia ordo perturbatior hic eſſe uidetur, diſtribuere uerba conabor ita, ut rectum eſſe puto. τὸ δὲ προσδιελέσθαι τούτων, ſcilicet τῶν ἰδεῶν ἐκείνας, ἃς δεῖ, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων, &c. ταῦτα δὲ δεῖται, &c. Fateor tamen me non ſatis hæc intelligere. fiet tamen aliquanto planior hic locus, ſi Halicarnaſſeum de Iſocratis πραγματικῇ οἰκονομίᾳ huc cõtuleris. Sic Plato in Philebo de dialectica, ἣν δηλῶσαι μὲν οὐ πάνυ χαλεπὸν, χρῆσθαι δὲ παγχάλεπον: id eſt, præceptorum cognitionẽ non eſſe adeò difficilem, ſed uſum eorundem eſſe perdifficilem.

ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς ἔργον) δοξαστικὸν ἐστὶ μέρος ψυχῆς τὸ αἰσθητικόν: id eſt, δοξαστικὸν eſt animæ pars ſentiens, Phauorino interprete. Ego δοξαστικὸν intelligo, τὸ δοξάσαι δεινὸν, id eſt, στοχαστικὸν, ſagacem, acutum, prudentẽ, qui mox intelligit quid quibus rebus, perſonis, locis, temporibus conueniat.

τὰς μὲν ἰδέας τῶν λόγων) Supra ἰδέας ἐξ ὧν τοὺς λόγους λέγομεν uocauit. Puto igitur etiã hic omnia præcepta rhetorica intelligi, non tantũ tria genera cauſarum, quanquam ad ea neceſſe eſt omnia præcepta accommodari.

τὰ μὲν οὕτως ἀκριβῶς) Scilicet τὰ γένη τῶν λόγων.

περὶ δὲ τῶν λοιπῶν) Quæ ſunt illa reliqua? exercitatio opinor, quæ cũ præceptis cõiugi debet.

τῶν

τοὺς ἐκτυπώσαντας) Enallage, genus paſſiuum pro actiuo, ἐκτυπώσαντας, Vt illi qui expreſſerint, effinxerint propoſitum exemplū. Sic enim exponere malo, quàm formatos, καθ' ὃ δὲ, ταύτῃ. ſecundum quod, eo. ταύτῃ, aduerbiū.

εἰ καὶ νῦν πλεονάζουσιν, οἶδ' ὅτι πάντες ἐπὶ ταύτην κατενεχθήσονται τὴν ὑπόθεσιν) Tametſi nunc inſolentes ſunt, ſcio quod omnes ad hoc deferentur argumentum. πλεονάζειν, excedere modum, redundare, inſoleſcere. καταφέρεσθαι, κατάγεσθαι, impelli, deferri, impingere. Poteſt ſic intelligi: Neminem recentium ſophiſtarum eſſe, qui hiſce criminibus obnoxius non ſit. Vel, omnes moleſtè laturos, & exagitaturos eſſe hoc ſcriptum.

καθ' ὅσον δεῖ διδακτὸν) Quatenus doctrina tradi poteſt. διδακτικὸς, aptus ad docendum: διδακτὸς, qui doceri poteſt. Vrget Iſocrates id quod de ingenio dixit: ferè inanem eſſe doctrinā, natura non ſuffragante. Reprehendit τοὺς τεχνογράφους, primò, quòd odioſum ſuæ arti uocabulū indiderint: deinde, quod illorum præcepta nō tam propria ſint iudicijs, quàm etiam ſuaſorijs & demonſtratiuis orationibus. poſtremò, quòd eorum præcepta non tam ad eloquentiam diſcendam, quàm ad mores formandos conferant. Titulū igitur reprehendit non tantum ut odioſum, ſed etiā ut improprium. Eſt autem (autore Plinio) ſcribenti operis titulus ſæpenumero intuendus, ne quid ab eo alienum & abhorrens, libro inſeratur. Nec enim ſatis eſt, rem per ſe ueram & bonam eſſe, ſed etiam hoc requiritur ut ſit ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖς ἀκόλουθος: id eſt, ut cū profeſſionis principijs conſentiat, ne hypotheſi aduerſetur, ut Galenus & Ariſtoteles præcipiūt. Deinde res odioſæ ſpecioſis titulis tegendæ & ornandæ ſunt, ſicut Solon nouas tabulas σεισάχθειαν, id eſt, onerum excuſſionem: carcerem οἴκημα, (ut Romæ domicilium plebis) appellauit: minimè uerò bonæ res odioſis appellationibus infamari debent.

ὅσοι τοι μὲν, &c. ἐκεῖνοι δὲ) ὅ τοι, ſunt οἱ ἐριστικοί: ἐκεῖνοι, οἱ τεχνογράφοι. Qui tametſi diſtingui uideantur à politicis, tamen ſuprà indicauimus, diſcrimen illud non magis eſſe profeſſionis, quàm ætatis, &c. eam ſententiam propterea ſequor, quod τὴν τῶν πολιτικῶν λόγων ἐπιμέλειαν attribuere uidetur τοῖς τεχνογράφοις. Confundit igitur τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένους, & τοὺς τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντας.

αὐθὺς οὐ πᾶσιν εἶναι κακὸς) κακὸς uel improbus eſt, uel ad res gerendas inutilis, uel utrunq; potius hoc loco.

ὅμως ἀρετὴν ἐπηγγείλαντο καὶ σωφροσύνην ὑπὲρ αὐτῶν) σωφροσύνην hic accipere malim ἀντὶ τοῦ φρονήσεως. αὐτῶν poteſt intelligi pro ἑαυτῶν, Se magiſtros eſſe uirtutis & ſapiētiæ profitentur uel ὑπὲρ αὐτῶν, ſcilicet τῶν λογιδίων, Pollicentur eas oratiunculas & ad uirtutem & ſapientiam comparandam eſſe pro futuras.

τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν) Vt ſunt, laudare fortes uiros, uituperare improbos, tueri iuſticiam, refutare calumnias, ſuadere honeſta & utilia, turpia & pernicioſa diſſuadere: quæ omnia ſunt τοῦ ἐπιδεικτικοῦ. ſed ſimpliciter docere quomodo contendendum ſit in iudicijs, id eſt πολυπράγμονα καὶ πλεονεκτικὸν reddere, efficere ut diſcipuli ſe multis negocijs ingerant, nihil ad ipſos attinentibus: & ut infirmiorem cauſam, lucelli gratia, ſuperiorem facere ſtudeant.

ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι) Id eſt, ὑπέμειναν, non dubitarūt ſe profiteri docere πολυπραγμοσύνην καὶ πλεονεξίαν. Eſt interpretatio eius quod ſuprà dixit, odioſa, in hunc modum: quid eſt τὸ ὑποσχέσθαι δικάζεσθαι διδάξειν? Non aliud eſt, quàm ὑφίστασθαι πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας εἶναι διδάσκαλον. Id uerò nō tantū odioſum eſt, ſed etiam falſum. quia magis docent ἐπιείκειαν, quàm ῥητορείαν. Eſt autem, probitatis eſſe magiſtrum, non quidem uituperandum: ſtultū uerò eſt, cum bona doceas, mala iactare, & id non docere, quod tamen profiteris.

τοῖς ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας ταύτης) Hāc philoſophiam poſtea nominat τὴν τῶν πολιτικῶν λόγων ἐπιμέλειαν.

μείζω λέγειν τῶν ἐνόντων) Scilicet τοῖς πολιτικοῖς λόγοις: id eſt, Prouidendum mihi eſt, ne ipſe etiam plus tribuere inſtitutioni uidear, quàm ea reuera præſtare poſſit. Nam ipſa quoq; præparatio & exercitatio ad uirtutem, magnum certe quiddam eſt.

ἐξ ὧν περ αὐτὸς ἐπείσθην) Hanc eſſe uim rectæ inſtitutionis, ut ad uirtutem præparet atq; exerceat adoleſcentes, dicit ſe facile probaturum ijs argumentis, quibus ipſe perſuaſus, hæc affirmet. id tamen non facere ad uitandum arrogantiæ & iactantiæ ſuſpicionem, eſt παράλειψις, ſeu ἀπόδιωξις. In ſumma hoc uult, rectam inſtitutionem periti magiſtri, eius qui τοὺς πολιτικοὺς λόγους profiteatur, prodeſſe non tantum ad eloquentiam, ſed etiam ad uirtutem comparandam, ſi adoleſcēs ingenij bonitate, & animi probitate non careat. Vide igitur quàm callidè hortetur ad amplectendā philoſophiā (ſic enim ſuam doctrinam ſæpe appellat) & ad mendacium, & glorioſorum ſophiſta-

rum nugas fugiẽdas? idq́; conſequi ſtudeat, ne propter quorundam improbitatem, tota profeſsio in crimen, in odium, atq; inuidiam uocetur? Hæc igitur oratio nõ tam eſt ſophiſtarũ accuſatio, quam defenſio philoſophorum.

ANNOTATIONES IN Panegyricum.

ΠΟΛΛοὶ τῶν προσποιουμένων εἶναι σοφιστῶν) Multi fingentium eſſe ſophiſtarum: id eſt, qui fingunt uel iactitant ſe eſſe ſophiſtas, qui ſophiſtarum nomen ſibi arrogant. προσποιοῦμαι εἶναι σοφιστὴς, προσποιούμενος εἶναι σοφιστὴς, προσποιουμένου εἶναι σοφιστοῦ, προσποιουμένῳ εἶναι σοφιστῇ: ut caſus nominis, participio reſpondeat.

παύσασθαι λέγοντα) Deſinere dicentem, id eſt λέγειν, dicere.

καταχρήσασθαι) Hic nõ abuti, id eſt in prauum uſum cõferre: ſed uti, uel utendo cõſumere ſignificat: ſicut Latini etiam, abuti interdum accipiunt.

πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων) Non uult Iſocrates ſuas orationes conferri cum generis iudicialis orationibus. Quare quæ Dionyſius de dictione noſtri autoris diſputat, minimè illi contumelioſa ſunt habenda: ſed eo dicuntur, ut ſtudioſi non temerè quiduis imitentur. Nã quæ in oratione Panegyrica præclara ſunt, in capitali iudicio improbarentur.

ὥσπερ δέον) Tanquam oportens, pro δέοντος, quaſi uerò oporteat.

ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας) Pro, σφῶν μὲν διορώντων. Accuſatiui pro genitiuis, Attica conſuetudine. tanquam ipſos perſpicientes, pro, tanquam ipſis perſpicientibus. τὰς μετριότητας uidetur hic idem eſſe, quod τὸ ἁπλῶς εἰπεῖν, & opponi τοῖς ἀπηκριβωμένοις τῶν λόγων.

εὐθὺς ἐπελθόντες) Mox aggreſsi: id eſt, quã primum huc prodierunt, initio ſuarũ orationum.

αἱ γὰρ πολιτεῖαι δι' ὧν οἰκοῦσι τὰς πόλεις) Reſpublicæ per quas habitãt urbes, eos ita diſtinxerũt: id eſt, Qui democratici ſunt, Athenieſibus ſtudent: qui oligarchici, ad Lacedæmonios ſeſe conferunt. Singuli enim ſuarum urbium ſtatum, quem utiq; ſuis rationibus accommodatiſsimum eſſe putant, eo pacto poſſe conſeruari credunt.

τοὺς ἄλλους κοινῇ τι πράξειν ἀγαθὸν) Alios cõmuniter aliquod acturos bonum: id eſt, aliorũ reſpublicas florentiores fore, εὐτυχήσειν διαλλαγέντας. Referri etiam poteſt ad perſonas eorum qui bene mereri ſtudent, ſic: Quiſquis igitur putat ſe publicè alijs benefacturum, priuſquam eorũ principes, id eſt, Lacedæmonios et Athenieſes inter ſeſe conciliarit, &c. ut πρότερον τοὺς ἄλλους κοινῇ τι ἀγαθὸν, ſic accipiatur, ac ſi dixiſſet, εὖ ποιῶν τοὺς ἄλλους κοινῇ.

τάς θ' ἡγεμονίας διελέσθαι) Ducatusq́; diuidere. ἡγεμονία haud ſcio an hic ſatis perſpicuè declarari poſsit. Ducatum quidem, ſeu principatũ ſignificat. cuius apud Græcos ea ratio fuit, ut Athenieſes & Lacedæmonij perpetua quadã æmulatione inter ſeſe contenderent, utrorum cum in pace maxima eſſet autoritas, non utri in communibus bellis ſummum imperium obtinerent. Athenienſes porro maritimis, Spartani terreſtribus in bellis, exercitatiores fuerunt. Et tamen Eurybiades mari contra Xerxen, Pauſanias terra contra Mardonium, ſummum imperium geſſerunt, quanquã utrunq; cõſilio longe uinceret Themiſtocles.

τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων) Sic intelligo, Athenas in cauſa eſſe, ne Græci pericula bellica reformident, ut auſint ſeruitutis iugum intentatum à Barbaris repellere, ut armis libertatem uindicare non dubitent.

τοῦτο μὲν γὰρ εἰ δεῖ, &c. τοῦτο δ' εἴ τινος) Obſerua particulas haſce diuiſioni ſeruientes, longius à ſe inuicem diſtractas.

αὐτόχθονες ὄντες) Quaſi terrigenas dicas, ex ipſa terra genitos, ipſius terræ alumnos, indigenas.

τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἐν ᾗ κατοικοῦμεν) Reliqui apparatus in quo conſedimus. κατασκευὴ latè patet, nec paucis exprimi Latinè poteſt. ſi ad κατοικοῦμεν refertur, domicilia ſignificat. Minerua enim, diua tutelaris Athenieſium, etiam ædificia, & cæteras artes (unde ἐργάνης cognomẽ habet) reperiſſe dicitur: ut ex Virgilio apparet, cum inquit, Pallas quas condidit arces Ipſa colat? ſi ad πολιτευόμεθα, ſacra & leges: ſi ad ζῶμεν, fruges notat & opificia.

ἀνάγκη δὲ προαιρεῖσθαι τῶν εὐεργεσιῶν μὴ τὰς) προαιρεῖσθαι uidetur hic accipi pro προτιμᾶν, beneficia celebrare præ cæteris, uel, ante alia proferre.

μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν) Fabuloſa narratio facta eſt, fabulæ ſimilis, pro fabula habetur.

καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν δείκνυμεν) Singulis annis monſtramus, ſcilicet τὰ μυστήρια τὰ ἐλευσίνια: in quibus, ſi qui Græci uolebant, initiabãtur. Myſterijs initiatorum ſuperſtitionem deriſit Diogenes, perquam ridiculum fore inquiens, ſi Ageſilaus & Epaminondas apud inferos in cœno degerent, & Paretion fur ac uiliſsimi quiq; homines, propter initiationem, beatorum inſulas tenerent.

τὴν δὲ συμμάχων) Scilicet τὴν καρπῶν.

ἡ πυθία) Mulier, quæ tripodi Delphico inſidens, oracula reddebat.

ὅ, τι θεὸς ἀναιρεῖ) ἀναιρεῖν hic pro χρησμῳδεῖν, id eſt, oracula reddere capitur.

οἱ πρῶτοι φανέντες ἐπὶ γῆς) Qui primi in terra apparuerũt. Opinio ueterum fuit, homines è terra extitiſſe.

αὐτοῖς συνεπορίσαντο) Pro ἑαυτοῖς, ſibi conquiſiuerunt.

δωρεᾶς τοσαύτης τὸ μέγεθος εὑρεῖν) Magnitudinem tanti præmij. pro δωρεὰν τοσούτου μεγέθους, præmium tam ingens.

κρατίζεσθαι τῶν βαρβάρων) Dicitur etiã, & quidem uſitatius in hac ſignificatione, κρατεῖν τῶν βαρβάρων.

ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου) In utraq; continentis. Suidas, τῷ Ἰσοκράτει συνηθές ἐστι τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν περσῶν γῆν ἤπειρον καλεῖν: id eſt, Iſocrati familiare eſt, regionẽ quæ regi Perſarum paret, Epirum uocare. Phauorinus, ἤπειρος ἀντιδιαστέλλεται πρὸς νῆσον: id eſt, Epirus & Inſula ſibi inuicem opponũtur. ἑκάτερος (idem inquit) λέγεται, ὅταν ὦσι δύο μόνοι: ἑκάτεροι δὲ, ὅτι πολλοὶ μὲν ὦσιν, εἰς δύο δὲ μεμερισμένοι. id eſt, ἑκάτερος dices, cum duo tantũ fuerint: ἑκάτεροι uero, ſi plures quidem ſunt, ſed in binas diuiſi partes. ἐφ' ἑκάτερα quomodo exponi proprie debeat, nuſquam reperio. & dubito an uerè ſit redditum, In utraq; parte continẽtis ſeu Aſiæ, uel, in utroq; littore. Lonicerus: Pleraſq; ad utrũq; continentis latus urbes condiderunt.

καὶ τῶν ὑπομεινάντων) ὑπομένειν hic ſignificat τὸ οἴκοι μένειν, non mutare ſedes, non proficiſci in colonias.

πλείω τῆς ὑπαρχούσης) πλείονα τῆς ὑπαρξάσης, plus agri quàm antea habuerant.

εἰς ταύτην οἰκεῖν ἰόντας) ἰόντας εἰς ταύτην, οἰκεῖν. niſi malis ἰόντας, οἰκεῖν εἰς ταύτην, id eſt, καταλαβεῖν. uel εἰς ταύτην, pro ἐν ταύτῃ.

οἱ γὰρ ἐν ἀρχῇ περὶ τῶν φονικῶν) Alludit opinor ad iudicium illud fabuloſum de Marte à Neptuno accuſato apud Areopagum, dijs iudicantibus, propterea quod Alyrothium Neptuni filiũ, qui Alcippen Martis filiam ui ſtuprauerat, interfæciſſet.

τὰς δὲ δοκιμασθείσας) κρινάσας, ἐξετασθείσας, exploratas, approbatas. Malim exponere, ſi liceret, ἀσκηθείσας, id eſt, expolitas: ſicut Itali artem typographicam à Germanis inuentam, rudem adhuc & minus elegantem & commodam limarũt, & perpoliuerunt. inter quos Aldus Manutius Romanus ſummam laudem meruit.

τοῖς δυστυχοῦσιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν) Scilicet πόλεσι, uel πατρίσι.

πειραιᾶ) πειραιεὺς, πειραιῶς, & πειραιᾶ. Fuit autem πειραιεὺς portus & emporium Athenienſiũ, ſtadijs quinq; & triginta ab urbe diſsitus.

διὰ πολλοῦ χρόνου συλλεγεῖσαι) Per multum tempus collectæ: id eſt, poſt longum temporis interuallum: ut Olympia quinto quoq; anno.

τὴν τοίνυν τὰς πανηγύρεις καταστησάντων δικαίως ἐπαινουμένων) Valde prolixa periodus eſt, cuius πρότασις hic demum terminatur, ἐπὶ τὴν σφετέραν θεωρίαν ἥκουσι: cuius ἀπόδοσις eſt, οὐδ' ἐν τούτοις ἡ πόλις, &c. Sed ut ὑπερβατὸν hoc minus obſcuritatis habeat, præponuntur hæc uerba, τοσούτων τοίνυν ἀγαθῶν διὰ τὰς συνόδους ἡμῖν γιγνομένων.

οὐ μετὸν τοῖς φαύλοις) Id eſt, οὐδὲν μετεῖναι, nihil eſſe commune, ignauis & ſtupidis negatam eloquentiam.

ἐν ταῖς αὐτῶν) Scilicet πόλεσι. δυναμένους, id eſt, ἔτι δυνατοὺς, ἐξουσίαν ἔχειν, οἵους τι ὄντας τι διαπράξασθαι: id eſt, poſſe aliquid, autoritatem habere, poſſe aliquid perficere. συνειδυῖα μὲν ὅτι, &c. καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐντίμους ὄντας, hic demum periodi protaſis abſoluitur. τοῦτον ἀπολέλοιπεν, hic eſt initium τῆς ἀποδόσεως.

ἀπορῶν τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτὴν ἐπαινεῖν) Non habens ad bellum ipſam laudare. κατὰ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνήκοντα; quòd non poſsim bellicas ei laudes tribuere. elliptica cõſtructio eſt.

ἐκ τῶν ἱκετειῶν ὡς ἤδη τινὲς ἡμῶν ἐποιήσαντο) τὰς ἡμῶν coniungi non debent, ſed ἱκετείας ἐποιήσαντο, ἡμῶν: id eſt, ἱκέτευσαν ἡμᾶς, nobis ſupplices fuerunt.

οὐ γὰρ παρὰ μικρὸν ἐποίησαν) παρὰ μικρὸν ποιεῖν, id eſt, μικρόν τι ποιεῖν, parũ proficere, non multum promouere. & in oratione Philippica: οὐ παρὰ μικρὸν ἡγεῖσθαι τὸ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν, nõ parui æſtimandum, &c.

ἐπειδὴ ἴσως τὸν βίον ἐτελεύτησε) Eſt enim Euryſtheus (ut Euripides in Heraclidis ſcribit) Alcmenæ iuſſu interfectus.

εἰς τὴν χώραν ταύτην ἐμβαλεῖν) Quod (nam Caſtoris & Pollucis expeditio contra Athenienſes huc non pertinet) factum eſt Archidamo Zeuxidami filio et Lyſandro ducibus, in bello Peloponneſiaco.

φαίνονται δ' ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες ὥσθ' ὑπὲρ μὲν, &c. ἐπιτάττοντες. Si lectio mendoſa non eſt, accipies ἐπιτάττοντες, νικάζοντες, διαλάζοντες, pro infini-

infinitiuis ἐωθισάτην, νικῆσαι, διαβῆσαι.

τῷ δὲ ὑπερορικόν τι, &c. τούτῳ δὲ) ὑπέρβατον in particula δὲ aſſeuerationis eſt, ut nobis, uerò.

ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς ἐγκλήματα ποιησάμενοι) Propter Hippolytē opinor, quā Theſeus ab Hercule donatam, in matrimonio habebat.

τῶν δὲ συμμάχων) Scilicet τῶν περσῶν, ſocij Perſarum. niſi ita intelligere (quod etiam uerius mihi uidetur) malis, τῶν δὲ συμμάχων, ſcilicet τῶν ἡμετέρων, ἡγουμένων, ſcilicet τοὺς πολεμίους ἔχειν ἀρετὴν ἀνυπέρβλητον: Cum ſocij putarent uirtutem hoſtium eſſe inſuperabilem. Lonicerus: Quū hoſtes ob multitudinē intolerabiles eſſe putarentur, ſocijq; inſuperabili fulgēre uirtute iudicarentur. ἀμφοτέρων κρατήσειν τοὺς, ſcilicet τὴν τῶν δαρείου, καὶ τὴν μετὰ ξέρξου, ὡς ἑκατέρω ſcilicet τοῖν βασιλέοιν προσῆκον, ut utrunq; decebat. Hac enim perſuaſione Græci tumuerūt, quod ſe deceret uincere, Barbaros ſuccumbere: ſe imperare, Barbaros ſeruire. Vt apud Ariſtotelem citatur, βαρβάρων δ' ἕλληνας ἄρχειν εἰκός.

καὶ τὰ πλήθη προτρέψαντας ἐπ' ἀρετῇ) Et ſuos ciues cohortari propter uirtutem. pro, ἐπ' ἀρετήν. cæterum προτρέπειν, hic non tam ad uerba, quàm ad diſciplinam & inſtituta refertur. Similis ferè locus eſt in 1. Ciceronis Officiorū, ubi comparationē facit rerū bellicarū & urbanarū.

ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων) σύνθημα, συνθήκη, σύσσημον, id eſt pactum, teſſera militaris.

ἴδια μὲν ἄστη τὰς αὑτῶν πόλεις ἡγούμενοι) Priuata quidem oppida ſuas urbes exiſtimantes. ut, Athenienſes ἴδιον ἄστυ putabant Athenas, Lacedæmonij Spartam: utriq; Græciam pro communi patria habebant.

πολὺ τούτῳ ποιούμενοι τὴν ἅμιλλαν) πολὺ τούτῳ, propter emphaſin accedit.

οἱ τοῖς ὑπὸ δαρείου πεμφθεῖσι) Quorū dux Datis, cum trecentis millibus, in campo Marathonio, à decem millibus Athenienſium, & mille Platæenſibus, duce Miltiade, uictus eſt.

ἀπλώτων) ἀπλώτων, ab ἀπαντάω.

ὥσπερ οἱ ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν. Sic in oratione de Pace, ὥσπερ οἱ ἀλλοτρίᾳ τῇ πόλει κινδυνεύοντες. & prouerbiū, ἐν καρὶ κινδυνεύειν.

οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι) Non anteuerterūt audientes: id eſt, quamprimum audiuerunt. à uerbo φθάνω,

τὴν ἀπόβασιν) Scilicet ἐκ τῶν νεῶν, deſcenſum è nauibus.

διακόσια καὶ χίλια στάδια) Hæc ferè ſunt 38 germanica milliaria, ſi quaterna millia paſſuū, uel, quod tantundem eſt, bina & tricena ſtadia pro ſingulis milliaribus numeres.

ἐπεχείρησεν) Ab ἐπιχειρέω.

μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης) Eſt ἀναπόδοτον. Nam participio abſolutè poſito nullum uerbum reſpondet. ego conuerti ac ſi eſſet, μετὰ δὲ ταῦτα γέγονεν.

τὸν δὲ ἄθω διορύξαντος) Athos mons altiſſimus in confinio Macedoniæ & Thraciæ, de quo Iuuenalis,

Velificatus Athos, epotaq; flumina Medo.

ac poſtea ſubijcit, Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.

θερμοπύλαις) Quaſi dicas, Calidæ portæ. fuit is anguſtiſſimus Græciæ aditus in iugo perpetuo montis, qui Græciam ita diuidit ut Apēninus Italiam. à calidis balneis Herculi conſecratis nomen habet, ut eſt apud Sophoclem in Trachinijs.

ἀρτεμίσιον) Eubœæ promontorium, ἀπὸ τῆς ἀρτέμιδος, id eſt, à Diana cognominatum.

ἑαυτοὺς ἐξ ἴσου καταστῆσαι) Semetipſos ex æquo conſtituere: id eſt, æquare ſuam gloriam cum noſtra, nihil nobis de laude fortitudinis conceſſuri. Iſocrates mille uirorum, qui Leonidam ducem ſecuti ſint, meminit etiā in Archidamo: quos ita cohortatus eſſe fertur, ut ſic pranderent, quaſi apud inferos cœnaturi.

ταῖς ψυχαῖς νικῶντες) Hinc Liuius ait, Thermopylas morte magis quàm pugna Lacedæmoniorum nobilitatas.

προπλοῦς) προπλόους, uel πρωτοπλόους, τὰς πρὸ τῶν ἄλλων πλεούσας ναῦς: id eſt, naues principes, quæ alias antecedebant, quæ in ordine primæ erant.

διατειχιζόντων τὸν ἰσθμὸν) Cum Iſthmū muro circundarent, uel potius diſtinguerent, in Iſthmi medio murum extruerent. Eſt autē Iſthmus, terra anguſta inter bina maria. hic Corinthiacus intelligendus eſt. unde Horatius Corinthum bimarem appellat, id eſt, διθάλασσον.

εἰς τὴν ἐχομένην νῆσον) In Inſulam ueluti Atticæ cohærentem, id eſt, Salamina.

ἵν' ἐν μέρει πρὸς ἑκατέραν) Vt in parte ad utranq;, id eſt, per uices. ut ſi primum claſſe uiciſſent, poſtea terreſtri quoq; prælio Martis aleam experirentur.

εἰάθησαν) Ab ἐάομαι. ἐάω ſino, permitto. ἐῶμαι, mihi permittitur.

ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον) Particula δ' emphaſim habet, ut demum, uel uerò apud Latinos: & dirimit concurſum uocalium, non eſt aduerſatiua.

πλεῖους μὲν συνεβάλλετο τριήρεις) Ad Artemiſium,

miſſum, Herodotus Græcos habuiſſe 271 naues, & paucas πεντηκοντόρους, quarum Athenienſes 127 contulerint.

μηλίων καὶ σκιωναίων) *Melos inſula, & urbs in eadem, prope Cretam. Scione oppidum Macedoniæ in ſinu Thermaico.*

τὰς κληρουχίας) *Libanius in orationem Demoſthenis περὶ τῶν ἐν χεῤῥονήσῳ, ueterem morem Athenienſium fuiſſe dicit, ut ciues pauperes & inopes, in ſuas exteras urbes mitterent habitatum, datis armis, ducibus, & uiatico ex publico. illi κληροῦχοι ἀπὸ τοῦ κλῆρον ἔχειν dicebantur, et ipſa miſſio κληρουχία.*

πολιτείας ὑπεναντίας παρακαθιστάντες) *Politias contrarias immiſcentes. Hoc fuit Laconicum artificium, ut cogerent τοὺς συμμάχους ἐπιτηδείως σφίσιν αὐτοῖς (ut Thucydides loquitur) πολιτεύεσθαι: id eſt, ut ſocij eadem qua Lacedæmonij, ipſis nimirũ opportuna reipublicæ forma, id eſt oligarchia, uterentur. ſicut ſtatim hic mentio fit τῶν δεκαδαρχιῶν: id eſt, cum decuriones ſeu decemuiri reſpublicas gubernabant.*

γεγενῆσθαι) *Pro γενήσεσθαι, uel γενέσθαι.*

ῥᾳδίως ἄν τις ἑνὶ ψηφίσματι διέλυσε) *Facile aliquis uno ſenatuſconſulto diſſolniſſet. niſi ἄν adderetur, intelligerem de Aeginetis, quibus præcidi pollices iuſſerant. Nunc non ſatis aſſequor quid ſibi uelit.*

τῶν δουλείαν αἰτίαν ἐχόντων) *Seruire crimẽ habentium, id eſt, quibus ſeruitutis crimen obijcitur. εἰρωνεία eſſe uidetur in eos qui dictitabant, ſocios ab Athenienſibus ſeruitute oppreſſos eſſe.*

τίνος γὰρ οὐκ ἐφίκοντο) *Subintelligi poteſt πράγματος, quid nam intentatum reliquerũt? uel ἀνθρώπου, quis ab eorum uiolentia tutus fuit? quis immanitatem eorum effugere potuit?*

εἱλώτων) *Helotes ſerui Lacedæmoniorum, ſiue ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν, quòd in bellis capti eſſent: ſiue ab Helo (ut Aelianus autor eſt) oppido Laconiæ.*

αἱ τοιαῦται φύσεις) *Id eſt ἄνθρωποι τοιοῦτοι τὰς φύσεις. nimirum οἱ ὀλιγαρχικοὶ, καὶ τοῖς δημοκρατίαις ἐχθροί: Homines talibus ingenijs præditi, paucorum potẽtiæ ſtudioſi, popularis ſtatus inimici.*

καὶ τῶν δικῶν καὶ τῶν γραφῶν) *δίκαι, cauſæ, ſeu actiones priuatæ: γραφαὶ, publicæ. In oratione περὶ εἰρήνης dicit ſocios coactos eſſe συνέδρους πέμπειν, & συντάξεις διδόναι. Nec eſt nobis quærẽdus alius accuſator Athenieñſiũ uehemẽtior, quã in ea oratione fuit Iſocrates. Ibi enim corrigit, hic laudat ciues ſuos. Quare illorum delicta non tam excuſat, quàm per collationẽ extenuat.*

καταποντισταὶ) *Qui non tantum ſpoliãt, ſed in mare demergunt.*

αὐτοὶ δὲ τοῦ πρὸς ἑτέρους περὶ τῆς χώρας πολεμεῖν) *Pro bellando contra alios de regione. id eſt, Cum patriam ab externa ui defendere deberent, uel, olim nobis imperantibus defenderint, nunc ipſi ciues inter ſeſe intra mœnia confligunt.*

δεδιέναι) *Ἀ δείδω, id eſt, timeo. κατιέναι ἀπὸ κατειμι, id eſt, reſtituor. unde κάθοδος, reſtitutio: τῇ φυγῇ, id eſt exilio, contraria.*

ἁρμοσταὶ) *Ab ἁρμόζω, id eſt coniungo. Laconum magiſtratus, qui prouincias conſtituebant, eo quòd adigebant clientes ex præſcripto legum uiuere.*

ἐντὸς φασήλιδος) *Phaſelida Pamphyliæ oppidum, latronum olim fuiſſe receptaculũ tradunt.*

μὴ τῇ περὶ σφᾶς δυνάμει πιστεύειν) *Scilicet τῇ ἑαυτῶν. Quamuis potentes eſſent, tamen potentiæ ſuæ non fidebant. Non uideo, quomodo ad potentiam Athenienſium commodè referri queat..*

τὴν ἐν ἑλλησπόντῳ γενομένην ἀτυχίαν) *De hac in Euagora diximus, ubi Cononis mentio fit.*

κύθηρα δὲ) *Inſula in Laconico ſinu, unde uenus Cytherea dicitur.*

μόνον οὐκ ἐπιστάθμους) *ἐπισταθμοι, Phauorinus inquit, magiſtratus quidam ſunt, quos Lacones ἁρμοστὰς uocant. ἐπίσταθμος καρίας, id eſt, κατὰ σατραπείαν κύριος: is qui Cariæ, regis Perſarum nomine, cũ imperio ut ſatrapa præeſt.*

τὴν μὲν ἀρχὴν, &c. ἐπὶ τελευτῆς) *Initio, tandem.*

καὶ τὰς μὲν ἡμετέρας πόλεις τοὺς ἴωνας ἀποστῆσαι, ἐξ ὧν ἀπῳκίσθησαν) *Ionas, ut à noſtra ciuitate, è qua migrarunt, deficerent, impulerunt. ἀποικεῖν, ire in coloniam: ἀποικίζειν, colonias deducere, mittere in colonias.*

ὧν ἀκόντων τὴν χώραν ἔχουσι) *Barbaris inuitis Iones in Aſia conſederunt: quare uellent eos eſſe profligatos.*

τὰς πολιτείας) *Id eſt, τοῖς πολιτείαις, ſeu δημοκρατίαις.*

τὴν δὲ μαντινέων πόλιν) *Mantinea Arcadiæ urbs, quam (ut in Archidamo ſcribit noſter autor) Thebani in uicos redegerunt. Olynthus, urbs Thraciæ. Phlius, urbs in medio Sicyonij Argiuiq; agri. Amyntas hic, Philippi pater, Alexandri magni auus fuit.*

τὰ πρὸς ἡμᾶς (*ſcilicet* ἐγκλήματα) διαλυσαμένοις) *Si de noſtris controuerſijs tranſægerimus. Sic in oratione Philippica, εἰ δόξειε τοῖς πόλεσι ταῖς μεγίσταις διαλυσαμέναις τὰ πρὸς σφᾶς αὐτὰς, &c. Ibidem διαλύσασθαι τὸν πόλεμον,*

λέμων, compoſituros bellum, id eſt pacem facturos. Sed διαλῦσαι, uel διαλύσασθαι τὴν φιλίαν, eſt dirimere amicitiam.

ἅπαντας τοὺς βαρβάρους περιοίκους ὅλης τῆς ἑλλάδος καταστῆσαι) περίοικος, ὁ περὶ τὴν οἰκίαν ἢ τὴν ἔπαυλιν τόπος: id eſt, locus ædes aut diuerſorium ambiens. Hic pro uicino ſeu accola poni uidetur. Puto autem, poſt περιοίκους comma ponendum, ut ita uerba iungantur: καταστῆσαι, compeſcere, moderatiores efficere, impetum reprimere (in qua ſignificatione hoc uerbũ poſſe accipi, Budæus teſtatur: ad hæc Phauorinus, κατάστασιν, τὴν εὐτρεπτισμόν, κατάστημα καὶ κατάστημα, καταστῆσαι κατάστασιν εἰ εὐθεῖαν εἶν interpretatur) ἅπαντας τοὺς βαρβάρους, omnes barbaros, uel, omnium Barbarorum ſcilicet ὄντας περιοίκους, qui ab omni parte uicini ſunt, circundant, claudũt: ὅλης τῆς ἑλλάδος, toti Græciæ, uel totam Græciam. id eſt, Lacedæmoniorum officiũ eſſet (quod illi minimè faciunt) ut ſopitis inteſtinis bellis, Barbarorum, quorũ uexationibus Græcia undiq; obnoxia ſit, ferociam compeſcerent. In talibus enim facinoribus magnitudo animorũ uera cernitur. Omnium tamẽ rectiſsimum uidetur, ut περιοίκους intelligas ἀντὶ δούλων, ἢ εἱλώτων, hoc ſenſu: Laconum officium eſſet, ut quemadmodum ipſi omnes finitimos ſuos ad ſeruilem Helotũ conditionem adigunt, ita etiam Barbaros Græcorum ſeruos efficerent. Sic Ariſtoteles β΄ πολιτικῶν, cap. 7. de Cretenſibus urbibus loquens, μηδὲ μίαν εἶν σύμμαχον τοῖς ἀφισταμένοις, διὰ τὸ μὴ συμφέρειν καὶ αὐτοῖς κεκτημέναις περιοίκους. Ex quo loco apparet, περιοίκους (quos etiam κλαρώτας uocabant) nõ minus ſeruilis fuiſſe cõditionis apud Cretenſes, quàm εἵλωτας apud Lacedæmonios, & πενέστας in Theſſalia. In Panathenaico, τὸν δ᾽ ἦμον περιοίκους ποιήσασθαι, etc. Similes omnino hi fuerũt noſtris agricolis, qui ruri extra urbes habitantes, ſuo labore ciuium aut nobilium ocium alere coguntur. neq; περιοίκους καταστῆσαι quicquam aliud eſt, quàm τοὺς βαρβάρους ἀναγκάσαι τοῖς ἕλλησιν εἱλωτεύειν, ut epiſtola ad Philippum tertia noſter autor clarius loquitur, ut iam de hoc loco dubitare nõ debeas.

τοὺς δ᾽ ὑπειρώτας) τοὺς ἐν τῇ περσῶν ἀρχῇ κατοικοῦντας, Suidæ fretus autoritate, intelligo: id eſt Aſianos, qui regi Perſarum parent.

περὶ μὲν οὐδὲν ἐστὶ πραγματεύεσθαι) Nihil eſt illi antiquius, in hoc ſummo ſtudio incũbit. Poteſt etiã exponi, ſuis rationibus nihil ita expedire cenſet. Complectitur enim hæc uox, meo iudicio, & ſtudij & utilitatis ſignificationem.

συγχεῖν τι τῶν ἐκείνου πραγμάτων) Colliſdere, ſeu turbare quicquam rerum illius, cõcitare in Perſia diſcordias, dare operã ut illi noceamus.

τοῦ στρατοπέδου τοῦ περὶ κύπρον) Hæc nõ melius explicari poſſunt, quàm ſi legas Euagoræ encomium. Nam quantum Diodoro Siculo credi in hac re poſsit, equidem neſcio.

οἵ τε γὰρ ἀφεστῶτες) Scilicet Euagoras & Salaminij.

τριβάζου) Satrapes Perſicus.

ἤθροισται) Ab ἀθροίζω.

τὰ δὲ μάλλ᾽) Scilicet ἐξ ἧς.

ἑτέρων ἡγεμόνων καταστάντων) Alijs ducibus conſtitutis: id eſt, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ἕτεροι, ἤγουν οἱ λακεδαιμόνιοι παρέλαβον: Cum alij, Lacedæmonij nimirum, principatum ſuſcepiſſent. ἀπὸ τοῦ καθίσταμαι ἡγεμών, ἐμοῦ καθισταμένου uel καταστάντος ἡγεμόνος.

ἐνίκησαν μὲν οἱ βάρβαροι ναυμαχοῦντες) Intelligendam puto uictoriam illam, Cononis & Euagoræ opera partam, de qua ſuprà diximus.

ὧν ἄξιον ἐνθυμηθέντας) Videtur ὧν pro ἃ poſuiſſe, ne duo α α ſeſe continuò ſequerentur.

δὶ ἣν πολλάκις ἐσώθησαν) δὶ ἣν pro δὶ ἧς poni uidetur.

ὧν ἀκόντων τὴν χώραν ἔχουσι) Scilicet τῶν βαρβάρων ἀκόντων οἱ ἴωνες τὴν ἰωνίαν ἔχουσι. Perſæ totam Aſiam ſibi uendicabant. ægrè ferebant igitur, colonias ab Athenienſibus in Ioniam eſſe ductas.

οἷς οὐκ ἐξαρκεῖ δασμολογεῖσθαι) Quibus nõ ſufficit expilari tributis: id eſt, οἳ οὐ μόνον δασμολογοῦνται.

μεταβεβλήκασι) Scilicet ἑαυτοὺς, pro μεταβέβληνται, οὓς ἄξιόν ἐστιν ἐλεεῖν. ὁρῶντας, quorũ æquum eſt miſereri. uidentes. pro ὁρώντων αὐτῶν, uel ἡμῶν: cum Lacedæmonij uideant, uel, cum uideamus. Attica ἀντίπτωσις.

τὴν πλείστην αὐτῆς ἀργὸν) Attica enallage generis, pro ἀργήν.

ἐξ ἧς δὲ καρποῦνται) Pro ἐξ ἐκείνης ἥν.

ἀπ᾽ ἰωνίας συμπεπλευκότες) Scilicet milites uniuerſi, qui regi ſtipendia faciunt.

ταῦτα τοὺς λέγοντας) Pro τοὺς ταῦτα λέγοντας.

εἰ γὰρ ὁμονοησάντων ἡμῶν) Hæc ὑποθετικῶς accipienda ſunt. Si difficile futurum eſſet Regi bellum facere, etiamſi conſentiremus, tranquillisq; rebus noſtris, &c.

τὰ μὲν τῶν βαρβάρων καταστῇ) Res barbarorum conſtiterint: id eſt, ἡσυχάσῃ καὶ ἀταραχώδη ᾖ, id eſt, conquieuerint ſopito tumultu.

Διὰ

διὰ μιᾶς γίνηται γνώμης, & per unam factæ fuerint ſententiā: id eſt, ὅταν ὁμονοήσωσιν οἱ βάρβαροι, ubi conſenſerint.

ἐπινικιώτερα) νικητικώτερα, ἐνδοξότερα, ἐπικρατέστερα. κῦδος γὰρ, ἡ δόξα: id eſt, uictoriæ propiora, glorioſiora, firmiora. κῦδος enim gloriam ſignificat. Sic Demoſthenes, τὴν μακεδόνων δύναμιν ἐν προσθήκης μέρει ualere aliquid affirmat, per ſe infirmam.

πλὴν τὴν τούτων αἰσχρῶς) πλὴν τὴν per omnes numeros & genera ſæpe loco aduerbij accipitur, pro tandem, deniq;, poſtremò.

ἔκδοτος) Exceptus, deſertus, cuius defenſionem Græci non ſuſcipiunt, qui poteſtati regis permittitur. προδιδόμενος, ἀποδιδόμενος.

οἰκῶν δὲ τὴν νῆσον, κατὰ μὲν θάλασσαν προδεδυστυχηκώς: habitans uero inſulam, in mari quidem prius aduerſa fortuna uſus eſt. οἰκῶν τὴν νῆσον, non ſatis aſſequor cur additū ſit, niſi fortè propterea, ut ſignificet Euagoram in medijs hoſtibus (Cyprus enim Perſis parebat) habitantem, tamē regi reſtitiſſe. Vel, ipſa maris uicinia erat ei calamitoſa, quia tam immenſis regis claßibus par eſſe nequibat.

διὰ τὴν χαλεπότητα) Propter δεκαδαρχίας à Laconibus conſtitutas.

ταῖς ὑπηρεσίαις ταῖς παρ᾽ ἡμῶν) ὑπηρέτης, κυρίως μὲν ὁ ναύτης καὶ ὁ δοῦλος: id eſt, ὑπηρέτης propriè remigem ſignificat: item ſeruū. ὑπηρεσίας igitur pro remigijs fortaßis interpretari liceat: id eſt, pro remigibus, ut res pro perſona ſit poſita.

τὸ ναυτικὸν τὸ περὶ τὴν ἀσίαν) Hiſtoria mihi non liquet.

ἀγησίλαος δὲ τοὺς κύρου) Eos milites intelligo, quos Xenophon ex Aſia reduxit. Hiſtorias quæ hic attinguntur, ferè inuenies apud Xenophontem δ᾽ ἑλληνικῶν, & Diodorum 16. lib.

διὰ τὴν συμμαχίαν τὴν περὶ κόρινθον) Argiui, Bœotij, Athenienſes, Corinthij, corrupti à rege Perſarū, cōtra Lacedæmonios cōſpirarāt.

τί δῆμοι στασιάζειν αὐτῶν) Pro στασιάσαι.

ὑποσπόνδους συλλαβεῖν) Factus inducijs, cōmeatu dato.

οὐκ ἐπὶ λείαν ἐλθόντες) Sic lego, pro ἐπὶ μέλλειν: non prædatum profecti, non occupata uilla: id eſt, quum regem non leui aliqua iniuria affæciſſent, ſed caput & uitam eius hoſtiliter oppugnaſſent. Quod ſequitur, περὶ φιλίας αὐτῷ, niſi ſubintelligas τὴν περσῶν, legere malim αὐτοῦ, ſcilicet τοῦ βασιλέως: uel αὐτοῦ aduerbialiter, pro ἐκεῖ, id eſt illic, in Perſico regno.

ἐπιδεδεῖχθαι) Pro ἐπιδεδειχέναι.

καταγέλαστοι γεγόνασι) Ridiculi facti ſunt: ſcilicet, dum tam paruam manū uincere nequeūt.

ἐξεταζόμενοι δὲ) ὁρώμενοι, ἀριθμούμενοι, ἐρευνώμενοι, δοκιμαζόμενοι: qui conſpiciuntur, numerātur, excutiuntur, probātur. Hic intelligo, eos ſeruilem ad modum ad regiam præſtolari, pœna propoſita ni id fæcerint. uel, excuti ne arma ſub ueſtibus gerant.

ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν) Alterius tāti temporis ſtipendium. Suprà dixit, πεντεκαίδεκα δὲ μηνῶν τοὺς στρατιώτας τὸν μισθὸν ἀπεστέρησεν. ἑτέρου τοσούτου χρόνου igitur, ad hos quindecim menſes refero: licet bis octo, ſedecim conficiant. Non neceſſe habuit Iſocrates, mercatorum in numerando ἀκριβολογίαν obſeruare.

κυθήνην) Vrbs Aeolidis.

ἐπὶ θάνατον) Aliàs ἐπὶ θανάτῳ, uidetur uſitatius. uide δ᾽ ἑλληνικῶν.

πολλῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν) Obſeruanda conſtructio, Multos capitis damnarunt ob Mediſmum: id eſt, quia uidebantur cum Perſis facere, fauere Perſis, qui Medorum ad ſe tranſtulerant imperium.

πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν) ἀποκρίνεσθαι, λαλεῖν, πράττειν: priuſquam aliud aliquid publicè dicatur, aut agatur.

ἐπικηρυκεύεται) περὶ φιλίας κήρυκα πέμπειν, διὰ κήρυκος συνθήκας τινὰς ἢ περὶ φιλίας ποιεῖσθαι. Hoc eſt, ἐπικηρυκεύεσθαι ſignificat, præconem de petenda amicitia mittere, aut de fœdere faciendo.

εὐμολπίδαι δὲ) Sic appellabantur Eumolpi poſteri, ſeu ſucceſſores, qui primus æditui ſeu ſacrificii munus obijt. Multi autem fuere qui Eumolpi nomen habuerunt.

τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων) Feſto initiorum. ita ſacra Cereris appellantur.

οὗ (ſcilicet καιροῦ) σαφέστερον οὐδέν) qua occaſione nihil eſt euidentius, id eſt, qua non alia maior dari poteſt.

φθῆναι) Ab ἔφθην, φθάνω.

συγκεχυμένας) συντεθραμμένας.

εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον) Aut etiamſi prius defæciſſent, morte prius intercepti eſſent.

πρὶν αὖ καὶ τὰς φιλίας ἐκ τὴν αὐτὴν, καὶ τοὺς κινδύνους πρὸς τοὺς αὐτοὺς ποιησώμεθα) ἐκ τὴν αὐτὴν, intelligo διὰ τὰ αὐτὰ, propter eadē, expeditionem ſcilicet contra Barbaros.

οὐ οἷς Ἰταλία μὲν) Hoc intelligendum uel de Lacedæmonijs, quos in oratione περὶ εἰρήνης reſpublicas Siculas & Italicas abrogaſſe, & tyran-

nidas inſtituiſſe dicit. Vel de Dionyſio tyranno, qui cum Locrẽſibus & Crotoniatis bella geſſit.

ἀλλὰ γὰρ ἴσως διὰ τὰς συνθήκας) Hæc obiectionis ſpecie dici puto, uſq; ad καί τοι πῶς οὐ χρὴ, ſi modo ſcriptura rectè diſtincta eſt, &c. Quod ſi cui diſplicet, refutationem εἰρωνικὴν hic ordiatur, δι᾽ ἃς αἱ μὲν ἠλευθερωμέναι τῶν πόλεων: id quod magis probo. Tum hæc ita uertenda erunt: At propter fœdera fortaſſe, conſilijs hiſce ſuperſedendum eſt, & non feſtinandum, neq; temerè bellum ſuſcipiendum. Quid ni uerò? propter quæ & ciuitates in libertatem aſſertæ, Regi gratiam habent, tanquam illius beneficij autori: & quæ deditæ ſunt Barbaris, potiſſimum quidem Lacedæmonios accuſant, ſed tamen etiam cæteros, qui pacis conditiones acceperunt, quaſi per illos factum ſit ut ſeruire cogerentur. Sentẽtia eſt: turpe eſſe, regi propter fœdera gratias agi à ciuitatibus, & ab iiſdem græcos accuſari. Turpe & iniquum fœdus, non eſſe fœdus: item, Frangenti fidẽ, non ſeruandam eſſe fidem.

ὡς ὑπὲρ τούτων δουλεύειν) Pro his, uel propter hos ſeruire, id eſt, Ciuitates, Barbaricæ ſeruituti ſubiectas eſſe, ut Græci pacẽ à rege impetrarent.

μάτην αἱ ταῖς στήλαις εἰσί) Fruſtra in columnis ſunt. Fœdera marmoreis aut æreis columnis inſcripta fuerunt, &c.

κατὰ χώραν μένει) ἀκινήτως ἔχει, immota manent, non uiolantur.

τὸν πρεσβεύσαντα ταύτην τὴν εἰρήνην) Antalcidam turpis pacis cum rege Perſarum factæ interpretem fuiſſe, dicit Vlpianus in oratione πρὸς λεπτίνην.

ἢ τὴν ποιεῖν δυναμένην) Id eſt, τὴν ποιητὴν, uel ποιητικήν.

πρὸς δὲ τὴν παρακαταθήκην) Aduerſus depoſitum. Fictitiam puto fuiſſe controuerſiam, cuiuſmodi ſunt Quintiliani declamationes, & fragmenta Senecæ. & apud Græcos Ariſtidis & Libanij μελέται.

ἀπαλλαγήσονται τῆς τοιαύτης ἀπορίας) Liberabũtur tali penuria. ἀπορία intelligi poteſt uel de anguſtijs rei familiaris (uidentur enim, ut nũc, ita olim etiam, paupertatis clientes fuiſſe ludimagiſtri) uel, de ieiunis, ſterilibus & ineptis argumẽtis. fruẽtur enim & ipſi fœlicitate publica, & rebus præclarè geſtis, uberrimam habituri ſunt commentandi ac dicendi materiam. Talis eſt etiam orationis de Pace epilogus.

ANNOTATIONES IN Plataicum.

Αἴτιοι γεγένησθε τῆς ἐλευθερίας) Autores facti eſtis libertatis. Cũ oppreſſi eſſent à Lacedæmonijs.

τῶν αὐτῶν τοῖς ἐχθίστοις τύχοιμεν) Eadem inimiciſſimis conſequeremur, id eſt, eadem quæ ueſtri infenſiſſimi hoſtes Thebani. ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτὸ, cum datiuo, idem quod, &c.

συντελεῖν αὐτοῖς) Hoc loco idem eſt quod τῆς πολιτείας αὐτῶν κοινωνεῖν, ſe cum illis coniungere, iuriſdictionem illorum agnoſcere, tributa pendere.

ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων) Aut τὸ τηλικούτων εἰρωνικῶς accipiendum, aut forma diminutionis exponendum eſt. Propter tãta, ſi dijs placet, crimina: id eſt, ob tam iniuſtas cauſas: uel, ob tam leue crimen, ob tantillum peccatum.

τὰς μὲν ἰδίας ἡμῶν ἑκάστων πόλεις ἀφανίζουσι) Proprias ſingulorum noſtrũm urbes delent, obſcurãt, tollunt, id eſt, omnem autoritatem eripiunt, ac ſi nullas ipſi reſpublicas haberemus.

τοῖς αὐτοῖς ἐδουλεύσαμεν) Scilicet οἷσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἑλλήνων. non id priuatim noſtrum crimen eſt, ſed miſeria cum omnibus Græcis nobis communis.

τῆς πόλεως τῆς αὐτῶν μετασχόντας) Athenienſes innuit.

αὐτοὺς μὲν μικρὰν πόλιν οἰκοῦντας) Si urbem adhuc tenuerunt, cur dixit paulo antè ἢ τοὺς ἐξανδραποδισμένους? Vtrum eſt callidus ἀναχρονισμός? ut quod poſteriore tempore factũ eſt, ad tempus præteritum referant? an Platææ bis à Lacedæmonijs exciſæ ſunt? Vel potius è conſequẽtibus antecedentia colligit, & probat.

τηλικούτου στρατεύματος ὄντος Θεσπιᾶσι) Cum tantus exercitus eſſet Theſpijs. Θεσπιᾶσι aduerbium in loco, ut ἀθήνησι, ὀλυμπίασι, θήβησι.

οὐ τούτων τυχεῖν ὁμόρους ὄντας) τυχεῖν ὄντας, id eſt εἶναι: ſicut dicunt τυγχάνω περιπατῶν, id eſt, περιπατῶ. Huc pertinet Heſiodum illud, πῆμα κακὸς γείτων.

ὠρωπίων) ὠρωπὸς oppidum in confinio Atticæ & Bœotiæ.

οὐδὲ κοινοὺς σφᾶς αὐτοὺς παρασχεῖν) Ne communes quidem ſemetipſos exhibere. κοινοὺς, id eſt, μηδετέροις προστιθεμένους, ut neutrius partis eſſẽt, ſed quieſcerent in diſſenſionibus Athenienſiũ & Lacedæmoniorum.

εἰ γὰρ μὴ προσήκει πρότερον ἐκείνοις τοὺς φεύγοντας

μὴ

μὴ καταδέχεσθαι καὶ τοὺς αὐτόχειρας ἐξείργειν, οὐδὲν ἐκώλυον αὐτοὺς μετὰ τῶν ἠδικηκότων ἐφ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας στρατεύεσθαι) Niſi enim imperaſſent illi, exules non recipere, & facinoroſos pellere, nihil prohibuiſſet illos cum autoribus iniuriarum contra uos bene meritos militare. Ex his uerbis ego nullam certam ſententiã colligere poſſum, diuinationem ſagacioribus relinquo. Exiſtimo tamen, μὴ ante καταδέχεσθαι, delendum, ut ſit hæc ſententia: Thebanos propterea ſe cum Lacedæmonijs non coniunxiſſe, nec unà oppugnaſſe Athenienſes, quod iubebantur recipere in urbem exules, quorum bona diripuerant, & reſtituere coacti fuiſſent, & facinoroſos urbe pellere, ita ipſis Coryphæis urbs relinquenda fuiſſet. καταδέχεσθαι interpretantur, ferre, pati, exceptare. ſi legas μὴ καταδέχεσθαι, fortaſſe hic ſenſus erit: Ne per inſidias exceptos exules interficiant.

ἁπάσης τῆς ἑλλάδος προδόται καταστάντες) Thebani cum Xerxe Græciam deuaſtante ſe coniunxerunt: unde proditores appellantur.

ἐν τῷ δεκελεικῷ πολέμῳ) Decelea Atticæ oppidum, quo Lacones occupato et munito, Athenienſes infeſtarunt.

δυστυχησάντων ὑμῶν) Urbe à Lyſandro capta.

τὸ κρισαῖον πεδίον) Criſa Phocidis urbs, diruta à Græcis, & conſecrata: de qua multa ſunt apud Aeſchinem in oratione κατὰ κτησιφῶντος.

οἱ δὲ τούτων πλησίον οἰκοῦντες, οἱ μὲν) Pro τῶν δὲ, πλησίον τούτων, οἰκούντων. Nominatiuus partitiuè poſitus pro genitiuo.

τῆς δὲ τῶν ἄλλων δουλείας αὐτοὺς κυρίους καθιστᾶσι) Seruitutis aliorum ſemetipſos dominos conſtituunt: id eſt, pro ſuo arbitrio ſibi licere putant, alios in ſeruitutem redigere.

οἱ μηδὲν τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις γιγνώσκουσι) Qui nihil eorundem alijs ſtatuunt. id eſt, qui ſingulari pertinacia ſunt, qui ab omnibus alijs diſſentiunt: qui peculiaria quædam abſurda, peruerſa et inhumana conſilia ſequuntur.

τὸ θηβαίους ἔχειν τὴν ἡμετέραν, τοῦτο συμφέρον) τὸ ἔχειν, &c. τοῦτο. Particula τοῦτο propter emphaſin accedit.

ἡμᾶς μὲν δὶς ἐκπεπολιορκημένους) Platææ antequam à Lacedæmonijs euerterentur, etiam à Thebanis per fraudem occupatæ, non tamen diu retentæ ſunt. Vide initium 2. libri Thucydidis.

γενομένου δὲ τοῦ κορινθιακοῦ πολέμου) Vide Xenophontem τῶν ἑλληνικῶν.

διὰ ὑμᾶς δὲ συνθέντες) Particula δὲ, niſi ἐμφατικῶς accipiatur, ſuperuacanea eſt.

εἰς τοσαύτην ἀναισθησίαν) εἰς ταύτην, uel τοσαύτην ἀναισθησίαν.

ἐνθάδε καταφυγεῖν) Pro δεῦρο.

οὐδένα χρόνον ἐνέμειναν) Scilicet τοῖς ὡμολογημένοις, τῇ πίστει, uel τῇ συμμαχίᾳ.

ὄντες θηβαῖοι) Quaſi dicat, προδόται καὶ ἄπιστοι.

ἀνεῖναι μηλόβοτον) Ab ἀνίημι, μῆλον, βόσκω.

οὐχ ὡς πιστεύων) Pẽdẽt hæc à uerbo ἡγοῦμαι.

ἢ μένοντας ἀποθνήσκειν) Si Thebis maneãt. non Lacedæmonij dabũt exulibus & alijs actionẽ cõtra iſtos tyrãnos, qui conuicti mulctabũtur.

ὥστε πολὺ ἂν θᾶττον τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν) Thebanis tolerabilius eſſe parêre Athenienſibus, agnoſcere illorum imperiũ, ſe illis ſubijcere, quàm coire cum Lacedæmonijs ſocietatem.

διὰ δὲ τὴν δόξαν ταύτην) Scilicet τοῦ ἀμύνεσθαι ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἐλευθερίας: quod iuſticiæ & libertatis defenſionem ſuſciperent.

μικρῶν ἕνεκα συμβολαίων) Ob paruos contractus. cuiuſmodi ſit, ut opificium diſcant, aut tale aliquid. Vel paruo precio à parentibus uenditi.

θητείαν) θὴς mercenarius, inde θητεύω et θητεία. & θῆσσα τράπεζα apud Euripidẽ, ſeruilis menſa.

τοῖς φρονήμασι τοῖς ἡμετέροις) Platæenſes uiros fuiſſe generoſi ſpiritus, ex Herodoto & Thucydide apparet.

ὁ κοινὸς βίος ἀπολωλὼς) Communis uictus perditus: id eſt, res familiaris qua antea ſimul tota familia ſuſtentabatur.

ταῖς μὲν εὐνοίαις ἅπαντες οἰκεῖοι, τῇ δὲ συγγενείᾳ τὸ πλῆθος ἡμῶν) Scilicet οἰκεῖόν ἐστιν ὑμῖν. Platæenſes omnes Athenienſibus tanquam domeſticis optimè cupiunt, maxima Platæenſium pars etiã cognatione Athenieſes attingit.

διὰ τὰς ἐπιγαμίας) Cum licebat Platæenſi ducere uxorem Athenieſem, Athenienſi Platæenſem: quod priuilegium honoris & referẽdæ gratiæ cauſa Platæenſibus conceſſum fuit.

οἷς οὐδὲ πρότερον, &c. ἀκλεῶς ἀπέβη ἐλεήσασιν) Quibus neq; prius ſine gloria abijt miſertis. οἷς ἐλεήσασι, pro οἷς τὸ ἐλεῆσαι, miſertos eſſe, uel, quòd miſerti ſunt.

ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν) Scilicet τῶν μὴ ἀποκτανθέντων ὑπὸ λακεδαιμονίων, ἢ θηβαίων, quos Lacedæmonij uel Thebani non interfæcerunt.

τοὺς τεθνεῶτας) θνήσκω, τέθνηκα, τέθναα, τέθνα, inde τεθνεώς.

τοὺς δὲ πατέρας, ἀντιϐολοῦντας) Sic cōſtrue, ἀπομιμνήσκομαι τοὺς πατέρας βοηθεῖν τοῖς ἡλικιώταις: id eſt, ἵνα βοηθῶσι. quomodo? ἀντιϐολοῦντας καὶ δεομένους, id eſt, τῷ ἀντιϐολεῖν καὶ δεῖσθαι, ſcilicet τῶν πατέρων: Adoleſcentes precibus apud parentes iuuent æquales ſuos.

μὴ περιιδεῖν ἔτι πλείω κακὰ τῶν εἰρημένων παθόντας) Ne negligant, adhuc plura mala quàm dicta ſunt, paſſos. Ita ſignificat ſe uerecundiæ cauſa quædam diſsimulaſſe. quanquam autem παθόντας præteriti ſignificationem habet, tamen uidetur etiam ad futurū (ut ſunt crebræ temporū enallagæ, & uarij uſus apud Græcos) poſſe referri. Ne in poſterum grauiora pati cogātur.

ὃς καὶ τούτους) Scilicet τοὺς Θηϐαίους, qui ultro Græciam prodiderunt.

οὐ πρὸς ὑμῶν ἐστι) Non à nobis eſt: id eſt, non ueſtri officij eſt, uos dedecet, à ueſtra uirtute & ſapientia alienum.

εἰς ὑμᾶς ὑπαρξάντων) ὑπάρχειν εἴς τινα εὐεργεσίας, conferre in aliquem beneficium.

ANNOTATIONES IN Areopagiticum.

Περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην) πρόσοδος hic nominatur ingreſſus, uel relatio ad ſenatum. Conijcitur autem ex hoc loco, ſi quis graui de re dicturus eſſet, moris fuiſſe, ut id antea breui ſcripto publicè affixo denunciaret: cuiuſmodi ſunt ſcholaſtica declamationū & lectionum in Academijs programmata, quas intimationes uulgò uocant. Poſtea dicit, περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην. Eſt autem eadem formula περὶ σωτηρίας, ut quum Latini dicunt, prouidendum eſſe ne quid reſpublica detrimenti capiat.

ἐκ φαύλων τε καὶ μικρῶν πόλεων) Dorienſes fuerunt Lacedæmonij, ut in Archidamo uidebimus.

μάτην εἰς τοὺς ξένους) Conducticios milites ξένους, eorum duces ξεναγοὺς ἢ ξεναγωγοὺς Athenis nominabant.

τοὺς μὲν Θηϐαίων φίλους) Hæc hiſtoria mihi in promptu non eſt. Viues pro φίλους, ſi nō legit, certè interpretatus eſt ἐχθρούς. & fortaſſe intellexit de Lacedæmonijs, quos Athenienſes à Bœotijs deleri non paſsi ſunt. Ego, ſi diuinare liceat, φίλους Θηϐαίων Arcades Megalopolitanos intelligam, pro quibus extat oratio Demoſthenis, ſi modò ratio temporum hanc coniecturam patitur.

ἀπολωλέκαμεν) Perdidimus ſocios, id eſt, ad egeſtatem eos redegimus, malè tractauimus illos. nondum enim defecerant, aut certè non omnes.

τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων) τὰ δέοντα πράττειν, aliás eſt officio fungi. ſed hic malim exponere pro εὐτυχούντων, εὐπραγούντων.

καὶ μετὰ τὴν τιμοθέου) De Cononis nauali pugna ſuprà dictum eſt. huius filius Timotheus ita fœlix imperator fuit, ut ab inuidis pingeretur cum reti, in quod rete, ipſo dormiente, inſulæ & urbes inciderent.

διεσκαριφησάμεθα) Diſsipauimus. propriè de gallinis dicitur, cum pedibus terram uerrunt.

ὁμιλεῖσθαι καὶ πράττειν) Prius ad actiones, mores & orationes, alterum ad fortunam & ſucceſſus referendum.

κληρούχους) De hoc uide orationem περὶ ζεύγους, & Herodoti τερψιχόρην, id eſt librum 5.

ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ) Id eſt, democratiam, ſeu libertatem.

ὅτι δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζομέναιν εἶναι) Inſenſus Iſocrati fuit Ariſtoteles: ſed tamen è libello περὶ βασιλείας, uirtutē in mediocritate cōſiſtere, & præſtare parum q̄ nimiū agere: ex hac oratione, diſputationem de duplici analogia ſeu proportione, uel mutuatus eſt, uel certe non primus inuenit. expoliuit quidem & illuſtrauit utrunq; locū. priorem β´ ἠθικῶν, alterum libro eiuſdem operis quinto. Aequalitas arithmetica cōtractuum eſt, geometrica perſonarum & magiſtratuum.

μὴ περιμαχήτους εἶναι) Aliás τὸ περιμάχητον, eſt expetendum: hic, de quo contentio eſt. non erant ambitioſæ de magiſtratibus adipiſcendis contentiones.

τὰς ἐκ τῶν ἀρχείων) Reditus è curia: id eſt, quantū peculatu & alijs aucupijs pecuniæ nāciſci poſſent: id eſt, non depeculabātur rempublicam, nec ſpe ſordidi quæſtus magiſtratus petebant.

οὐ νῦν τοὺς μηδὲν δεομένους) Scilicet τοῦ ἄρχειν, qui non indigeant magiſtratu, qui ſe uiuere poſſe putent etiamſi non fungantur magiſtratibus: uel, qui nunc non ambiant magiſtratus. nam δεῖσθαι non tantum eſt ἀπορεῖν, ſed etiam λιπαρεῖν.

οὐ γὰρ ἐμπορίαν, ἀλλὰ λειτουργίαν) Mercaturæ propoſita eſt ἡ ἐργασία, id eſt quæſtus, ſeu lucrū. λειτουργία Suidæ eſt δημοσία ὑπηρεσία, id eſt, miniſterium publicum. Sic honos reuera fuit onus.

καταμελήσαι τῶν πλεῖστον ἔχειν κατεπειγόντων) καταμελεῖν, per ſocordiam aliquid negligere. τὰ κατεπείγοντα πλεῖστον ἔχειν, ſunt negocia quæ quamprimum confici debent, quæ moram ferre non poſſunt.

τὰς ἐπιθέτους) Adſcititia feſta, nõ ſtata, ſolennia & perpetua, ſed aliunde adſcita, ferias conceptiuas. Suidas, τὰς μὴ πατρίους ἑορτὰς, ἄλλως δὲ ἐπιψηφισθείσας, ἐπιθέτους ἐκάλουν.

αἷς ἑστίασις) Nobis etiam S. Martini & Bacchi memoria religioſius colitur, quàm dies Dominicæ paßionis.

ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον) A' locationib. ſeu mercedibus ſacrificabant. Suidas, μίσθωμα exponit μισθὸν ἑταιρικὸν, id eſt, ſtipem quæ meretrici detur. Ego non auſim interpretari, Tributo meretricibus indicto ſacrificabant. non aliud niſi à meretriculis extortos nummulos ad rem diuinam faciendam conuertiſſe, fuiſſet ὑπερβολὴ ἀσεβείας καὶ καταφρονήσεως, τῆς περὶ τὸ θεῖον. Fortaſſe hic mos fuit, ut alicui ſacrificiũ locaretur, qui deinde ſtipem ad ſumptus ſacrorũ corrogaret, ut hodie in tẽplis eleemoſynas ſolent. μίσθωμα in actis Apoſtolorum pro cõductitio diuerſorio capitur.

τριακοσίους βοῦς ἔπεμπον) Fortaßis è præda in bellis, ſicut Demoſthenes in Philippicis (niſi fallor) ducum meminit τῶν τὰ βοΐδια πεμψάντων, eorum qui bucculas (ad ſolennium feriarum utiq; hilaritatem & ſplendorem) miſerint. πέμπειν Suidas etiam pro πομπεύειν exponit, quod huc non male quadrare uidetur.

τὴν πρόσοδον ὄντων) Id eſt, τῶν ἀρχαίων, τοῦ κεφαλαίου, ſortis, eius pecuniæ quam mutuò dediſſent.

ὧν πωλοῦνται προσποιούμενοι) προσποιεῖσθαι Suidas οἰκειοποιεῖσθαι καὶ ἀντιποιεῖσθαι, Heſychius χρηματίζεσθαι exponit: id eſt, ſibi uendicare, aſſerere aliquid ad ſe pertinere, ſimulare, præ ſe ferre. hic ἀντὶ τοῦ προσποιεῖν accipio, id eſt, ἀεί τι τοῦ πορίζεσθαι καὶ ἐργάζεσθαι ἐπὶ τοῖς πρότερον ὑπάρχουσι, καὶ δανείζειν: pecunia ad fœnus data, rem familiarem augere.

οὐκ ἐν μὲν ταῖς παιδείαις) παιδείαν hic accipio pro puerili ætate potius, quàm pro generali inſtitutione. conſertur enim cum illo quod ſequitur, ἐν ταῖς ἀκμαῖς.

τῆς εὐκοσμίας οὐκ ἦν) ἦν, ſcilicet τῆς ἐξ ἀρείου πάγου βουλῆς.

τὴν περὶ τὴν αἵρεσιν καὶ δοκιμασίαν τῶν καθημένων) Id eſt, τῶν αἱρουμένων καὶ δοκιμαζόντων τῶν πολιτῶν ἀρεοπαγιτῶν, eorũ qui in hoc ſenatu ſedent, cenſuræ morum præfecti, οἱ εἰς ἄρειον πάγον ἀναβαίνοντες. Vt autẽ hunc locum, qui me aliquãdo turbauit, planius intelligas, ſic habeto: Quondam ſpectatiſſimi tantum uiri in eum ſenatum legebantur. At ætate Iſocratis, quæ in ipſam ueteris diſciplinæ perturbationẽ inciderat, etiam homines importuni in eum cõſeſſum admittebantur: & tamen illi ipſi importuni homines, quum Areopagitæ facti eſſent, quaſi παλιγγενεσίᾳ quadam immutati, grauitatem & ſanctitatem quandam præ ſe ferre incipiebant.

κυρίαν ἐποίησεν ἐπιμελεῖσθαι) Id eſt, ἐπέστησεν τῇ ἐπιμελείᾳ τῆς εὐταξίας, hunc ſenatum autoritatem Cenſoriam habere uoluerunt.

ἐμφράγματα αὐτῶν ποιούμενος) Pro αὐτῶν ποιουμένων, Dum obſtructionibus peccata prohibere nitantur.

τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι) Athenis ius publicum relatum in tabulas, quos ἄξονας uocabant, in publicis locis ſuſpendebant, ut id eſſet omniũ cognitioni expoſitum. Nũc in tam immenſis legum et commentariorum uoluminibus, ſumma oculorum acies requiritur, ad ius ipſum perſpiciendum.

ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ψυχαῖς) Similis & memorabilis locus eſt apud Xenophõtem α' παιδείας κύρου, quem aſcribẽdum eſſe duxi: οἱ περσικοὶ νόμοι προλαβόντες, ἐπιμέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, οἷοι πονηροῦ τινὸς ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι. id eſt, Perſicæ leges, intercluſo flagitiorum aditu, diligenter à prima ætate cauent, ne ciues ullo modo tales fiant, ut eis ullum improbũ aut turpe facinus admittere libeat.

ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον ἔχοντας) κατὰ τὰ περὶ τὸν βίον, id eſt, περὶ τὴν οὐσίαν, quũ non pares copiæ ſint omnium. id eſt, τῶν μὲν ἐνδεέστερον πραττόντων, τῶν δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένων.

τὴν μὲν πόλιν κατὰ φυλὰς, τὴν δὲ χώραν κατὰ δήμους) Athenienſes bina cognomina ſortiebãtur, alterum ἀπὸ τοῦ δήμου, alterum ἀπὸ τῆς φυλῆς. Hinc Socrates apud Laertium, τὸν δῆμον ἀλωπεκῆθεν eſt: & ipſe in Apologia Platonis inquit, ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα. Tribus decem fuerunt, δῆμοι (quos uicos fortaſſe commodius, aut oppida, aut pagos uerteris, q̃ populos: locorũ enim nomina ſunt) cõplures.

ἐξίτηλον γίγνεσθαι τὰς κακοηθείας) ἐξίτηλον eſt debile, exoleſcens, quod paulatim fit languidus & obſcurius. κακοήθεια eſt ſimpliciter κακὸν ἦθος, mali mores, κακοτροπία. quanquã autem à conſuetudine ſic appelletur, tamen à naturali peruerſitate plerunq; oritur, & propagatur.

οὐκ ἐν τοῖς σκιραφείοις) σκιραφεῖον Suidæ eſt κυβευτήριον, locus ubi teſſeris luditur, aleatorum conuenticulum, Der mümplatz.

θαυμάζοντες καὶ ὁμιλοῦντες τούτοις) ὁμιλεῖν datiuum exigit. eundem igitur caſum diuerſis uerbis appoſuit. Aut ζηλοῦντες fortaſſe legendũ, pro

ὁμιλοῦντες, id eſt, æmulantes, uel imitantes.

ἀντιπαρέντες δὲ τοῖς πρεσβυτέροις) Iuuenalis:
Credebant hoc grande nephas, & morte piandũ,
Si iuuenis uetulo non aſſurrexerat olim.

ὑποτιμώμενοι) ὑποτιμάομαι, & Atticè ὑποτιμαοίμην, et κατὰ κρᾶσιν ὑποτιμῷμι et ὑποτιμῴην.

οἱ τὴν ἀρχὴν περιστήσαντες) οἱ διοικήσαντες τὴν πόλιν. ipſi fuerunt ἡ ἀρχὴ, id eſt, magiſtratus. ergo τὴν ἀρχὴν, id eſt, πρῶτον, primum.

τὴν τῆς βουλῆς) Scilicet τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. Nam alius fuit ſenatus τῶν πεντακοσίων.

πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους) Hoc uel ad ſycophantas referri poteſt, uel ad eos qui in iudicum numerum allegi ſtudebant. quibus & mercedula quæpiam cõſtituta erat, quod πρυτανεῖον dicebatur, & ex largitionibus τῶν δικαζόντων ſæpe aliquid accedebat. τὰ ἀναγκαῖα ſunt ad uictum res neceſſariæ. κληροῦσθαι eſt ſortiri, ſi ad iudices refertur: ſin ad ſycophantas, de ancipiti calumniarum alea: quæ ſi ſuccedebant, habebant unde uiuerent: ſin minus, nimirum ibi homines frigebant & eſuriebant. In oratione de Pace, pagella antepenultima hic locus explicatur, quum inquit, τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας καὶ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τῶν ἐντεῦθεν λημμάτων, &c. Vide ipſe uerba Iſocratis.

τῶν δ᾽ ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνων) Hæc rectius intelligentur ex Panathenaico, & Xenophontis Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

ἑλέσθαι συνέδρους καὶ συγγραφέας) συνέδριον exponit Heſychius συνέρχεσθαι, εἰς βουλὴν συνάγεσθαι, id eſt, conuenire, in ſenatũ uenire. σύνεδρος, ſenator, aſſeſſor. συγγραφεὺς aliàs hiſtoricus eſt, συγγραφὴ hiſtoria. hoc loco συγγραφεῖς ſunt, delecti aliqui ad rempublicam ordinandam. Vide Thucydidem lib. ultimo, ubi exponit, quomodo Piſandri & Antiphontis opera, democratia in oligarchiã ſit mutata. Thucydides non habet συνέδρους, ſed προέδρους, quos Valla præſides, συγγραφέας ſcribas interpretatur.

οὐδ᾽ ὡς ἔτυχον, ἀλλὰ δικαίως) Neq; ut incidi, id eſt, obiter & fortuitò. Sententia eſt, ſe de induſtria laudaſſe democratias: & laudationũ cauſas ſubijcit, ab euentu ſumptas. Eſt autem callidè admodum uſus hoc loco. Nam quum uideri uelit, etiam præſentem corruptamq; democratiã oligarchiæ præferre, ueterem tamen illam quæ ſyncerior fuit, commendat. Sic offenſionẽ populi cauet, & tamen id quod uult conſequitur.

καὶ Λακεδαιμονίους) Lacedæmoniorum reſpublica binos reges habuit, 28 ſenatores, 5 ephoros. ſed tamen oligarchiæ fuit ſimilior, quàm uel monarchiæ, uel democratiæ. Iſocrates hic inſtituto ſuo ſeruit. Vide Ariſtotelem β πολιτικῶν, capite 7. Plutarchum in uita Lycurgi. Xenophõtem item, qui ea de re librum ſcripſit.

ἐπιφανεστάτους καὶ μεγάλους) Obſerua graduum inæqualitatem.

περὶ τὸν ἑλλήσποντον) Victi à Lacedæmonijs duce Lyſandro, &c.

τούτους μὲν ἐκσπόνδους γενομένους) A fœdere excluſos. Intelligi puto pacem factam inter Lacedæmonios & triginta primum, ac poſtea 400 tyrannos. quibus Leon, Diomedon, Thraſybulus, & Thraſyllus ſeſe oppoſuerunt.

τὴν ἡμετέραν) Scilicet ἀκρόπολιν. Arces extruere uel tenere in urbib. eſt ſignũ dominationis.

τοὺς νεωσοίκους) Sic conſtrue, ἀποδιδομένους τοὺς νεωσοίκους τριῶν ταλάντων, ὑποκαθαιρεῖσθαι: uendiderunt naualia tribus talentis, demolienda. Vt ſcilicet emptoribus liceret ligna & lapides, reliquamq; materiam in ſuos uſus cõuertere.

ψηφίσματι παραλαβόντες) Vide ultimum Thucydidis, et ſecundũ Xenophontis ἑλληνικῶν.

δανεισαμένων γὰρ) Huius rei meminit etiam Demoſthenes in oratione πρὸς Λεπτίνην.

ἀναστάτους ὑπὸ Θηβαίων γενομένους) Id eſt, ἵνα μὴ γένωνται ἀνάστατοι βοηθεῖν: non enim euerſa erat Sparta, ſed excidij periculũ metuebat.

κακοδαιμονησάντων) κακοδαίμων, ὁ ἀτυχὴς, ὁ θεῷ ἐπαχθὴς (malim ἀπεχθὴς, id eſt, inuiſus) ὁ τὴν ψυχὴν ἔχων ἐμπαθῆ: id eſt, infœlix, deo grauis, is cuius animus turbulentis affectibus agitatur. Intelligi hic debent 30 tyranni.

σφᾶς μὲν αὐτοὺς μὴ κινεῖν) Se quidẽ ipſos non mouerent: id eſt, pacatè inter ſeſe tranquilleq; uiuebant.

εἰς ἐξέτασιν ἰέναι) In examinationem ire, vff den muſterplatz tretten, nomina dare militiæ.

ANNOTATIONES IN Panathenaicum.

Οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας) Exercitati circa certamina, id eſt cauſidici, oratores, qui in foro uerſantur. Non hic intelligi debet de ludis, qui ſæpe etiam ἀγῶνες nominantur, ut in exordio Panegyrici.

καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας) Enthymemá pro rhetorico ſyllogiſmo plerumq; intelligitur. hic ἐνθυμήματα pro tota inuentione accipio, ſicut Dionyſius appellat τὴν τῶν ἐνθυμημάτων εὕρεσιν πρὸς ἕκαστον ἁρμόττουσαν πρᾶγμα.

μα. Sententia eſt, magnam copiam rerum & figurarum ineſſe ſuis orationibus.

οὐκ ὀλίγων δὲ ἀντιθέσεων) ἀντίθετα, ἀντιθέσεις, ἀντικείμενα, ἐναντιότητας, non neceſſe eſt hic curioſe à ſe inuicem diſcernere. Quintilianus contrapoſita uocat, Cicero fortaſſe contraria relata contrarijs. Ariſtoteles in Rhetoricis ad Alexandrum: ἀντίθετον, inquit, eſt, quod contraria nomina ſimul & uim ſuis oppoſitis habet, uel alterum horum, παρίσωσις, quum duo paria dicuntur membra. παρομοίωσις, non tantū paria membra facit, ſed etiam ſimilia ex ſimilibus uocabulis. Aquila, ἰσόκωλον, exæquatum membris: πάρισον, propè æquatum nominat. Cicero παρισώσεις, paria relata, quæ paria paribus referūtur, paria paribus adiuncta, ut uerba uerbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant, dicere uidetur. Rhetoricorum ad Herennium autor lib. 4. Compar appellat, quod habet in ſe membra orationis, quæ conſtant ex pari ferè numero ſyllabarū. Viues lib. 2. de Arte dicendi: Periodi, inquit, in quibus mēbra ſunt paria, eæ circūductiones ἰσόκωλοι nominantur, ſiue πάρισοι & comparatæ. Ex his liquère opinor, inter ἰσόκωλα, πάρισα & παρισώσεις parum intereſſe. Dionyſius etiam ἀντιστρέφοντα uocat. & addit ὁμοιώσεις, ſeu παρομοιώσεις, quæ alij παρόμοια uocant. hæ παρομοιώσεις conſtant ὁμοιοπτώτοις καὶ ὁμοιοτελεύτοις, id eſt, ſimiliter cadentibus & deſinentibus, quæ uno uocabulo ſimiliter finita Cicero appellat. Vide Dionyſiū in uita noſtri autoris.

καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν) Id eſt, σχημάτων.

ἐπισημαίνεσθαι) Id eſt, ἐπαινεῖν καὶ ἐπιφωνεῖν, ἐκπλήττεσθαι, θαυμάζειν: id eſt, laudare & acclamare, percelli, admirari. θορυβεῖν aliàs tumultuari ſignificat, hic applaudere, cum admiratio animis incluſa in geſtus erumpit, & corporibus oſtenditur.

νῦν δ' οὐδ' ὁπωσοῦν τῶν τοιούτων) Scilicet ἀποδέχομαι, μελετῶ. uel προαιροῦμαι.

ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τὴν ἐν τῷ παρόντι δεδοκιμασμένην) Sed ad argumentum in præſentia probatum. id eſt, Cogitēt mihi non iuuenilem figurarum & ornamentorum luxuriem eſſe in dicendo propoſitam, ſed maturitatem & grauitatē exquiſitæ & ingenioſiſſimè cogitatæ collocatæq; orationis. Hoc uult, ſe hic non tam de elocutione, quàm de inuētione & diſpoſitione, rebusq; ipſis laboraturum eſſe.

ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι μᾶλλον κατεπείγειν) Hinc enim opinor magis incitare. κατεπείγειν, id eſt, κατασπεύδειν, uidetur poſſe dupliciter intelligi. Primò, magis eſſe neceſſarium ut hinc ordiar: ſecundò, me maius apud auditores operæprecium facturum eſſe, auditores attentiores redditurum. τὰ ἐπείγοντα, ſunt res quæ lenta cōſilia nō patiūtur.

οὐκ ὀκνήσω δὲ κατειπεῖν οὔτε τὴν νῦν γενομένην ἐν τῇ διανοίᾳ μου ταραχὴν) Non uerebor autem eloqui neq; nunc factam in mente mea perturbationem, neq; abſurditatem quam in præſentia ſum cognoſcens, neq; ſi quid agam opportunorum. ἀτοπία eſt abſurditas, ſeu ineptiæ. τυγχάνειν γινώσκοντα dupliciter intelligi poteſt: primò, cognoſcere, intelligere, animaduertere: deinde, ſtatuere, ſentire, animo affectum eſſe. τυγχάνειν igitur γινώσκοντα ἀτοπίαν intelligi poteſt, uel, intelligere ſuas ineptias, ſe ineptè facere: uel, animo aliter affectū eſſe quàm oporteat, aut deceat. Sed id quod ſequitur, ὅτι εἴ τι πράττω τῶν δεόντων, non ſatis animaduerto quorſum pertineat. Præterea ταραχὴ γενομένη, & ἀτοπία γιγνωσκομένη, pro eodem accipi uidentur.

τοῦδε δὲ προαιρούμενος τυγχάνω διατρίβειν) Pro τοῦδε δὲ προαιροῦμαι, uel προήρημαι διατρίβειν.

γέρας μικρολόγον) μικρολόγοι dicuntur, non tantum qui minimarum expenſarum aut lucellorum rationem ducūt, ſed hi etiam qui paruis rebus temerè ac nimis offenduntur.

πρὸς δὲ τοὺς λόγους οὐ τελείαν (ſic enim legere malo, quàm οὔτε λείαν) οὔτε πανταχῇ χρησίμην) Ad eloquentiam uerò non perfectum, neq; ubiuis utile. Notū eſt, oportere in oratore eſſe inuentionem, diſpoſitionem, elocutionem, memoriam (quibus Iſocrates utiq; non deſtitutus fuit) & pronunciationem, ſeu actionem. hæc poſtrema pars præſentem animum & magnam uocem, fortiaq; latera requirit: quibus Iſocrates caruit. fuit igitur eius φύσις οὐ τελεία πρὸς τοὺς λόγους, neq; πανταχῇ χρησίμη. Nam in ſchola quidem inter diſcipulos diſſerere potuit: in foro, in curia, in concione, non potuit.

τῶν εἰδέναι φασκόντων) Perſtringit fortaſſe philoſophorum ἀποδείξεις.

ἐν συλλόγῳ πολλῶν παρρησίᾳ) παρρησίᾳ εἰπεῖν, præſenti animo loqui & intrepidè, coniunge, ἐν συλλόγῳ πολλῶν ἀνθρώπων: eſt enim uerborum traiectio.

ὡς ἔπος εἰπεῖν) ὡς ἐν ὀλίγῳ εἰπεῖν, ut paucis dicam, ut uno uerbo abſoluam.

ἀτιμότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι) Minus honorati ſunt, præterquam quod non uidentur digni aliquo eſſe: id eſt, & honoribus carent, & inſuper homines uitæ morta-

lium

lium inutiles eſſe uidentur. Sed ego (ut in Caſtigationibus annotaui) legere malim πρὸς τὸ δοκεῖν: ut hoc quod ſequitur, ſit προσδιορισμὸς, id eſt, limitatio quædam uocabuli ἀτιμότεροι. Quomodo ſunt contemptiores? Non quidem quòd mali uiri aut infames habeantur, ſed quòd in rebus gerẽdis nulla ſit eorum utilitas. Sic enim argumẽtatur uulgus: Iſte timidus eſt, & mutus: ergo ſtipes, & contemnendus. Non conſiderat illud Salluſtianum, quod bona ingenia debilitet pudor, improbos audacia prouehat.

τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ) Illis qui reipublicæ debent, τῶν μὴ ἐκτετικότων τὸ ὄφλημα, ἢ τὸ τίμημα: qui mulctam à iudicibus irrogatam, reipublicæ non perſoluerunt. Hos Latini ærarios uocant. unde formulæ, referre in ærarios & tribu mouere, item eximere ex ærarijs. Fuere autem ærarij excluſi ab honoribus, & ignominia notati.

περὶ μεσεγγυημάτων) De depoſitis apud ſequeſtrem, id eſt, propter priuatas quaſdam rationes, ob uilia negocia, uel potius ex inuidia largitionum. Alij dolent ſibi præreptum eſſe bolum, atq; ideo illi qui pecuniam accepit, conuiciantur. λοιδορουμένους σφίσιν αὐτοῖς, pro λοιδοροῦντας, ſibi inuicem maledicentes.

ἢ τῶν ἄλλων ὧν ἂν τύχωσι συκοφαντοῦντας) συκοφαντεῖν cum accuſatiuo uſitatè iungitur. Quare τινὰς hic ſubintelligi puto. niſi propter relatiuum ὧν, malis caſum mutatum eſſe.

ἀλλὰ ταραχώδη καὶ παντάπασιν ἀλόγιστον) Sed turbulenta, & prorſus inconſideratũ. Videntur hæc nomina pro aduerbijs capi: & mirum tamen eſt diuerſos eſſe numeros, etiamſi (ut fieri poteſt) pro nominib. accipiuntur. Poſſent fortaßis etiam ſic conſtrui, ἀλλ᾽ ὑπειλήφασι, ſcilicet εἶναί με, putant me eſſe ταραχώδη καὶ παντάπασιν ἀλόγιστον, turbulentum, & prorſus inconſideratum. Sed expoſitio hæc uidetur & durior, & ſententiæ minus conſentanea.

καὶ τὸ μὴ δύνασθαί με τυχεῖν τῆς δόξης ἧς ἄξιός εἰμι, μηδὲ τῆς ὁμολογουμένης, μηδ᾽ ἣν ἔχουσί τινες τῶν πεπλησιακότων ἐμοί) δόξαν hic non pro gloria, ſed de fama & exiſtimatione intelligo. ut hæc ſententia ſit: Quãquam uitæ meæ ratio nemini eſt obſcura, & diſcipuli familiareſq; mei, qui me probè perſpectum habent, optimè de me ſentiunt, tamen ſine mea culpa, propter ſophiſtarum calumnias, multi male de me exiſtimant.

ἀποδέξασθαί τινας, τοὺς λόγους τούτους εἶναι ἐμοὺς) ἀποδέξασθαι pro πιστεῦσαι accipio. aliàs pro εἶναι, legere mallem οἷον ἀποδέχεσθαι. alioqui eſt ἐπαινεῖν, θαυμάζειν, καὶ προσίεσθαι. cõtrarium eius, ἀποθεῖν, ἀπωθεῖν.

πολλῶν δέ μοι λέγειν ἐφεστώτων, ἀπορῶ πότερον ἀντικατηγορῶν τῶν εἰθισμένων ἀεί τι ψεύδεσθαι περὶ ἐμοῦ, γενήσομαι, καὶ λέγειν ἀνεπιτήδειον τολμώντων) Cum multa mihi dicenda reſtent, uel, in mentem ueniant quæ dicam (nam utroq; modo exponi poteſt) dubito utrum recriminer ſolitos ſemper aliquid mentiri de me, & dicere inconueniens audentes. Inſolens locutio uidetur, γενήσομαι ἀντικατηγορῶν, fiam recriminãs, pro ἀντικατηγορήσω. Deinde τολμώντων λέγειν, ſcilicet περὶ ἐμοῦ τι ἀνεπιτήδειον, expono, Eos qui aliquid inconueniens de me dicere audent: id eſt, qui per calumniam ea mihi tribuunt, à quibus ſum prorſus alienus.

ἀξίους εἶναι λόγου) Dignos eſſe uerbo, id eſt, alicuius eſſe precij, in aliqua exiſtimatione eſſe, quorum aliqua ratio habenda ſit. græca uenuſtiora ſunt: quia præceßit πολλοὺς λόγους ποιούμενος, multa uerba faciens.

μηδὲ νῦν πω, τελευτῶν ὤν, μὴ περιαλγῶν) μηδὲ μὴ geminata negatio, uehementius negat.

ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ἐκεῖνο ποιεῖν) Duo proponit. alterum eſt, ſe inuidos neglecturũ: alterum, ſe alijs explicaturum quæ ſua ſententia ſit de doctrina ſophiſtarum. Verba ſic ordino, ἀλλὰ μὴν οὐδεὶς ἄν μοι συμβουλεύσειεν οὐδ᾽ ἐκεῖνο (ſcilicet quod iam ſequitur) ποιεῖν, ἀμελήσαντι (id eſt, ἵνα ἀμελήσας) τούτων (ſcilicet τῶν διαβολῶν, uel τῶν οὐκ ὀρθῶς περὶ ἐμαυτοῦ ὑπειληφότων) καὶ καταβαλόντι, id eſt, καὶ καταβάλλων (hoc eſt ἐῶν, παρορῶν, μὴ προσποιούμενος, καταλύων, ῥίπτων, ἀφιεὶς) περαίνειν (περαίνω) τὸν λόγον ὃν προῄρημαι, βουλόμενος (διὰ τοῦ λόγου βούλομαι) ἐπιδεῖξαι, &c. Verùm ne illud quidem mihi quiſquã faciendum cenſebit, ut, his neglectis & omiſsis, inſtitutam orationem, qua probare decreui, Athenieſes de Græcis melius eſſe meritos, quàm Lacedæmonios, abſoluam.

μήτε συγκλείσας τὴν ἀρχὴν τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων τῇ τελευτῇ τῶν ἤδη προειρημένων) Neq; concludens initium dicendorũ fine iam prædictorum. id eſt, Niſi ſecuturæ orationis initium aptè ſuperioribus attexuero.

κράτιστον οὖν ἐξ ἁπάντων τούτων) Optimum igitur ex his omnibus. ἐξ ἁπάντων τούτων, αἰτιολογικῶς accipio, propter hæc omnia. Quæ cum ita ſint, ſi quis electionem ſignificari putat, nõ impedio. Inter hæc omnia, ſcilicet quæ iam recenſuimus, de contemnendis inuidis, de abſoluendis Athenienſium laudibus, de placandis ijs qui male de me ſentiunt.

περὶ

περὶ ὧν ἐξ ἀρχῆς) De quibus initiò me dicturũ eſſe cõſtitui. Paulò antè dixit, πειρῶμαι διδάσκειν τοὺς ἄλλους. quibus uerbis ἀπολογίαν, ſeu διαπορήσεις potius quaſdam ſubiecit.

ἀλλ', ὅμως ἐγὼ τοῖς ὡρμημένοις ἐπὶ ταῦτα, παρακελεύομαι μὴ πονεῖν, καὶ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἅπασι τούτοις) Sed tamen ego incitatis ad hæc, autor ſum, ne laborent, neq; animum aduertant uniuerſis his. Verba hæc propter ταῦτα & τούτοις, obſcuriora ſunt, et ambigua, quæ ſic accipio: Quanquam non prorſus contemno ſophiſtarum doctrinam, & poetarum enarrationem, tamen ſi qui, impetu quoddam animi, ad id doctrinæ genus ſe contulerunt, illis ſuadeo, ne nimium ſe defatigẽt in re parui momenti, neq; ſophiſtis quibuſuis ſine delectu ſe adiungant, neq; omnes eorũ nugas pro oraculis amplectantur.

τὰς δυνάμεις διαφερόντων) Qui facultatibus excellunt. κατὰ τὰς δυνάμεις, uel ταῖς δυνάμεσι. διαφέρειν aliás cum accuſatiuo, diſtrahere aut diſſipare ſignificat.

οὔτ' ἐν ταῖς ἰδίαις συνουσίαις ἀνεκτοὺς ὄντας) συνουσία, congreſſus, colloquium, diſputatio, prælectio. ἀνεκτὸς, tolerabilis, qui ſine moleſtia ferri poteſt, mediocris, non planè repudiandus. Sic igitur interpretari licet: In priuatis etiam congreſſibus & familiaribus colloquijs inepti ſunt. Vel, ne in ſcholis quidem ſuis ferri poſſunt, ineptiũt etiam inter docendum.

τῆς δόξης τῆς συμπολιτευομένων ὀλιγωροῦντας) δόξαν actiuè pro exiſtimatione accipio: Et exiſtimationis ciuium negligentes. id eſt, ſunt homines moroſi, & ſibi placentes, non curãt quid ciues de ipſis ſentiant. πολιτεύεσθαι, aliás rempublicam gerere ſignificat: hic τῶν συμπολιτευομένων, ἀντὶ τῶν πολιτῶν ſimpliciter capi puto. Niſi fortè de magiſtratibus loquitur, qui à ſophiſtis inſtituti ſint.

τίνας δὲ ἔχω πεπαιδευμένους) Quos igitur habeo, id eſt νομίζω, exiſtimo, liberaliter inſtitutos?

τὴν δόξαν ἐπιτυχῆ τῶν καιρῶν) Opinionẽ compotem occaſionum, ſeu modi, non aberrantẽ ab occaſionibus. ſicut dicimus, ἐπιτυγχάνειν τῶν καιρῶν.

τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι) Semper appropinquãtibus. hoc aliquis intelligere poſſit de ijs, qui domeſtica cum aliquo conſuetudine & familiaritate coniuncti ſunt. ſed τῶν ἀεὶ πλησιαζόντων (nam ita ſententia poſtulare uidetur) accipio pro quibuſuis, qui quocunq; tandem tempore cum aliquo aliquid rei habẽt. Parua laus eſt, poſſe cum domeſticis duntaxat ſine querela uiuere. Ouidianum illud magis probandum uidetur,

Tot ſunt pectoribus mores, quot in orbe figuræ:
Qui ſapit, innumeris moribus aptus erit.

ἐλαφροτέρους καὶ μετριωτάτους) Obſerua comparatiui cum ſuperlatiuo coniunctionem.

τῆς φύσεως ἀξίως ἧς μετέχοντες τυγχάνομεν) Pro dignitate naturæ, uel, ut eam naturã decet, cuius participes ſumus: id eſt, humanã, ratione præditam. Hoc autem præſcribit ratio: Feras, non culpes, quod mutari non poteſt. Item: Ducũt uolentem fata, nolentẽ trahunt. Si quis hæc πρὸς τὴν θείαν μοῖραν, &, ut Horatius loquitur, ad diuinæ particulam auræ, & ad contemptum atq; deſpicientiam rerum humanarum referre mauult, nõ impedio. Sed mihi, mortalitatis noſtræ limites non egredi uidetur Iſocrates.

ὅσον ἔργον ἐνίσταμαι τὸ μέγεθος) Pro ὅσου μεγέθους ἔργον, uel ὡς μέγα ἔργον.

πολλῶν προξενούντων) Scilicet πραγμάτων: Cum multa ſint quæ me hortẽtur, & extimulẽt.

χαριέντως μὲν) Si elegãter interpreteris, minus commodè additur ἀπείρως καὶ καταδεεστέρως. ideo malui uertere, bono ſtudio.

ἔτι δὲ τῶν ἑτέρων μᾶλλον εὖ λέγειν τολμώντων οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλ' οὕτως ὥς' ἀντιτάττεσθαι πρὸς αὐτῶν) Præterea propter eos qui alijs magis bene dicere ſeu laudare audent, non humaniter, ſed ſic ut opponar, uel opponãtur contra ipſos. Hæc uerba quid ſibi uelint, non intelligo. Si leges ἑτέρους, innuit Lacedæmonios, quorum laudatores ſe acriter refutaturum profitetur, nihil illis concedentem. & tamen aduerbium ἀνθρωπίνως niſi pro φιλανθρώπως ſeu φιλικῶς καὶ πράως accipias, durius uidetur. Oporini editio habet, ὥστε πολλοὺς ἀντιτάττεσθαι. Quæ ſi lectio uera eſt, ſic interpreteris licet: Præterea propter eos qui noſtrã ciuitatem plus alijs (id eſt, plus quàm alij, uel, plus quàm alios) prædicare audent, idq; faciunt non humaniter (id eſt, uel diuinis laudibus eam celebrãt, uel cum depreſſione & inſectatione aliorum) ſed ſic ut multi ſeſe eis opponant: id eſt, Athenienſes inſectẽtur, & ſe ac ſuos tueãtur.

ὥσπερ χοροὺς πρὸ τοῦ ἀγῶνος προαναβαλέσθαι) Tanquam chorus, id eſt cœtus muſicorum, ante certamen: id eſt, antè quàm in certaminibus ſeu ludis canere incipiãt, præludere. Sic apud Homerum,

χερσὶν ἑλὼν φόρμιγγ' ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. id eſt, Arrepta cithara dulcis præludia cãtus Incipit. ubi grammatici exponunt προοιμιάζειν, ἀνακρούεσθαι, ἀνάρχεσθαι.

ἀρξάμενος ἐπειδὴ κατέσχον) Ab eo auſpicatus, poſtquam, &c.

οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τῆς ἀληθείας τύχοιεν) Sic enim maximè ueritatem aſſequerentur. ſcilicet αἱ πόλεις, ciuitates. Id eſt, ita ueriſsimè de illis ſtatuetur.

ἔνιοι δέ τινες) Aliqui uerò quidam: Pleonaſmus.

κατὰ μίαν ἑκάστην τῶν πόλεων) Secundum unam unamquamq;. uel κατὰ μίαν ἑκάστην: pleonaſmus eſt, pro ἑκάστην, ſed ἐμφατικὸς: uel κατὰ μίαν, ſingulatim unamquamq; obſidentes. quaſi dicat, nulla omnino prætermiſſa.

ἐξ ὧν δὲ ἀφαρπάζει, τὴν ἐκείνων μόνην, etc.) Id eſt, ἐκ τούτων δὲ ἃ οἱ ἀφαρπάζουσι, ſcilicet ἑκατέρων, μόνην τὴν ἐκείνων, id eſt, αὐτῶν πόλιν, &c.

ἀναλαβοῦσαν αὐτὴν) ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν, ad ſe redire, priſtinas uires recuperare: ſicut ἀναφέρειν ἐκ τῆς νόσου, & ῥαΐζειν.

τὰ τοίνυν πρὸς τοὺς βαρβάρους, ὡς ἑκάτεροι προσηνέχθημεν) Articulũ τὰ redundare puto, elegantiæ tantum cauſa poſitum: ſicut dicunt, τὸ νῦν, τὸ πάλαι.

οὐδὲ τἄνδον πλεῖν φασήλιδος) Pro οὐδὲ τὰ ἔνδον) Supra dixit in Panegyrico μακρὸν πλοῖον ἐντὸς φασήλιδος μὴ καταπλεῖν.

μηδ' ἐν πολλαπλασίῳ χρόνῳ) Nec in multiplici tempore. Athenienſes intra decennium reſtituti ſunt in integrum: quod Lacedæmonij, ſi decẽnium ſæpe multiplicaretur, non potuerunt: id eſt, longe pluribus annis. πολλαπλάσιος uno uerbo Latinè ſat commodè exprimi non poteſt.

περὶ δὲ τῶν πραχθέντων παράλληλα) De alternatim geſtis. παραλλήλως, id eſt ὁμοίως, ἀκολούθως, ἐγγὺς ἀλλήλων, æqualiter, ſeu ſimiliter, congruenter, eodem ferè modo.

πολὺ γὰρ οὐδὲν εὑρήσομεν συμφορώτερα πράξαντας τοὺς ἡμετέρους, ἢ λακεδαιμονίους ταῖς πόλεσι ταῖς τὸν φόρον ἐνεγκούσαις) Verba ſic ordinanda uidentur, οὐδὲν εὑρήσομεν τοὺς ἡμετέρους πολὺ συμφορώτερα πράξαντας ταῖς πόλεσι ταῖς τὸν φόρον ἐνεγκούσαις, ἢ λακεδαιμονίους. Nam Lacedæmonij, autore Thucydide, nõ tributum exegerunt à ciuitatibus.

οὐ προσταχθὲν) Pro οὐ προσταχθέντος: cum nõ imperatum eſſet. Sed πειθανάγκη Themiſtoclis, quæ ab Herodoto deſcribitur, cui Perinthij ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν oppoſuerunt, aliud indicat. Sic autem oratores, dum cauſæ ſeruiunt, multa παρ' ἱστορίαν dicunt.

ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ γνόντες) Particula καὶ innuere uidetur ſic legendum, οὐ προσταχθὲν μόνον ὑφ' ἡμῶν. aut certè, καὶ pro μᾶλλον, uel οὐδὲν ἧττον ὅμως ἐνεκα poſitum eſt.

ὥστε μικρὸν μέρος τῶν γιγνομένων ἡμῖν διδόντας, μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς οἰκείους, τῶν πελοποννησίων) ὥστε, ut: τοὺς οἰκείους, ſcilicet ἡμῖν, coniuncti nobiſcum: διδόντας ἡμῖν, cum darent nobis μικρὸν μέρος, paruam partem τῶν γιγνομένων, eorum quæ naſcebantur, quæ ſuppetebant, id eſt redituum, ſeu prouentuum: μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τῶν πελοποννησίων, nihil minus haberent Pelopõnenſibus. id eſt, nihilo pauperiores eſſent. Sed ſi legendum eſt, μηδὲν ἐλάττονας ἔχειν τοὺς οἴκους, ſententia eadem eſt. οἶκος enim pro re familiari capi poteſt. ut in Oratione περὶ εἰρήνης, Megarẽſes dicit μεγίστους οἴκους κεκτῆσθαι τῶν ἑλλήνων: quod nõ tam ad ædificia quàm ad opes cenſeo referẽdum.

περὶ μηλίων σκιωναίων καὶ τι λοιπῶν) Melum eſſe inſulam conſtat, ſed Scionem Macedoniæ urbem eſſe ſcribunt.

καὶ τοὺς κακῶς ἀκούειν ὑφ' ἡμῶν τοὺς φίλους αὐτῶν) Vt ipſorum amici à nobis malè audiant: id eſt, ut nos Athenienſes Lacedæmonijs, quos iſti tãtopere diligunt, maledicamus: ſeu, illorum peccata traducamus.

καὶ τὰς πανταχῇ προεχούσας τῶν ἑλλήνων) Et ubiq; eminentes Græcorum. προέχω σου, excello tibi. Ambiguum eſt, utrũ Peloponeſi urbes dicat in tota Græcia eſſe præſtantiſsimas: an uerò, non tantum Pelopõneſi urbes, ſed reliquas etiam in Græcia inſigniores urbes à Lacedæmonijs oppreſſas.

οὔτε ἰδιωτέρας πράξεις) Neq; magis proprias res. in Oratione ad Philippum, niſi fallor, πράξεις οἰκειοτέρας eodem ſenſu ponit. Sunt autem ἴδιαι uel οἰκεῖαι πράξεις, quas ex officio quiſq; potiſsimum ſuſcipere debet, ac perficere.

ὁποτέρως δ' συμβέβηκεν, οὐδὲ μίαν ὑπερβολὴν λέλοιπε τῆς περὶ αὐτὸν δόξης τοῖς ἄλλως πως τιμηθεῖσι) Vtro modo uerò cõtigerit, nec unã excellentiã reliquit aliter quodammodo honoratis: id eſt, nulli honores quos alij habuerunt, conferri poſſunt cum Agamemnonis autoritate, ſiue illi ea delata ab alijs, ſeu ipſius induſtria parta ſit.

ὡς καὶ τινὲς, &c. τούτων δὲ αὐτοὺς ἀπήλλαξεν) Obſerua pleonaſmos.

τῶν οὐκ μιμήσασθαι τολμησάντων αὐτὸν) Videntur obſcurè perſtringi Lacedæmonij, ſicut etiam in Panegyrico, quòd Perſis bellum non intulerint. Quanquam (ut in oratione ad Philippũ confitetur etiam Iſocrates) Ageſilaus in Aſia rem præclarè geſſit: plura q; etiã effecturus, niſi triginta

ſagitta-

ſagittariorum millibus à rege in Græciam eſſes repulſus. Fuerunt autem ſagittarij illi, aurei nummi, quibus alij Græci corrupti, abſente Ageſilao, Lacedæmonijs bellum intulerunt.

τὴν δὲ περὶ τὰς πράξεις εὐβουλίαν) Prudẽs circa actiones conſilium. id eſt: Illis quos celebro, prudentia in rebus gerendis laudẽ parit, mihi prolixitas orationis, ignominiam.

εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον συμβαλοίμην) Etiamſi nihil aliud conferrem, uel contuliſſem: etiamſi nihil opis attuliſſem, niſi quod præceptor fuiſſem. id eſt, Præclaræ diſcipulorum meorum orationes mihi tanquam autori acceptæ feruntur. putant homines orationes illas à me ſcriptas, à diſcipulis recitatas eſſe. Intelliges igitur μηδὲν ἕτερον, ſcilicet ἔξω τοῦ διδάσκαλον γενέσθαι. etiamſi neq; præſcripſiſſem, quid & quomodo dicendum eſſet, nec eorum orationes emendaſſem.

ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τυγχάνω φερόμενος) Sed enim neſcio quomodo feror: id eſt, Neſcio quò delabor, quò me quidam uelut æſtus ingenij abripit.

οὐ μόνον ἠλευθερώσαμεν τὴν ἑλλήνων τῶν) Cum antea tertia perſona poſita ſit, (nam de Lacedæmonijs dictum fuit) nũc primæ perſonæ uerbum ſubijcit: prudenter quidem, ſed duriore tamẽ conſtructione. quam ego etiam, quia cõmodè mutare non licebat, retinui.

ἀκρατῆ δὲ γενόμενον ἐνίων. λέγω δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπεῖν ὑπαρξάντων) Intemperantem factum quorundam. Dico uero propter multitudinem dicere affluentium. Durius hæc cohærere uidentur. λέγω δὲ, accipio διασαφητικῶς, explanandi cauſa: quanquam planior eſſet mihi ſentẽtia, ſi λέγω δὲ abeſſet. quod tamẽ ſic accipi poteſt, Dico uero illa propter affluẽtiã uerborũ, etc.

διαλόμεναι καταδουλώσαντο) Partitæ, ſeruitute oppreſſerint. Quædam urbes Lacedæmonijs, quædam Athenienſibus paruerunt.

ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς στάσεις) ἀνακόλουθον eſt, ſeu ὑπερβατὸν. ideo poſtea eum caſum ponit, quẽ adiectiuũ μεστὰς requirit. τῶν ὅλων συμφορῶν.

χρῆσθαι τοῖς θ᾽ ὅ,τι ἂν αὐτοὶ βούλωνται) τὸ δ᾽ ὅ,τι, pro οὕτινος ὑπερβ. χρῆσθαι, ſcilices τοῖς τὴν ἐσίαν κατοικοῦσιν.

πολὺ σπουδαιοτέραν προκρίναντες) Scilices τὴν τῶν προγόνων δημοκρατίαν.

ἢ καὶ τὴν πείγε τὴν πόλιν περὶ ἐκεῖνον τὸν χρόνον μάλιστα, περιγενέσθαι πολεμοῦσαν) Quod robur, uel quæ potentia Peloponenſium, noſtram urbem illis temporibus maximè urgebat, ut bello ſuperior eſſet. id eſt, niſi uiciſſent Athenieſes, à Peloponenſibus in ſeruitutem redacti fuiſſent. καὶ τὴν πείγε περιγενέσθαι, id eſt, ἵνα περιγένηται. πολεμοῦσαν, τῷ πολεμεῖν, uel τῷ πολέμῳ.

οὐ μόνον οὐκ ἦν τοιούτοις γεγενημένον (τοῦτο μὲν γὰρ ἂν σημεῖον ἦν οὐκ ἀρετῆς, ἀλλ᾽ ὡς οὐχ ὅμοιοι τοῖς φύσει ἦσαν τοῖς ἀνοσιωτάτοις γεγενημένοις) δεῖ ἦ. Hoc ἀνακόλουθον, ſeu ἀναπόδοτον, ſiue ὑπερβατὸν potius eſt. Nam ad οὐ μόνον mox inferri debebat, ἀλλ᾽ ὡς ἁπάσαις ταῖς ἀρεταῖς, &c. Sed Iſocrates prius interpoſuit parentheſin αἰπολογηκλὼ, τοῦτο μὲν γὰρ ἂν, &c. Deinde γνώμην, δεῖ δὲ τοὺς ὑπερχειροῦντας, &c. & ἀπόδοσιν retulit non ad primæ ſententiæ πρότασιν, οὐ μόνον οὐδὲν, &c. ſed ad eam quæ eſt in poſteriore, μὴ τοῦτο μόνον ἐπιδείξωμαι, &c.

ἢ συμβέβηκε μήτ᾽ εἰρῆσθαι) Falſum hoc eſt. Nam in Helenes encomio uel in primis Theſei moderationem laudat, quòd abdicato regno, democratiam Athenis conſtituerit, & certamina pro Græcia ſuſceperit. Sed hoc ideo repetit, ut cõmoda tranſitione ad ueterum Athenienſium laudationem perueniat.

ἄπειροι πολιτειῶν ὄντες) Imperiti rerumpublicarum: id eſt, cum philoſophicas diſtinctiones ignorarent.

τὴν ἀπὸ τιμημάτων) quæ τιμοκρατία uno uocabulo dicitur.

οὐ δι᾽ ἀμαθίαν) ἀμαθία, inſcitia, propriè ſi quis nihil didicit. Hic uidetur accipi pro ingenij ſtupore. Niſi fortè ſic interpretari libeat: nõ quin audierint, ſed quia non curant.

ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν, μοναρχίαν) Confundi ſolent à ſcriptoribus hæ appellationes, & uariè uſurpari: ut tyrannis & oligarchia laudis aliàs ſint, aliàs uituperij. Ariſtotelica diſtinctio hæc ferè eſt: (de qua tameſi etiam ſuprà diximus, tamen quid paucis repetere nocet?) Omnis politia uel eſt, 1 Monarchia, quæ ſi populo conſulit, legibusq; regitur, βασιλεία, id eſt, regnum: ſin ex libidine imperet, tyrannis dicitur. Vel 2 ὀλιγαρχία, ubi, ſi pauci uirtute præſtantiſſimi ſummæ rerum præſunt, ἀριστοκρατία: ſin opes, aut nobilitas, aut tale aliquid ſpectatur, ac multitudini non conſulitur, τιμοκρατία, uel ἀδικῶς accepto uocabulo, ὀλιγαρχία uocatur. Vel 3 δημοκρατία, in qua ſi populus autoritatem ſuam in optimos & ſapientiſſimos quoſq; confert, πολιτεία in ſpecie dicitur, uel δημοκρατία: ſin οὐδεὶς οὐδὲν ἀκούει οὐδενός, id eſt, ſi nemo cuiquã ulla in re obtẽperat, ſed ex libidine geruntur omnia, quæ Cyclopum reſpublica fuit, uel ὀχλοκρατία, uel ἀναρχία potius dicitur. Eſt igitur

Omnis politia uel
- 1. μοναρχία
  - legitima, βασιλεία.
  - uiolenta, τυραννίς.
- 2. ὀλιγαρχία
  - legitima, ἀριστοκρατία.
  - uiolẽta, τιμοκρατία, ſeu ὀλιγαρχία.
- 3. δημοκρατία
  - legitima, πολιτεία, ſeu δημοκρατία.
  - uitioſa, ὀχλοκρατία, ſeu ἀναρχία.

Hæc rerum publicarum genera accuratè tum ab Ariſtotele in Politicis, tum ab Iſocrate (in libello περὶ βασιλείας, Areopagitico, & oratione περὶ εἰρήνης potiſſimũ) copioſe, tum apud alios alibi ſparſim deſcribuntur.

τὰς δὲ τούτων πόλεις ὁμοίως οἰκήσασθαι ταῖς τῶν πλειστῶν πονηρίαις θέλοντας) Niſi τούτων pro ἑαυτῶν accipias, obſcura ſententia eſt. θέλοντας etiam non tam uoluntatem, quàm euentum ſignificare uidetur: ſicut dicimus, ubi quis peruerſis conſilijs uſus, in calamitates incidit, eum ita ſecum agi uoluiſſe, non quòd infortunium quæſierit, οὐδεὶς γὰρ ἑκὼν πονηρός, οὐδ᾽ ἄκων μάκαρ, ſed quod euentus conſilijs & actionibus reſpondere ſoleant, uel debeant potius. Maior enim eſt plerunq; ſtultorum, quàm ſapientum fœlicitas.

οὐδὲ τῶν ἄλλων τοῖς εὖ φρονοῦσι) Pro οὐδὲ τοῖς ἄλλοις τοῖς εὖ φρονοῦσι: ut dicimus οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, pro οἱ ἀγαθοὶ ἄνθρωποι.

τοῖς βασιλεύουσιν αὐτῶν) Scilicet τῶν ἀθηναίων, qui Athenienſibus imperarunt. niſi αὐτῶν per pleonaſmum poſitum eſſe malis.

διδάξαντες ἐξ ὧν διῴκουν) Id eſt, ſua gubernatione id docuerunt. quod ego nũc demum dico, illi iam olim re ipſa præſtiterunt.

οἱ πρότερον ἐπιστατοῦντες) Pro ἐπιστατήσαντες, uel οἱ πρότερον ἐπιστάται.

τῶν πόλεων τοὺς) ἐκεῖνος ad πόλεων referẽdũ.

ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοικήσωσι, καὶ ὅπως σωφρονοῖεν ἂν, καὶ βέλτιον πράττοιεν) Quo pacto, ſcilicet οἱ ἄλλοι rempublicam gerere, & cum modeſtiores tum fœliciores fieri poſſent.

ἕκαστος οἴεται δεῖν) Vnuſquiſq; putabit oportere. Hactenus quid ueteres Athenienſes ſenſerint, expoſuit: nunc, mutata perſona, illorum ſentẽtiam uelut approbat. alioqui dicere potuiſſet, ᾤοντο δεῖν.

ἃς ἐκεῖνοι μισήσαντες καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτὰς) quibus flagitijs illi infenſi, & habentibus ea: id eſt, cum & ſcelera, & ſceleratos odiſſent.

μήτε τοὺς χρησίμους, μήτε τοὺς ἀρχαίους αὐτῶν) Videtur χρησίμους νόμους ἀντὶ τῶν κυρίων, id eſt, pro ratis, ἀρχαίους pro antiquatis, quos ἀκύρους uocant, accipere.

ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον λειτουργίαις δημοσίαις) λειτουργία ſignificat miniſterium quod præſtatur reipublicæ, ſiue id opera nauanda fiat, ſiue impenſa pecuniarum. Phauorinus inter λειτουργεῖν & χορηγεῖν id intereſſe ſcribit, quòd hoc ultrò, illud iuxta legum præſcriptum, dare ſignificet. Ita χορηγεῖν eſſet uoluntatis, λειτουργεῖν neceſſitatis. quod haud ſcio quàm uerum ſit. quum inter alia præmia non minimũ fuerit Athenis, ἡ ἀτέλεια τῶν χορηγιῶν. Quid autem opus eſſet priuilegio, ſi res á uoluntate ciuium penderet?

μηδὲν ἧττον ἢ τῶν ἱερῶν) Sacrilegij genus habitum eſt, accipere munera in magiſtratu.

εἰκότως ἂν ἐπιτιμῴμην) Meritò reprehenderer. σὺ ἐπιτιμᾷς ἐμοί, tu me reprehẽdis. ἐγὼ ἐπιτιμῶμαι ὑπὸ σοῦ, reprehendor á te. σὺ πιστεύεις ἐμοί, tu mihi fidem habes. ἐγὼ πιστεύομαι ὑπὸ σοῦ, habetur mihi abs te fides. δίδωμί σοι, do tibi. δίδομαι ὑπὸ σοῦ, datur mihi abs te: quale tamen exemplum legere non memini.

οὔτ᾽ ἀμελεῖν καλῶς ἔχει τῶν τοιούτων ὑπολήψεων) ὑπόληψιν exponunt pro craſſa cognitione, opinione, coniectura, ſuſpicione. Hic fortaſſe non incõmodè redderetur uocabulo obiectionis, ἀντὶ τῆς ὑποφορᾶς, ſicut & ſuprà in Buſiride admonuimus.

λυμήναιντ᾽ ἂν) ἀόρ. α. optatiui medius, á λυμαίνομαι.

οὔτ᾽ αὖ πολὺν χρόνον ἀντιλέγοντας) Obſeruandi ſunt hi accuſatiui pro gerundijs accepti. ἀντιλέγοντας, id eſt, τῷ ἀντιλέγειν. ὅσον ὑποδείξαντας, id eſt τὸ ὀλίγον ὑποδεῖξαι (nam ὅσον etiam pro ὀλίγον accipi, Phauorinus autor eſt) uel participia reſoluantur in uerba, coniunctionibus additis. πάλιν ἐπανελθόντας λέγειν, pro πάλιν ἐπανελθεῖν καὶ λέγειν. Quanquam etiam Cicero nonnunquam huiuſmodi accuſatiuis utitur.

τὸν χρόνον, &c. δεδήλωται) Tempus explicatum eſt. ac ſi dicas, librum lectum eſt, ἀνέγνωσται τὴν βίβλον. Nam paſſiuæ formæ imperſonalia poſt ſe accuſatiuos admittunt.

μεθ᾽ ὅσης περ φασὶ καὶ τοὺς ἡμετέρους προκρίνειν τοὺς εἰς ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μέλλοντας) Quanto ſtudio ferunt á noſtris deligi eos, qui in uicum Martium aſcenſuri ſunt. οἱ ἀναβησόμενοι εἰς ἄρειον πάγον, id eſt Areopagitæ futuri: ſicut in Areopagitico eadẽ formula uſus eſt, ἐπειδὰν εἰς ἄρειον πάγον ἀναβῶσι, &c.

τῷ δὲ πόλει τούτῳ) Attica generis enallage.

σφᾶς

σφᾶς αὐτοὺς ἀπολλύουσι) αὐτοὺς ad Lacedæmonios & Athenienſes referendum, quanquam αὑτοὺς malim.

τοῖς χεῖρον γεγονόσιν ὧν οἱ νόμοι προστάττουσι) Deterius natis his quæ leges imperant, id eſt, Quorum feroces naturæ & effrenata ingenia legum repagula effringebant, patriorum inſtitutorum ſeueritatem ferre non poterant.

ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου) Aliâs, ἐφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου.

τὰς ἐν πελοποννήσῳ κατῳκισμένας) Scilicet πόλεις, urbes in Pelopõneſo conditas, id eſt, Pelopõneſi urbes, ſimpliciter: non puto intelligendum de colonijs Athenienſium, quanquam uerbi κατῳκίσθαι ea uis eſt.

μετὰ τοὺς ἅμα τε θαυμάζοντας καὶ βασκαίνοντας, καὶ μιμεῖσθαι ζητοῦντας) Subintelligi fortaſſe poteſt τὰς πράξεις τῶν ἀθηναίων. Sed ego malim τοὺς λόγους τοὺς ἐμαυτοῦ. ut perſtringat ſuos æmulos, & obtrectatores. τὸ βασκαίνειν enim comitem plerunq; habet τὴν κατηγορίαν, καὶ διαβολήν.

ὥστε πρὸς μὲν τὸν ἐπιστρατεύσαντα, &c. πρὸς μὲν τοῦτον, &c.) ὑπερβατὸν, ac ideo πρὸς repetitur, & ſimul alia exaggeratio inſeritur.

κρατήσαι ῥᾳδίως ἂν αὐτοῦ) Non hoc referẽdum eſt ad præteritas uictorias, ſed hoc uult, Perſas etiam in poſterũ uinci facile potuiſſe. nam ea uis eſt particulæ ἄν.

. πρὸς μὲν τοῦτον, &c. φθονήσουσι δὲ) Hæc, ut contraria, ſe mutuò reſpiciunt. Aduerſatiuam, quia durior in latino ſermone uidebatur, in copulatiuam uerti. ſicut paulo pòſt, καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθέντας τῆς βαρβάρου τῆς φρονήσεως, nouam periodum fæci. Quod alijs multis in locis mihi permittendum eſſe duxi, præſertim quando participia cum particulis δὲ, καὶ, τε, ἀλλὰ, & ſimilibus, integras paginas occupant. Quod ſi quis non ferẽdum eſſe putat, eum ego uelim latinæ linguæ mandare, ut græcorum phraſim per omnia nõ inuita ſequeretur.

οὐχ ὁμοίως ἔγνωσαν οὔτε ταῖς δόξαις αἷς εἶχον τινὲς περὶ αὐτῶν, οὔθ' οἷς ἐβουλεύσαντο πρότερον) Thebani ut craſsi & ſtolidi, male audiebãt apud Græcos. Si igitur aliter quàm pro concepta de eis opinione conſuluerunt, prudentiæ moderationisq; laus eis tribuitur. Adraſto ſepulturam cadauerum negarant, Theſeo conceſſerunt.

ἀλλὰ μετρίως περὶ αὐτῶν τι) Pro περὶ ἑαυτῶν, non iactarunt ſuam potentiam, non comminati ſunt Athenienſibus, neq; ſuperbè reſponderunt, ſed oſtenderunt cauſæ ſuæ bonitatem, ſe iniuſtè oppugnatos eſſe ab Argiuis, & illorum iniurijs exaſperatos, non immanitate aliqua ingeniorum preces Adraſti repudiaſſe.

οἷς ἐν τῷ πανηγυρικῷ λόγῳ περὶ τῆς αὐτῆς τούτων) de his ipſis, ſcilicet Thebanis. Illic eorum immanitatem accuſat, eosq; prælio ſuperatos eſſe ſcribit: hic moderationem laudat. utrunq; pro decoro cauſæ, diuerſorumq; temporum reſpectu. Haud obſcurè fert ψευδολογίαν ſuam, cuius in fine orationis fit mentio.

τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτῶν, οὓς καλοῦμεν νῦν λακεδαιμονίους, στασιάσαι μὲν φασὶν αὐτοὺς, ἐν τοῖς ἐκείνων ἀκριβοῦντες, ὡς οὐδένας ἄλλους τῶν ἑλλήνων. περιγενομένους δὲ τοὺς μεῖζον τοῦ πλήθους φρονοῦντας, οὐδὲν τῶν αὐτῶν βουλεύσασθαι περὶ τῶν συμβεβηκότων τοῖς τοιαῦτα διαπεπραγμένοις. Tertiam uerò partẽ eorum (Doriẽſium) quos uocamus nunc Lacedæmonios, ſeditioſos fuiſſe quidem aiunt ipſos, illorum res exquirentes, ut nullos alios Græcorum. Superiores autẽ factos maius multitudine ſibi tribuentes (id eſt, cũ oligarchici uiciſſent) nihil eorundem conſuluiſſe de euentis, talia perficientibus.) Primum, poſt τὸ τρίτον μέρος, αὐτοὺς ſubijcitur, cum prior accuſatiuus conſtructioni ſatisfaciat. Deinde περιγενέσθαι hic ſignificat idem quod νικᾶν, uel κρατεῖν; uincere, ſuperiorem eſſe. 3. μεῖζον τοῦ πλήθους φρονεῖν, plus multitudine ſibi tribuere: id eſt, præſtare uelle populo, contemnere præ ſe multitudinem, nolle pari æquoq; iure cum cæteris acquieſcere, eſſe oligarchicum. 4. οὐδὲν τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις βουλεύσασθαι, nihil eorundem alijs deliberare: id eſt, conſilia prorſus ab aliorum conſuetudine diuerſa & planè abhorrentia ſequi: nõ imitari aliorum rationem, ſed omnino contrariam. 5. περὶ τῶν συμβεβηκότων, id eſt, περὶ τῆς γεγενημένης στάσεως, de facta ſeditione, quomodo ſcilicet tumultus ſopiendus, & concordia conſtituenda eſſet. 6. τοῖς τοιαῦτα διαπεπραγμένοις, id eſt διαπράξασι, paſsiuum pro actiuo: id eſt, τοῖς ἐν στάσει περιγενομένοις. Lacedæmonios ſignificat nõ ita uſos eſſe uictoria, ut alij ſoleãt, qui in ſeditionibus ſuperiores fuerint. Illud etiam fortaſſe monẽdum, per τοὺς τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦντας, intelligendos uel rerum Laconicarum ſcriptores & hiſtoricos, uel alioqui Laconicæ hiſtoriæ ſtudioſos.

Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους, συνοίκους ἔχειν τῇ πόλει τοὺς στασιάσαντας, καὶ κοινωνοὺς, ὥσθ' ἁπάντων, πλὴν τῆς ἀρχῆς τε καὶ τῆς τιμῶν, μετέχειν αὐτούς: οὐκ εὖ φρονεῖν, ἡγεῖσθαι σπαρτιατῶν τοὺς νοῦν ἔχοντας, εἰ νομίζουσιν ἀσφαλῶς

πολιτεύεσθαι μετὰ τούτων οἰκοῦντας, περὶ τὰ μέγιστα τυγχάνουσιν ἐξημαρτηκότες. Nam cæteros qui aduerſam factionem in eadem ciuitate uiuere, omnibusq; commodis, tanquã ſocios (magiſtratibus duntaxat & honoribus exceptis) frui unà patiantur: dementes haberi à prudentioribus inter Spartanos, ſi exiſtiment ſibi & reipublicæ nihil eſſe periculi ab illis, quos inſignibus iniurijs affæcerunt. αὐτοὺς refero ad τοὺς στασιάζοντας. Non enim de Spartanis intelligendũ uidetur, quia mox ſequitur, αὐτοὺς δὲ μηδὲν τούτων ποιεῖν, quod ad Spartanos demum pertinet, quorum tyrannis in ciues imbecilliores cum aliorũ humanitate confertur. Sed propter moroſos quoſdam, qui ænigmatis delectãtur, iam ea uertam quæ in corrupto (ut exiſtimo, & in Caſtigationibus noſtris annotatum eſt) exemplari habentur, & ego ipſe non intelligo, neq; quiſquam fortaſsis alius intelliget. Tertiam uerò partem eorum quos nunc Lacedæmonios dicimus, ita ſeditioſos fuiſſe, qui res geſtas illorum inquirunt, perhibent, ut nullos alios Græcorum. Et cum, qui dignitate populo ſe præſtare uolũt, uiciſſent, nihil de iiſdem deliberaſſe, de his quæ acciderant illis qui talia peregiſſent. Nam alios quidẽ cohabitantes habere factioſos & participes omnium, præterquam principum (ſeu magiſtratuum) & honorum, participes eſſe ipſos, nõ ſapere putare, ueriſimile iudicatum eſt, Spartiatarum prudentes, ſi putant ſe tutò uerſari in ciuitate cũ his habitantes, in quos grauiſsimè deliquerint.

καταδουλωσαμένων) Scilicet τῶν Λακεδαιμονίων: τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ſcilicet τῶν περιοίκων: & animos eorum ſpiritusq; liberiores ita cõpreſſerint, ut nihilo eſſent quàm famuli, animoſiores. καταδουλωσαμένων αὐτῶν etiam coniungi poteſt, pro καταδουλωθέντων αὐτῶν τὰς ψυχὰς, pro καταδουλωθεισῶν τῶν ψυχῶν αὐτῶν, oppreſsis eorum animis.

μετὰ δὲ ταῦτα, διελόντες τὸ πλῆθος αὐτῶν, ὡς οἷόν τ' ἦν εἰς ἐλάχιστον τόπον κατῴκισαν, μικροὺς καὶ πολλοὺς) Poſtea, diuiſa inopi multitudine, humiles & multos, in loco quàm fieri potueris anguſtiſsimo, conſidère coactos: qui quidẽ talibus nominibus appellentur, ac ſi ciuitates incolerent, ſed reuera minus autoritatis & opũ habeãt, quàm agricolæ ſeu pagi noſtrates.

τῶν δήμων τῶν παρ' ἡμῖν) Athenienſes in φυλὰς fuiſſe diſtributos, & ἀπὸ τῶν δήμων cognominatos, & cur id factum ſit, in uita Iſocratis indicauimus.

κατ' ἄνδρα ἠνάγκαζον συμπαρατάττεσθαι) Reliqui cogebantur Spartanorum παραστάται, uelut armigeri aut ſatellites eſſe.

ἐνίους ἠξίουν προτάττειν) Quoſdam deligebãt ut ſtatuerent antè, id eſt, in prima acie.

ἐάν τί που δέωσιν αὐτοὺς ἐκπέμψαι) δέωσιν participium, pro ἐδέησεν ἂν αὐτοὶ, ſcilicet οἱ Σπαρτιᾶται ἐκπέμψωσι.

ἐν τοῖς πᾶσι καιροῖς) πᾶσι, non tum duntaxat, ſed quouis tempore.

περὶ τῆς οἰκειότητος) Scilicet τὴν Σπαρτιατῶν πρὸς τοὺς περιοίκους αὐτῶν. ſed ὠμότητος malim, ut aliàs dixi.

καὶ πολλῶν αἰτίας) Quæ prælia ut uictis ingentia mala, ſic uictoribus emolumenta plurima pepererunt.

τοῖς ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, μὴ τῆς) τὸ τῆς ἀρετῆς uocabulum πολύσημον eſt, neq; tantum ἕξιν προαιρετικὴν, ut apud Ariſtotelem, ſignificat, ſed in ſpecie τὴν ἀνδρείαν, τὴν δεξιότητα περὶ τοὺς ἄθλους, καὶ εὐδοξίαν, καὶ εὐδαιμονίαν, ὅ ἐστι τὴν εὐθηνίαν τοῦ βίου: id eſt, fortitudinem, dexteritatem in certaminibus, famæ celebritatem, fœlicitatem, ſucceſſum, & incrementa rei familiaris. Ideo diſtinguit Iſocrates, de qua uirtute loquatur.

τῆς ὑπὸ παντὸς τοῦ γένους) A' toto genere, id eſt, ὑπὸ πάντων τῶν ὁμοφύλων, ab omnibus Græcis.

δῆλοι δ' ἦσαν οὕτως ἔχοντες) Manifeſti erãt ſic habẽtes. pro, δῆλον ἦν αὐτοὺς οὕτως ἔχειν: Perſpicuum erat eos ita eſſe affectos.

τῶν οὐκ ἀπορούντων καὶ τῶν ἄλλων βουλομένων) Inopum & aliorum uolentium. βουλομένων, id eſt, quos non inopia cogebat, ſed animi propenſio inducebat, ut nouas ſedes quærerent.

καὶ τὰς μάχας τὰς ἀξίας μνημονευθῆναι, καὶ ἐπαινεθῆναι τοὺς ἡγεμόνας ἡμῶν) Sic ordino uerba, καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἡμῶν, ſcilicet ἀξίους, ἐπαινεθῆναι. & duces noſtros, de quibus dicere operæpretium fuerit.

ἱκανὰ γὰρ ἴσως ταῦτ' εἰπεῖν πρὸς ἃ περὶ τῶν ἐναντίων εἰρήκαμεν) Pro πρὸς ἐκεῖνα ἅ, Ea quæ de aduerſarijs (intelligit autem æmulos Athenienſium Lacedæmonios) diximus.

οἱ καταφυγόντες ὑπὸ Δαρείου) Datis & Artaphernes, cum ſexcentis millibus Perſarum, qui à X.M. Athenienſibus & mille Platæẽſibus, Miltiade duce in Marathonio campo uicti ſunt.

οὐκ ἐξέστησαν αὐτῶν) Id eſt, οὐ διεφθάρησαν τὴν φρόνησιν, ut ipſe mox interpretatur.

τῆς δὲ χρησίμης πᾶσι) Scilicet τῆς σωφροσύνης, quæ Græcis uox aliquãto ſignificãtior eſt, quàm Latinis modeſtia, moderatio, ſobrietas, uel temperantia. Videtur enim ſimul complecti ſapientiam.

ſeu

ſeu prudentiam, & pro illa non raró poni.

οὓς δ' ἐπιτιμᾶν δέον, εὐλογεῖς αὐτοὺς) Obſerua pleonaſmum relatiui.

πλεῖστον ἀπέχουσι τῶν βαρβάρων) Id eſt, πολλῷ πλεῖον. hoc alioqui ab imperito græcæ linguæ intelligi poſſet, quaſi Lacedæmonij numerentur inter Barbaros.

ἀλλ' ἔλεγον, ὅτι σὺ μὲν ἐπαινοίης τοὺς λόγους, ἐμὲ λέγων) Quia σὺ in oratione μιμητικῇ ambiguum eſt ad quem referatur, ideo addidit, ἐμὲ λέγων, me alloquens, me Iſocratem cõpellans.

ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων αὐτονομίας) αὐτονομίας hic pro licentia quiduis agendi pro libidine, poſuiſſe uidetur. eam αὐτονομίας Iſocrates ſuprà κλοπίας nominauit.

ἔφασκον κατηγορίαν ἔχειν) Dicebã me accuſationẽ habere, poſſe á me accuſari Spartiatas.

καίτοι οὐ τὸ τὴν μὲν φύσιν ἔχειν ἕκαστον τῶν ὄντων ἐναντίαν αὑτῷ, καὶ μὴ τὴν αὐτὴν, οὐκ εὔλογόν ἐστι. τὸ δὲ μηδὲν τῶν αὐτῶν συμβαίνειν τοῖς ὀρθῶς καὶ δικαίως πράττουσι, καὶ τοῖς ἀσελγῶς καὶ κακῶς, ποῖον τῶν ὀρθῶς λογιζομένων, οὐκ ἀπεικότως τοιοῦτα γίγνεσθαι δόξειεν. Enimuero non naturam quidem habere unumquanque rem contrariam ſibi ipſi, & non eandem, non conſentaneum eſt: nihil uero ſimile accidere rectè & iuſtè agentibus, & petulanter ac male, aliquibus rectè conſiderantibus, non abſurdè hæc fieri uidebuntur) Obſcuriora hæc ſunt, propter negationũ multitudinem. Videtur autem talis eſſe ferè argumentandi forma, qualis illa Ciceronis eſt in Miloniana, cum inquit: Eſt eſt profectò illa uis animis, neq; in his corporibus atq; in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddam quod uigeat & ſentiat, & non eſt in hoc tanto naturæ tam præclaro motu, &c. Sed οὐκ ἀπεικότως, idem eſt quod εἰκότως affirmatiuum. ideo legendum puto, οὐκ ἂν εἰκότως. Sic igitur interpretor: οὐ οὐκ εὔλογόν ἐστιν, id eſt, ἄλογόν ἐστι: abſurdum eſt: ut idem ſit ſibi ipſi contrarium: Conſentaneum rationi eſt, ut diuerſa facta diuerſos euentus habeant. Si cui uerò ἀπεικότως legere placet, is cogitet, pro καίτοι οὐ τὸ τὴν μὲν φύσιν, legendum, καίτοι τὸ τὴν μὲν, negatione οὐ omiſſa, aut neglecta tanquam ſuperuacanea. Alter enim hic locus explicari poſſe non uidetur. Ego primùm Græcam figuram imitatus, ſic uerteram: Neq; uerò cum ratione haud cõſentit, ſingulas res naturam ſibi ipſis contrariam, nec eandem habere: prorſus uerò diuerſa uſuuenire his qui rectè & iuſte agunt, & illis qui libidinoſe uiuunt, ac turpiter: quiſquam eſt qui rectè cogitarit, ac iure ita fieri non exiſtimet, &c. Sed poſtea conſultius uiſum eſt, ut apertius aliquanto redderem, quod obſcurius uidebatur. Sententia eſt: Eandem eſſe naturam earundem rerum, ſed diuerſos earum effectus, pro eo ac homines ipſis uel bene uel male utantur. & tamen Iſocrates eò etiam reſpicere uidetur, ut ſubindicet, iniurijs & malefactis pœnas, uirtuti & probitati præmia eſſe conſtituta: & uel dehortari á uitijs, ad uirtutẽ allicere: uel innuere, haud iniuria male agi cũ Lacedæmonijs, eorũq; callidis aucupijs pœnas minitari.

καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν τὴν δύναμιν) Reliquarum uirtutum uim inſitam. Quæ eſt illa? Sapientia non ſibi conſulit, ſed illi in cuius animo ſedem fixerit. Eſt argutum inuentum.

ταῦτ' εἰπὼν, κατέσχον πρὸς ὃν τοὺς λόγους ἐποιούμην) His dictis, eum ad quem uerba faciebam, compeſcui. ἔπαυσα τοῦ ἀντιλέγειν ἐμοὶ καὶ τοῦ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν Σπαρτιατῶν. Effeci ne mihi aduerſari pergeret, ac ut deſineret defendere Spartanos. Niſi fortè ſubintelligere placeat uerbũ λέγειν, Deſij cũ eo diſſerere ad quem uerba faciebam.

συνεσταλμένην ἔχων τὴν διάνοιαν) Cõtractam habens mentem: id eſt, modeſtam, non arrogantem, & efferentem ſeſe.

πρὶν ὑποβαλεῖν τῷ παιδὶ τὸν λόγον) Priuſquam ſubieci puero orationem. ὑποβάλλειν, dictare hic, ut puto, ſignificat: id eſt, pronunciare quod ſcribat puer.

ἐπαινούμενός τε λίαν καὶ τεθορυβημένος) θορυβεῖν inter alia etiam plaudere, uel applaudere ſignificat. ut in huius Orationis initio, τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκάζουσιν. θορυβεῖσθαι igitur paſſiua ſignificatione orator uel oratio dicitur, cum plauſum excitat, cum auditoribus non tantum approbationem, ſed applauſum etiam extorquet. Sic Ariſtoteles primo Rhetoricorum, καὶ πιθανοὶ μὲν οὐχ ἧττον οἱ λόγοι, οἱ διὰ τῶν παραδειγμάτων, θορυβοῦνται δὲ μᾶλλον οἱ ἐνθυμηματικοὶ, maiorem applauſum excitant.

σιωπὴν ποιησάμενος) Vel cum ipſe aliquãdiu ſiluiſſet: uel, cum reliquos tacere iuſsiſſet.

ποιήσασθαι τήν τε παράδοσιν τὴν ἡμετέραν) παράδοσιν, ἄγραφον διδασκαλίαν Phauorinus interpretatur: id eſt, doctrinam non ſcriptam, ſeu per manus traditam. Quare neſcio quid per παράδοσιν hic ſignificet ille φιλολάκων, niſi fortè illa quæ ipſe in laudem Lacedæmoniorũ dixit, innuat. Sed ſi (ut diuino) παράκλησιν legitur, plana eſt ſententia.

καὶ σὺ μενεῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς) Et tu manſurus

ſis in

ſis in iiſdem, ſcilicet τοῖς μυθώδεσι, καὶ τεθρυλλημένοις, ἢ ὡμολογημένοις, uel potius οἷς προείλου. Id eſt, Nihilominus id cōſequêris quod uoluiſti.

ἐν ἅπασιν ἐλαττοῦσθαι τοῖς πράγμασι) ἐλαττοῦσθαι aliás eſt λείπεσθαι, poſteriorē eſſe, ſeu deteriore cōditione eſſe, diminui. quod ſi hic etiā ſic exponas, erit ſententia, impoſtores in omnibus rebus eſſe deteriore conditione, quia nemo eis fidem habeat, ac propterea contemni & egere neceſſe ſit. Accipi tamen poſſe uidetur etiam pro minoris fieri, nihil autoritatis habere, cōtemptos & abiectos eſſe. Nam quantum impoſtura ualeat, & calliditas (quanquam illa rarò diuturna ſunt) mercatorum & cauſidicorum emolumenta declarant. Sed ſi legas, οὐχ ἡγοῦνται πλεονεκτικούς, ἀλλ᾽ οὐ δικαίους: expones, Illos nō inter eos numerent, qui præſtare aliis ſtudeāt, ſed inter iniuſtos.

εἰ μὲν οὖν ἡγούμην ἀφέξεσθαί σε τῶν εἰρημένων) Ambiguum eſt, utrum hic Philolacon de ſua antehabita, uel mox habenda oratione, an de Iſocratis oratione dicat.

οὐδὲν οἶμαί σοι μελήσει) Sic etiam Latini uerbis, opinor, arbitror, puto, &c. indicatiuos ſubiiciunt: Nihil, opinor, tibi curæ erit: pro, curæ fore, μελήσειν.

ἀποδοκιμάζειν περὶ αὐτῆς) Pro περὶ αὐτῶν, ſcilicet τὸ ἀποφαίνεσθαι ἡμᾶς. Eſt, ut arbitror, ἑτέρωσις numeri.

ὅτι δὲ πελαλόμενος, &c. ὧν οὐδὲν ἐξετάζειν τὰς μὲν φύσεις ζητεῖν τὸν τρόπον ἔχειν, &c. Prolixa periodus eſt, ac proinde intricatior: quam ego incidi, ut planior fieret. Sic autem ordino uerba: ὧν οὐδὲν φύσεις ζητεῖν τὸν τρόπον ἔχειν, ὡς ἐβουλεύσωσι περὶ αὐτῆς, ἐξετάζειν τολμῶ. Pro ἐξετάζοντός μου, Attica conſtructione.

καὶ τὸ τιμᾶς ἀποστερεῖν τοὺς ἡγουμένους αὐτὴν τοὺς κρίνοντας, καὶ πράγματα σφίσιν αὐτοῖς παρέχοντας) Conſtructio uidetur eſſe ἀνακόλουθος, è qua ego certi nihil colligere poſſum. ſed ariolor, eum hoc uelle: Si qui difficile aliquid et artificioſe confectū, magna diligētia & labore adhibito, per ſe intellexerint, id magnifacere, idéq; contemnere, ſi per alium ſublata ſit omnis obſcuritas. Explicatio igitur artificij populo grata, eruditis inuiſa eſt.

ἢν λάβωσι τὸν ἀναγνωσόμενον) Fortaſsis ἀναγνώστην intelligit: Si quem nacti fuerint, qui legat hanc orationem. Vel τὸν ἀναγνωσόμενον λόγον, orationem legendam: καὶ χρόνον ὥστε συνδιασκέψασθαι σφίσιν αὐτοῖς, & tempus ut tacitæ cogitationi apud ſemetipſos immorentur, ut totam orationem diligenter perpendere poſsint.

καὶ τῶν ἐπαίνων αἰσθήσεσθαι τῶν μετ᾽ ἀποδείξεως εἰρημένων) Laudes ſenſuros cum demonſtratione dictas. μετ᾽ ἀποδείξεως, & εἰκῆ, τοῖς πράγμασι contraria ſunt.

συναγαγόντα ἁπάσας αὐτὰς καθ᾽ αὐτὰς καὶ θέντα παρ᾽ ἀλλήλας) Cōgregatas uel collectas in unum per ſeſe, & iuxta ſe mutuò poſitas, uel comparatas cum factis Athenienſium. Vel, ſeorſim collectus omnibus, & ordine collocatis. Relinquo lectori iudicium, ego mihi nondum ſatisfacio. καθ᾽ αὐτὰς fortaſſe refertur ad eas res geſtas Laconum, quæ pagella antepenultima continētur, ab hoc loco: πρῶτον μὲν ὅτι Δωριεῖς, &c.

δοκεῖς γάρ μοι ζῶν μὲν, &c. τελευτήσαντα δὲ τὸν βίον) Obſerua mutationem caſuum. δοκεῖς ζῶν, legitima eſt conſtructio: τελευτήσαντα, requirit δοκεῖ σε.

τὸ μὲν γὰρ ἀναμιμνήσκεσθαι καθ᾽ ἕκαστον τῶν εἰρημένων) Singilatim redigere in memoriam quæ dicta ſunt. καθ᾽ ἕκαστον, aduerbialiter ponitur.

οὐχ ὁμοίως δὲ διελέγοντο περὶ τούτων τοῖς ἀφοσιουμένοις) ἀφοσιοῦσθαι, τῆς ὁσίας ἕνεκά τι ποιεῖν. id eſt, aliquid agere non tā ex animo, quàm ut ne officium neglexiſſe uidearis. Non negligenter & perfunctoriè de his diſſerebant.

οὕτως δ᾽ ἔχων, ὡς ἴσως ἂν εἴποιέν τινες ἐτόλμησεν) Id eſt, διεφθαρμένος ἢ παντάπασι μωρὸς ὢν. ἐπείσθην γεγονώς, etc. Nam τί δ᾽, &c. per parentheſin interponitur.

καὶ τὴν ἄλλων ἀπαιδευτοτέρους) Perplexa & intricata uidetur hæc periodus, non diligenter cogitanti. Quare propter imperitiores uerba digeram in ordinem: καὶ βουλόμενος ἐπαινέσαι τὴν ἀκροατὴν τούς τε ἀποδεξαμένους τὸν λόγον τοῦτον (pro τοὺς ἀκροατὰς τοὺς ἀποδεξαμένους) καὶ τὴν ἀκροατὴν τοὺς νομίζοντας (pro τοὺς ἀκροατὰς τοὺς νομίζοντας) τοὺς δὲ διδασκαλικοὺς ἢ τοὺς τεχνικοὺς τῶν γεγραμμένων, πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ τοὺς ἀγῶνας: εἶναι ἀπαιδευτοτέρους καὶ φιλοσοφωτέρους τῶν ἄλλων, καὶ (ſcilicet ἐπαινέσαι βουλόμενος τοὺς νομίζοντας) τοὺς στοχαζομένους τῆς ἀληθείας (ſcilicet εἶναι φιλοσοφωτέρους, &c.) τῶν ζητούντων παρακρούεσθαι τὰς δόξας τῶν ἀκροωμένων, καὶ τοὺς, &c. Primum proponit ſe hæc commemorare, non impetrandæ ueniæ gratia. Deinde ſubiicit cauſas cur recitet. 1 Vt oſtendat quid ſibi uſuuenerit. 2 Vt laudet approbatores huius orationis. 3 Vt laudet eos qui rectè iudicent de ſcriptoribus orationum demonſtratiui generis, eosq; cæteris præferendos putēt. 4 Vt laudet eos qui magis probant ueritatis quàm porten-

portentorum ſtudioſos oratores. 5 Vt laudet eos qui magis probant reprehenſores uitiorum, quàm aſſectatores. 6. Vt moneat peruerſe iudicātes, etc.

οἱ διδασκαλικοὶ καὶ τεχνικοὶ τῶν γεγραμμένων πρὸς τὰς ἐπιδείξεις) *Qui docere, ac artificioſe tradere, ſeu iudicare poſſunt demonſtratiui generis orationes.* τοὺς ἀγῶνας *(multiplex enim uocabuli uſus eſt) hic intelligo non de forenſibus certaminibus, ſed de ludis Græcorum, in quibus etiam eloquentiæ certamina proponebantur.*

τῶν γὰρ οὕτω διακειμένων διανοίᾳ οὐκ ἔστιν ὅπως ἄν τις τοὺς τοιούτους ἀνοήτους εἶναι νομίσειεν) οὕτω διακεῖσθαι διανοίᾳ, *accipio pro* οὕτω διανοεῖσθαι καὶ φρονεῖν, *hoc animo eſſe, ita ſentire: ſicut dicunt,* εὖ ἥκειν φρενῶν, *pro* καλῶς φρονεῖν. *Verto igitur: Nec enim quiſquam tanta ingenij acie præditus, id eſt, qui iudicare poteſt de orationibus, iſtos (ſcilicet, qui non temerè iudicant, ſed ſua ingenia peritiorum iudicijs ſubmittunt) ſtolidos eſſe putabit. In ſumma, indoctos & imperitos monet, ne ſibi cenſuram arrogent, ſed doctioribus & peritioribus aſſentiātur. Alioqui eos apud doctos pro ſtultis & temerarijs habitum iri.*

ANNOTATIONES IN Archidamum.

In Argumentum.

Μετὰ τὰ Λευκτρικά) *Leuctra Bœotiæ oppidum, ubi Thebani Lacedæmonios graui prælio ſuperatos, imperio ſpoliarunt.*

μὴ καὶ δεύτερον ὑμᾶς) *Simile quiddam narrat Iuſtinus 1. lib. de uxoribus Perſarum.*

τῶν ἀθλιωτάτων ἱππέων) *Vide Xenophontem rerum Græcarum lib. 6.*

Μαντινείᾳ) *Arcadiæ oppidum, ad quod Epaminondas occubuit.*

κατὰ διαφθορὰν τοῦ ὑστέρου, καὶ λεγομένου ὄχου) *Iuſtinus aliter libro 10.*

στάσις δὲ τῷ λόγῳ πραγματική) πραγματικὴν στάσιν, *negocialem ſtatum interpretantur, quem Cicero definit, conſtitutionem in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate ſit, conſideratur, cui diligentiæ præeſſe apud nos iureſconſulti creduntur. Sed hic* στάσις πραγματικὴ *nihil aliud eſſe uidetur, quàm finem orationis eſſe* πρᾶξιν, *id eſt actionem. In Philippica ſubijcit hanc rationē,* συμβουλεύει γάρ, *id eſt, dat enim cōſilium. Notum autem eſt, conſilia dari, non cognoſcendi aut ſciendi, ſed utendi agendiq; gratia. Quare* τὸ πραγματικὸν, ἢ πρακτικὸν *ſic accipio, ut* τῷ θεωρητικῷ *opponatur.*

ARGVMENTVM ARCHIdami, per Hieronymum Vuolfium.

Genus orationis deliberatiuum eſt. Propoſitio: Non eſt ex mandato Thebanorum inſtauranda Meſſena, nec libertate donanda. Confirmatio: Primum, Iniuſtum eſt nobis eripi eam urbem, quam maiores noſtri tot ſeculis iuſto titulo poſſeſſam, nobis reliquerunt. Deinde, reſpublica noſtra plurimum detrimenti capiet, ſi potentem & infeſtam urbem uicinam habuerimus. Deniq; nota turpiſsima nomini Spartano inuretur, ſi hoſtium imperata, iniuſta præſertim, fæcerimus. Obiectio: At noſtra ciuitas exhauſta & afflicta, florentiſsimis hoſtium opibus reſiſtere non poterit. Confutatio: 1. Neq; hoſtes extra omne periculum poſiti, uſq; adeò florent: neq; nos extrema neceſsitate circumuenti, aut ſpe omni deſtituti ſumus. 2 Etiamſi paruerimus hoſti, nihilo melius nobiſcum agetur, & pax æquè infirma & incerta erit. 3 Extrema potius omnia perpetienda ſunt, quàm cū dedecore & ignominia, de iure noſtro, dum tuendæ libertatis facultas ulla ſupereſt, quicquam concedendum. Exordium ab occupatione ducitur, qua beneuolentiam ab anteactæ uitæ modeſtia, & à cauſa præſentis orationis habēdæ captat: & autoritatem ætati ſuæ conciliat, temeritatis & impudentiæ opinione refutata.

ἡγοῦμαι δὲ εἰ καὶ) *Sententia eſt: Cum Archidami periculo res potiſsimum agēda ſit (erat enim regius iuuenis) ipſi licet adoleſcenti, non uitio uertendam ſententiæ dictionem. Proponit autem uerecunde, quia maxima ſenum fuit apud Lacedæmonios autoritas & ueneratio: ac turpe habebatur, ſi adoleſcentes ſenioribus dicendo uellent anteuertere, aut præferri. Memineris* εἰ καὶ *non tametſi exponendum, ſed, ſi etiam.* τηλικοῦτος, *id eſt,* τοὺς νέους, *hoc loco antecedens periodi abſoluit.* τούτοις προσήκει *coniunge, non,* συμβουλεύειν τούτοις.

τὴν ἰδίαν τοῦ βίου τάξιν διαφυλάττων) *Fungens officio, nihil quod dedeceat committens. Argumentatur à minori ad maius, in hunc modum: Ego adoleſcens caueo ne quid me indignum committā: quāto magis ciuitati cauendū eſt dedecus?*

ἄλλως τε δὴ καὶ τοῦ γνῶναι) *Id eſt, Cum neq; leges, neq; urbis inſtituta nos à dicenda ſententia prohibeant: ſi cui ita placet. Sed malim* τὸ καθεστηκέναι τι ἐν κοινῷ *exponere, commune eſſe omnibus, nō alicui peculiare. ſicut poſtea dicit, rectum conſilium non eſſe proprium ſenectutis. Si legere*

mauis ὑμῖν (quod ego non probo) exponas, præſertim quum meum conſilium, ueſtrûm neminem impediat, quo minus ipſe meliora decernat.

πῶς οὐκ ἐπ' ἀμφοτέρων) *Qui non? cur non? an non? nonne? Et poſtea, ὑμῖν ἐξῇ, nobis liceat. Ego hæc generaliter & ſine interrogatione de induſtria extuli, ſicut alijs quoq; in locis non ad nimiam uerborum ſeruitutem me aſtrinxi. Quod ideo moneo, ne quis oſcitantiæ tribuat, quod conſilio factum eſt.*

διαμαρτόντες τῆς ἡμετέρας γνώμης) *Si legas τῆς ὑμετέρας, erit, Si noſtra uobis oratio non probabitur. Sed τῆς ἐλπίδος γνώμης ἢ διανοίας διαμαρτάνειν ἢ διαψεύδεσθαι, nihil aliud eſt quàm falli, errare, hallucinari, decipi, ſpe & expectatione ſua fruſtrari.*

βουλευσόμενος συνελήλυθα) *Scilicet ὑμῖν, uobiſcum congreſſus ſum, huc in medium prodij.*

τρόπαιον) *Monumenta uictoriæ ſic appellantur. Nam quo in loco terga uerterant hoſtes, ibi à uictorib. ſtatuæ, pilæ, aut columnæ, uel alia quædam ſigna cum inſcriptionibus erigebantur.*

τοῖς μὴ δὲ ἀνανδρως, ἀλλὰ καὶ) *Saltem non effœminatè, ſed. Obſerua particulas haſce.*

πολὺ πλείονα χρόνον ζῆν τοῦ πεπρωμένου) *Excedere uſitatum terminum, ſeu ſpacium humanæ uitæ, uel diutius uiuere quam mihi in fatis eſt.*

γεγονὼς μὲν ἀφ' ἡρακλέους, τοῦ δὲ πατρὸς βασιλεύοντος) *πατρὸς referri poteſt ad γεγονὼς, natus rege patre. uel abſolutè: Cũ pater meus Ageſilaus, qui res maximas geſſit, adhuc regnet.*

τοὺς οἰκέτας) *Sic per contemptum Meſſenios uocat.*

καθ' σφᾶς αὐτοὺς) *Per ſeſe, ſuapte autoritate, etiam uobis non conſentientibus.*

ἐγὼ δὲ οὐ τοσοῦτον χαλεπώτερον) *Ego figuram græcam retinui. Sic autem fortaſſe commodius uerteretur: Ego uero id adeò non puto pertimeſcendum, ut exiſtimem, ſi ab iſtorum ope deſtituti, nos defenderimus, periculum non fore multo grauius, ſed honori & ſplendori nominis noſtri, plurimum celebritatis apud uniuerſum mortaliũ genus acceſſurum.*

πλουτίζοντος δ' εὐρυσθέως) *Euryſtheus Rex Argiuorum, qui Herculem uarijs laboribus & certaminibus exercuit, & ipſius liberos, ipſo mortuo, perſecutus eſt. Dorienſes populi Græciæ iuxta Maliacum ſinum. eſt autem Malea Laconiæ promontorium.*

σκοπούμενοι δὲ τὴν μαντείαν) *Participia γινόμενοι, καταδουλωθεῖσαν, ἀνάστατον λειφθεῖσαν, pendent à uerbo εὑρίσκον, & ſunt ſingulis αἱ πολυγίαι additæ, unde periodus fit aliquanto prolixior. Sententia eſt: Tres Peloponneſi ciuitates Herculidarum ſunt. 1 Argos, iure propinquitatis. 2 Sparta, ex merito Herculis, & donatione Tyndarei. 3 Meſſana, belli iure.*

περσειδῶν) *Perſeus Iouis ex Danae filius, rex Argiuorum.*

ἐκ τῆς ἐρυθείας) *Erythea inſula maris Gaditani circa Hiſpaniam, cuius rex Geryones tricorpor fuiſſe à poetis fingitur, ob ſummam cum duobus fratribus concordiam.*

διὰ τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς τοὺς παῖδας) *Ob cognationem cum liberis ſuis. Eſt iſtius cognationis cauſa Iouis adulterium, qui ex Amphitryonis Alcmena Herculẽ, è Leda uxore Tyndarei Helenam Caſtorem & Pollucem ſuſcepit: ſi quæ poetæ mentiuntur, uera ſunt.*

τὴν μὲν ἰδίαν χώραν εἰς τὸ κοινὸν ἔδοσαν) *Loquitur de conditionibus expeditionis, & de re gerenda, nondum geſta.*

οἰκιστὴν) *Non quòd condiderit, ſed quia occupauerat.*

χωρίον μικρὸν καταλαβὼν ὁ βοηθήσαι ἐνθένδε μεταπεμψάμενος) *Caſtello paruo occupato, & auxilio hinc accerſito. ἐνθένδε perinde ſonat, ac ſi de Sparta loquatur. Sed exiſtimo eſſe enallagẽ, ἐνθένδε pro ἐκεῖθεν, id eſt ex eo caſtello. Fit tamen in Panegyrico mẽtio Amyntæ, quod is à Lacedæmonijs fuerit ad regnum ſtabiliẽdum adiutus.*

ὧν ἡμεῖς δεδοίκαμεν, μὴ τἀναντία πράττοντες φανῶμεν) *Quorum nos metuimus ne contraria agentes uideamur. τἀναντία πράττειν, non ſignificat hoc in loco, aduerſa fortuna uti, ſed diuerſa agere: hoc eſt, ut mox ſequitur, Tranquillis rebus pacem, turbulentis bellum fugere. ἐρωτεία obiurgatoria eſt, hoc ſenſu: Ita præpoſterè agitis, ut quæ laudi uobis ſunt, tanquam infamiam fugiatis, & dedecus pro laude expetatis.*

τίνας δὲ τῶν περιεστηκότων ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τούτων ἀπειλῶν καὶ ποιεῖσθαι μνείαν ἄξιόν ἐστι, &c.) *Quos uero circumſtãtium nos è uiris talibus minarum ſaltem facere mentionem dignum eſt? τίνα μνείαν etiam coniungi poſſet. Eſt' ne ſaltem facienda mentio? Senſus eſt: Lacedæmonios male audituros ob timiditatem & ignauiam, ſi minas Thebanarum expauerint, & breui calamitate uicti, iugum hoſtium receperint.*

ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπ' ἐκείνοις θαῤῥεῖν) *Sed multo magis propter illa (uel illos) confidere. ἐπ' ἐκείνοις intelligi poteſt, τοῖς πολεμίοις, uel πράγμασι. id eſt, propter hoſtes, uel, propter res illas.*

res illas. et mox, ἀμφισβητοῦντας ἢ πρὸς ἡμᾶς πολεμοῦντας) Vel deeſſe, uel ſubintelligendum puto μᾶλλον, id eſt magis, uel potius.

τοὺς ἐχθροὺς τοιαῦτα βουλεύσεσθαι καὶ πράξειν, οἷς ἂν ἐπανορθώσουσιν ἡμᾶς) Hoſtes talia deliberaturos & acturos, quibus corrigent (uel, erigent) nos. Hæc intelligi poſſunt uel de temeritate, uel clementia & moderatione Thebanorum.

τοὺς δ' εἰς ἤπειρον) ἤπειρος aliàs ſignificat regionem Epirum, quam Albaniam hodie dicunt: aliàs Inſulæ opponitur. Sæpe etiam pro Aſia accipitur: ſed tum plerunq; articulus addi ſolet, τὴν ἤπειρον. Alioqui libenter de Aſianis ciuitatib. intelligerē, de quib. Ageſilaus benemeritus fuerat.

τοιαῦτα ἃ συμπεπραγμένοι) Talia qui conſecerit, talia auxilia cōtraxerit, ita ſe paraueris. alioqui συμπράττεσθαι ſignificas adiutorem eſſe in aliqua re perficienda.

περὶ τοὺς αὐτοὺς δυσχερείας ἡμῖν ἀντιπραττόντας) τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν, uel ἀντιπράττοντας ἡμῖν.

οὐ τοῖς ἡμετέροις, ἀλλὰ μὴ οὐ τοῖς ἐκείνων ποιεῖσθαι τοὺς κινδύνους) In noſtris, nō in ſuis adire pericula. Hic locus me ualde torquet: ac ingenue fateor, me certi nihil habere. Puto tamen hæc referenda eſſe ad Xenophōteam illam ſentētiam, ὅτι τὰ τῶν ἡττωμένων χρήματα τῶν κρατούντων γίνεται: id eſt, uictores eſſe dominos omnium eorum quæ uicti habuerant. & ſic ego liberius initiò reddideram: Citò cogeremus eos, exutos opibus, non iam de ſuis, ſed de noſtris reb. (noſtra enim, ſcilicet erunt, quæ uictis hoſtibus eripuerimus) dimicare. Sed quia nō dubium eſt, quin ſignificet Archidamus, plus periculi fore Thebanis à Lacedæmonijs, q̃ Lacedæmonijs à Thebanis: ideo ſententiæ magis quàm uerborū (quæ certè intricata ſunt) ratione habita, mutaui in hunc modum: Quamprimū eos cogemus, omiſſa cupiditate noſtras poſſeſsiones nobis eripiēdi, de aris & focis defendendis dimicare. ποιεῖσθαι τοὺς κινδύνους, eſt κινδυνεύειν πολεμοῦντα. οὐ τοῖς, pro περὶ τῶν. Quid uero ſi οὐ τοῖς ἡμετέροις ſubintelliges χωρίοις, uel ἀγροῖς? Quāquam enim præſtare uidetur, in hoſtili agro quàm in patria confligere cū hoſtibus, quòd ſemper calamitoſiores ſint, quibus bellum uicinius eſt, noticia tamen & opportunitas locorum ſæpe multum facit ad uictoriam. Si καιροῖς deeſt. ſignificat, Nō faciemus eis pugnādi copiam, niſi cum nobis opportunum fuerit.

ἐκ Φωκαέας) Phocæa Ioniæ urbs, cuius exules Maſsiliam condiderunt. Vide Herodotum libro 1. Strabonem 4.

βασιλέως τοῦ μεγάλου) Sic appellatur à Græcis rex Perſarum, ob potentiæ & imperij amplitudinem.

τῶν δ' ἐνθάδε γνωσθέντων) Pro τὰ δὲ ἐνθάδε γνωσθέντα.

τὴν ὀλυμπίαν) Olympia certamina quinto quoq; anno eſſe celebrata, notum eſt.

ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παρατεταγμένοι) In unò clypeo inſtructa acie. συνασπισμὸν dixerunt, quum ſinguli uiri in phalange unius cubiti ſpaciū obtinuerūt. Vtrū uerò de eo hic loquatur, uel quid aliud ſentiat, neq; certi quicquam inuenire, neque interrogando cognoſcere poſſum. non dubium tamen eſt quin hoc uelit, à Lacedæmonijs longe paucioribus magnas Arcadum copias in fugam eſſe uerſas. utrum uero id factum ſit acta teſtudine (quanquam ea res in oppugnationibus potiſsimū locum habet) an uerò ſic explicatis ordinibus, ut tantum una eſſet Laconum acies, neq; uir uirum ſequeretur, ſed iuxta ſeſe inuicem, in longitudinē porrecti ſtarent: alijs diuinandum relinquo. Sicut & illud Xenophontis, ἐφ' ἑνὸς καὶ ἐπὶ δυοῖν ἄγειν, & alia plura loca, ubi de ueteris militiæ aliarumq; rerum conſuetudinibus apud nos iam obſoletis agitur: quas qui affirmare auſit, certò à ſe intelligi, nemo ferè iam inuenitur.

τὴν ἐν Θυρέαις) Thyreæ in confinio Argiuorum & Lacedæmoniorū ſitæ, ab utriſq; uendicabantur. Herodotus in Clio, hoc eſt libro 1. utrinq; 300 fuiſſe ſcribit.

καὶ ψυχῆς, ἧς οὐκ ἀπολαύσομεν ὀλίγων ἐτῶν πρίασθαι τοιαύτην εὔκλειαν, &c. Et anima, qua non potiemur paucis annis, emere talem celebritatē, &c. Puto ſic ordinanda uerba, ψυχῆς πρίασθαι εὔκλειαν, uita emere gloriam: ἧς. ſcilicet ψυχῆς, qua uita: ἀπολαύσομεν ὀλίγων ἐτῶν, paucis annis fruemur. Negationem οὐκ aut omittendam cēſeo, aut certè extenuandi gratia accedere: ut ſit ſententia, Ne paucis quidem annis. licet etiam ſic ordinare uerba, τὸ ὀλίγων ἐτῶν, & paucis annis, ψυχῆς uitæ, ἧς οὐκ ἀπολαύσομεν quæ amittenda erit (ſiue in hoc bello, ſiue fatali neceſsitate, etiam in pace) πρίασθαι. Sed ut ut uerba ordinentur, facile intelligi poteſt quid uelit Iſocrates.

μεγάλου καιροῦ τιμὴν ἀνταλλάξασθαι) Magnæ occaſionis honorem (uel precium) permutare, uel recipere. Hoc ſentire Iſocratē puto, arripiēdam præſentem opportunitatem defendendæ libertatis, quæ opportunitas facile pauloq; momento amittatur, nō facile autem recuperetur. Aut, τὴν μὲν μεγάλου καιροῦ, eſt nominis immortalitas, præclaris facinoribus parta. καιρὸν autem dicit potius

quàm χρόνον, tum quod nunc occaſio ſit parandi honoris, tum ut antitheton non amittas, quia μικρῦ χρόνυ ſequitur.

ANNOTATIONES IN orationem ad Philippum.

Επὶ τ̃ περὶ τὸν αἰσχίνην) Id eſt, ἐπ' αἰσχίνυ, temporibus Aeſchinis, id eſt, quo tẽpore Aeſchines & Demoſthenes legationem obierunt.

τοιύτῳ δυνατῷ) Id eſt, ὕτω δυνατῷ, tam potenti.

ὑκ ἐπείϑη) Imò in ipſis conatibus huius belli Philippus à Pauſania interfectus eſt. Aelianus ſcribit lib. 13. Iſocratẽ Perſarũ excidij cauſam extitiſſe. Fama enim Panegyricæ orationis Philippũ excitatum, expeditionẽ inſtituiſſe, quam eo mortuo magnus Alexander confecerit.

ὡς πρὸς τοὺς πρώτυς πϱογόνυς) Tanquam ad primos maiores: id eſt, ac ſi fuiſſet ipſi hæreditarium.

ὑ τῦ πρὸς σε ῥηϑηϲομένυ) Inſtituerat Iſocrates (ut mox ipſe indicabit) orationem de Amphipoli: quæ, pace facta, nõ abſoluta fuit. eius orationis ſummam breuiter hic exponit.

περὶ ὑ) Scilicet λόγυ, uel πϱάγματ૭, τῦ περὶ ἀμφιπόλεως.

κτ̃ μικρὸν ὑπαχϑεὶς) Paulatim ſubductus, id eſt, non ſubito & temerario animi impetu, ſed maturo conſilio.

καὶ σὺ μὲν πολεμῶν) Arguta ſunt hæc, & ſi uerba ſpectes, propemodum abſurda. Sic autem accipi debent: Athenienſes dum tenebant Amphipolin, multis cladibus afficiebantur: itaq; præſtabat eam ipſis eripi per Philippum. Deinde, ſi eam tenerent, cogebantur (niſi bellis conflictari mallent) Philippum colere. quod non gratum erat ſuperbo populo, & regibus infenſo.

τῶν λεγομένων ἡμῖν) Pro ὑφ' ἡμῶν, uel τοιύτων ἡμῖν ὄντων τῶν λεγομένων τῇ πόλει.

Διὰ τοὺς ἐν χεῤῥονήσῳ γεωργῦντας) Miltiade duce coloni in Cherroneſum miſſi, Medocum (ut conijcio) illius temporis regem Thraciæ, coluerunt ob conceſſos agros.

ϑαυμάζειν αὐτὸν μᾶλλον τῶν καϑ' ὑπερβολὴν ἐπαινύντων) Eſt ſcõma in æmulos, qui quũ ſcripta Iſocratis calumniarentur, hoc ipſo maleuolentiam ſuam prodebant, quod multa inde ſuffurabantur, ijsq; pro ſuis utebantur. quo ſatis indicabant, ſe aliter ſentire, aliter loqui, ac animo probare, quæ lingua contemnerent.

ἅμα τοῖς πρός σε λεγομένοις καὶ τοῖς) ἅμα καὶ, ſimul, uel unà cum his quæ tibi dicerem, etiã oſtendere.

τὸ μὲν τοῖς πανηγύρεσιν ἐνοχλεῖν) Demoſthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας: Populus eſt turba, res omnium importuniſſima & ſtolidiſſima, ut ambiguus in mari uentus, fortuitò ac temerè concitatus: alius accedit, alius redit, rempublicam uerò nullus curat, imò nec meminit qua de re agatur.

τοῖς ὑπὸ τ̃ σοφιςῶν γεγραμμένοις) Platonis de republica libros fortaſſe intelligit, aut Prodici Ceij, qui idem argumentum ante Platonem tractaſſe fertur.

εἴπερ μέλλυσι προσέξειν αὐτοῖς τὸν νῦν) Si auſcultaturi ſunt ipſis, ſcilicet οἱ ἀκύοντες, auditores. id eſt, ſi non fruſtra nugari uolunt. Magni uiri curant rempublicam, uulgus negligit. Sic intelligere malo, quàm ὑποϑετικῶς, ſi modo aliqui magni uiri non audire ipſos grauentur.

ὑ πρὸς χάριν ἐκλεξάμεν૭) Scilicet διαλεχϑῆναι, uel τὰ πρὸς χάριν.

εἰ καὶ περὶ τ̃ ἄλλων ἀπείρως ἔχυσι) Tametſi non ſint eruditi, ſed à philoſophia alieni.

μάγνητας) Magneſia regio Theſſaliæ finitima. Perrhebæi gens Epirotica. quidam Perrhæbi ſcribunt. Pæonas & Illyrios Vlpianus ait gentes eſſe barbaras, circa Macedoniam. Eadem ferè Demoſthenes Olynthiaca prima recenſet.

πολὺ διεψεῦσϑαι τῆς τ̃ λόγων δυνάμεως) Longe plus eloquentiæ tribuere, quàm ea præſtare poſſit: id eſt, non perſuadere dicendo. διεψεῦσϑαι τῆς αὐτῦ διανοίας, dupliciter intelligi poteſt, (αὐτῦ enim ambiguum eſt, utrum ad Philippum, an ad oratorem referatur) Iſocratem uel ſpe ſua fruſtrari, uel ignorare Philippi animum.

τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις μεταβολῶν) Actionem, ſeu pronunciationem tantum ualere, Demoſthenes indicauit, ut illi primas ſecundas & tertias in eloquentia tribueret.

τῶν καιρῶν δὲ τῆς σπυδῆς τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν) οἱ καιροὶ excitant τὴν σπυδήν. ut ſi quis ſuadeat, quomodo hoſtibus iam aduentantibus ſit reſiſtendum, is longe attentiores auditores habebit, quàm ſi Demoſthenis orationem περὶ ςεφάνυ recitaret.

τὰς δυσχερείας τὰς περὶ τοὺς σοφιςὰς) Artificium actionis, ſeu pronunciationis intelligo, in quo neglecto multum eſt incommodi.

φιλοσοφίας ἧς ἐν σὺ μετέσχηκέναι) Philippus Thebanis obſes datus, unà cũ Epaminõda præceptore philoſopho Pythagorico uſus fuiſſe ſcribitur.

ἡρακλεῖ

ἡρακλεῖ) τῷ ἀρχηγῷ τοῦ γένους φιλίππου.

κοινὰ θεῖναι) Communia ponere: id eſt, imbecillitati humani generis imputare. Plinius: Qui uitia odit, homines odit.

τοῖς ἰδίᾳ μαχομένοις) Priuatim pugnantibus, & ſingulari certamine congreſſis.

οὓς οἱ διαλυσάμενοι) Quæ qui depoſuerint, qui pacem inter ſe conciliari ſiuerint. Diſcordia ſit carior concordia.

τὸ πρὸς ξέρξην) Quod de amicitia Laconum & Athenienſium cum Xerxe ſcribit, ad eius poſteros & ſucceſſores puto referēdum. Iſocrates enim præſenti cauſæ ſeruiens, ſæpe non dubitat hiſtorias nonnihil immutare: aut certe alios autores habuit quàm nos.

τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς) Aliorum calamitates. id eſt, nos à Thebanis & Lacedæmonijs longe plura mala paſſi ſumus quàm alij. Malim tamen actiuè intelligere, Mala quæ alij nobis dederūt. & fortaſſe legendum, τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων, ſcilicet γεγονημένας.

διοικίσαι τὰς πόλεις) Gubernare ciuitates, id eſt, libertatē eis eripere. Quid ſi διοικίσαι leges à διοικίζω, id eſt diſſipo, habitatores diſpergo. Sicut in Oratione περὶ εἰρήνης de Lacedæmonijs dicit, μαντινέας διῴκισαν. pro quo in Panegyrico, τὴν δὲ μαντινέων πόλιν, εἰρήνης γεγενημένης, ἀνάστατον ἐποίησαν.

οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ) Non multum tempus ex quo: id eſt, quum non ita olim, uel, paulo antè Græcis imperarint.

διαλυσάμενοι τὰ πρὸς φωκέας) Pace facta cum Phocēſibus. Loquitur de ſacro bello, quod copioſe deſcribitur à Diodoro lib. 16. & apud Iuſtinum lib. 8.

ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἑλλήνων) À multitudine Græcorum, id eſt, à pleriſq; Græcis, à maxima Græcorū parte. ſic ſuprà, τὸ δ' ἑλληνικῶν πλήθους κύριος γέγονεν: id eſt, τῶν πλείστων ἑλληνικῶν. τῶν πλείστων ἑλλήνων.

οὐκ ἔφθησαν κρατήσαντες, καὶ ἀμελήσαντες) Id eſt, ἐπειδὴ ταχίστα ἐκράτησαν, &c. ταχὺ τούτων ἠμέλησαν καὶ, &c.

τῶν χρημάτων τῶν ἐν δελφοῖς) Phocenſes quum premerentur à Thebanis, Delphicum templum opulentiſſimum ſpoliarunt, ut cōductitijs militibus hoſtium uiolentiam propulſarent.

τοὺς ἐνδοξοτάτους, &c. ἀπολλύουσι) Ambiguum eſt uerbum, utrum præſtātiſſimi uiri in acie cadant: an ab ipſis Thebanis, confictis criminibus quibuſdam, occidantur.

ὅτι ταῦτα διοικήσεις) Id eſt, ὡς ὁμόνοιαν ἀ-ξεις τὰς στασιαζούσας πόλεις. Sed longe aliter Philippus egit: Phocenſes euertit, poſtea Græcos cōtra ſe à Demoſthene cōcitatos, ad Chæroneam uicit, & tum demum bellum contra Barbaros apparauit. Vidit fortaſſe Græcorum pertinaciam perſuaderi non poſſe, eos autem inter ſe diſſidētes uinci & cogi poſſe. Idem hoc tempore noſtræ Germaniæ ſtatus eſt. atq; utinam bella iam tandem ad Barbaros transferantur.

ὥσθ' ἡμᾶς μὴ παθεῖν ἃ πάντες ἴσασι) Lacedæmonij Alcibiadis ſuaſu Deceleā Atticæ oppidū muniuerūt, & ex eo ipſos acerrimè infeſtarūt.

ἀντίστροφα τούτων) ἴσα, ὅμοια, ſimilia his: quod quidem ad euētum calamitatis attinebat. ſed ratio rei gerendæ diſſimilis, aliudq; propoſitū Cononis fuit. Ego igitur liberius uerti, ſed ſine detrimento ſententiæ.

πυνθάνονται περὶ σφῶν αὐτῶν ἐν οἷς εἰσι) Sciſcitentur de ſemetipſis in quibus ſunt. id eſt, te tanquā principē & dominū agnoſcant, qui pro tuo arbitratu ipſis uel benefacere uel nocere poſſis.

οἱ τῆς ἀμφικτυονίας) Amphictyones dicebātur Græcorum communes iudices. qui ad Thermopylas conueniebant. Iudiciū ferè ſimile fuit Spirenſi Cameræ (ut uocant) iudicio.

μεγαλόπολις) Megalopolis Arcadiæ urbs; à magnitudine μεγάλη πόλις appellata.

ὑπὸ λόγῳ καταστρεφόμενοι) καταστρέφεσθαι eſt καταδουλοῦσθαι, ſubigere, in ſeruitutem redigere. Feſtiuè & ſalſe dictum, uerbis omnia celeriter ſubuertere, uel expugnare: ut Demoſthenes ψηφίσμασι πολεμεῖν, id eſt, ſenatuſconſultis belligerari Athenienſes dicit. Innuit etiam Iſocrates, facilius hæc dici, quàm poſſe fieri. ac tacitè Philippum à talibus conatibus deterret.

τοὺς τὴν αὐτῶν κακῶν ἐπιθυμοῦντας) Id eſt, τοὺς τὸν πόλεμον ἴδιον χρηματισμὸν εἶναι νομίζοντας, ut ſuprà dixit: id eſt, qui rebus pacatis egent, in bellis per rapinas & ſcelera diteſcunt.

ἀξίαν ἐπιθυμίας) Nam ſi uiolandū eſt ius, regnandi gratia Violandum eſt, alijs rebus pietatē colas. ut Iulius Cæſar ex Euripide conuertit.

ἐν ταῖς τούτων ἀμφοτέρων γνώμαις) Sentētia eſt, quæ inimici tibi obijciunt, amici uerò tui uera eſſe negant, non dubitare debes, quin tibi inhoneſta ſint. Hoc eſt, quum opprimere Græciam ſine tua ſumma ignominia non poſſis, nihil tale in animum tuum inducere debes.

ταῖς μὲν πόλεσιν ὡς ἔφην ἐν χρῆναι) Vult ut Philippus in primis concordiam inter Græcos conciliet: eoq; facto, ſe illos etiam ad bellum contra Barbaros ſuſcipiendum, hortaturum pollicetur.

licetur. Et quidem uel in hac Oratione ſatis multa argumēta inſunt, quibus eis utrunq; perſuadeatur, tum ut ſeſe mutuo perdere deſinant, tum ut Aſiam oppugnent.

μὴ χαλεπῶς ἄγειν, μηδὲ δυνάσθαι πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις) Ageſilaus, quum in Aſia res fœliciſsimè gereret, ab Ephoris domū reuocatus eſt ad propulſanda domeſtica bella, quæ rex Perſarum Lacedæmoniis concitarat, diſtributis inter eos 30000 ſagittariorum (aureū nomiſma ita uocabatur) quibus ſe Ageſilaus Aſia expulſum, per iocum querebatur. quanquam igitur ad Græcos etiam uerba referri poſſent, ego tamen hiſtoriam ſecutus, de Ageſilao intelligo.

τηλικαύτης συμφορᾶς συμπεσούσης αὐτῷ) Cum tanta calamitas ipſi accidiſſet. αὐτῷ, Cyro. Sed malim ferè intelligere de Artaxerxe. nam συμφορὰ eſt μέσον uocabulum, & (autore Suida) δηλοῖ καὶ τὸ κακὸν καὶ τὸ ἀγαθὸν, ut apud Latinos fortuna. Vnde Simonides, πῖνε πῖνε ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς: id eſt, ἐπ' εὐτυχίᾳ: Bibe bibe boni ominis & melioris fortunæ gratia. Fœlicitatis fuit, quòd Artaxerxes poſt ſummam deſperationem ſubitò uictoria potitus eſt.

τὰς δεξιὰς τὰς παρ' ἐκείνου) Vide Xenophōtem ſecundo ἀναβάσεως. δεξιὰς τὰς βασιλέως quoſdam attuliſſe dicit.

εἰ δὲ τοὺς αὐτοὺς διενοήθησαν ἐλθεῖν) Fateor me huius loci uerba nū ſatis intelligere. Sēſum interim eum reddidi, qui mihi non abſurdus uidebatur.

τὴν δὲ ἀλλοτρίων οὐδ' ἂν προσδεξαίμην) Et tamen cauere non potuit, quin Gorgiæ panegyricum compilaſſe diceretur, ut Plutarchus & Philoſtratus indicant.

ἐκ τῆς ἀτυχίας τῆς συμβάσης αὐτῷ) De Clearcho uide Xenophontem circa finem 2. libri ἀναβάσεως. Quāquam ſic quoq; intelligi poteſt, Clearchum miſerabili demum interitu eſſe nobilitatum, in uita prius obſcurum fuiſſe.

ὁ μὲν τούτου πατὴρ) De Artaxerxe loquitur, cuius opibus Lacedæmonij cum Tiſſapherne, Athenienſes imperio ſpoliarunt. Poſtea Conon à Pharnazabo adiutus, ſuperauit Lacedæmonios. Ocho Artaxerxis filio ſucceſsit Codomannus, Darius cognominatus, quem Alexander Magnus uicit.

κρατίστεν ... δυσχερέστατον) Nilus, ut in Buſiride noſter autor etiam dicit, quidam quaſi Aegypti murus fuit.

τὴν κτησάμενον τὴν βασιλείαν) Hūc Iuſtinus lib. 7. Caranum nominat.

εἰ τοῦ μὲν οὐκ λέγειν, οἱ δὲ δυναίμην λάβοιεν) Fortaſsis hoc uult, ſi Herculi fas eſſet, aut lubitū, mortalem alloqui, Amyntæ uero & Carano loquendi poteſtas daretur.

εἰ μηδὲν πώποτε μεταχειρισάμενοι τῶν στρατηγικῶν) Cautius hic agit Iſocrates, quàm peripateticus ille Phormio, cuius Cicero meminit lib. de Oratore 2.

κάλλιστα πεπραγμένων) Antecedit πράξεως, quod fœmininum eſt. κάλλιστα igitur pro aduerbio capitur. Demoſthenes, καλῶς ποιοῦντες, in fine primæ Olynthiacæ ferè eodē ſenſu ponit. eſt enim approbandi formula: quanquam ibi etiā ad declinandam inuidentiæ ſuſpicionem pertinere poteſt.

ἐφ' οὓς οὐ δίκαιον) Id eſt, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς συγγενεῖς.

ὀλυμπίους) Id eſt, οὐρανίους, cœlites, ſuperos.

δυσχερεστέρας) Dicuntur enim ἀλάστορες, id eſt, peſtilentes: & ἐριννύες, id eſt iurgiorum concitatrices, &c.

ἀποπομπαὶ) Deprecatio mali ominis. Nos cū diaboli mentio fit, addere ſolemus, Contra quem nos Deus defendat. hoc eſt, ἀποπέμπειν ποιεῖσθαι. Heſychius, ἀποπομπὰς dies quoſdam ſacros fuiſſe dicit θεοῖς ἀποπομπαίοις, id eſt ἀλεξικάκοις: quod huc non pertinet.

ἐκ τῶν Ἰάσονι συμβάντων) Vide ſextū Ἑλληνικῶν Xenophontis, de hoc egregio heroe potius, quàm, ut appellabatur, tyranno.

μέχρι Σινώπης) Sinope Ponti ciuitas, Diogenis Cynici patria. In Panegyrico, ἀπὸ Κνίδου μέχρι Σινώπης Ἕλληνας τὴν Ἀσίαν κατοικοῦσι.

πρὸς δὲ τούτοις κτίσαι πόλεις ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ) Sæpe querimur (idq; in reliqua noſtræ ſtulticiæ turba numerabitur) de naturæ humanæ miſerijs: quas eſſe & multiplices & grauiſsimas, equidem haud negarim. Nam & ego nondum prouecta ætate, incōmoda ſatis multa ſenſi, & omnino plura quàm uellem. Sed tamen ſi cui (quæ ſumma & ſapientia et uirtus eſt) ſuam ſtulticiā potius quàm Dei prouidētiam accuſare libeat, is utiq; inueniet, maximam culpæ partem penes nos reſidere. Paucos interimit peſtilētia, paucos fames & ſitis, paucos æſtus & frigus, quæ cœlo & fatis imputari fortaſſe queant (quanquam etiam hæc fatalia, ut putantur, incōmoda, prudentia ſæpe declinari poſſunt) ſi infinitam eorum multitudinem ſpectes, quos uentris & inguinum intemperantia, & impetuoſorum affectuum furor, ante tempus ad Orcum præcipitat. Deploramus terræ anguſtias, & annonæ penuriam. Sed quis negabit, nos centies

plura

plura luxui (quid luxui dico? imò exitio noſtro) impēdere, q̃ naturæ neceſsitati tribuere? Belluina omnium ordinum ingluuies & graſſatio, proh dolor, nec ſuperis iam nec inferis ignota eſſe poteſt. Quod ad alteram querelæ partem, ſeu criminationis potius attinet, nihil dicam de negligentia magiſtratuum, qui ciuium alios decoquere per ignauiã, alios cum inexplebili auaritia cæterorum ædes & fundos deuorare impunè patiuntur: quibus rebus fit, ut multis deſit locus inter artifices, multis inter agricolas, ſi cultiores has nationes ſpectes. Sed quid dicemus de ſeptentrionalium regionũ infinitis deſertis? incultis quidẽ illis, ſed certè (ut experientia teſtatur) nõ ita ſterilibus, quin plurimas ignauorũ hominũ myriadas (modò ignaui eſſe deſiſterent, terrã colerent, feras in ſyluis, piſcet in mari & fluuijs perſequerentur) alere & beare poſſent. Neq; uerò ferendæ ſunt eorum querelæ, qui cœli inclementiam cauſantur, quum interea mendicare, furari, latrocinari, omne ſcelerum & ærumnarum genus experiri, fame, frigore, æſtu, ſqualore, laqueo, gladio, igne, aqua, & ineffabili corporum laniena perire non dubitent. Quæ tãdem eſt cœli inclementia? an quia terra ſua ſponte ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα non omnia fert? Si laborẽ fugis, cur uiuis? Si uiuis, cur non laboras? Frigus te terret? præſto ſunt ampliſsimæ ſyluæ, quibus et domos conſtruas, & igne corpus foueas. ſuppeditãt eædem & ferarum eſculentas carnes, & hirſutas pelles, & fauos apum, et alia plurima, quibus uti ſi uelis & poſsis, in Fortunatis Inſulis tibi degere uidearis. Sed miſſum facio ſeptentrionẽ, ad auſtrũ conuertamur. Quàm immenſa feraciſsimi ſoli iugera, quàm beata taurorum & equorum atq; immortalia & inexhauſta inferioris Pannoniæ paſcua, penuria cultorũ pereunt, & latrocinijs Turcorum aditum & receptacula præbent? Cur non ignauam & ſceleratam turbam in colonias illuc ablegamus? Cur non extruimus oppida, quæ duplici nos augeant commoditate: altera, ut tranquillius & copioſius domi uiuamus, hac hominũ quaſi ſentina expurgata: altera, ut perpetuis Chriſtiani nominis hoſtibus, ueluti agger & munitiſsimũ uallum obijciantur. Qua de re à prudentibus cogitari ſanè multa, nonnulla fortaſsis à me quoque (quanquam in rebus gerendis parum uerſato, lectore tamen & auditore rerum ad rempublicam pertinentium ſtudioſiſsimo) dici poſſent, & cùm ab alijs, tum optimo & doctiſsimo uiro IOANNE LVDOVICO VIVE peculiari opere dicta ſunt. Sed non fruſtra tantum, uerumetiam cum detrimento concionantur leonibus lepores. Quid ſi illud addam, per huiuſmodi colonias aditum nobis patefieri ad Turciam oppugnandã? Exiſtet fortè Stoicus aliquis aſtrologus, qui fatales regnorum periodos cauſetur, fruſtraq; & cum periculo, nec ſine cladibus tentari, quicquid aduerſante adhuc cœlo aggrediaris. Ego uerò uehementer miror, uel miſeror potius, nos tũ demũ oculos in cœlũ attollere, quum patriæ ſalus agitur, & defenſio, humi alioqui perpetuò depreſſos & infoſſos. Quis eſt qui expreſſã ſacris literis, & cordib. noſtris impreſſam, & minime ambiguam Dei uoluntatem, in cultu religionis, uirtutis & ſapientiæ, in auerſanda inſcitia, impietate, uitioſitate tam diligenter conſideret? At aſtrologorum incertæ, ambiguæ, ne dicam futiles & uanæ ratiunculæ (quas propter ignota regnorum initia & οἰκοδεσπότας, aliaq; complura incommoda, conuellere cuiuis in promptu eſt) id ſcilicet efficiunt, ut in ſeruitutem Barbarorum redigi, quàm libertatem patriæ tueri malimus. Sed pauci ſunt aſtrologi: etſi multi ſint, à non multis curantur, deridentur à pluribus. Aulicorum & numerus maior, & ſanctior habetur autoritas. Hi diſertè quidem & uerecũdè dictitant, Chriſtiani nominis monarchas tuẽdis ſuis finib. & regnis occupatos (nam ciuilia & inteſtina bella quæ Chriſtiani cum Chriſtianis gerimus, nominare uerentur) non habere ociũ de republica cogitandi. Audio. Itàne princeps nihil aliud eſt niſi uillicus, aut paterfamilias, ut propter priuata compendia publicam incolumitatem negligat? Si diſſentiunt, an omnes, uel nulli potius rectè ſentiunt? Cur non etiam iniquas cõditiones, propter Dei gloriam & imperij Chriſtiani ſalutẽ amplectũtur, poſtquam Codrus, Decij, et pleræq; mulierculæ pro defenſione patriæ, ſeſe dijs manibus deuouerunt? Scio quid reſponderi ſoleat, & mihi quidem facile ſatisfieri patior. Ipſi tamen uiderint, quid tum dicturi ſint, quum ſummo & unico humanorum cordium inſpectori & iudici ratio reddenda erit: qui ſibi fucũ fieri, temerè turbatum mundi ſtatum, officijq; neglectum inultum minimè patietur. Crediderim tamẽ peccata populi in cauſa eſſe, cur magni principes alijs negocijs occupati, ac turbis inter ſeſe implicitì, Turcarum opes in immenſum creſcere ſinant. Pœnas igitur luemus noſtrorum ſcelerum, ſi quando (quod Deus auertat) eadem Germaniæ noſtræ facies erit, quæ nunc eſt in Græcia.

οἷς ἂν ἐντύχωσι) Vel πόλεις, uel ἀνθρώποις. quanquam utrunq; coniungere milites ſolent.

τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς ἀφ᾽ Ἡρακλέους γενομένοις) Reges Spartanos innuere uidetur.

πρὸς ἄλλο τι τῶν ἀνοήτως φιλουμένων) Cuiuſmodi ſunt uoluptates corporis, diuitiæ, potētia.

τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων) τῆς εὐδοξίας, τοῦ ἐπαίνου, τῆς φήμης.

δόξαντας ἡμιθέους εἶν) Troiæ expugnatores dicit.

οὕτω σφόδρα μεμισημένου) Ochus crudelis & ignauus tyrannus.

διά τι τῶν οὐκ εὐκαίρως) Id eſt, διὰ τῶν κολακευόντων, ἢ ἀπαιδεύτους ῥήτορας.

τῶν νῦν ὄντων) Id eſt, te Philippum.

ὑποβαλεῖν) Subieciſſe, id eſt dictaſſe: ut in Panathenaico, ὑπέβαλον τῷ παιδὶ τὸν λόγον. Sic ſub Apollinis perſona fertur uerſiculus: Carmina ſunt mea, ſed manus hæc deſcripſit Homeri.

τῶν συμβάντων αὐτοῖς) Scilicet τοῖς ἀνθρώποις, quæ bona uel mala hominibus contingunt.

τὴν δ' αἰτίαν δὲ ἣν) Propter ſenectutem.

εἰς τὴν ἀκρόπολιν) In arce Palladis fuit ærarium Athenienſium, ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ.

ANNOTATIONES IN orationem de Pace.

AΜφίπολιν) Vrbs intra Macedoniam & Thraciā ſita, de qua Philippus & Athenienſes pugnarūt.

εἰ ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῆς) Scilicet τῆς χίων καὶ ῥοδίων, ſi bellum id omiſiſſet, ſi receſſiſſet.

ᾔτει περὶ σπονδὰς) Inducias petiuerint.

συνέθεντο) Scilicet τὰς σπονδὰς, annuerūt, dederunt inducias.

ἀριστείδης) Sophiſta opinor is, qui etiam contra Gorgiam Platonis ſcripſit, & Iſocratis Panathenaicum ita eſt æmulatus, ut uiciſſe uideatur.

ἐὰν δέ ποτε ἀναγκασθῇς) Si quando coactus fueris commune exordium dicere, tractationem ipſi propriam adhibe. Vt in hac Iſocratis de Pace oratione, tractatio peculiaris apposita eſt, quum inquit: De magnis rebus uenimus, de bello enim et pace. Eſt autem methodus in his pulcherrima, ſi ea tractemus ſignificantes, tametſi omnibus uſitata ſit ea oratio. Sic uerba ſonant huius ſophiſtæ, ſatis puerilia & inepta.

τὰς κτήσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι κομιούμεθα) Quod poſſeſſiones in urbibus recipiemus. Conſentaneum eſt, multos ex Athenienſi populo in exteris ciuitatibus prædia & merces habuiſſe, quæ illis conflato bello ademptæ, non niſi bello recuperari poſſent. Vel, nos captarum urbium præda locupletatum iri.

πλημμελέστερον) Id eſt κάρδιον, ſeu πλεονεξίας. Alioqui πλημμελεῖν eſt ἁμαρτάνειν: & πλημμελὴς, ἀσύμφωνος.

ὡς δόξῃ μὲν χρώμενος, ὅ, τι ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον) δόξῃ χρῆσθαι eſt δοξάζειν καὶ οἴεσθαι, id eſt, opinari, non certò ſcire. γενησόμενον pro γενησομένου, accuſatiuus abſolutè pro genitiuo poſitus. Vt poſtea ὡς δέον, pro ὡς δέοντος, uel ὡς ἂν δέῃ, tanquam oporteat.

κατὰ τὰ χαριζομένοις) κατὰ auget. quaſi dicat, qui & contra ſuam conſcientiam, & cum pernicie noſtra nobis gratificantur.

οἱ ἐνθάδε παριόντες) Huc accedentes, id eſt, οἱ λέγοντες, οἱ δημηγοροῦντες, οἱ ῥήτορες.

μεταπεῖσαι) Aliud quàm uultis perſuadere, à ſententia deducere.

μηδὲν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες) Nihil in anterius nobis ipſis agentes: id eſt, μηδὲν προκόπτοντες, μηδὲν ὠφελούμενοι διὰ τούτων, nihil promouentes. Durius uidetur & coactius, exponere pro μηδὲν τῶν προγεγονημένων ἀναλογιζόμενοι, ſuperiorum temporum euentus non conſiderantes. Epiſtola ad Phil. 4. εἰς τοὔμπροσθεν προελθεῖν, idem ferè uidetur, quod εἰς τοὔμπροσθεν ἔχω τῷ τι πράττειν.

δημοκρατίας οὔσης) Id eſt, uos Athenienſes in populari ſtatu, id eſt, libertate & æquo iure ciuium, tyrannidem exercetis, habetis aures tyrannicas.

πλὴν, ἐνθάδε μὲν) Id eſt, ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, pro roſtris, in concione, ſeu comitijs.

χειροτονίας μνηστεύων) Electionem ſeu ſuffragia ambiturus. Non ambio magiſtratū, ſed reipublicæ conſultum uolo, ideoq; liberè loquor.

οἱ πρυτάνεις) Sic, autore Suida, pars decima ſenatus quingentorum, quinquageni uiri ſingulorū tribuum appellabantur, qui præerant rebus omnibus quæ à ſenatu decernebantur: idq; fiebat ſortitò, & per ordinariam ſucceſſionem, ut ſingulæ tribus quinquagenos quinos dies ſummæ rerum præeſſent.

περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις) περὶ εἰρήνης καὶ τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου.

ἔπειτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων) Scilicet, de quibus non eſt indicta concio.

πρὸς βασιλέα καὶ λακεδαιμονίους) Poſt uictoriam Cononis, ut opinor.

τῶν τριηράρχων) Vide in Annotationibus τοῦ περὶ τῆς ἀντιδόσεως.

κερσοβλέπτην) Thraciæ regē, è familia (ut opinor) eius, cuius meminit Xenophon in Anabaſi,

&

& Demoſthenes in [redacted]. Harpocration hunc Cotyis filium fuiſſe [redacted]rit: qui [redacted] Thraciæ [redacted] & propter Cherroneſum cum Athenienſibus bellum geſſerat [redacted]

ἀθλιωτερ[redacted]) Hom[redacted] [redacted]lem fuiſſe dicit. De Calliſtrato [redacted] minime [redacted]

[redacted] ἀγγέλλοντας) Forſaſſe Cerſo bleptæ, Philippi [redacted] Athenien[redacted] miſſi. [redacted]

ὅπως ἄξομεν τὴν) Salus [redacted] ce agere. [redacted]

[redacted] huc mittere, [redacted]. Obſerua ἐν θάλα [redacted] pro [redacted] ſτ[redacted]δόναι, eſt tribu[redacted] Græci [redacted] Calli ſtratum [redacted] coordinatio[redacted]

[redacted]) Sic Ariſtot[redacted] [redacted]

[redacted]) Ac ini tio fructus quæ arripuerint [redacted] τὰ ζῶα referen[redacted]

αὐτοὶ [redacted] πολεμον αὐτὸν ἴδιον εἶν ποιοῦντες, ut in Philippica dicit, qui finem meſſem in bellis metunt, largitionibus co[redacted]ndi, uel ultos [redacted] imperio ſunt, impune furantur. [redacted]

[redacted] θεῖν) Criminibus [redacted], quicquid delinquunt milites, [redacted] ſo ciorum animi exacerbati iniurijs, [redacted] proſequuntur. Sic [redacted] Q[redacted] le ad [redacted] ſunt & [redacted] uoca[redacted]

δωροδοκεῖν ἁλῶ) Corruptus [redacted] fuerit: id eſt, c[redacted] de ambitu aut corruptela iudiciorum. Suidas [redacted] uerbi eſſe dicit. fieri etiam poteſt, ut [redacted] æſtimatæ pars promiſſa fuerit iudicibus. [redacted]

οἱ ἀστυ [redacted] Quales patronos honorarint, ſibi adſciuerint. [redacted]

[redacted] τοῖς προεστῶσιν ἡμῶν) Eandem [redacted] opinionem quam gubernatores noſtri. [redacted] δόξαν, eſt ὑπο-λαμβάνεσθαι, exiſtimatio alicuius. Sententia eſt: Qui magiſtratus improbos & ſtultos creant, ipſi etiam pro improbis & ſtultis habentur.

περὶ τῶν ἐλληνικῶν πραγμάτων καὶ πολιτικῶν) πολιτικὰ ſunt utiq; illa etiam quæ in concione deliberanda proponuntur. πολιτικῶν igitur, uel κατ᾽ ἐπίτασιν hic intelligendum de ſumma reipublicæ: uel (quod magis probo) πολεμικῶν, id eſt, de bellicis negocijs. Natum autem eſt, non licere bis peccare in bello. Eaq; de cauſa Romani fortaſſe bifrontis [redacted] (qui prudentiæ ſymbolum eſt, & ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω νοῶν, ut Homerus inquit) belli temporibus aperuerunt, ut ſummam prouidentiam & uigilantiam requiri in imperatore ſignificarent. [redacted]

ἐλευθερώσαντες τοὺς [redacted]) [redacted] accipiendum. Si Peloponnenſibus reſtituiſſent libertatem, ſi Græcos ſuis uti legib. permiſiſſent, ſi [redacted] [redacted]

πάλαι [redacted] [redacted] loco ſignificat officio fungi ac ſuum [redacted] agere. [redacted] tione, uel curioſitate & leuitate [redacted] ſe alienis negocijs importune ingerere: [redacted] perturbationes oriuntur. Nam ſi quiſque ſuum munus diligenter exequeretur, & [redacted] exequentes [redacted] hac mortalitate noſtra optari queat? [redacted]

[redacted]

Θηβαῖοι μὲν ἡμᾶς σώζουσι) Non quod Athenienſibus bene cuperent, (hoſtes enim erant) ſed quia ſtultè res ſuas adminiſtrabant, συμμάχους ποιοῦσι,

προσιοῦσι, quod ſequitur, eodem ſenſu eſt accipiendū. non enim ſocij, ſed hoſtes erant.

ἐν νῷ ἔχομεν) Scomma eſt, & acris inſectatio ſtulticiæ tam Thebanorum quàm Athenienſiū. Poſtea ſimpliciter dicit, quod hic figuratè, his uerbis: ἄμεινον βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἢ σφῶν αὐτῶν: Melius conſulere hoſtibus, quàm ſibimetipſis.

πολλάκις συλλεγῆναι) Eſt ἀόρ. β. paſsiuus, à συλλέγομαι, quod hic idem eſt quod ἐκκλησιάζειν, id eſt, conuenire in concionibus, ad publicas deliberationes.

τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους) Id eſt, τοὺς μὴ παντάπασιν ἀνοήτους, καὶ ἀλογίστως ἔχοντας.

πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐκεῖ τὰς ὑπολήψεις) ὑπόληψιν Iſocrates accipit ἀντὶ τῆς ὑποφορᾶς, id eſt, pro obiectione. ut in Panathenaico, ὅτι ἀμελεῖν καλῶς ἔχει τῶν τοιούτων ὑπολήψεων.

καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην καταλύσαντες) Cauſas cur id factum ſit, uide in Panathenaico, & apud Xenophontem in Athenienſium politia.

δυναστείας) Generaliter intelligi poteſt de quouis imperio. Sed intelligenda hic uidetur ἡ ἀρχὴ, ἡ κατὰ θάλατταν.

ὑπομείναντι καὶ τοὺς ἄλλους λόγους) Scilicet τοὺς ὑπ' ἐμοῦ προειρημένους.

φιλαπεχθήμονας) Odij cupidas, id eſt, quæ facile odium pariunt.

τίνας λόγους οὐκ ἀνηλώσαμεν) Qualia uerba non conſumpſimus?

τὴν ὑπὲρ τούτων συστᾶσαν) ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας.

καὶ νῦν ἰδεῖν τὴν πολιτείαν) Id eſt, τὴν δημοκρατίαν, in qua pauperes & inopes æquo iure cū diuitibus & potentibus uiuere uolunt.

ἔνθεν δ' ἀπέλιπον) Id eſt, ἐκεῖθεν ὅπου. Eadē βραχυλογία in aduerbijs, quæ in articulis.

τούτων δ' ὑπαρχόντων) Id eſt, τῆς νῦν δημοκρατίας. uel, dum hi urbem gubernant.

τῶν ἐξ ἀρχῆς πολεμούντων) Qui primi nobis bellum intulerāt, qui ſocios noſtros deinde ad ſe tranſtulerant. ἐξ ἀρχῆς & πρότερον inter ſe comparantur. Thebani & Corinthij ſuaſerunt ut Athenæ excinderētur, ſed Lacedæmonij dixerunt, ſe nolle Græciā efficere ἑτερόφθαλμον Sparta unus, Athenæ alter Græciæ oculus erāt.

ἀπηχθάνοντο τοῖς Ἕλλησι) Inuiſi fiebāt Græcis, odia Græcorum ſuſcipiebant.

τὸ περιγιγνόμενον ἐκ τῶν φόρων) Id eſt, τὸ ἀποφέρεσθαι, τὸ εἰσπράττεσθαι, argentum tributi nomine à ſocijs extortum. περιγιγνομένων aliàs, quod ſupereſt, τὸ ὑπόλοιπον. Itē τὸ νικῶσαν, ἢ κρατοῦσαν.

τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν) Aeſtimationes opum ſuarum, id eſt, quantum tributorum à ſocijs per uim & iniuriam extorſiſſent. ἀπὸ μισθωτῶν, mercenarios milites, qui ſocijs moleſtiſſimi fuerunt, intelligo. εἰσφερομένας, ſcilicet εἰς τὸ θέατρον. Aliàs εἰσφέρειν eſt exactiones dare. unde εἰσφορὰ eſt exactio, ſeu tributū. Suprà ἐκφέρειν ſubintellige, ἐκ τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ ὀπισθοδόμου, ubi Athenienſium ærarium fuit.

τὸ πλῆθος τῶν ὀρφανῶν) Hi alebantur publicè, donec adoleuiſſent: tum instructi panoplia, ſuæ libertati permittebantur.

εὐδαιμόνιζον, ἐμακάριζον) Hæc ád orationem, non ad facta referenda ſunt. fortunatam iudicabant, prædicabant fœlicitatem urbis, ut quæ ſingulari benignitate deūm & ad tātas opes euecta, & extra omnem fortunæ aleam poſita eſſet.

ὥστε τῶν πολιτῶν τῶν οἰκείων ὑπερβαλόντας) Talis iocus fuit Samiorum in Athenienſes, bello Peloponneſiaco, ὅς αὐτὸς αὐτοῦ οὐκ ἔχει, σῖμον θέλει.

πολλὴν ἐνῆν τούτων τῶν ἐγκυκλίων ταφὰς ποιεῖσθαι) Verùm licebat horum in orbem redeuntiū ſepulturas facere: id eſt, tot ciues interibant, ut publicæ ſepulturæ, quaſi pro ſtato & ſolenni feſto haberentur.

ἀντηλλαγμένοι) Permutati: id eſt, ciues perierunt, alienigenæ urbem tenent: uetera præclara inſtituta abolita, noua & pernicioſa introducta ſunt.

ἀκροπόλεις, τῆς ἑαυτῶν) Scilicet πόλεως, uel potius ἀκροπόλεως: quod ſatis eſt ad ſeruitutem ſignificandam.

τοσοῦτον χρόνον ἄρξαντες) Scilicet, ὥσπερ πρότερον. Fuit autē id tēpus uel 70, ut in Panegyrico: uel 65 annorū, ut in Panathenaico ſcribitur.

κλέπτοντες καὶ στρατεύοντες) Aliter Xenophon in α ἀναβάσεως. In laudationibus, uituperationibus, exaggerando, extenuando, non eſt ab oratore poſtulanda hiſtoriæ ueritas: cuius non minimū artificium eſt, ſcitè mentiri.

τὴν γῆν τῶν κορινθίων ἔτεμον) Terram Corinthiorum ſecabant, id eſt, populabātur, reſectis frugibus & arboribus, quod apud Thucydidem eſt δενδροκοπεῖν.

μαντινείας δὲ διῴκισαν) διοικίζειν, eſt ſeparare ac diuellere domicilia & ciues: ut ſi ampla aliqua urbs in multos uicos redigeretur. cōtrarium συνοικίζειν: ut quum è multis Atticæ pagis & oppidulis, una urbs Athenarum quaſi conflata eſt.

καὶ δὲ τὰς αἰτίας ἐπιφέρειν) Sic Terentius

in Andria: PAMPHIL. Me miſerum. SIMO,
Modò ne id demum ſenſiſti Pamphile?
Olim iſthuc olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die iſthuc uerbum uere in te accidit.

ὥστε πολὺ ἂν τις) Proinde quinam aliquis nō multò uerius diceret. ſi aſſereret, &c.

διὰ τὴν τότε δύναμιν) Sic enim lego, pro ἐκ τῶν: Id eſt, τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάσσης, οὐδὲν ὁμοίαν, ſcilicet οὖσαν, τῇ πρότερον ὑπαρχούσῃ. id eſt, τῇ κατὰ γῆν ἡγεμονίᾳ.

διὰ μὲν γὰρ τῆς κατὰ γῆν ἡγεμονίας εὐταξίαν) Propter terreſtris principatus bonum ordinē. Sic in Panathenaico: τὴν μὲν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἐπ᾽ εὐταξίας καὶ σωφροσύνης καὶ πειθαρχίας, διὰ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων μελετωμένην, &c. Vide ibidem, quæ ſit ναυτικὴ ἀναρχία, ut eam uocat Euripides. Hanc lectionem, quam nos reſtituimus, poſtulat & ſententia & conſtructio, & facile tres literulæ & duo accentus mutari potuerunt. Si legas, διὰ τὴν κατὰ τὴν ἡγεμονίαν εὐταξίαν, exponi quidem poteſt διὰ τὴν εὐταξίαν, κατὰ τὴν ἡγεμονίαν: id eſt, ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ, uel τῆς ἡγεμονίας. Sed primū κακόφωνοι ſunt accuſatiui, ἡγεμονίαν, εὐταξίαν. deinde ἡγεμονία poſſet etiam de imperio marino intelligi, quod hoc loco minimè conuenit. Nam ἀταξία propria eſt marini, εὐταξία terreſtris imperij. Supra ſi legas ἐκ τῶν τότε δύναμιν, tu diuina quid Sphinx ſibi uelit: ego quidem nō ſum Oedipus? Sed ſi pro ἐκ τῶν, lego καὶ τὴν, non metuo mihi à leoninis Sphingis unguibus.

διὰ δὲ τὴν ἀκολασίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς) Scilicet τῆς κατὰ θάλατταν.

κακείνης τῆς ἡγεμονίας) Scilicet τῆς κατὰ γῆν.

καί τοι φανερῶς ἐπιδέδειχεν ταύτην ἔχουσα τὴν δύναμιν) Scilicet ἡ ἐξουσία. Atqui perſpicuè potentia declarauit, hanc ſe uim habere. Vel, perſpicuè declaratum eſt, potentiam hāc uim habere: id eſt, meretriculæ ſimilem eſſe.

τὴν φύλην (ſic enim pro φυλακὴν legēdum eſſe, & hiſtoria teſtatur, & Harpocratiō annotauit) καταλαβόντων. De 400, inde ultimum Thucydidis. de 30. β΄. ἑλληνικῶν. Eſt autem Phylæ caſtellum Atticæ, quo Thraſibulus occupato, aſſerendæ Athenienſis populi libertati animū adiecit.

ὁρᾶτε δὲ καὶ τοὺς μοναρχίας τὰς ἐν ταῖς πόλεσι καταστησαμένους) Loquitur de his, qui occupare tyrannidem deſiderant in liberis antea ciuitatibus, aut imperijs, ut Athenis Piſiſtratus, Syracuſis Dionyſius, Romæ Cæſar, atque alibi alij fecerunt.

ὑπόπτως ἔχειν πρὸς ἅπαντας) Suſpicioſe habere erga omnes, id eſt, omnes habere ſuſpectos. actiuè accipiendum, pro ὑφορᾶσθαι πάντας. Tyrannicæ formidinis exempla habes apud Ciceronem 2. Officiorum, de Alexādro Pheræo. 5. Thuſculana, de Dionyſio. & in Lælio: Hæc eſt TYRANNORVM uita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia: omnia ſemper ſuſpecta atq; ſollicita, nullus locus eſt amicitiæ, &c.

πεπόνθατε γὰρ αἴσχιστον) Sic Horatius:
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius? Eurip.
ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

ὅτ᾽ ἐν τοῖς πέλαγοσι) Qui maris imperio potiuntur, eadem & faciunt & patiuntur, quæ tyranni.

τῶν μοναρχιῶν) Id eſt, τῶν τυραννίδων, τῶν ἐν δημοκρατουμέναις πρότερον πόλεσι καθισταμένων.

πάντα τὰ δέοντα πράττειν) Id eſt, μὴ πονηρῶς ἔχειν, εὖ πράττειν, μηδὲν ἐξαμαρτάνειν. Referri poteſt uel ad actiones, uel ad euentum.

παραλαβόντες καὶ δύναμιν) παραλαβεῖν ad hæreditariam ſucceſſionem pertinet. δύναμιν refero ad exercitum πλέον ἢ τρισχιλίων ἱππέων, καὶ πελταστῶν ἀναριθμήτων.

εἰς ἀπορίαν καθεστήκασι) ἀπορίαν hic accipio non opum, ſed conſilij. Nam qui erunt inopes, quum tantum exercitum & potentiam adhuc teneant?

μικρῶν αὐτοῖς καὶ φαύλων τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρχόντων) τὰ ἐξ ἀρχῆς ſunt primordia, & uelut ſors: ut ſi mercator ſorte centum aureorum centies mille lucretur, τὰ ἐξ ἀρχῆς, ipſi μικρὰ καὶ φαῦλα ὑπάρχει.

πελτασταὶ) Leuioris armaturæ milites, ἀπὸ τῆς πέλτης, à ſcuto breuiore, uelites: ὁπλῖται, qui grauem armaturam geſtant.

ἀνὴρ γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς) Sicut Dionyſius tyrannus, de quo pereleganter Cicero in extremo tertio de Natura deorum. Loquitur Iſocrates more gentilium, qui ſupplicia inferorum & præmia cœleſtia, etiamſi apud philoſophos legerētur, pro commentis & nugis poetarum habebant.

τῷ ποιοῦσι τὴν πόλιν εὐδαίμονα) Boni magiſtratus fœlicem reddunt rempublicam. a. Democratiam, id eſt, libertatem tuentur.

ἐξ ὧν ἀφ᾽ ἑκατέρων ἡ πόλις ἔπραττεν) Id eſt, ἐξ ἐκείνων ἃ ἔπραττεν, Ex illis euentibus qui urbi acciderunt: ἀφ᾽ ἑκατέρων, ſcilicet τῶν τε χρηστῶν,

καὶ τῶν πονηρῶν δημαγωγῶν.

καί τοι περικλῆς) Collatione Periclis, optimi & ſapientiſsimi principis, quẽ Thucydides ἄνδρα καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυνατώτατον nominat, oſtendit oratorum & magiſtratuum ſui tẽporis improbitatem.

χείρω μὲν φρονεῖ(ζειν) Deteriora ſentientem, id eſt, corruptiorem. Tenebant enim eo tempore Athenienſes maris imperium, Themiſtoclis conſilijs partũ: quo potitis, ueteris diſciplinæ ſeueritas laxari cœpit, & labi ſubinde in deterius.

χωρὶς τῶν ἱερῶν) Sine ſacris. exceptis his, non annumeratis, quæ dijs conſecrarat.

διενηνόχασιν) Διαφέρειν, differre & excellere. Sed quia tota oratio ironica eſt, poſteriorẽ ſignificationem in uertendo ſecutus ſum.

τοὺς δ᾽ ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας) Id eſt, Sycophantas, quorum Athenis magnus prouentus fuit, ut alibi ex Aeliano indicauimus.

ἐν αἷς αὐτοὶ δυναστεύουσι) In quibus ipſi dominantur. Improbi magiſtratus dant operam, ut populus annonæ inopia preſſus, ipſos colat, &c.

τοὺς δὲ αὐτῶν) Scilicet τῶν πονηρῶν ῥητόρων, καὶ δημαγωγῶν.

ἐξ ὅτου πρόπου τοῖς διαιτωμένοις τὸν βίον ἐκπορίζουσι) Demoſthenes talia lucella diætæ medicorũ comparat, quæ nec alat, nec emori fame patiatur. ταῦτα τὰ λήμματα, inquit, τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καί γαρ ἐκεῖνα οὔτ᾽ ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐᾷ.

ὅταν δ᾽ ἐρῶσι τοὺς αὐτοὺς ἀμφότερα) Cicero 2. Officiorum: Summa & perfecta gloria cõſtat ex tribus his, ſi diligit multitudo, ſi fidem habet, ſi cũ admiratione quadã, honore nos dignos putat, &c.

πρώτους εὖ φρονήσαντας) Scilicet ἡμᾶς, ut nos primi ad ſanam mentem redeamus.

μισοῦσι) Quomodo? ut Syracuſani Dionyſij tyrannidẽ? At illud quidẽ iam antea faciebãt Athenienſes. Sed μισοῦσι ſignificat hic, μὴ ἐπιθυμεῖν τυραννικῆς δυναστείας, μὴ καταδουλοῦσθαι τοὺς Ἕλληνας, ἀλλὰ προστῆναι τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν.

ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν) Ephori poteſtatem habuerunt etiam interficiendi regis, id quod in Agide poſtremo & Pauſania declararunt. Ferè tale fuit Laconicum regnum, quale eſt ducis Veneti.

ὡς ἐν ταῖς τῆς Ἑλλάδος εὐπραγίαις) Vtinam ego quoq; in fœliciora Germaniæ tempora incidiſſem. Nunc in his tumultibus, incertis ſedibus oberro, nõ ſine multis moleſtijs, ac difficultatibus, magnoq; & ſtudiorũ & ualetudinis incommodo.

furiis Sed [redacted] aliquando nos reſpiciet. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ᾽ οὐκ ἀσθενῆ. εἰς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων, οἱ κακοὶ δὲ ὥσπερ πεφύκασ᾽, οὔποτ᾽ εὖ πράξειαν ἄν. Quanquam quid talibus opus? Cur non Ciceronem potius diuina uoce præcipientem audio? Is non Scipioni magis, aut mihi, quam omnibus bonis uiris hoc edicit: Altè ſpectare ſi uoles, atq; ad ſedem hãc & æternam domum contueri, neq; ſermonibus uulgi dederis te, nec in præmijs humanis ſpem poſueris rerum tuarum: ſuis te illecebris oportet ipſa uirtus trahat, ad uerum decus.

ANNOTATIONES IN Orationem περὶ τῆς ἀντιδόσεως.

ANτίδοσις, id eſt, μετάληψις, quũ unum pro alio datur, uel accipitur. Apud Demoſthenem in argumento orationis contra Phænippũ περὶ ἀντιδόσεως, res ipſa ſic explicatur: Fuit Athenis ordo trecentorum uirorum, qui opibus præſtabant cæteris. His maiora publica munera mandabantur. Quod ſi horum aliquis ſumptibus grauabatur, lege permiſſum erat, ſi quem ſe ditiorem, immunem adhuc, indicaſſet, ut ex eo ordine ipſe exiret. Ac ſi indicatus ſe ditiorem eſſe fatebatur, alterius loco in trecẽtorum numerum ſubſtituebatur: ſi uero negabat, cum altero ſuas opes permutare cogebatur. Porrò inter aliàs λειτουργίας difficilima fuit & maximi ſumptus τριηραρχία. eſt autẽ τριήρης nauigium bellicum, quod genus hodie, ut opinor, Galeas uocant. Hinc fit τριηραρχῶ, triremem inſtruo: τριήραρχος, triremi præfectus: τριηράρχημα, id quod in triremem inſtruendam inſumitur. ἐπιτριηράρχημα, quod inſumitur finitæ trierarchiæ tẽpore. Fuit autẽ τριηραρχία, munus apud Athenienſes magnorũ ſumptuum. Oportebat enim Trierarchum præbere triremẽ inſtructam rebus omnibus quæ ad bellum pertinẽt, autore Suida. Vide τὴν παραγραφικὸν πρὸς Καλλίμαχον. et apud Demoſthenem, orationẽ περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος, & περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας. unde quædam hac de re planius intelliguntur.

τοὺς πρὸς τοὺς ἀγῶνας) ἀγῶνας hic accipit pro forenſibus actionibus, non pro ludicro certamine. Grãmatici enim ἀγῶνα dicunt etiam ἀγορὰν ſignificare. Et ipſe Iſocrates in Trapezitici exordio, ὁ μὲν ἀγὼν (inquit) μοὶ μέγας ἐστι, ubi utique diſceptatio in iudicio intelligitur. Sic etiam in Panathenaico, οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας, id eſt, οἱ δικανικοί.

τὰς ἐπιδείξεις) Ad oſtentationem ingenij in conuentibus.

φειδίας) Inſignis ſtatuarius. Zeuxis & Parrhaſius nobiliſſimi pictores.

τὴν μικρολογίαν ταύτην) μικρολογία ſordes alioqui & illiberalitatem ſignificat. hic (ut arbitror) accipitur pro maligna & tenui prædicatione, cum ex elephanto muſca fit per inuidiam.

ᾤόμην ἐπιδεξίως ἔχειν πρὸς ἅπαντας) Videbar commodè, uel æquè habere erga omnes: id eſt, neminem mihi eſſe iniquum, aut inimicum.

καὶ περὶ ταύτης ἀγῶνος συγγενῶν) συγγενῶν quò pertineat, neſcio. ἀγῶνος, in genere fœminino legi non puto. quare quod non intellexi, omiſi in uertendo: hic annotare malui.

τὴν δαπάνην οὕτως ἦν ἐγκαλῶν) Sumptum ita tulimus. Referri poteſt uel ad apparatum trierarchiæ, uel (quod magis probo) ad Iſocratis animum. Significat enim iniuriam ſibi doluiſſe: non adeò tamen, quin animi conſtantiam retineret.

ἐν μὲν ἐντυγχάνειν κατηγορικῶς) ἐντυγχάνειν eſt, προσέρχεσθαι: καὶ συντυγχάνειν, accedere, congredi & colloqui. Accuſatores non tantum uera crimina deferre ad iudicem, ſed etiam falſa confingere, & bene facta male narrando deprauare: in ſumma, ſuam uictoriam, aduerſarij cladẽ ſpectare, ac quouis modo machinari ſolent. Quare nemo innocens erit ſi accuſaſſe ſufficiet.

οὐ θαυμάζω δὲ τὴν πλείω χρόνον διατριβόντων ἐπὶ ταῖς τῶν ἐξαπατώντων κατηγορίαις) In accuſationibus decipientium: id eſt, in accuſandis & criminandis impoſtoribus, ſeu calumniatoribus, his qui fucum iudicibus faciunt.

μέρος τῆς ψήφου ὑποβάλλεσθαι τοῖς φεύγουσι) Partem calculorum ſubijci fugientibus: id eſt, augere numerum calculorum qui abſoluunt, minuere illorum qui condemnant.

οὐ γὰρ δὴ ὥσπερ γε κοσμίως ζῆν, ἄξιον πιστεύειν, ὡς ἀδεῶς οἰκῆσαι τὴν πόλιν οἰκεῖν) Aelianus egregium dictum Iſocratis de licentia ſycophantarum recenſet, quod hic aſcribendum eſſe duxi, Latinè à me redditum: Iſocrates orator, ciuitatem Athenienſium ſimilem dicebat eſſe meretricibus. Quoſdam enim forma illarum illectos, ludere cũ illis uelle: neminem tamen ita eſſe dementem, ut cum earum aliqua, uitam unà exigere uellet. Eodẽ modo etiam Athenas iucundiſſimas eſſe, ſi uiſendi cauſa, ut hoſpes, ibi degeres, eaq́; re præſtare omnibus Græciæ ciuitatibus: ſed non perinde tutum eſſe, ut ibi habites. Sic autem innuebat, & taxabat ſycophantas, quorum ibi magnus prouentus eſſet: & populares magiſtratus, quorum inſidiæ difficulter uitarentur.

καὶ συγγραφεὺς τῶν λόγων τῶν δικανικῶν ὑμᾶς) Suprà dixit, accuſatoris id eſſe propoſitũ, ut ſe apud iudices in odium adducat, quaſi corrumpat adoleſcentes, præceptis eloquentiæ traditis: quibus inſtructi ac freti, contra ius & æquum uictoriã in iudicijs adipiſcãtur. Illæ igitur orationes ſunt, quas iudicib. moleſtas & inuiſas eſſe dicit.

οὔτ᾽ οἱ τοῖς συνεδρίοις, οὔτε περὶ τὰς κρίσεις, οὔτ᾽ ἐπὶ τοῖς δικαστηρίοις, οὔτε πρὸς τοῖς διαιτηταῖς) συνέδριον Phauorinus δικαστήριον interpretatur. κρίσεις intelligo, cum iudices ſententiam dicunt, & iudicium exercent. δικαστήρια, prætoria & forum: διαιτηταὶ, arbitri ſunt. hi antequã res in iudicium deduceretur, lites componere ſtudebant ex æquo & bono, conſentientibus aduerſarijs. In ſumma hoc uult Iſocrates: Rabulæ ſe cœtibus hominum ingerunt, ut etiam mẽdici ſolent: ſe uero eſſe οἰκουρὸν, & proinde non rabulam.

ἀφορισάμενος δὲ τὸν λόγον) ἀφορίζεσθαι Phauorinus exponit χωρίζεσθαι. quare interpretatus ſum, Separaui à reliquo corpore orationis, atque ſeorſim collocaui.

καὶ ποιεῖ προαγορεύειν) Et facit denunciare, præfari, prædicere. Non uideo quæ ſit huius uerbi ſententia. ſi προαπαγορεύειν legitur, nihil ſcrupuli ſupereſt. Nam ἀπαγορεύειν, uel ἀπειπεῖν, defatigari, deſpondere animum, deſperare, interdum ſignificat.

ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς) ἀφ᾽ οὗ παρέγραψα, ἀφ᾽ οὗ σημείωσα, ἀφ᾽ οὗ ὡρισάμην: Ab eo loco quo aſcripſi, notam appoſui, deſignaui. ſic Suidas interpretatur, et παραγραφῆς pro γραφῆς exponit. Mihi uidetur pro nota appoſita intelligendum, quæ moneat, quæ pars orationis, & quatenus legenda ſit, ut paragraphi iureſconſultorum dicuntur.

ὥστ᾽ ἐπαινοῦμεν μὲν τὴν ὁμιλίαν, καὶ φαίην οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον) Vt laudemus quidem modũ, & dicamus nihil eſſe tale. id eſt, (ut opinor) nihil eſſe potius, uel melius. Niſi fortè ἐλλειπτικὸν eſt.

τῶν καλουμένων σοφιστῶν) Callidè confundit σοφοῦ, φιλοσόφου. καὶ σοφιστοῦ uocabula. Solon σοφὸς, non σοφιστὴς dictus fuit.

περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν, χαλεπωτέρως ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν τοὺς νόμους ἔθεσαν) συκοφαντῶν personæ, κακουργιῶν rei uocabulum, coniuncta inter ſeſe.

οἱ ἐνὶ τὴν δικαστηρίων τὰς κρίσεις ἐποιοῦντο) Multa & uaria iudicia Athenis fuerũt, de quibus uide Gulielmum Poſtellum, qui ſcripſit de magiſtratibus Athenienſium.

γραφὰς μὲν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας) γραφαὶ ſunt cauſæ, ſeu actiones publicæ. θεσμοθέται

fuere

fuere magnæ autoritatis, numero ſex, ſingulares legum uindices.

εἰσαγγελίαν δ' εἰς τὴν βουλὴν) εἰσαγγελία, ſi uocem ſpectes, annunciationem ſeu delationem ſignificat. Phauorinus ait proprie pertinere εἰσαγγελίαν, ad magna & publica crimina, de quibus nihil ſit legibus definitum. Idem, προβολὴν γραφὴν eſſe ait κατὰ τῶν συκοφαντούντων. Budæus interpretatur, intentionem & obiectionem iudicij dictati, quaſi petitionem digladiantis. Vlpianus in commētario orationis κατὰ μειδίου: προβολὴ, inquit, eſt iudicij nomen, contra eos qui ſerias uolant.

ὥστε τούτοις χρῆσθαι κατηγόροις καὶ νομοθέταις περὶ τῶν ἄλλων) Accuſationes interdum alicui publicè mandabantur. νομοθέται Athenis uel corrigebant, aut antiquabant ueteres leges, uel ſanciebant nouas. Hic μεταφορικῶς intelligendum puto, quòd eam ſycophantis autoritatem tribuerint Athenienſes, ut quicquid iſti de alijs pro libidine ſua ſtatuiſſent, id ratum haberetur, legum inſtar.

τοὺς ξυμπολιτευομένους) Videtur non tantum ſignificare collegas magiſtratuum, ſed omnes ciues in genere.

οἳ τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν) Videtur Alcibiadem innuere.

ἀπωσθῆναι) Ab ἀπώθω, ui depello, ſignificantius eſt quàm ſi ἀποστῆναι dixiſſet, quod et uoluntarium eſſe, & ſine graui iuſtaq; cauſa fieri poteſt.

καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους οἰκήσαντας) Vt hoſtes arcem habitarint, non tantum occuparint, & paulìſper tenuerint.

περὶ ἀνδραποδισμοῦ) Cum urbe capta, ciues in ſeruitutem redacti, uenduntur pro mancipijs.

εἰς λόγους ἡμερησίους) In orationes diurnas: id eſt, ὅλην ἡμέραν ἀναλίσκοντας, quibus abſoluendis totus dies requiratur. Reſpicit enim ad ὕδωρ ἐπιλείπειν.

διωθούμενος τὸν ὄχλον) Repulſa turba. referri poteſt ad utrunq;, tam ad prolixitatem quàm ad moleſtiam narrationis.

τοὺς εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς) θεοφιλεῖς paſſiuè malui exponere, dijs cari.

ANNOTATIONES IN Orationem de iugo.

Ἀφελόμενος Τισίαν) Ereptos Tiſiæ. ἢ περὶ ὧν ἀντώμοσεν διδάσκοντος, Quàm de quib. iuſiurandum dederunt uitandæ calumniæ. ἀντομόσαι, Budæo autore, eſt affirmare in iureiurando de calumnia præſtando. & Suidas: ἀντωμοσία, inquit, γραφὴ κατά τινος ἔνορκος: Antomoſia eſt actio contra aliquem, iureiurando confirmata.

συνιστάντες τὴν βουλὴν) τὴν βουλὴν pro ſenatu Athenienſi accipio. συνιστάναι autem, pro ſibi conciliare & adiungere ad alium oppugnandum. In Trapezitico eſt, οὕτω διέθεσαν τὴν βουλὴν, ſic diſpoſuerunt, uel affecerunt: quod utrum de cōſpiratione nebulonum, an uerò de concitato per calūniatores ſenatu ſit intelligendū, adhuc ambigo.

καταστάντες τοὺς τετρακοσίους) De quadringentis uide Iuſtinū lib. 4. Thucydidē ultimo.

μηνυτὰς εἰσέπεμψαν) Indices, ſeu delatores immiſerunt, negocium explorandum curarunt.

στήλην ἀναγράφειν) Columnam inſcribere, quod uno uerbo στηλιτεύειν dicitur. Hoc nihil aliud fuit, quàm proſcribere: unde στηλῖται, proſcripti. Aemylius Probus: Poſtquàm autē ſe capitis damnatum, bonis publicatis, audiuit: & id quod uſuuenerat, Eumolpidas (ſic enim legendum eſt, non Olympiadas) ſacerdotes à populo coactos, ut ſe deuouerent, eiusq; deuotionis quo teſtatior eſſet memoria, exemplum in pila lapidea inciſum, eſſe poſitū in publico, Lacedæmonē demigrauit, &c. Columnis, ſeu ſtatuis, uel, ut Aemylius uocat, pilis, inſcribebantur etiam fœdera & pacta.

μετὰ τὴν φυγὴν δωρεὰν λαβόντος) Alcibiadi ab exilio reuocato maximos honores populus Athenienſis habuit: de quo uide Aemylium.

ὑπὸ γὰρ τῶν τριάκοντα ἐκπεσόντος) Vide Thraſybulum Aemylij Probi.

εἰς ἄσπενδον) Pamphiliæ urbs. μικρὸν προλαβὼν) Paulùm anteuertens: id eſt, re paulo altius repetita.

πρὸς μὲν ἀνδρῶν, εὐπατριδῶν) Plutarchus Alcibiadis paternū genus ad Euryſacē Aiacis Telamonij filium refert. quare neſcio an legēdum ſit εὐρυσακιδῶν. εὐπατρίδαι ſunt οἱ εὖ γεγονότες, οἱ εὐγενεῖς, οἱ αὐτόχθονες. Quod gentis alicuius proprium nomen ſit εὐπατρίδαι, non reperio. Alcmæō Amphiarai et Eriphyles filius, Argiuus fuit. Sed alius fuiſſe uidetur Athenienſis.

ἄστυ τὸ καλούμενον) ἄστυ, Phauorino autore, generaliter quamuis urbem ſignificat. unde ἀστεῖος, is qui in urbe, non ruri degit. 2. urbanus, id eſt, comis et humanus. 3. feſtiuus, ſeu facetus, excitator riſus. Attici uerò ſeorſim Athenas ita appellarunt, & ciues utroq; ſexu ἀστοὺς & ἀστάς, quēadmodum Alexandrini πόλιν (ut Romani urbem Romam) Alexandriam appellarunt. Apud Lycurgum

γῦ κατὰ Λεωκράτους eſt, τὸ ἄστυ τῆς πόλεως ἑαλωκὸς, urbs ciuitatis capta. Vbi per ἄστυ, urbs propriè dicta: per πόλιν, ſuburbia & Piræeus, &c. intelliguntur. Sic in epigrammate in Euripidem, πατρὶς δ᾽ Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Ἀθῆναι nominantur: quod non aliud eſt, quàm Athenas reliquæ Græciæ tantum præſtare, quantum inter Græciam & Barbaras gentes interſit.

ὡς σωφρονέστατον) Quàm temperatiſsimum. Niſi malis ὡς γεγονέναι, pro ὡς ἐγένετο.

ὁ πατὴρ αὐτοῦ) Clinias, qui propria naue ad Artemiſium magna gloria dimicauit.

ἐν Χαιρωνείᾳ) Plutarchus habet, ὕστερον δὲ Κορωνείᾳ μαχόμενος περὶ Κορώνειαν, ἀπέθανε. Sed parum refert: uicina oppida fuerunt, Chæronea & Coronea.

ἵππων ζεύγει ἐνίκησεν) Equorum iuga uicit: id eſt bigis, binis equis curru iunctis.

δοκιμασθεὶς δ᾽) Scilicet εἰς ἄνδρας.

ἐπιλεξάμενος τοὺς ἀρίστους, καὶ μετὰ τούτων στρατευσάμενος) Ambiguũ eſt utrũ hæc ad Phormionẽ, an ad Alcibiadẽ referãtur. Sed malo intelligere de Phormione, ut id ſolum quod ſequitur, τοιοῦτος ἦν, &c. ad Alcibiadem pertineat. Sed ſi quis mauult periodi antecedens finiri ante καὶ μετὰ τούτων, non repugno: niſi quod καὶ tunc durum uidetur, ac propè ſuperuacaneum.

πρὸς δὲ τοὺς κρατίστους τῶν Ἑλλήνων ἀντιστρατηγοῦντα) Hoc ad poſteriora tempora, cum Lacedæmonijs infeſtus fuit, non ad Thracenſem expeditionem, refertur. Nam adoleſcẽs inter ciues excelluit, ſenior Lacedæmonios uicit.

ταῖς περὶ τὴν ἑορτὴν) Scilicet τὴν ὀλυμπίαν.

τοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ νικήσαντας) Eos qui ſuis (ipſius Alcibiadis) temporibus uicerant.

ἐκ τούτων σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζουσι) Vel quod luxum Alcibiadis, & profuſionẽ imitati nõ ſint: uel quod ab eius magnificentia parum abfuerint. ἐκ τούτων, ſcilicet τῶν Ἀλκιβιάδους χορηγιῶν. uel, ἐκ τοῦ ἐνδεεστέρως λῃτουργῆσαι.

ὑπὲρ ἐκείνων δ᾽ εἴ τις καὶ τῶν τηλικούτων χάριν ἀπαιτοίη, περὶ τούτων ἂν δόξῃ τοὺς λόγους ποιεῖσθαι) Pro illis uero ſi quis & tantis, uel, tantorum gratiam repeteret, de his uideretur uerba facere. Obſcura ſententia: quòd non ſatis certum eſt, an ἐκείνων ad χορηγίας Alcibiadis pertineat, an ad τοὺς ἐνδεεστέρως λῃτουργήσαντας. 2. An ἐκείνων καὶ τῶν τηλικούτων coniungi debeant, ut ſit ſententia, Pro illis & tantis muneribus. 3 An uero τις καὶ τῶν τηλικούτων de ætate filij Alcibiadis ſit intelligendum. Mihi ſententia hæc eſſe uidetur: Si quis hac ætate, qua ego ſum, id eſt, ego ipſe, pro magnificentia tanta Alcibiadis gratiã repeteret, de his muneribus dicere uideretur. id eſt, Tanta fuit parentis mei in patriam liberalitas, ut ego propter eam meritò non tantum à calumnia liberarer, ſed etiam præmium à uobis poſtularem. Ciuilis & ualde modeſta querela eſſe uidetur, de ingratitudine Athenienſium. Ego ſimpliciter uerba utcunq; uerti, de ſententia quiſq; diuinet pro ſuo arbitrio.

ἐγγενόμενον αὐτῷ) Pro ἐγγενομένου: Poteſtate ſeu occaſione data, cum licuiſſet.

ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτὴν πλεῖον ἔχειν) Scilicet τὴν ὀλίγων, ſeu ὀλιγαρχικῶν: id eſt, quum liceret ei tyrannidem occupare.

πρῶτον τῶν πολιτῶν αὐτοῦ φυγὴν κατέγνωσαν) Primum ciuium eum exilio mulctarunt: id eſt, Primus ex omnibus ciuibus actus eſt in exiliũ à tyrannis.

τὰς συνθήκας παραβαίνειν) De Amneſtia, id eſt, obliuione iniuriarum à Thraſybulo ſancita, hoc eſt intelligendum.

δίκην λήψεται) Pœnam ſumetur. Græci cũ accuſatiuis paſsiuæ uocis impersonalia conſtruũt. Niſi fortè λήψονται, ſcilicet οἱ πολῖται, ſeu δικασταὶ, legendum: quoniam ſequitur, ἕξουσι.

ὑπάρχειν εἰς ἐκεῖνος) ὑπάρχειν priorem ſignificat uel inferre iniuriam, uel conferre beneficium.

τυχεῖν περὶ αὐτὴν) Scilicet τὴν ἀδικημάτων. Niſi fortè παρ᾽ αὐτὴν, ſcilicet τὴν δικαστῶν malis, quod mihi non placet. Pronomen οὗτος cũ præpoſitionib. Iſocrates ſæpe uidetur impropriè, ſæpe ſine neceſsitate uſurpare.

περὶ τὴν ἄλλων τἀναντία τοῖς τριάκοντα ἐπράξατε) De alijs contrariam ſecuti rationem eſtis, quàm triginta tyranni: id eſt, Quemadmodũ illi inſontes exagitarunt, ſic uos eoſdem defendiſtis. Sententia eſt, ſed tecta & modeſta: Non ut iudices agetis, ſed ut tyranni, ſi me damnabitis.

ANNOTATIONES IN Aegineticum.

MH παρ᾽ ἡμῶν πειρᾶσθε λαμβάνειν τὴν οὐσίαν) Ne à nobis conare tur accipere opes. Quod iudices alicuius eſſe pronunciant, id dare quodammodo uidentur. Si pro ὑμῶν, legas ἡμῶν, interpretor, A nobis auferre, nobis eripere.

οὕτως ἀξιοῦν αὐτὴν ἐπιδικάζεσθαι) Sic poſtulare ipſam ut petat hæreditatem: id eſt, ita demum putare debet ſe iuſtam habere cauſam petendæ hæreditatis.

Siphnos)

Siphnos) Inſula una ex Cycladibus in Aegæo mari.

Seriphos) Et ipſa Aegæi maris inſula ex Sporadibus, taciturnis ranis nobilitata. quam alioqui cõtemptam fuiſſe, id innuit, quod iam ſequitur, παρ' ἀνθρώπων πολὺ πλείονος ἀξίων ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν πόλιν. id eſt, Qui quidem in oppido non perinde celebri uitam agebant, ſed iis opibus & uirtutibus erant præditi, ut illuſtri ciuitate digni eſſent.

κατὰ τὸν κίων νόμον) Plinius libro 5. cap. 32. Amnes Hylas, & Cios, cum oppido eiuſdẽ nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Mileſiis quidem conditum, in loco tamẽ qui Aſcania Phrygiæ uocabatur. Dubito tamen an χῖον, uel κεῖον, uel κῷον ſit legendum, ab inſula χίος, uel κέως.

καθ' ὃν πάλιν ἐπολιτευόμεθα) Iuxta quã rurſus in ciuitate uerſabamur: uel, rempublicã gerebamus. Si in Cio habitarunt, Ciis legibus parendum fuit. Sed ſi legendum eſt (ut ego omnino puto) κατὰ τὸν σιφνίων νόμον, καθ' ὃν πάλαι ἐπολιτευόμεθα: ſic uerto, Cape etiam Siphniorum legem, in quorum olim republica uiximus.

παρ' ὑμῶν τοῖς μέλλουσιν ἀναγνώσεσθαι περὶ τοῦ πράγματος) ἀναγνώσεσθαι, accipio pro δικάσειν, ſeu κρινεῖν, qui cogniturι eſtis, qui ſentẽtias dicetis & pronunciabitis.

ἀπορούντων δ' ἐκείνων) Cum in dubio eſſent, uel, cum inopia premerentur.

κατὰ τὴν κηδεστίαν) κηδεστὴς ὁ πενθερὸς λέγεται, καὶ ὁ γαμβρὸς, ὃς μνηστὴρ λέγεται πρὸ τοῦ γάμου: id eſt, κηδεστὴς ſocer dicitur, & gener, quẽ ante nuptias procum uocant. ſic Phauorinus. Suidas generalius exponit, ὁ κατ' ἐπιγαμβρείαν οἰκεῖος: id eſt, affinitate coniunctus.

οὐ πλείον θάτερον ἐποίησεν) Scilicet κακὸν. Prius malũ erat morbus Thraſylochi, quod duplicabatur, matre & ſorore ægrotantibus.

ὡς ἔμπυος μὲν ἐμεῖν ἦν πολὺν χρόνον) ἔμπυον Suidas ἕλκος interpretatur. Phauorinus ἔμπυος, id eſt, ἐμπυϊκὸς. qui ſanie plenus quidem, uomere erat: id eſt, uomebat, multum tempus. hãc ſententiam eſſe puto, quòd diu ſaniem euomuerit.

καὶ ταῦτ' οὐδένα χρόνον διέλειπεν) Hæc nũquam ceſſabant. Verbum abſolutè poſitum.

οἰκειοτέρους σφᾶς αὐτοὺς τῶν ἀναγκαίων παρέσχον) ἀναγκαῖοι uidentur hic eſſe οἱ συγγενεῖς. quod ſi cui diſplicet, exponat, plura officia præſtiterunt quàm neceſſe fuit. Sed malo ſic intelligere: qui officioſiores & fideliores extiterunt, quàm alii ſanguine iuncti.

οὔτ' ἔρημον τὸν οἶκον καταλίπῃ) ἔρημος οἶκος, familia extirpata, gens deſolata, cum eius nominis nulli amplius ſuperſunt. Vel cum quis orbus et ſine liberis perit, & ut mox ſequitur, ἀνώνυμος.

τὴν δ' ἀδελφὴν ἐπὶ τῇ τύχῃ καταλίπῃ) Sororemq; fortunæ arbitrio permiſiſſet.

ἐκ πάσας δ' οἰκίας τῆς ἐν σίφνῳ πλεῖστοι βασιλεῖς γεγόνασι) Vtrum βασιλεῖς hic propriè dicantur, an alterius alicuius dignitatis (ut apud Athenienſes) ſit uocabulum, neſcio. Phauorinus indicat, βασιλεῖς apud Herodotum τοὺς δικαστὰς dici, καὶ τοὺς ἄρχοντας. πλεῖστοι pro πλείους, uel τοσοῦτοι accipio.

εἰς ἔλεγχον καταστήσειν) In probationẽ conſtituturos: id eſt, Rem eò deuenturã, ut euidenter cognoſceretur, &c. Poſſunt etiam hæc uerba, ἄπαιδας ἀμφοτέρους τελευτήσαντας, pro ἀπαίδων ἀμφοτέρων τελευτησάντων, & καταστήσειν pro καταστασιάσεσθαι accipi.

οὐ μέντ' ἂν μοι δοκῶ φυγεῖν, οὐδὲ τὴν θρασυλόχου γνώμην) Videor mihi etiam Thraſylochi ferre poſſe iudicium, non recuſo etiam Thraſylochum iudicem. Sic libentius interpretor, quam, Arbitror me nec Thraſylochi mentem ignorare, Latini quidem dicunt, haud me fugit, id eſt ſcio.

τοῖς κατὰ δόσιν ἀμφισβητοῦσι) Secundum donationem litigantibus: id eſt, qui hæreditatem ex teſtamento petunt, non ratione cognationis.

ὃς τοιαῦτ' ἔπραξα περὶ τοὺς ἐκεῖνον σώσαντας) Qui talia egi circa eos qui illam conſeruarunt. Neſcio quorſum hæc uerba pertineant, aut quid ſibi uelint. non enim aſſequor, primò quis ſit ἐκεῖνον, an οἶκος, uel θρασύλοχος: deinde, qui ſint illi σώσαντες.

εἴ τις σκοποῖτο μὴ πρὸς ταύτην) Scilicet δόσιν, uel τὴν ἀντίδικον.

ANNOTATIONES IN Trapeziticum.

Τράπεζα menſam ſignificat, non tantũ eam in qua edimus, aut ſcribimus, ſed etiam colybiſtarũ, argentariorum, ſeu numulariorum negociationem, qui trapezitæ à Græcis, ut etiam à latinis menſarii dicuntur. hinc fit τραπεζιτικὸς λόγος, id eſt, κατὰ τραπεζίτου γεγραμμένος, ἢ λελεγμένος: Oratio ſcripta contra Paſionem, nobilem quendam numularium Athenis.

τοσούτων χρημάτων) Tot pecuniis, ſcilicet quot in accuſatione ſeu citatione (ut nunc uocãt) expreſſæ ſunt.

ἀπιστοῖς δὲ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐπιμελεῖσθαι) δύναμις eſt ἰσχὺς, στρατεία, robur, exercitus.

citus. Sopæus igitur ſummus imperator Satyri fuit.

γεμιούσας δύο ναῦς σίτου) Oneratis frumento duabus nauibus. γεμίζειν genitiuo iungitur.

ἅμα κατ' ἐμπορίαν καὶ κατὰ θεωρίαν) Tale ferè eſt Ciceronis illud: Non tam negotiandi quàm ociandi gratia.

κἀγὼ τοῖς φυγάσι συγγινοίμην) Et ego cum exulibus congrederer: id eſt, cum illis conſpirem, me illorum ſocietati admiſceam.

ἀλλὰ καὶ ὀφείλοντά με φαίνεσθαι καὶ τούτῳ καὶ ἑτέροις ἐπὶ τόκῳ) φαίνεσθαι accipio pro δοκεῖν, σκήπτεσθαι, προσποιεῖσθαι. Vt ſimularē me & huic, Paſioni ſcilicet, & alijs debere pecunias fœnore ſumptas.

πᾶσι δ' εἶναι φανερὸν, ἀπαιτούμενον καὶ ἑτέροις ὁμολογοῦντα ὀφείλειν) Accuſatiui tam multi reddunt orationem obſcuriorem. Sic autem verba ordinabis, ἡγούμενος πᾶσι φανερὸν εἶναι, μὴ ἀπαιτούμενον, id eſt, ὅτι οἱ παρὰ τοῦ Σατύρου ἀπῄτουν μὲ τὰ χρήματα, ὁμολογοῦντα: pro ὁμολογοῦσθαι. id eſt, ὅτι ἐγὼ ὡμολογηκὼς εἴην, ὀφείλειν καὶ ἑτέροις: id eſt, Exiſtimans notum eſſe omnibus, cum argentum à me repeteretur, me confeſſum eſſe. quòd etiam alijs deberem. Particula καὶ obſeruanda eſt. habet enim ἐπίτασιν. quaſi dicat, tantum abeſſe ut apud Paſionem pecunias depoſitas haberem, ut ipſe etiam æs alienū cōtraxiſſem.

καὶ τὰς μεγίστας πίστεις εἴη δεδωκώς) Hoc non tam ad promiſſa uerborum, quàm ad teſtimonia rerum pertinere uidetur, nempe ad amplificationem imperij, & contractā affinitatem. Sic Terentius: Hāc fidem ſibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, ut darem. Eſt autem illa fides nō promiſsio uerborum, ſed ſuſceptio nati pueri.

πρὸς τὸν πολέμαρχον) Magiſtratus nomen Athenis fuit, qui præter alia ius inquilinis & populis ſiendis dicebat. Poſtellus tribunum militum interpretatur.

διεγγυῶντος Μενεξένου πρὸς τὸν πολέμαρχον τὸν παῖδα) Cum Menexenus apud Polemarchum ſponſione & fideiuſsione puerū liberaret: ſic ex Budæo interpretor. & Phauorinus, διεγγύησιν exponit ἐγγυητὴν κατάστασιν. Eſſet igitur διεγγυᾶν, ἐγγυητὰς καθιστάναι. Fortaſsis igitur exponere liceat, Cum pro puero Menexenus ſponſores conſtitueret.

ἑπτὰ ταλάντων διηγγυήσατο) Septem talenta pro eo ſpopondit.

ἀπελωτισάμενος εἰς τὸ ἡφαιστεῖον) ἡφαίστειον eſt χαλκεῖον, officina ferraria: ſed hic Vulcani tēplum ſignificat.

δημοκοίνος) Phauorino δημόκοινος eſt βα-σανιστὴς, δήμιος, ὁ στρεβλῶν καὶ βασανίζων, id eſt tortor, ſeruus publicus.

ἐκ τῶν συνόδων παύτου αὐτοῦ καταγνώσκειν ἀδικεῖν) Non ſatis mihi liquet, an συνόδους pro concurſu hominum accipiat, an pro congreſſibus, cum inter ſeſe, præſentibus alijs, litigarunt. ἐκ τῶν συνόδων, pro μετὰ τὰς συνόδους, poſt hos congreſſus. poſtquam hæc inter nos acta fuerant, rectiſsimum uidetur.

δίαιταν ἐπὶ ἐν τοῖς ἐπιτρέψαι Σατύρῳ, ἐφ' ᾧ τε καταγνώσκειν ἡμιόλια αὐτὸν τὰ χρήματα) Suidas, ἡμιόλιός ἐστιν ἀριθμὸς ἔχων τὸ ὅλον καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ: id eſt, Hemiolius eſt numerus, qui totū eiusq; dimidiū continet. hæc igitur fuère τὰ ῥητὰ, id eſt conditio, ut totam ſummam, & dimidiā inſuper eius partem Paſio damnatus pēderet. Elegans dictum eſt Thucydidis, ὁ πόλεμος ἥκιστα ἐπὶ ῥητοῖς προχωρεῖ: Euentus bellorum conſilijs minimè reſpondent.

καὶ συναγαγόντες εἰς ἀκρόπολιν) Videtur accipi pro συνελθόντες.

τί μαθόντες) Quo cognito: id eſt, quid nobis in mentem uenit.

πολὺ τὰ κατατιθέντας) καταθήκην appellat pecunias Paſioni numeratas. Fortaſſe rectius legeretur παρακαταθήκας.

ἠξίου Μενέξενον ἀπαλλάττειν) Petebat Menexenum amouere: id eſt, petebat ut efficerē, ut Menexenus ab actione deſiſteret.

τὸν σκηνίτην καλούμενον) ἀπὸ τῆς σκηνῆς, à tabernaculo fit σκηνίτης: nam per ι in penultima ſcribendum cenſeo. τὰς ὑδρίας, urnas ſimpliciter intelligo, in quas iudicū nomina cōijciebātur.

παρέσχον αὐτῷ συνέστησα) Id eſt, ἐγγυητὴν κατέστησα. Paſionem ipſi commendaui: id eſt, à Paſione repetere iuſsi. Paſionem ſponſorem dedi.

τριακοσίους στατῆρας) Varij ſtateres fuerūt, ut Budæus in Aſſe copioſe docet: ſed quia ſequitur, τοσούτων χρημάτων ἐγγυητὴν γενέσθαι, de aureis ſtateribus accipio, quorū ſinguli, Polluce autore, mnam ualuerunt, id eſt denos coronatos.

χαρῖνος) Harpocration hūc putat fuiſſe ducē Athenienſiū, qui Peloponneſum claſſe infeſtarit.

λακεδαιμονίων ὑπαρχόντων κυρίων τῆς θαλάσσης) In Panegyrico, niſi fallor, dixit, Lacedæmonijs imperantibus κατὰ πόντισαι ſe mare tenuiſſe. Fortaſsis illò etiam ſpectat, quod nunquàm ferè bene cōuēnit inter Athenieſes et Lacedæmonios.

ἑτέρων ἐπὶ γραφῶν γενομένων) Alijs inſcriptionibus factis: id eſt, cum alij cenſus agebentur.

ἐφ' ᾗ πολλὰ χρήματα ἦν ἐγὼ δεδωκώς) Tametſi ἐφ' ᾗ uideatur cauſam notare, tamen ſic r[illegible]

te[illegible]

telligo: cui ego multas merces impoſueram: uel, in quam multas pecunias dederam: uel, quam magno emeram.

ἐφηνέ τις ὡς ὄντα ἀνδρὸς Δηλίου) Indicarat, uel detulerat, tanquam eſſet cuiuſdam Delij. φαίνειν eſt δ' ἐκφαίνειν, φανερὸν ποιεῖν, λάμπειν, κατηγορεῖν. Haud ſcio an hiſtoria aliqua hic lateat, de inimicitijs Athenienſium cum Delijs, ut ſi qua è Delo nauis Athenas appuliſſet, publicaretur.

οὕτω τὴν βουλὴν διέθεσαν) Sic ſenatū uel cōſilium affæcerant. id eſt, uel ſenatum eò impulerunt: uel (quod magis probo) ita inter ſeſe conſpirarunt.

τὸν ἀπὸ τῆς τραπέζης) Idem eſt quod τὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ.

εἰ μικρὸν ἀποστερεῖτο) Si parum fraudaretur: id eſt, ſi putaſſet ſaltem paruam iacturam ſibi faciendam eſſe, neq; ſciuiſſet nihil hic habêre, &c.

ἀπεγράψατο ἐν τοῖς τιμήμασι) Deſcripſit in æſtimationibus: id eſt, cum cenſus ageretur, inter reliquas ſuas opes adnumerauit.

κάκιστ' ἀνθρώπων ἀπολεῖσθαι) Peſſimè hominum periturus eſſe: id eſt, crudelius quàm quiſquam alius perijſſet, ſibi pereundum fore ſciebat.

ANNOTATIONES IN Paragraphicum.

Παραγραφικὸς dicitur ἀπὸ τῆς παραγραφῆς, id eſt, à tranſlatione, ſeu exceptione: qua nō ad rem ipſam reſpondetur, ſed ἡ δίκη οὐκ εἰσαγώγιμος εἶναι λέγεται, id eſt, accuſatori non danda eſſe hac de re actio dicitur.

ἐκ Πειραιῶς) Qui à triginta tyrannis crudeliter uexabantur, in Piræeum confugiebant, donec tandem à Thraſybulo reducti in urbem ſunt. de quo uide Xenophontem libro 2. de rebus Græcorum, quæ ἑλληνικὰ inſcribuntur.

τοὺς ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν) περὶ τούτου, ſcilicet τοῦ φεύγοντος, ut principes primùm de reo referrent, reo primùm dicendi poteſtatem facerēt. Fuit autem magiſtratus quidam Athenis, qui ἐννέα ἄρχοντες dicebantur. inter hos nouem, autore Suida, ſex θεσμοθέται, unus βασιλεὺς, unus ἄρχων, unus πολέμαρχος, dicebatur: qui ante Solonem κύριοι ἦσαν, ὥστε αὐτοτελεῖς ποιεῖσθαι τὰς δίκας. Poſt Solonem οὐδὲν ἔτι περὶ αὐτοῖς ἐπλεῖτο, ἢ μόνον * ἀνακρίνειν τοὺς ἀντιδίκους. id eſt, Horum ante Solonem ea fuit autoritas, ut ipſorum ſententiæ ratæ haberentur. Deinceps autem, hoc ſolum eorum munus fuit, ut aduerſarios deligerent: id eſt, (ut ego quidē opinor) ut delectu habito, ad indices referrēt, quæ cauſæ in primis dijudicandæ eſſent. τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν, mulctā debêre. Latinè uno uerbo reddi cōmode non poteſt. Suidas ait, ſextam eſſe partem æſtimationis litis, quæ exigeretur ab ijs qui aliquē per calumniam reū ſæciſſent, nec conuincere potuiſſent. Sic autem appellatam eſſe dicit, quod de ſingulis drachmis ſinguli oboli, id eſt, ſextra pars drachmæ numeranda eſſet.

τοῦ τότε βασιλεύοντος) βασιλέα inter nouem principes intelligendum cenſeo. uel certè, βασιλεύειν dicitur hoc loco, qui perturbato reipublicæ ſtatu, pro ſua libidine agebat omnia, uel alioqui magnæ autoritatis erat.

λαβόμενος δ' αὐτοῦ ἀφελέσθαι αὐτό, αὖ φίλον ἐστὶν, ἔφασκεν αὐτῷ καταλιπεῖν, ὥστε δ' ἐς δημόσιον γίγνεσθαι αὐτό) Cum prehendiſſet eū ut argentum ei eriperet, dicebat, ſi ita uellet Callimachus, ſe id ei relicturum, ut publicaretur. id eſt, Si cū bona gratia Callimachus Patrocli argētum dare nollet, id cum mala gratia iudicibus daturum eſſe.

ἐνδεὶς ἢ πρὸς αὐτὸν τὴν φάσιν τῶν χρημάτων ὁ Πατροκλῆς ἐποιεῖτο) Indicabat apud eum pecunias cum accuſatione Callimachi.

εἰς τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν ἀπέδοσαν) Cognitioni ſenatus ſubiecit, retulit ad ſenatum.

Βατῆθεν) È Bato, ſeu Batenſi. Locale aduerbium. Notum eſt, plures fuiſſe δήμους Athenis, diſtinctis appellationibus.

δίαιταν ἐπὶ ῥητοῖς ἐπετρέψαμεν) Arbitrium, certis conditionibus, (ut eſt in Trapezitico) uel re tranſacta, (quod magis huc quadrat) detulimus. contrarium eſt, ἀμφισβητοῦντες. Sed cur tranſacta re deligitur arbiter? ut illa trāſactio autoritate publica cōfirmetur, & ſi quid deinceps controuerſiæ fuerit ortum, ut ſit qui dijudicet.

ὡς ἐν τοῖς πρυτανείοις μόνον κινδυνεύσων) Tanquàm de ſportulis tantum periclitaturus. πρυτανεῖα, pecunia quam deponebat uterq; litigantium, tam actor quàm reus. Cæterum qui ſuccubuiſſet, ſoluebat omnia.

τὴν δίαιταν μέλλει ἔξαρνος ἔσεσθαι) Arbitrium negaturum eſſe, inficias iturum, arbitrium interceſſiſſe. Obſerua ἔξαρνος cum accuſatiuo.

οὐκ ἐλόντι τὰ διαμαρτυρηθέντα) Ea quæ in actione perſcripſit, de quibus me in iudicium uocauit. Fortaſſis [illegible]

εἰς τὸν μετὰ Λυσάνδρου κατάλογον) De hoc catalogo nihil inuenio apud Xenophontem.

ὅτι ἐξεβλήθησαν οἱ τύραννοι) De his uide 2. ἑλληνικῶν Xenophontis.

τοὺς ἐνδείξαντας) Accuſatores, ſeu delatores.

ἢ φήναντας) Quadruplatores, τοὺς τὴν φάσιν προιςαμένους τῶν χρημάτων. ἔνδειξις ad perſonas, φάσις ad pecunias referenda uidetur.

ἐμοὶ ἴσως μεταμέλειν τῇ πόλει) Participiũ pro uerbo μεταμέλει.

τοῦ ἐκ κοίλης) κοίλη caua ſignificat. Puto uicũ ſeu δῆμον aliquem Atticæ fuiſſe.

εἰδότες δὲ τοὺς ἀπογράψαντας) Quadruplatores, qui eas pecunias triginta tyrannis prodiderant.

περὶ δὲ συστάσεως) στάσις, ſeu διάστασις, quæ & διχοστασία, eſt ſeditio, diſſenſio. σύστασις eſt reditus in gratiam, pacificatio poſt ſeditionem. aliàs conſpiratio.

οὐδεὶς ἂν ἄλλ᾽ ἢ τὴν ἡμετέραν γνώμην αἰτιάσαιτο) ἄλλ᾽ nomen eſt ἄλλο, aliud, non coniunctio. quanquam ἀλλ᾽ ἢ, aliàs, ſæpe coniunguntur, ut ſignificent, niſi. Similis locus à Cicerone copioſius & ſplẽdidius tractatus, extat in Oratione pro Marcello: Sed tamen ſunt alia his maiora, non bellicas laudes ſolent quidam extenuare uerbis, &c.

περὶ τῶν ἀπογεγραμμένων χρημάτων) De pecunijs, quæ in accuſatione inſcriptæ ſunt.

οὔτ᾽ ἂν τίμημα ἱκανὸν ἀπογράψαιτο) Nec ſatis magni æſtimare queat.

εἴθισθε) Ab ἐθίζομαι.

τῶν ἐν τῇ μεταστάσει γενομένων) μετάστασιν, ut opinor, nominat τὴν τῆς πολιτείας μεταβολὴν. eſtq́; aliquanto lenius quàm ſi dixiſſet, ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ.

πρὸς τοὺς ὑπειρημένους λόγους) Ad ea quæ ego iam ſub aduerſarij perſona dixi. Phauorinus ὑπειπεῖν pro προειπεῖν, ὑπολαβὼν pro προλαβὼν exponit. Accipio igitur ὑπειρημένους, pro προειρημένους.

περὶ ὧν ἀντωμόσαντο) De quibus iuramentum calumniæ præſtiterunt.

καὶ τάχα ἀντειπεῖν ἔστιν) Et fortaſſe refutare licebit: ſcilicet, ſi talia inculcare perrexerit.

εἰ καί τῳ δόξω δὶς περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν) Parentheſis προκαταληπτικὴ: Tametſi alicui uidebor bis idem dicere.

τοῖς μεταςᾶσι τῆς πολιτείας) Scilicet τὴν ὀλιγαρχικήν.

οἱ μὲν τὸ κύκλῳ ἔχοντες) Id eſt, τὴν πόλιν τὴν ἐντὸς τῶν τειχῶν περιβόλου, urbem quæ mœnibus cingitur.

δίκας οἵας δεδίκασται) δικάζεσθαι δίκας, atticiſmus: litigare in iudicijs, ſeu uocare alios in iudicium. γραφὰς εἰσελθεῖν, idem puto eſſe. niſi quod δίκην priuatarum cauſarum, γραφὴν publicorum criminum eſſe uolunt. Dubitari poteſt tamen, an hoc poſterius ita ſit intelligendum, ut ipſe Callimachus ſit ob ſcelus aliquod publicè accuſatus. Sed quum eum ut ſycophantam inſectetur, malo actiuè intelligere.

συντρίψαι κατὰ τῆς κεφαλῆς) Pro τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

ἀποθανεῖν τὴν ἄνθρωπον) Mulierem eſſe mortuam.

ἐπὶ παλλαδίῳ) παλλάδιον aliàs eſt ſtatua Palladis, cui Oreſtem in Areopago aram dicaſſe ſcribit Pauſanias. Sed hic παλλάδιον intelligendum eſt tribunal[illegible] quo homicidæ, uenefici, ſicarij, & cauſæ capitales iudicabantur.

ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν) Scilicet ὁ κρατῖνος, προλαβὼν, uel πέμψας ἑτέρους.

Φρυνώνδας) Hunc Suidas improbitate nobilitatum eſſe ſcribit, & mercenarium fuiſſe artificem noxiarum machinationum.

τὸ γοργόνιον) Quid hoc ſit, non inuenio. Fortaſſe ſit ἀπὸ τῶν γοργόνων, ſuitq́; ſtatua uel ſimulacrum Gorgonum. aliàs γοργόνειον, quod etiam γοργονεῖον ſcribitur, Suidas exponit προσωπεῖον, laruam, eam nimirum quæ ad alios perterrefaciendos comparata ſit. unde Pallas in ſcuto ſuo Meduſæ caput habuit.

τῶν μὴ γενομένων παρασχέσθαι μάρτυρας) Rerum non factarum exhibere teſtem: id eſt, ſubornare falſos teſtes.

ἐν Ἑλλησπόντῳ) Ad Aegoſpotamos, à Lyſandro.

ἡμεῖς τὸν ὡς ἐκείνους) Scilicet πρὸς τοὺς λακεδαιμονίους.

πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων) Statuæ heroum, à quibus decem tribus Athenis cognominabantur. Sic autem nominantur in ἐπιταφίῳ, qui inter Demoſthenicas orationes habetur, Erechtheus, Aegeus, Pandion, Leõ, Acamas, Oeneus, Cecrops, Hippothoon, Aiax, Antiochus. unde alij appellantur, ἐρεχθεῖδαι, καὶ φυλὴ ἐρεχθηίς: alij αἰγεῖδαι, καὶ φυλὴ αἰγηίς, &c.

ANNOTATIONES IN Orationem contra Lochiten.

Λοχίτης appellatiuum, manipularis ſeu inſidiator, fit ἀπὸ τοῦ λόχου, id eſt, à manipulo ſeu cohorte. Continet autem λόχος apud Xenophontem in Cyri pædia, 25 uiros. Nam τάξιν, quæ ipſi centuria eſt, in quaternos λόχους diuidit. Hic proprium nomen eſſe uidetur.

ἄρχειν

ἄρχων χειρῶν ἀδίκων) Incipiens iniuſtis manibus. id eſt, nulla à me laceſsitus iniuria: non propulſans, ſed faciens iniuriam.

ἄνευ πρυτανείων τοῦ βολῆς) Sine ſponſione. Nam alioqui decima pars æſtimationis litis deponebatur, quæ mulcta eſſet temerè litigantum.

ὑπὲρ τοῦ τυχόντος) Accipio pro ὑπὲρ τοῦ γεγενημένου, pro eo quod contigit. id ſi diſplicet, pro fortuito interpretare.

ἀγένητον) Infectum: id eſt, non factum, prætermiſſum.

γραψαμένῳ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας) Re ad Theſmothetas relata. [illegible] editio habet aliam lectionem, γραψαμένῳ, πρὸς δὲ τοὺς θεσμοθέτας, &c. ſed noſtra uidetur melior.

τυγχάνει καὶ δυνάμενος) Id eſt, καὶ δύναται.

τοὺς λέγοντάς τι τῶν ἀπορρήτων) ἀπόρρητα ſunt aliàs arcana, & non diuulganda. hic uidetur accipi pro turpi conuicio.

ὑπὲρ τῆς αἰκίας) Phauorinus αἰκίαν ait eſſe uerberũ, ὕβριν fieri ſine uerberibus, cum contẽptu & inſidijs. quod diſcrimen huc non quadrat.

τῶν τότε καταστάντων) Scilicet πραγμάτων. niſi malis oligarchicos, ſeu tyrannos ſubintelligere.

τοσούτου τιμᾶν) Tantam multam decernere.

ἢν οὖν περιαιρήσησθε τὸ τὰς οὐσίας ἀφαιρεῖν) Si igitur ſuſtuleritis facultates adimere. id eſt, ſi mulctas pecuniarias abrogaueritis, ſi corpora diuitum mulctabitis, non loculos.

ANNOTATIONES IN ORAtionem contra Euthymum, quæ Amartyros inſcribitur.

Εἰς τὸν μετὰ Λυσάνδρου κατάλογον ἀπογραφον) Huius Lyſandri, qui utiq. alius eſt quàm Lacedæmonius ille, mentio fit iiſdem uerbis in Paragraphico. Sed nihil memini me de hoc legere. Veriſimile tamen eſt, fuiſſe hominem popularem, coryphæum tuẽdæ libertatis, ac ideo à 30 tyrannis proſcriptum.

τὴν μὲν οὐσίαν ὑπέθηκε) ὑποθῆκαι τὴν οὐσίαν, Phauorinus inquit, ὁ δανειζόμενος, ὑποθεῖτο δὲ ὁ δανείζων. ὑποθεῖναι τὴν οὐσίαν is dicitur, qui fœnore accepta pecunia, ſua prædia oppignorat. ὑποθέσθαι ad eum refertur, qui pignus capit.

νῦν δ' ἀρχαιότερον αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα) Nũc uero antiquior ipſis res eſt: id eſt, Cauſa negocij altius repetenda eſt, & inquirenda ſubtilius.

ὥστε οὐ περὶ τοῦτ' εἶναι νικίᾳ) Vt non ita cum Nicia ageretur. Conſtructio inſolentior eſt, ſi lectio deprauata non eſt.

καὶ δὴ καὶ νικίαν μὲν οὐδ' ἂν εἷς δύναιτο ἀποδεῖξαι, δι' ἥν τινά ποτε αἰτίαν ἐνεκάλεσεν) Scilicet τοῦτον τὸν τρόπον, Vt etiã duo talenta ſibi nõ eſſe reddita diceret. Nam alioqui planum eſt, proficiſci calumnias ex maleuolentia, aut auaritia.

ANNOTATIONVM IN ORATIONES ISOCRATIS FINIS.

Sequentia loca uelim à ſtudioſo lectore diligentius perpendi.

περὶ βασιλείας. Fol. 20. θεωροῦντας δὲ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας ἄχθονται

21. ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας.

εὐαγόρ. 38. διελὼν τοῦ τείχους πυλίδα

44. μεγάλας δυναστείας κατειργασμένους.

49. δύο λόγῳ περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν.

σοφιστ. 74. ἃς δεῖ προδιελέσθαι καὶ μίξασθαι

Ibid. οὐ ταύτην κατοπτεύσοντι τὴν ὑπόθεσιν.

πανηγ. 81. ἐφ' ἑκάτερα (& alibi ἐφ' ἑκατέρας) τῆς ἠπείρου

88. τῶν δὲ συμμάχων ἀνυπερβλήτως ἡγουμένων, etc.

96. ῥᾳδίως ἄν τις ἑνὶ ψηφίσματι διέλυσε.

100. κατὰ μὲν θάλατταν προδεδυστυχηκότων.

παναθηναϊκῷ. 116. τοὺς φθέγγοντας μὴ καταδέχεσθαι.

ἀρεοπαγ. 128. ἣν ταύτης τῆς πολιτείας προσποιούμενοι.

130. τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας.

παναθ. 139. οὐκ ὀκνήσω δὲ καὶ τοῦτ' εἰπεῖν, &c.

141. οὔτε φράζειν οὐδὲν μέρος ἔχοντας, &c.

144. ἔτι δὲ τῶν ἑτέρων μᾶλλον οὐ λέγειν τολμώντων.

162. ἣν οἱ μὲν πολλοὶ χρησίμην οὖσαν, &c.

172. περιγενομένους δὲ τοὺς μεῖζον τοῦ πλήθους φρονοῦντας, &c. μικροὺς καὶ πολλούς, &c.

175. ἐπ' ἀντιπάλην τὴν ἱπποδρομίας.

τῆς δὲ χρησίμους εἶναι πᾶσι.

180. εἰδότας περὶ τῶν ἔξω πραγμάτων

184. οὐχ ἡγοῦνται δικαίους, ἀλλὰ πλεονεκτικούς.

185. ὧν οὐδὲν ἐξετάζοντά με, &c.

188. εἰ δεῖ κοινῇ δεῖ πρὸς τοὺς ἄλλους.

189. τούς τε λόγον ἀποδεδεγμένους τοῦτον.

φιλίππῳ. 190. ἐπὶ τῶν περὶ τὸν αἰγιαλὸν

194. καὶ πολὺ διεψεῦσθαι νομίζειν, &c.

207. εἰ γὰρ ἐπὶ τὰς αὐτὰς διανοίας ἐλθεῖν ἐβουλόμην, &c.

209. κρατήσειε καὶ τῆς ἐπὶ τὸν ποταμὸν δυσχωρίας.

εἰ τῷ μὲν ἄρα λέγειν, οἱ δὲ δύναμιν λάβοιεν.

 ἐρῶ, κ.

εἰρήνῃ. 211. τῶν ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρου τὴν παραλίαν κατοικούντων

219. καὶ ῥόδιοι σὺν ἄλλοις συνέθεντο.

ἐπαφεῖναι τὸν ἀντιῤῥητικόν

220. καὶ τὰς κτίσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι κομιούμεθα

221. μηδὲν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες.

230. περὶ τῶν ἑλληνικῶν πραγμάτων καὶ πολιτικῶν.

233. βελτίους τῶν πολιτῶν νομίζειν

235. τούτων τῶν ἐγκυκλίων

ἀρχιδάμῳ. 247. ἄλλως τε δὲ καὶ τοῦ γνῶναι, etc.

255. καὶ βοηθεῖν ἐνθένδε μεταπεμψάμενος

256. ὧν ἡμεῖς ἠδικήκαμεν μὴ τἀναντία, &c.

257. τίνας δὲ τῶν περιισταμένων ἡμῖν

258. καὶ τοὺς μὲν ἔχοντας συμμαχίας, &c.

261. περὶ τὰς αὐτὰς δυσχερείας ἡμῖν.

262. ἐν τοῖς ἡμετέροις, ἀλλὰ μὴ ἐν τοῖς, &c.

265. ὑπὲρ μιᾶς ἀσπίδος παραταξαμένους.

266. ἧς οὐκ εὐπρεπέστερον ὀλίγον ἐστίν.

ἀντιδόσει. 268. καὶ περὶ ταύτης ἀξίως συγγνῶν

276. τῶν τὰς δίκας εὖ λεγόντων.

297. καὶ συγκεκλειμένον ἔχουσι.

299. εἰς λόγους ἡμεδαπούς

ζεύγει. 306. ἐκ τούτων σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζουσιν. ὑπὲρ ἐκείνων

αἰγινητικῷ. 313. ὅτι δὲ πᾶσιν οὓς παρῶν κατέλαβε.

314. ὡς ἔμπνους μὲν ἔμενεν ἦν

318. ὃς τοιαῦτ' ἔπραξα περὶ τοὺς ἐκείνου σώζοντας.

τραπεζιτικῷ. 322. διεγγυῶντος μενεξένου.

325. ἀνοίξαντα τὰς ὑδρίας, &c.

327. ἐφ' ᾗ πολλὰ χρήματα

οὕτω τὴν βουλὴν διέθεσαν

εἰ μικρὸν ἀπεστερεῖτο

παραγραφικῷ. 330. τοὺς δὲ ἄρχοντας περὶ τούτου πρῶτον εἰσάγειν

331. τοῦ τότε βασιλεύοντος

332. δίαιταν οὐ ῥητοῖς ἐπιτρέψαμεν νικομάχῳ ἐν τοῖς πρυτανείοις μόνον

333. οὐχ ἑλόντι τὰ διαμαρτυρηθέντα

εἰς τὸν μετὰ λυσιάδου κατάλογον

334. ὁ δὲ πειραιεὺς ἦν κατειλημμένος, &c.

339. καὶ δίκας οἵας ἐδίκασεν καὶ γραφὰς εἰσελήλυθε

342. ἀλλ' ἀποφαίνοντες μὲν ὡς οὐδὲν, &c.

λοχίτῃ. 343. ὥστε περὶ τῆς κατηγορίας, &c.

ὑπὲρ τῆς αἰκίας

ἀμαρτύρῳ. 346. τὴν μὲν οὐσίαν ὑπέθηκε

347. νῦν δ' ἀρχαιότερον αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα

πλευτάρχῳ. καὶ ἐκείνους τινὰς οὔσας τέχνας

ἄλλοις δὲ μεμαρτυρηκὼς

διατριβὴν δὲ συσκευασάμενος

τῶν ἀπὸ σάμου περιγενομένων

φάμενος εἰς τὴν ὑπερουσίαν ἥξειν, &c.

καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας

ὡς ἀποπάστῳ τεθλασμένα, &c.

διδασκαλίας ἀστικὰς καθῆκεν ἐξ

μὴ ἐπιγεγραμμένην.

φιλοστράτῳ. ῥυθμῷ καὶ ὑπερφορᾷ

τοῦ μὲν γὰρ δικαίου φρόνημα

κεκολασμένην εἰς ῥυθμούς.

διονυσίῳ. συμφώνων ὀνομάτων

κατασκελὲς καὶ βραδύτερα

τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν.

Epiſtola ultima, ἣν σοὶ πάλαι, &c.) De his alijsq; ſimilibus locis quid ego ſentiam, candide lector, cùm ex conuerſione mea, tum ex caſtigationibus & annotationibus, facile perſpicies: quæ ſi tibi (ut ſunt) tenuiora et horridiora uidebũtur: memineris me id præſtitiſſe quod potuerim, ipſumq; optare, ut uir doctus aliquis & eloquens, his longe meliora, ſplendidiora, & uberiora in publicum edat. Quod ſi mihi uita diuturnior, & honeſtius ocium contigerit, dabo operam, & totis uiribus in id incumbam, ne in hoc meo qualicunque Iſocrate, multum deſideretur. Quanquam nunc quoq;, doctos uiros in conſilium adhibui, meo iudicio non ſemper fretus. Quare audaculos & temerarios caullatores moneo, ne ſtatim damnent atque improbent ea, quæ etiam eruditi perpendenda diligentius, nec ſatis explorata eſſe ſtatuerunt.

ANNOTATIONVM IN ORATIONES ISOCRATIS FINIS.

ANNOTATIONES IN PRIMAM ISOcratis epiſtolam ad Philippum.

ISocrates, uir patriæ amantiſſimus, & Barbaris inimiciſſimus, nihil magis in uotis habuit, quàm ut ſopitis inteſtinis bellis, expeditio à Græcis contra Barbaros ſuſciperetur. Primum igitur ad eius rei curam Atheniensium & Lacedæmonorum animos excitare ſtuduit, ſcripta oratione Panegyrica: & fortaſſe promouit aliquid. Nam Ageſilaus, Spartanorum imperator, magnas res geſſit in Aſia: ſed quo minus quæ præclarè cœperat, fœliciter abſolueret, domeſticis tumultibus, quos Perſico auro corrupti Græci excitarant, impeditus, & ad patriam tutandam reuocatus eſt. Iaſon deinde Theſſalus, uir præſtanti animo, in ipſis belli Barbarici conatibus, per inſidias occiditur. Noſter igitur orator ad Philippum Macedonem ſe conuertit, imperatorem & regem opibus, potentia, rebus geſtis & fœlicitate inſignem, eumq́; egregia oratione hortatus eſt, ut conciliare diſſidia Græcorum, & oppugnare Barbaros dignaretur. Sed reſeruata eſt ut Solomoni Hieroſolymitani templi extructio, ſic Alexandro Magno Perſica uictoria, Philippo à ſatellite Pauſania de improuiſo interfecto. Referendæ igitur hæ epiſtolæ ſunt ad illius, de qua dixi, Philippicæ orationis argumentum.

πλεύσας ἐνταῦθα διαλεχθῆναι) ἐνταῦθα & locum & tempus ſignificat: nunc, in præſentia, coràm, hîc. Coniunges igitur cum uerbo διαλεχθῆναι. Nam participium πλεύσας, non aduerbium ἐνταῦθα in loco ſignificans, ſed ἐντεῦθεν de loco, id eſt hinc, poſtularet.

πρὸ τοῦ πείρᾳ) Antè ſum uiribus deſtitutus, prius deſpondi animum: id eſt, Senio ſum laboribus'ue confectus.

τὰ δὲ πράττεσθαι νῦν ἀκμὴν εἴληφεν) τὰ δὲ, ſcilicet πράγματα. Res nunc ut gerantur, uigorem acceperunt: id eſt, ipſa iam adeſt rerum gerendarum ſumma occaſio: nihil ceſſandum eſt, nec tergiuerſandum diutius.

ὡς οἷόν τ' ἐστὶν ἐκ τῶν παρόντων) Vt fieri poteſt ex præſentibus: id eſt, ut & ætas mea, & locorum interualla, & tempora hæc patiuntur.

οὐχ ὅτι παύτου) Malim οὐδ'. Nec enim delectatur ἀσυνδέτοις Iſocrates.

εἰσηγημάτων, etc. πλημάτων) εἰσηγήματα, cōſultationes & deliberationes rerum arduarum uocat. πλήματα, figmenta & fabulas poetarum. Similia ſunt in orationis Philippicæ exordio, quæ (ut alios quoq́; harum Epiſtolarum locos) ſtudioſi cum his conſerre debent.

ἐπίμενον) Pro ἐπιμένει, uel ἐπιμωέων εἴωθε: uſitata Græcis, & elegans temporū enallage.

τῶν σοὶ πλησιασάντων) Eorum qui tecū uerſati ſunt: id eſt, uel familiariū tuorū, uel eorum quibus alioqui rei aliquid tecum fuit.

δι' ὧν οἷόν τ' ἐστὶν ἀσκῆσαι) δι' ὧν, ſcilicet πραγμάτων, per quas res. Hoc malo, quàm ἀνθρώπων ſubiute igi.

ἵνα γένῃ συγγράμματος ἀκροατὴς) συγγράμματος ſine articulo quandam emphaſim habet: ac ſi diceret, καὶ οὐ μόνον τῶν λεγομένων. eſt autem σύγγραμμα ſcriptum elaboratum, & magna diligentia compoſitū: ut uerbum συγγράφειν, & nomen etiam inde factum συγγραφὴ ſignificat.

πλήρης ὢν τῶν τοιούτων) Plenus talium. Qualium? τῶν ὑπὸ τῶν φιλοτίμως διακειμένων, συγγραφομένων: id eſt, τῶν ἐπιδεικτικῶν λόγων ἢ πανηγυρικῶν. ſic in Oratione: Nam quū (inquit) illis indicaſſem, me orationem ad te miſſurum, non ad oſtentationem ſcriptam, neq́; res geſtas à te in bellis celebraturam, nam id alios eſſe facturos, &c. τῶν τοιούτων igitur expone, τῶν ἐπὶ δείξιν πεποιημένων.

ἐπιδείξεως δεομένοις) Oſtētatione indigentibus, uel, oſtentationem deſiderantibus: id eſt, his qui oſtentare ingenia cupiunt.

ἐκεῖσε γὰρ) Illuc enim. malim ἐκεῖ, id eſt, illic. quanquam in Oratione quapiam, ἐκεῖσε pro ἐκεῖ quoq́; legi uidetur. δύναμιν autem uocat ingenij uim, & eloquentiæ facultatem.

τοῖς δὲ διαπράξασθαί τι βουλομένοις) Id eſt, τοῖς συμβουλεύουσι: qui non inanē ingenij laudem aucupantur, non uanæ gloriolæ ſtudio ducūtur, ſed qui ab auditore aliquid impetrare nituntur, qui dant conſilium. hoc autem Iſocrates διαπράξασθαι uoluit. ἵνα ὁ Φίλιππος τὰς πράξεις ταχίστα ἐπιτελῇ.

πρωτεύοντα τοῦ γένους) Scilicet τοῦ ἑλληνικοῦ, principem inter Græcos, uirum in Græcia potentiſſimum. γένος ἀντὶ τοῦ ἔθνους τῶν ἑλλήνων accipio, niſi malis ad Herculis nobilitatē referre.

τῶν περὶ τὸν τόπον τὸν ἡμέτερον) Id eſt, αὐτῆς τῆς ἑλλάδος, Græciæ, non tantum Atticæ. Nam Macedonia ut peculiaris prouincia, diſtincta fuit à Græcia.

οὐδὲ τούτοις ἐναντία πρᾶξαι πράξειν)Hūc locum eſſe mutilum,& ſic emendandum opinor: οὐδὲ τούτοις ἐναντία πρᾶττειν (id eſt,non potuiſſes aduerſari Lacedæmonijs,quicquā inuitis illis moliri contra Perſarum regem,cum quo ſocietatē coierant)νυνὶ δ᾽ οὕτω πρᾶξειν ὡς,&c. Hæ tres dictiunculæ,aut ſimiles aliquæ neceſſariò ſunt addendæ. Sic in Oratione:Ego uerò (inquit) quū noſtra urbs Græcis imperaret,atq; iterum quū Lacedæmonij,nihil horum poſſe perfici crederē, &c. Ipſe uide locum,& cōfer. aſſentiēris mihi,opinor.

τοῦ μὲν πράττειν τι τὴν κοινῶν εὐθὺς ἐξέστην) Ego uero ab agendo aliquid publicum ſtatim deſtiti. Verba perinde ſonant, ac ſi geſsiſſet ad breue tempus rempublicam. Sed & ex ipſius orationibus,& uita eius à uarijs autoribus deſcripta, conſtat,eum nunquam acceſsiſſe ad rempublicā. Intelliges igitur τὸ εὐθὺς ἐξέστην,ſic:ἐπιγνοὺς τὸ,τὸ ἰσχνόφωνον ἐμαυτοῦ,καὶ τὸ ἄτολμον, Intellecta mea & uocis & animi imbecillitate. Nam Dionyſius ſcribit de eo,ἀπουδὴν ἐποιεῖτο λέγειν τι ἢ πράττειν τὰ πολιτικά. illud ἀπουδὴν ποιεῖσθαι, ego de exercitationibus & ſtudio intelligo, non de re ipſa & geſto magiſtratu,aut aliqua concione habita. Nolim tamen cum aliquo ſentiente contrarium,propterea digladiari.

οὐκ εἰς ἀναβολάς) Nō in moras:id eſt,quamprimum,nulla mora interpoſita.

εἴ τινος ἄξιοι) Si quo digni ſumus, id eſt, quid de me ſit ſentiendum, quæ mea prudentia uel eruditio ſit,quantum apud te ualere mea debeat autoritas.

IN SECVNDAM ISOCRATIS ad Philippum epiſtolam Annotationes.

Εξ ὧν ἐδόκει μοι) Malim,ἐξ ὧν ἐδόκεις ἐμοί. ἴσως γ᾽ ἂν νυνὶ ἐπεχείρουν ἀποφαίνεσθαι) Fortaſſe nunc inſtituiſſem pronūciare de his quæ tibi contigerūt:id eſt,res tuas geſtas celebraſſem.

καὶ ταυτί, πως ἐκεῖνα μὲν) Idq;,uel,præſertim,quum illic tua gloria tantum ageretur. Et ταυτὶ atticum,pro καὶ ταῦτα. πως quodāmodo particula expletiua,uel extenuans. ταυτὶ ὄντα, pro τούτων ὄντων.

οὐδὲν ἦσθα μέγα) ἦσθα pro ἦς,ſis. Per paragogen ſyllaba θα accedit.

ὡς αἴτιος ἀδοξίας) αἴτιος hic ſubſtantiuè ponitur,& fœmininis iungitur,ut autor apud Latinos. Fugit κακοφωνίαν Iſocrates. αἰτίας,ἀδοξίας γενομένας.

τὸ κοινὸν καὶ τὸ συμβουλευόμενον) Commune & conſulens,id eſt,rempublicam & ſenatum in tuto collocare, conſulere ſecuritati ſenatus & reipublicæ.

περὶ τῆς βασιλείας ἀμφισβητήσαντι) Scilicet ἀρταξέρξῃ περὶ ἀδελφῷ,qui cum Artaxerxe fratre bellum de regno Perſico geſsit.

καὶ τὴν τε βασιλείαν)Particulam καὶ puto redundare.

ἐξὸν ἐντίμους καὶ ἡδίους) Scilicet ποιεῖσθαι πολέμους:Cum tibi liceat honorata & iucundiora bella gerere.

τὸν δὲ νυνὶ μέγαν) Scilicet βασιλέα: id eſt, regem Perſarum.

ἔλαθον ἐμαυτὸν ἐξοκείλας) Latui meipſum delatus,uel impactus:id eſt, non animaduerti me incidiſſe in orationis prolixitatem. Notum eſt, breuitatem laudari in epiſtolis.

τοὺς ἐπαγγέλλοντας) Malim,τοὺς ἀπαγγέλλοντας.

ὑπὲρ τῶν τυχόντων) Malim ὑπὸ,à quibuſlibet: id eſt,à plebeijs & uulgaribus hominibus, quos cum Philippo rege clariſsimo comparat. ὑπὲρ τῶν τυχόντων, ſi ſubintelligas πραγμάτων, pro quibuslibet,id eſt, leuibus rebus, uel propter ea quæ acciderunt: ut τυχόντα accipias ἀντὶ τῶν γεγενημένων, ἢ πεπραγμένων. Tu uide quàm ſalſum ſit,meo quidem palato non ſapit.

μηδενὸς τυχεῖν) Lectio hæc σοφοῖς, uel inſulſis potius φαρμάκοις utcūq; excuſari poteſt. Sed ego ſimpliciter ἀτυχεῖν legēdum cenſeo. Neque mirum eſt,unam literam α omiſſam eſſe à typographis,qui ſæpe dictiones integras & uerſus περὶ τρωϊκῷ πηδήματι tranſiliunt.

τοὺς πάντα γε τούτους εἶν λέγοντας) τοὺς δημαγωγοὺς,id eſt,aſſentatores populi dicit. Obſerua deinde conſtructionem, τοὺς φάσκοντας αὐτὴν ἠδικηκέναι:id eſt, ὅτι αὐτὴ ἠδίκηκε,rempublicam nemini feciſſe ullam iniuriam. Alioqui cōſtructio non repugnaret, quo minus ſic exponeretur: qui dicunt ſe nullam reipublicæ omnino feciſſe iniuriam,&c. Semper igitur intuenda ſentētia eſt,ne uerbi aut ſyntaxeos ambiguitate decipiaris.

φιλικῶς ἔχειν) Amicè habere, id eſt, φίλας εἶναι,amica eſſe.

ὑπὸ τοὺς συνόντας) Pro συνόντας, malim νυνὶ ὄντας, qui nunc tuum imperium agnoſcunt. aut συνόντας exponēdum,pro ὁμοῦ ὄντας,quotquot nunc tibi parēt. Sed eſt hoc durius, & coactius. Lapſus uero facilimus,ut σὺν pro νυνὶ ſcribatur,& binæ dictiones coniungantur, aut ſingulæ dirimantur.

συνειδότας ὅτι πλείους ἠδίκηκε) Scilicet τὴν

τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα: Cōducticij milites, plures affecerunt iniurijs.

μίαν ἑκάστην) Scilicet πόλιν.

γίγνεσθαι, τοιοῦτον) Legendum γίγνεσθαι, εἰ τοιοῦτον, ἐπειδὴ σὺ μόνον.

τὴν δὲ δύναμιν ἡμεῖς ὅμορον) ὅμορος χώρα eſt uicina ditio, finitima regio. ὅμορος δύναμις per abuſionem dici uidetur, pro ὁμοία: Iidem ſunt noſtræ potentiæ limites ac termini, qui tuæ. id eſt, nos te nihilo ſumus inferiores potentia & uiribus.

οἷς εἴρηκα) Pro ἃ: inſolentior ἀντίπτωσις. nec enim cauſa eſt cur mutetur caſus: niſi noluit binas uocales collidi, ἃ εἴρηκα.

εἰθισμένοις) Legendum εἰθισμένος.

διότι προσποιοῦμαι) Non eſt hoc loco ὑποκρίνεσθαι, ſed ἀξιοῦν, quod præ me fero, & hoc uē dico, me illis ſapientiorem eſſe.

ὁμογνωμόνως ῥᾷδιον ἦν) Conſentientibus animis facile eſſe: id eſt, ut ego tam facile poſſem q̄ tu, & tu ita uelles ut ego, effugere calumnias.

τὴν ὑπάρχουσαν ὑμῖν) Scilicet σοὶ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μακεδόσι.

παρακαταθέσθαι) Deponere apud fœlicitatē & beneuolentiā Græcorum. id eſt, ſic regnum tutiſſimum & ſtabiliſſimum habiturus es, ſi tibi Græcos multis & magnis beneficijs obligaris, eorumq́; beneuolentiam emerueris.

ANNOTATIONES IN tertiam Iſocratis ad Philippum epiſtolam.

Διὰ γὰρ τὸν ἀγῶνα τὸν γεγενημένον) Prælium ad Chæroneam commiſſum intelligerem (de quo uide Plutarchum in uita Demoſthenis) niſi poſt eam pugnam è uita ſtatim exceſſiſſe ſcriberetur Iſocrates. Nunc haud ſtatuere poſſū, ille ἀγὼν qui fuerit.

ὧν ἐπενοούμην σε βούλεσθαι πράττειν ἢ λέγειν, ὡς, &c. pro ἃ σε βούλεσθαι, &c.: quæ te uelle agere & dicere cogitabā, ut, &c. Haud ſcio an pro ἐπενοούμην aliud uerbum ſit legendum, ut παρακελευόμην. Sed ſi recte legitur ἐπενοούμην, & uerbū δεῖν uel χρῆναι non deeſt, ita loquitur, quaſi Philippus ſponte uoluerit, quæ ſuaſerit Iſocrates. quod quidem artificioſe fit, & ad perſuadendum non inutiliter.

περὶ τὴν αὐτὴν τούτων μνήμη) Lego ἐπειδὴ τ.

ἔτι δὲ πρὸς μὲν ἄλλο τι) Legendum ἐστι δέ. nam ſequitur οὐ καλόν. poſtea περὶ τὰς πράξεις, iterū malim ἐπειδή.

περὶ τῆς βασιλείας) Et hic malim uel ἐπειδή, uel ὑπέρ.

IN QVARTAM ISOCRAtis ad Philippum epiſtolam.

Οἱ δὲ ἀσθενέστεροι τὰς φύσεις ὄντες, ἢ κατὰ τὰς ὑπαρχούσας ἐξουσίας) Qui ſunt ingenijs infirmioribus q̄ pro imperij maieſtate. Sēntentia eſt: Magnum principem decet eſſe magnanimum, prudentem, & ueritatis amantem. at qui uera conſilia & ſalutares admonitiones ferre nequeunt, ſunt & ſtolidi, & puſillis animis. hoc magni animi proprium eſt, ut ſit imperterritus, & ſimplicis ueritatis amicus.

ὅσον οὐ προαιροῦνταί τι ποιεῖν βιαζομένην αὐτῶν) Ego ex his uerbis quantumuis diligenter cogitans, nullum ſenſum elicere poſſum. Sed ſi legas, ὡς ἂν οὐ, &c. uide an non aptiſſimè conſentiant omnia? Quàm autem facile eſt (quod & ſuprà monui) literam ponere pro litera, & coniungere diſiungenda? Sententia eſt: Ea eſt quorundam animi puſillitas, ut à liberis monitorib. ſe cogi putent facere aliquid, quod nolint: &c. Eſt autem expedita reſponſio: Si uera & utilia conſulunt, cur ô effœminate tyranne, affectum rationi obedientem non præbes? Sin falſa & pernicioſa, cur non eos fortiter contemnis. Sed audiendi tamen ſunt. Non enim quiuis ita eſt impudens, ut magnum principem temerè fallere inſtituat: præſertim quum periculoſum ſit cum Ioue ludere.

εἰκὸς μὲν γὰρ διὰ τῶν) Malim, δὴ τῶν. Nam διὰ quò pertineat, non uideo. Paulo ſuprà, ἐπὶ τοῦ συμφέροντος, exponi poteſt ὅταν συμφέρῃ. Dubito tamen, an περὶ pro ἐπειδὴ ſit legendum.

μοναρχίας δύνασθαι ποιεῖν δυνάμεις) Cōſtrui poteſt δύνασθαι ποιεῖν δυνάμεις μοναρχίας, uires monarchiæ poſſe facere. Sed δύνασθαι δυνάμεις, primum haud ſcio quàm bellum ſit ſine adiectiuo ἰσχυρὰς, uel μεγάλας. Deinde οὐ πολλοὺς τῶν ἀναγκαίους, ferè malim, πολλοὺς καὶ ἀναγκαίους.

ἀλλ' οὐδὲ τὰς πολιτείας) Id eſt, (ut ego quidem puto, nam uocabulis iiſdem alij ſcriptores aliter utuntur) τὰς δημοκρατίας, in quibus quum aſſentatores audiuntur, Ariſtocratia locum non habet, ſed ὀχλοκρατία καὶ ἀναρχία, de quibus alibi diximus.

παρ' ἐνίοις αὐτῶν) Scilicet τῶν μονάρχων. eſt autem duplex nominatiuus ὁ μόναρχος in tertia, & ὁ μονάρχης in prima declinatione.

τῶν τὴν ἀσίαν δυναστευόντων) Malim τ κατὰ τὴν, uel περὶ τὴν ἀσίαν.

τῶν ὑπὲρ αὐτῶν ὄντας) Malim ὑπὲρ αὐτὸν: id eſt, τῶν δυνάστας, eos quorum ſublimior eſt conditio, qui ipſum opibus & potentia ſuperant: ut So

crates, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς μηδὲν πρὸς ἡμᾶς: id eſt, Quæ captum ingenij noſtri ſuperant, nihil ad nos.

καλῶς ποιεῖν) Niſi legas ποιεῖ, non uideo quæ uel ſententia uel conſtructio ſit. Eſt autem συνέστηκε pro συνίσταται, actiuum paſſiui loco. ſicut initio, ἐβουλόμην ἄν αὐτὸν συσταθῆναι δι' ἡμῶν.

εἰς τοὔμπροσθεν πειρᾶσθαι προελθεῖν) Dare operã ut ulterius progrediatur. In Oratione περὶ εἰρήνης eadẽ ferè formula eſt, μηδὲν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες: Quanquam nihil huiuſmodi conatibus proficiẽtes, Etſi rebus noſtris hac ratione nihilo magis conſulitur.

τὸ σωμάτιον οὐκ εὐπρεπὲς ὄν) Corpuſculũ non elegans: id eſt, metuit deformitatem & puſillitatẽ corporis ſibi nocituram. Quod quanquam etiam à magnis Cyclopibus præcipuè conſideratur, præclarè tamen Aeſopus, mentem ſapienti uiro inſpiciendam eſſe potius quàm corporis formam.

ἣν νομίζῃ ἐμποδιεῖν) Obſerua infinitiuum, quam putare, pro quam putet. Vulgus autẽ ita iudicat, πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος. Sed ſi quis eſt humiliore ſtatura, uiliore uultu aut cultu, contemni ſolet.

ἐάντε ᾗ περὶ ἡμᾶς) Lego ὑμᾶς, id eſt, ἐν τῇ μακεδονίᾳ. Nam περὶ τούτους τοὺς τόπους, de Athenis cenſeo intelligendum. & τόπους finit πρότασιν periodi. ἐπιμελοῦ orditur τὴν ἀπόδοσιν, quare punctum delendum.

τοῦ ὑπερέχοντος) Excellentis gloriæ. Videtur arrogantius, quanquam uerum. & quod ſequitur, εἴ τινος ἄρα σπουδῆς: tam eſt modeſtum, quàm illud prius ſuperbum. Lego igitur, τοῦ ὑπερέχοντος.

τοῦ ἐπὶ ὑμᾶς) Malim ἐς, uel πρὸς ὑμᾶς.

IN EPISTOLAM AD Alexandrum.

Μεταφρονεῖν διὰ τὸ γῆρας) Fortaſſe παραφρονεῖν. In Panathenaico παραληρεῖν poſuit, eodem ſenſu. & eſt inſuauior ſonus, μὴ μεταφρονεῖν, quàm μὴ παραφρονεῖν.

τὸ καταλελειμμένον) Id eſt, τὴν διάνοιαν. Nã ut ſæpe ſub ſordido palliolo ſapientia latet, ita uili & effœto corpore nonnunquã bonus & prudens animus tegitur.

συμβάλλων τι) Puto hic poni pro συνὼν, uel συνιών, Eorum conſuetudine utens: καὶ κοινωνῶν πραγμάτων: ſi cum illis agas de negocijs, ſi conſilijs illorum utaris. Niſi quis malit συμβάλλων (quod ego minus probo) accipere pro ἐπαρκῶν καὶ δωρούμενος.

ὥσπερ χρὴ) Malim ὥσπερ.

ἐπὶ τὴν περὶ τοὺς ἔριδας) De hoc diximus in Plutarchi uita. Perſtringi uidetur hic Ariſtotelis inſtitutio.

ὡς προσήκοντός ἐστιν, ἑκατέρους) Scilicet τοῦτ' αἰσχρόν τι καὶ ἄδικον διαπραξαμένους.

IN EPISTOLAM AD IAſonis Theſſalorum ducis liberos.

Περὶ γήρως) Malim ἐπὶ, ut eſt in Oratione ad Philippum, οὕτως ἐπὶ γήρως γέγονα φιλότιμος.

διαδεδεγμένων) Aliàs διαδεδομένων, aliàs ἐκδεδομένων, eodem ſenſu ponit.

περὶ τούτοις) Malim ἐπὶ.

τῶν εἰκῇ ζῆν ᾑρημένων) Eorum qui fortuitò ac temerè uiuere decreuerunt. id eſt, qui nihil cogitationis de reb. ſuſcipiunt. Legi fortaſſe queat pro ζῆν, ζητεῖν: id eſt, qui futilibus quæſtionibus delectantur, qui non intelligere quicquam uolunt, niſi craſſiſſima Minerua ſit dictum.

οὕτω μὲ συμβουλεύειν) Vt ſic dem cõſilium: id eſt, ut non dilemmate & ambiguè ſententiã meam proponam, ſed certi aliquid decernam: utrum ſcilicet præſtabilius eſſe putem ut ciuibus uolentibus, an uerò nolentibus imperetis. Arguta eſt hæc epiſtola, ideoq; per inſinuationes quaſdam ſentẽtiam ſuam proponit, quum id diſſuadeat, quod tyranni, uita bene emi (ut Virgilij uerbis utar) exiſtimant. Ante οὕτω uidetur abeſſe aliquid, cuiuſmodi eſſe queat, σαφῶς διωρισμένον, &c. Suprà in exordio, ἀλλ' οὐκ αἰσχυνθείην ἄν) Opinor οὐκ eſſe delendum. Hanc ſententiam eſſe puto: Vtriſq; cupio gratificari, & patriæ & uobis: ſed quum alterutri neceſſariò ſint offendendi, neſcio quid facere debeam. & tamen ipſo facto declarat, ſe patriã pluris facere, quæ una (ut Cicero inquit) cæteras in ſe caritates omnes complectitur.

τυραννικοῦ) Fortaſſe τυραννικῶν. Sed malim (ut eſt in libello περὶ βασιλείας) τυραννευόντων.

καὶ τὰς τιμὰς) Locus mutilatus. addi fortaſſe queunt illa ex Helenes encomio in hunc modũ, καὶ τὰς τιμὰς ἡδίους εἶναι νομίζω τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δουλευόντων, &c.

ζηλῶ τοῦ ῥᾳθυμίας) Ob iſtam ſocordiã beatos iudico: ita ſcilicet beatos, ut pueri & ſtulti ſunt, mala ſua non intelligentes. Sed dubito an legendum ſit οὐ ζηλῶ, haud æmulari uelim eorũ ſocordiam. Poſtea, συμφέρον ποιοῦσι, malim συμποιοῦσι καὶ παντάπασιν. Senſus poſtulat ut legatur, καὶ μὴ παντάπασιν. Vult enim diſſimilis eſſe aulicis conſultoribus, qui principi ſuadent, non ipſi, ſed ſibi utilia.

In

IN EPISTOLAM ad Timotheum.

MΗ ἂν ὅμοιον) Legendum ὅμοιοι. τὸ ἐπὶ λόγον) Legendum τὸ παρὰ λόγον: id eſt, παραλόγως. περὶ σοὶ) Malim ἐπὶ σοί. κλέομαι) Neſcio an magis Græcum eſſet κλεώνυμαι. Sed hiſtoria non extat, & parum refert.

τοὺς ἐκείνοις γεγονημένας) Deeſſe puto, τὰς τιμὰς τοῖς ἐκείνοις γεγονημένας: his qui emerunt fundos proſcriptorum, reſtituere id precium quod ſinguli expenderunt.

καὶ γενέσθαι φανερὸς) φανερόν. Timotheus hic qui ſit, mihi non liquet. nec Athenienſem, nec Cononis eſſe filium, ſed tyrannum, ex tyranno genitum, ſatis conſtat.

IN EPISTOLAM AD Mitylenæorum magiſtratus.

KAὶ τούτων κατεδέξασθε) Lego τοῦτον, ſcilicet τὸν ἀγήνορα. Eſt autem κατεδέχεσθαι τοὺς φεύγοντας, idem quod κατάγειν τοὺς φυγάδας, uel κατάγειν τινὰ τῆς φυγῆς, exules reſtituere in integrum, ab exilio reuocare.

περὶ τὴν ἱστορίαν τῆς παιδείας ταύτης) Nõ ſcilicet illi Muſici ueterum tantum barbaricas notas flexu uocis imitari & exprimere potuerunt, ſed liberalibus etiam diſciplinis eruditi fuerunt.

τοὺς εὐδαιμονοῦντας) Fortaſſe τοὺς εὐδοκιμοῦντας, propter Methymnæum Arionem. Sunt autem Mitylenæ & Methymna Lesbi inſulæ inſignes ciuitates.

καὶ μετεσχόντας τῆς φύσεως) Vel, qui natura eſtis Muſici, aut philomuſi: uel, quorum ciuis eſt Agenor. Fortaſſe legendum, τῆς αὐτῆς φύσεως, id eſt, πόλεως.

σφᾶς αὐτοὺς δικαίως) Fortaſſe, σφᾶς αὐτοὺς ἀποφαίνειν δικαίους.

ἀγωνιστὴς) Lego συναγωνιστὴς.

εὑρέσθαι μὲν βουλόμενος ὧν ἐτύγχανον χρείαν ἔχοντες) Malim, αὐτοὶ χρείαν ἔχοντες. Sententia eſt: Cononem, Timotheum, Diophantum, uelle, ut Iſocrati pro iis beneficiis, quæ ipſi in Mitylenæos contulerunt, gratia referatur.

παλαιὸν ὑμῶν) Malim ἡμῶν.

IN EPISTOLAM ad Dionyſium.

HN σοὶ πάλαι μετεωρότατον τὸ χαμαίζηλον) Erat tibi olim ſublimis humilitas. Non ſatis aſſequor, quid hæc uerba ſibi uelint. Hoc tamẽ eũ innuere puto, Dionyſii tyrannidem nunquam nõ fuiſſe terrenam, id eſt, fortunæ ludibriis expoſitã, ſed olim tamen magis floruiſſe quàm nũc: quæ cũ ad ſummum peruenerit, metuendam eſſe ruinam. aut τὸ χαμαίζηλον, pro modeſtia eſt accipiendũ, & ſic ego uerti. Suum lectori iudicium relinquo.

ἄφνω τὴν) Sic conſtrue, οὐ δυσφορήσεις τὴν μεταβολὴν ἄφνω προσπίπτουσαν. τὴν ἄφνω, idem eſſet quod τὴν αἰφνιδίαν.

προσπίπτουσαν) Fortaſſe προσαπίπτουσαν. In oratione Philippica fit mẽtio Dionyſii ad quẽ ſcripſerit Iſocrates: ad iuniorem, an ad ſeniorem, haud ſcio. Illud ſcriptum fortaſſe aſpernatus eſt Dionyſius: ſicut ad Platonẽ dixit, eius uerba eſſe anilib. deliramentis ſimilia. Quare noſter autor in eum hoc epiſtolio inuehitur. Suprà, μετὰ τῆς τύχης φύσιν) Malim τὴν φύσιν.

τῆς πάλαι θεωρίας) De Platonicæ philoſophiæ ſtudio loquitur.

μανίας) Fortaſſe μαθήσεως. Nam σώφρων μανία quid eſt aliud, quàm inſanire cum ratione? Sed ſi rectè ita ſcriptum eſt, loquitur de uitiis tyranni aliquanto leuioribus quàm nunc. ſic σωφρονεστέρα μανία Neronis fuit, quum in ſcena tragœdias egit, quàm quãdo matrem & Senecam iuſſit interfici. D. Velſius cẽſet, μανίας hic accipi ἀντὶ τῆς κατοχῆς, id eſt, pro afflatu quodam diuino, de quo paſſim apud Platonem permulta ſcripta reperias.

ANNOTATIONUM IN EPISTOLAS ISOCRATIS, FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANNOTATIONES IN VITAM ISOcratis à Plutarcho deſcriptam.

PLus ferè moleſtiæ mihi peperit huius opuſculi interpretatio, quàm alioqui totus Iſocrates. An Plutarchi ſit neſcio: ſed ſi eius eſt, non tam emendatum eſſe puto, quàm è diuerſis & diſſentientibus autoribus congeſtum potius, quàm digeſtum. Inſunt etiam quædam uel intellectu, uel explicatu ſaltem difficilia. Præterea corruptum & uitioſum exemplar eſt multis in locis. Quare fateri cogor, me, poſt diligentē et diuturnam cogitationē & inquiſitionē, pleraq; tamē non ſatis intelligere. Maluiſſem igitur, hoc labore, ſi licuiſſet, ſuperſedere, quàm lectorem æquè incertum dimittere. Quia uerò nihil prætermittendum fuit quod in græco codice haberetur, fæci non quod debui, & ſtudui, ſed quod potui: lectoreḿque hic etiam, ut in reliquis fæci, de de quibuſdam locis monere uolui, ut ſi non eruditionem & ingenium, fidem ſaltem & diligentiam meam probaret.

ᾄδει εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται) Vnde illi tibiæ probri loco obiectæ ſunt. Ambiguum eſt, utrum Iſocrati, an Theodoro patri eius. Philoſtratus negat id conuicium ad Iſocratem pertinere, futili planè argumento, quia non ſit uerum quod αὐλοποιὸς fuerit. quaſi uerò probra parentum non in filios à maledicis congeri ſoleant, & ea probri loco obijci, quæ turpitudinis nihil habent. Notanda phraſis, κωμῳδεῖσθαι εἴς τι ὑπό τινος: id eſt, aliquid alicui (ut in ueteri Comœdia fiebat) criminoſe obijci. Vnde Horatius,

Succeßit uetus his Comœdia, non ſine multa
Laude: ſed in uitium libertas excidit, & uim
Dignam lege regi.

Nam Comici poetæ olim uitia ciuium palàm ac liberè taxabant: ſed tandem petulantiſſimè quoſuis etiam optimos uiros exagitabant. Quemadmodum igitur Euripidem λαχανοπώλην, id eſt, olitorem, ſeu uenditorem olerum uocabant, exprobrandæ maternæ ignobilitatis gratia: & Iuuenali Demoſthenes fabri filius, qui Græcis μαχαιροποιὸς, gladiorum confector eſt, dicitur: ita fieri potuit, ut Iſocrates ab Ariſtophane & Stratide αὐλοποιὸς per contemptum, ut ſordidi opificis filius, nominaretur. Quod eo ueriſimilius mihi fit, quòd ipſe Iſocrates in Oratione περὶ εἰρήνης, de Comicorum petulantia conqueritur. Sed ſi quis de Theodoro (quem tamen eius artis, quæ à ſeruis ipſius exercebatur, non uideo cur pudere debuerit) intelligere mauult, non impedio.

οὐδενὸς ἧττον) Nemine minus. Dionyſius habet, οὐδενὸς χεῖρον, nullo peius, eodem ſenſu. Apud Platonem, πάντων μᾶλλον ὀρθῶς ἔχει, omnium magis rectè habet: id eſt, uerißimum & rectiſſimum eſt.

δύο καὶ εἴκοσιν ἵπποι) Pro δυοῖν, uel δυοῖν. Obſeruanda pueris hæc particula eſt. Sic apud Euclidem, αἱ ἐπὶ πέδῳ δύο γραμμῶν. & paulo póſt, δύω ὀρθῶν ἐλάσσονας. Scribitur autem ferè indifferenter δύο & δύω. Sed ego rectius eſſe puto, ut δύω in maſculino & fœminino genere, δύο in neutro ſcribatur. Poetæ tamen δύο etiam in reliquis generibus uſurpantes, carminis neceßitas & συστολὴ figura excuſat. Sed hæc pauci obſeruant. Quemadmodum illud etiam, δυεῖν fœminino, δυοῖν maſculino & neutro ſcribendum eſſe, & alia plurima, quæ non curioſe, ſed uerè & utiliter etiam præcipiuntur. Adeò parui grammaticorum autoritas fieri ſolet: ne non ab omni parte fortunam habeant aduerſatricem.

καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίαν ἑστίαν) Lonicerus, Fugienteq; ad ſenatoriam domum. ἑστία Veſtam, lares, ſeu domicilium, aram, &c. ſignificat. Xenophon β' ἑλληνικῶν: cum audiſſet Theramenes, ſe è catalogo deletum eſſe, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν. & paulo póſt, ἐκ ἀγνοῶ ὅτι οὐδέν μοι ἀρκέσει ὅδε βωμός. Suidas etiam è Dinarcho citat, μαρτύρομαι τὴν ἑστίαν τὴν βουλαίαν: id eſt, teſtor aram Curialem. & exponit, τὴν ἐν τῇ βουλῇ ἱδρυμένην: id eſt, in Curia dedicatam, ſeu conſecratam.

καὶ ἐκείνου τινὰς τέχνας αὐτῷ φασὶ συμπραγματεύσασθαι, αἷς ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐσυκοφαντεῖτο) Lonicerus: Artes huius quaſdam, quæ inſcriptæ ſunt Botonis, aiunt Iſocrati fuiſſe auxilio, quando in iudicijs calumniam pateretur. Obſcurus locus. De Theramene & Iſocrate uerba fiunt: ſed particulæ ἐκείνου & αὐτῷ, ambiguum eſt ad utrum referantur. Deinde πραγματεύεσθαι exponit Phauorinus, μεταχειρίζεσθαι, id eſt, tractare. συμπραγματεύεσθαι igitur, unà tractare, communicatis operis aliquid conficere, notat. ἐσυκοφαντεῖτο æquè incertum eſt, uter, Iſocrates,

tes, an Theramenes: uel, utrum abſolutè accipiatur, cum in iudicijs calumniæ urgerent. τέχνας, præcepta rhetorica uocat, quæ coaceruata & ordine diſtributa, μεθόδου nomen ſortiuntur. Sicut poſtea ſequitur, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τέχνας αὐτὸν λέγουσι συγγεγραφέναι. οἱ δὲ οὐ μεθόδῳ, ἀλλ' ἀσκήσει χρήσασθαι. Mihi propemodum inclinat animus, ut ſic exponendum cenſeam: Aiunt Theramenem adiumento fuiſſe Iſocrati, cum in iudicijs calumnia peteretur, in conficiendis artibus illis, quæ quidem Iſocratis ſunt, ſed artes Botonis inſcribuntur. Hæc ſententia confirmatur uerbis Ciceronis in Bruto, cum inquit: Similiter Iſocratem primò artem dicendi eſſe negauiſſe. ſcribere autem alijs eſſe ſolitum orationes, quibus in iudicijs uterentur: Sed quum ex eo, quia quaſi committeret contra legem, ne quis iudicio circumueniretur, ſæpe ipſe in iudicium uocaretur, orationes alijs deſtitiſſe ſcribere, totumq; ſe ad artes componendas tranſtuliſſe. Hactenus Cicero. Ne autem mirum uideatur, artes Botonis circumferri nomine, quæ ſint Iſocratis, eiuſdem uerba è ſecundo de Inuentione Rhetorica ſubijciam: Nam fuit tempore eodem, quo Ariſtoteles, magnus & nobilis rhetor Iſocrates, cuius ipſius quam conſtet eſſe artem, non inuenimus. Diſcipulorum autem, atque eorum qui protinus ab hac diſciplina ſunt profecti, multa de arte præcepta reperimus.

ἄλλοις δὲ μεμαρτυρηκὼς φαίνεται) Lonicerus, Alijs teſtimonium dicendo præſtò eſt. μαρτυρεῖν, dicere teſtimonium ſignificat, quod haud ſcio quàm bene huc quadret, aut cur ſcribi mereatur. Quis enim bonus uir dicendi teſtimonij officium detrectaret? Si exponas, eum alijs acceſſuris ad rempublicam, teſtimonio & commendatione ſua ſuffragatum eſſe: primum neſcio, an uerbum μαρτυρεῖν hanc interpretationem patiatur: deinde non uideo, quî id in democratia fieri potuerit, ab homine domi latitante.

τὸν περὶ τῆς ἀντιδόσεως) Illa oratio quæ hodie extat, ſcripta quidem eſt ab Iſocrate, ſed non dicta apud iudices.

διατριβὴν δὲ συστησάμενος) Lonicerus: Rerum deinde collatione facta, initoq; conſilio. διατριβὴν exponit Suidas, τόπον ἐν ᾧ τινὲς μανθάνουσι, καιρὸν καθ' ὃν ἀναστρεφόμεθα περί τι, διάλεξιν φιλόσοφον. hoc eſt, locum in quo diſcunt, id eſt, auditorium, ἀκροατήριον, ſeu ſcholam: id tempus quod alicui negocio tribuimus, diſputationem, ſeu colloquium eruditum. Phauorinus addit ἐπιτήδευμα, id eſt, ſtudium: ἀσχόλημα, occupationem: δίαιταν, καὶ διαγωγὴν, uiuendi rationem: πρόφασιν, ἀφ' ἧς μέλλομεν περὶ τὰ πράγματα διατρίβειν, prætextum ſeu cauſam, qua inducti rei alicui daturi ſumus operam, & immoraturi. Adijciunt uulgata Lexica, moram, conſilium, collationem, congreſſum, &c. συστήσασθαι eſt conſtituere, plura uelut in unum corpus, & diſſipata in certum atque aptum ordinem redigere. Exponunt etiam πήξασθαι, compingere. Quid propriè ſignificet διατριβὴν συστήσασθαι, non certum habeo. Primùm expoſueram, Aperto ludo literario: & quia Phauorinus διανοηθεὶς interpretatur etiam μεταμεληθεὶς, id eſt, pœnitens, ſic intellexeram, Iſocratem aperti ludi literarij pœnituiſſe, & poſt, ad ſcribendum ſeſe contuliſſe. Cum autem paulo pòſt ſequatur, σχολῆς ἡγεῖτο πρῶτον ἐν Χίῳ, repudiata interpretatione hac (ut in re dubia & obſcura οἱ λόγοι κατατεπαλαίνοι τῶν λόγων) referre malebam ad conſultationem cum amicis, & deliberationem de conſtituendo uitæ genere: exiſtimans, eam interpretationem nec à contextu orationis abhorrere, nec polyſemiæ uocabuli repugnare, ſi uertiſſem, Re deinde cum amicis communicata, initoq; conſilio, &c. Demum, quum ſtudioſiſſimus & optimus adoleſcens, Chriſtophorus Ehemus, patricius Auguſtanus (qui aliquando uirtute & eruditione ſua magis, quàm nunc ſplendore natalium, nobilitabitur) peropportunè mihi aditum ad D. IVSTI VELSII, Medici & philoſophi doctiſſimi, humaniſſimiq; uiri familiaritatem patefæciſſet: non dedignatus is eſt, (quanquam alioqui grauioribus ſtudijs & negocijs plus ſatis occupatus) ſe ad grammaticas huiuſmodi explicationes demittere. Interrogatus igitur non de hoc loco duntaxat, ſed de alijs etiam, in quibus doctiorum opera indigere uidebar, reſpondit, Sibi uideri hoc intelligendum eſſe de priuata exercitatione inter æquales, quæ tam diſcendi quàm docendi cauſa, ab aliquo doctiore ſuſcipiatur. Tanti igitur uiri, qui ad acumen ingenij, & diligentiam incredibilem, multiplicem'que doctrinam (id quod propediem doctiſſima eius monumenta teſtabuntur) maximum etiam uſum adiunxit, iudicium ſequi, quàm coniecturis meis uagari, malui.

ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ γράφειν διανοηθεὶς ἐτράπετο) Διανοηθεὶς quomodocunq; exponatur, ualde durũ eſt. Dionyſius habet, ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη κατέφυγε, quod planius eſt, & proinde melius.

καὶ τόντε πανηγυρικὸν λόγον) Si uerbũ συνέγραψε, uel aliud ſimile, non deeſt, ſic ordinanda uidentur, in perplexa alioqui cõſtructione, uerba: καὶ γράφων τόντε πανηγυρικὸν, καὶ τινὰς ἄλλους τῶν συμβουλευτικῶν, οὓς μὲν αὐτὸς ἀναγινώσκων, οὓς δ᾽ ἑτέροις παρασκευάζων. Particulæ οὓς μὲν, οὓς δὲ, pro τινὰς μὲν, τινὰς δὲ accipiuntur. παρασκευάζων ἑτέροις, qui ipſius nomine recitarẽt: quia Iſocrates uoce & audacia deſtituebatur. Poteſt etiam intelligi, eum ſcribendis orationibus alijs eſſe gratificatum, ut alienis plumis ſeſe uenditarent.

διαμαρτάνων δὲ τῆς προαιρέσεως) In oratione ad Philippum conqueritur, omnem ludi operam, ſi ad populum uerba fiant: & quod omnibus dicatur, nemini dici. Vulgus enim reipublicæ cura uel non tangitur, uel facultatẽ perficiendi non habet. Διαμαρτάνειν τῆς προαιρέσεως, eſt fruſtra ſuſcepiſſe aliquid, euentum conſilio non reſpondere, uoti non fieri compotẽ: quod aliàs ἀποτυγχάνειν dicitur, cuius contrarium eſt τὸ ἐπιτυγχάνειν.

ὡς ἐπέγνων ἐμαυτὸν νῦν τούτοις πεπραμένον) Α᾽ πιπράσκω, uel πράω tertiæ coniugationis, fit πέπρακα, πέπραμαι, πεπραμένος, id eſt, uenditus. Doluit ingenio honeſto & liberali, quòd mercede docere cogeretur: quũ inter mercenarium doctorem, & ære emptum mancipium, parum intereſſe uideatur.

ὡμίλει τοῖς βουλομένοις) Lonicerus: Cõuerſabatur ijs qui ſe non auerſarentur, quæ eius erat manſuetudo & humanitas. ὁμιλεῖν eſt συναναστρέφεσθαι, διαλέγεσθαι: id eſt, cõſuetudinem habere, diſſerere cum aliquo.

τοὺς ἐριστικοὺς λόγους τῶν πολιτικῶν) ἐριστικοὶ cognominati ſunt Euclidis ſectatores: ijdem etiam Megarici dicti, & dialectici, quòd non ut ἐφεκτικοὶ dubitarent, ſed ſuas ſententias contentioſe defenderent. Alia duo genera orationũ ſunt, ἀποδεικτικὸν ἢ μαθηματικὸν, et διαλεκτικὸν ἢ τοπικὸν, de quibus hic dicere neceſſe non eſt. ἐριστικοὺς igitur λόγους intelligo, pro dialecticis et ſcholaſticis diſputationibus, uel potius pro rixis ſophiſtarum: ut πολιτικοὶ λόγοι ea cauſarum genera complectantur, quæ uerſantur in ciuili uitæ conſuetudine, uel de gerenda republica tractãt. Dionyſius hæc copioſius explicat: Primus, inquiens, relictis dialecticis & phyſicis diſputationibus, ciuiles orationes amplexus eſt.

καὶ ἀρχαῖς δὲ καὶ περὶ τὴν χίον κατέστησε) Id eſt, ἐν τῇ χίῳ. Quod ad hiſtoriam attinet, fides ſit penes authorem, an rhetor tantum autoritatis ſapientia & eloquentia ſua ſibi pararit, ut ſtatum totius inſulæ mutaret.

καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πατρίδι πολιτείαν) Id eſt, δημοκρατίαν. Athenis enim, quæ patria fuit Iſocratis, penes multitudinem ſumma rerum erat.

ἀργύριόν τε ὅσον οὐδεὶς σοφιστῶν, εὐπόρησεν) εὐπορεῖν ἀργύριον cum accuſatiuo. aliàs genitiuo frequentius iungitur.

καὶ τιμόθεος ὁ κόνωνος) Huius Cicero lib. de Oratore 3. cum diſputat coniunctam eſſe cum eloquentia ſapientiam, ſic meminit: Alijs'ne igitur artibus hunc Dionem inſtituit Plato: alijs Iſocrates clariſſimum uirum Timotheum, Cononis præſtantiſſimi imperatoris filium, ſummum ipſum imperatorem, hominemq; doctiſſimum?

ὅθεν ἐδωρήσατο αὐτῷ τάλαντον τῶν ἀπὸ σάμου περιγενομένων) Scilicet χρημάτων, de pecunijs quæ à Samo ſuperfuerant, fortaſſis è præda ſeu manubijs Samiorum. Quid apud Samum Timotheus egerit, hiſtoria mihi nota non eſt.

ὁ τὰ τραγῳδούμενα συγγράψας) Lonicerus: Is qui tragica ſcripſit. ſequitur paulo pòſt, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας. Opinor igitur non idem eſſe τὰς τραγῳδίας, καὶ τὰ τραγῳδούμενα. Fortaſſe τὰ τραγῳδούμενα ſunt argumenta tragœdiarum, ſiue hiſtorica, ſiue fabuloſa, quæ deinde à poetis pro arbitrio diſponuntur, ut aſtricta numeris tragœdiæ fiant.

ἐπὶ τὴν κυαμίτην πορευομένοις) Quod ad conſtructionem attinet, ſimilis ferè eſt apud Xenophontem ζ ἑλληνικῶν, δρόμῳ ἐφέροντο πρὸς τὰς πύλας τὰς τῶν φλιασίων τὰ ἱερὰ ὁρῶσας. niſi quòd hic participium accuſatiuo locum ſignificãti additur. Pauſanias in Atticis meminit paruæ ædis κυαμίτου cuiuſdam, ſiue herois, ſiue qui fabarum ſationem docuerit, atque ibidem etiam de Theodectæ ſepulchro fit mentio.

τὸ νῦν κατερηριμμένον) τὸ Græco more additum aduerbio, ut aliàs dicunt, τὸ νῦν εἶναι, uel τὸ νῦν ἔχον, id eſt, nunc. ἐρείπω, diruo, uel corruo. ἤριφα, & atticè ἐρήριφα. in paſſiuo ἤριμμαι, atticè ἐρήριμμαι. inde fit κατερηριμμένον, dirutum, ruinoſum, obſoletum, ruderibus plenum.

ἀνέστησε σὺν αὐτῷ) ἀναστῆσαι hoc loco ſignificat, alicui ſtatuam ponere. ut apud Pauſaniam in Atticis, τῆς δὲ τῆς θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν, ἑστᾶσι ζεὺς καὶ δῆμος. id eſt, In extrema porticus mari-

timæ

timæ parte uiſuntur Iouis & populi ſtatuæ, ſeu ſimulacra. Eſt igitur ἑστᾶναι, ſtatuam eſſe poſitam: ἀναστῆσαι, ſtatuam ponere. Videntur tamen hæc uerba propriè uſurpari de ſimulacris ſtantibus, ſeu erectis: ἀνακεῖσθαι, de ſuſpenſis uel affixis, aut certè conſecratis inter alicuius templi donaria.

ὁ νομοθέτης ἀθηναίοις) νομοθέτην hic non eum intelligo, qualis Dracon aut Solon fuit, (nec enim in hiſtorijs aliquid de eo proditum legi) ſed de certo genere magiſtratuum, quos νομοθέτας à corrigendis legibus appellabant, de quibus mentiò fit à Demoſthene in Oratione contra Leptinen, & Olynthiaca tertia. Ego nomen Græcũ ponere, quàm uel legislatorem, uel decemuirum uertere, malui. Dicitur autem ὁ νομοθέτης ἀθηναίοις, pro, ὁ νομοθετήσας ἀθηναίοις. Sic uerbalia nomina ſæpe, non minus quàm participia, ſuorum uerborum conſtructionem imitãtur, ut apud Platonem in Euthyphrone, ἐπιστήμη ἄρα αἰτήσεως καὶ δόσεως θεοῖς, ὁσιότης ἂν εἴη ἐκ τούτου τοῦ λόγου. id eſt, Hæc uera ſi ſunt, ſanctitas (melius enim nom i non occurrit) ſcientia fuerit & petendi à dijs, & dandi eiſdem. δόσεως θεοῖς, id eſt, τοῦ δοῦναι θεοῖς. Ibidem paulo póſt, λέξον τίς αὕτη ἡ ὑπηρεσία ἐστὶ τοῖς θεοῖς: Dic quod nã iſto modo præſtetur dijs miniſterium? ὑπηρεσία τοῖς θεοῖς: id eſt, πῶς ἂν ὑπηρετοῖτο τοῖς θεοῖς. Item in Apologia, τά τε μετέωρα φροντιστής: id eſt; φροντίζων, Curioſe ueſtigans ea quæ in ſublimi ſunt.

λεωσθενός τε ἀθηναίου) Qui ſequuntur, incertum eſt referendi ne ſint ad σώζεται uerbũ, an ad ſuperius ἐμαθήτευσε, propter prolixam de Theodectæ ſepulchro fabulam intertextam: quã ego, ne lectori ſcrupulus inijceretur, nota parentheſeos diſtinxi.

καὶ δημοσθένην δ' ἔτι) Plutarchus in uita Demoſthenis, in hunc modum hac de re ſcribit: Præceptore Iſæo in arte dicẽdi eſt uſus, quanquã tunc doceret Iſocrates. ſiue (ut quidã aiunt) quod conſtitutam Iſocrati mercedem decem minas, propter orbitatem, ſoluere non póterat: ſiue quod Iſæi dictionem, ut acriorem, & ad uſum accommodatiorem, magis probabat.

μετὰ σπουδῆς) Cum feſtinatione, ſeriò, magno ſtudio: nam utrunq; ſignificat. σπουδὴ pro eodem capitur. contraria ſunt ἀσπουδεί, & ἐν παιδιᾶς μέρει, id eſt, nullo adhibito ſtudio, per iocum.

ἐφ' ᾧ τε) Id eſt, ἵνα, ut.

ὡς οὐ τεμαχίζομεν) Græci etiã cum alterius uerba μιμητικῶς recenſent, addunt interdum ὡς & ὅτι. ſed hoc natura latini ſermonis reſpuit. τέμαχος, fruſtum alicuius magni piſcis: unde ἰχθὺς τεμαχίτης, piſcis qui in fruſta ſecari ſolet, ut ſalſamenta. Hinc fit uerbum τεμαχίζειν. Caue legas, ὅτι μαχίζομεν.

ὁ λόκληρον ἀποδώσομαι τὴν πραγματείαν) ἀποδόσθαι, uendere plerunq; ſignificat. πραγματεία hic pro arte accipitur. aliàs interpretantur, πολυπραγμοσύνην, κακοπάθειαν, σύγγραμμα βιβλίου, ἢ λόγον: id eſt curioſitatem, ſeu occupationem, calamitatem, librum ſcriptum, uel orationem, tractatum, ſeu tractationem deniq; cuiuſcunq; rei.

ἀπαγγελθέντων τῶν περὶ χαιρώνειαν) Scilicet συμβάντων. Sæpe enim in articulis uel nomẽ uel participium aliquod, pro ſententiæ uarietate, ſubintelligitur. Quomodo Athenienſes & reliqui Græci ad Chæroneam Bœotiæ urbem à Philippo Macedone uicti ſint, nota eſt hiſtoria, quæ breuiter à Iuſtino lib. 9. perſtringitur: copioſe à Diodoro Siculo libro 16. à Plutarcho item in uita Demoſthenis & Philippi deſcribitur.

ἐξαγαγὼν αὑτὸν τοῦ βίου) Id eſt, ἀποκαρτερήσας, inedia necem ſibi conſciuit.

πίτρασιν) Pro πέπρακεν. Metatheſis literarum. ἀπεχθέσθαι, ἀόρ. β. ab ἀπέχθομαι. βιοὺς, ἀόρ. β. à βιόω, uel βίωμι, ut à δίδωμι δοὺς, à γνῶμι γνούς.

προειπὼν τρεῖς ἀρχὰς δραμούντων ἄχρι πόδας) Ita ſignificare opinor uoluit, Græciam quartò iam ſeruitute Barbarica preſſum iri. Nam inter Barbaros numerabãtur Macedones, ut apparet è Demoſthene. quanquam Philippus Argis oriundus, & ex Herculis poſteritate eſſe putabatur.

τετράκις ἰδεῖν) Danaus Aegyptius Argos occupauit. Pelops Phryx, Apiam olim dictam, à ſe Peloponneſum cognominauit. Cadmus Phœnix Thebas in Bœotia condidit. Quarta Barbarica dominatio imminere uidebatur, Philippo rerũ in Græcia potiente. Nam quod Cares inſulas tenuerint, Thraces, Amazones ac Perſæ cladibus acceptis cum ignominia receſſerunt, ea ad hunc locum pertinere nõ puto. Tametſi autem uerbum ἰδεῖν innuere uideatur, Iſocratis ætate iam antè Græciam ter fuiſſe in ſeruitutem redactam, tamẽ ego id ex hiſtorijs colligere nõ poſſum. Semel quidem dominati ſunt Lacedæmonij, quum etiam Athenas Lyſander cæpit, quo bello Iſocrates fortaſſe patrimonij iacturam fæcit. Cæteri motus & ſeditiones uel Athenienſium, uel aliorum, non rectè dici poſſe uidentur Græciæ ſeruitus. Niſi fortè παρ᾽ ἰδεῖν legas pro ἰδεῖν, quod nihil eſt neceſſe.

ἐν δὲ πανηγυρικὸν ἔτη δέκα συνέθηκε)

Quinti-

Quintilianus lib. 10. Panegyricum Iſocratis, qui parciſsimè, decem annis dicunt elaboratum.

ὃν μετενηνοχέναι) A verbo μεταφέρω, infinitiuus indicatiui loco, pro μετενήνοχε. ἐκ τῆ γοργίου, ſcilicet λόγου. Philoſtratus, αἰτίαν αὐτῷ παρέσχεν ὡς ἐκ τῆς γοργίου εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἀποδοθέντων, συντεθείς. Cæterum hoc furti crimen ipſe autor in exordio Panegyrici, & oratione περὶ ἀντιδόσεως, cum autoritate refutat. Neq; propterea Plato uel Timæi, uel Prodici ſcripta cōpilaſſe dicendus eſt, ſi ille de naturalib. reb. hic de republica prius aliquid ſcripſerat. Quaſi uerò minora fuerint Iſocratis & Platonis ingenia, eruditio, diligentia, quàm uel Prodici, uel Timæi? aut furto nobilitari magis, quàm infamari potuiſſent? Sed hæc inuidiæ natura eſt, ut præſtātiſsimis quibuſq; uiris, notas aliquas improbitatis inurere ſtudeant: ea uulgi perſuaſio, ut,

Tempore qui prior eſt, potior quoq; iure putetur,

iuxta uulgatum uerſiculum.

ἐκ πλαθάνης τῆς ἱππίου) Deinde dicit, ἔπειτα πλαθάνην τὴν ἱππίου τοῦ ῥήτορος γυναῖκα ἠγάγετο. Vbi ego poſt ῥήτορος, comma ponēdum puto: & γυναῖκα ἠγάγετο, coniungēdum. Nam poſtea ſequitur, ἀφαρεὺς καὶ ὁ τούτου πατὴρ θεόδωρος. Vnde colligo, Plathanē Hippiæ non uxorem, ſed filiam fuiſſe. & alioqui in genitiuis huiuſmodi, τιμόθεος ὁ κόνωνος, non aliud niſi ὑιὸς ſubintelligitur. Vnde ego hic quoq; τῆς ἱππίου, ſupplendum puto θυγατρὸς potius, quàm γυναικός.

πρεσβ. τῆ δὲ τῆς γυναικὸς) De hoc loco nobis quid uideretur, in Caſtigationibus diximus.

ἀσθένειαν σκηψάμενος) σκήπτεσθαι interdum ſimulare, prætextumq; aliquē quærere ſignificat. Sed quia poſtea ſequitur, πρὸς δὲ ὢν ἀπήντησε διὰ νόσον, accipio ſic, non quod prætextu inopiæ (nam id quoq; ἀσθένεια ſignificare poſſet) aut morbi, Trierarchiā detrectarit, ſed morbi excuſatione uſus, uel cauſatus morbum. participium ἀναστάς, eōdem pertinet, ut decubuiſſe indicetur.

πρὸς δὲ τὸν ἀπόντα πατέρα) Hoc quidam ita intelligunt, ac ſi promiſiſſet Iſocrates, ſe effecturum puerum eum tam officioſum erga parentem, ut nullum etiam ſeruile opus recuſaret. Alij ſic: Iſocratem ipſum, in erudiendo puero mancipij uicem obiturum, inſtitutionis diligentia. Sed haud dubie taxatur parentum tenacitas, qui malunt filios, inſcitia & feritate morum mancipijs (ne belluis dicā) habere ſimiles, quàm doctori iuſta mercede numerata, liberaliter inſtitui. Simile ſcomma idem hic Plutarchus in libello περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, in hanc ferè ſententiam recitat: Sunt (inquit) multi patres, quorum tanta eſt auaritia, & in liberos inhumanitas, ut exiguitate mercedis inuitati, homines futiles & nihili filijs ſuis præficiant, paruo ære uenalem ſcilicet inſcitiam conſectantes. Ex horum grege Ariſtippus quendam mentis & prudentiæ inanem, perurbanè & ſalſe admodum deriſit. Interrogatus enim quanti doceret, reſpondit, mille drachmis. Tum illo exclamante, Hui precium ingens & iniquum: Tanti enim mancipium emere poſſem. Duo igitur, inquit, mancipia habebis, & filium tuum, & eum quem emeris.

ἐνατεῖον, τεταρταῖον) Nouendialem, quatriduanum: id eſt, poſt nonū, poſt quartū diem, nono quartó ue die, poſt nouē uel quatuor dies. Sic apud Theocritum, ἐς χθὲς δωδεκαταῖος: id eſt, die duodecimo, uel, die abhinc duodecimo.

ἅμα ταῖς ταφαῖς) Athenis, qui in prælijs pro patria ceciderant, relati domum, publicè ſepeliebantur & laudabantur. Vt apparet ex oratione funebri Platonis, quæ Menexenus inſcribitur: & Epitaphio, qui inter Demoſthenicas (falſo, ut putant) habetur: Periclis item, in ſecūdo Thucydidis. & Auguſtus auiam defunctam, Romæ pro roſtris, puer adhuc, laudaſſe fertur.

πλησίον δὲ κυνοσάργους) Cynoſarges, locus Athenis, ubi templum Herculis, & gymnaſium nothorum fuit. ἀριστερᾷ, ad ſiniſtram, datiuus aduerbialis.

ὁ ὑιός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ θεόδωρος) ἐτάφη ὁ ὑιός τε, ſcilicet Iſocrates. cætera omnia pendent ab hoc uerbo, uſq; ad illud, ὧν ἐστὶ μὲν τούτων. Olim hæc narratio non iniucunda fuit, dum ipſa monumenta uiſi poterant: nunc plus perplexitatis habent & moleſtiæ in cognoſcendo, quàm fructus atq; utilitatis in ſciendo.

τράπεζαι) Menſæ. intelligenda puto lata ſaxa menſarum inſtar, columellis innixa: cuiuſmodi magnatum quædam ſepulchra etiam hodie conſpiciuntur.

συμβολικῶς) σύμβολον inter alia ſignum etiam, ex quo aliqua de re coniectura ſumitur, ſignificat. Ego, ut oratio facilius intelligeretur, pluribus uerbis uſus ſum. Lonicerus: Non citra Iſocraticæ eloquentiæ myſterium. Fabula de ſuauiſsimo cantu Sirenum, ſatis nota eſt.

ἀναίρεθῆναι ὑπὸ τιμοθέου) Id eſt, ἀναιρεθῆναι. ſic dicunt θνήσκειν ὑπὸ τῶν πολεμίων, mori ab hoſtibus: pro κτείνεσθαι, id eſt, interfici.

ἔμπροσθεν τῆς προστῶος) Lonicerus, Ante porticus ueſtibulum. στοὰ porticus eſt (pleriq; etiam

στοὰ,

στοὰ, unde στωϊκοὶ, per ω ſcribunt) inde πρόστῳον Suidas interpretatur, τὸ ἔμπροσθεν τῆς στοᾶς, id eſt, id quod eſt ante porticum.

τιμῶν θ' φιλίας τε) Lonicerus:

Iſocratis ueneratus amicitiamq́ue, fidemq́ue,
Effigiem hanc Muſis Timotheus poſuit.

ξενίαν τε προτιμῶν) Hoſpitij ius præferens, uel magnifaciens. Ciues eiuſdem urbis fuerunt Timotheus & Iſocrates. qui igitur hoſpites fuere potius, quàm amici & familiares? Reſpicit fortè ad peregrinationis, de qua ſuprà dictũ eſt, ſocietatẽ.

φιλίας τε χάριν) χάριν referri poteſt ad προτιμῶν: uel accipi aduerbialiter, amicitiæ gratia: ſubintellecta præpoſitione διὰ, uel κατὰ χάριν.

Λεωχάρους ἔργον) Leocharis opus. aliàs Λεωχάρης ἐποίει. Nam pendenti, ut inquit Plinius, titulo, illa quoq; quæ mirando non ſatiamur, inſcripſerunt: ut, Apelles faciebat, aut Polycletus: tanquã inchoata ſemper arte, & imperfecta, &c. Hinc apparet, Græcos artifices gloriæ fuiſſe, quàm quæſtus, auidiores.

εἶχε δ' ἀλλοτρίως πρὸς ἐπίδειξιν) Abhorrebat, ſeu, alienus erat ab oſtentatione.

φάμενος εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἥξειν) Dicẽs poſtridie uenturũ. φημὶ ἥξειν, dico me uenturũ eſſe. φησὶν ἥξειν, dicit ſe uenturũ eſſe. Nã in infinitiuo ſemper uerbi antecedentis perſona ſubintelligitur.

ἀπολύσαι φάμενος) Pro φαμένου. Græcis uſitatum eſt, accuſatiuos infinitiuis præponere, & ſubiungere. Id quando & cur fiat, exemplorum obſeruatione ferè melius diſcitur, quàm regulis. Lonicerus: In craſtinum redire iubens. Nunc enim ſibi in auditorio, in ſchola, eſſe ſpectaculũ. Ego ſi uerba conſidero, nõ aliter interpretari poſſum, quàm quod Iſocrates dixerit, ſe in craſtinum uenturum eſſe, & audiendi ſui copiam facturum. Sin ſententiam conſidero, non habeo quid ſequar, aut fugiam. D. Velſius me tamen admonuit, περὶ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, καὶ ἀκροαματικῶν, quorum hi ſolis intimis, illi quibuſuis communicari ſoliti fuerint ab Ariſtotele. putans, eodem modo quos retinuerit Iſocrates, fuiſſe γνησίους μαθητὰς, atq; ideo retentos, quod tum doceret: tertiũ, in craſtinum redire iuſſum, ut alienum, ſi non doctrinam, ſed declamationem audire uellet. Tzetzes hoc Iſocratis timiditati tribuit, his uerſiculis,

δειλότατος ἀνθρώπων δ' ἦν Ἰσοκράτης παντῶν,
ὡς μηδὲ δύω μαθητὰς ἐφορμῆναι θέλειν,
λέγειν ἐνὶ δ' ἀπ' αὐτῶν, σήμερον τούτῳ λέξω,
σοὶ δὲ πάλιν τὴν αὔριον παραβαλόντι λέξω. id eſt,

Iſocrates omnium hominũ timidiſſimus fuit, adeò ut neq; binos diſcipulos ſimul inſtrueret: ſed uni diceret, hunc hodie docebo: te cras, ubi redieris, erudiam.

οὐκ ὢν αὐτὸς ἱκανὸς) Scilicet εἰπεῖν. ἄλλους ποιεῖ) Scilicet ἱκανοὺς εἰπεῖν. ſic Horatius,

Fungor uice cotis, acutum
Reddere quæ poſſit ferrum, exors ipſa ſecandi.

Fab. in procemio: Illud tamen in primis teſtandum eſt, nihil præcepta atq; artes ualere, niſi adiuuante natura, &c. Hinc illud eſt, πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων: id eſt, multos diſcipulos magiſtris eſſe præſtantiores.

πολίτην δ' οὐδένα πώποτε εἰσέπραξε μισθὸν) Cur igitur Demoſthenes, quamuis pauper, ducentas illi drachmas obtulit? Fortaßis hæc eſt ſententia, quod acceperit quidem mercedem à ciuibus ultrò oblatam, ſed non ab inuitis extorſerit. Vel, coaceruator hic diuerſos autores ſecutus, parum animaduertit quàm cohærentia ſcriberet.

μελανειμονῶν) Ἀ μέλαν & εἷμα. nigræ ueſtes in triſtitia & luctu induebantur.

οἷς μὲν ἐγὼ δεινός) δεινὸς accuſatiuis, uel infinitiuis crebrius iungitur, quàm datiuis. ut, δεινὸς τὰ πολεμικὰ, acer bellator: δεινὸς εἰπεῖν, eloquẽs, uehemens orator: δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι, in rebus gerendis acerrimus, qui ſcit uti foro, nec ullam occaſionem amittit.

ἀπράκτου τῆς χολῆς ἐξελθόντος) ἄπρακτος à tergo uerborũ & participiorũ ſignificat, re infecta, impos uoti, qui nihil profæcit.

σοφὸν λίαν δὲ τὸν στρατηγὸν) Cicero 1. Officiorum paulò aliter: Pericles, cum haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hiq; de communi officio conueniſſent: & caſu formoſus puer præteriret, dixiſſetq; Sophocles: O puerum pulchrum, Pericle. At enim, Pericles, prætorem Sophocle decet, non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.

καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας αὐτὸς ὑπετίθετο) Lonicerus: Plurimum certè operæ illi exhibuit uiro: admodum in eius promouẽdis ſtudijs diligens fuit, ita ut neceſſaria quoq; illi argumenta declamationum ſuppeditaret. χρεία notum exercitationis genus eſt apud Aphthonium, et alios, quod huc quadrare non uidetur. Malim igitur τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας intelligere, argumentum neceßitatis, uel uſus. id eſt, ipſe Iſocrates argumenta quæcunq; tractãda eſſent, propoſuit, ac quaſi præmanſum cibũ in os ingeßit. Eius rei q̃ uaria ratio ſit, uide Eraſmũ in Opere de cõſcribẽdis epiſtolis.

ἐγένετο δὲ πρὸς τὰ ἀφροδίσια καταφορής) Lonicerus: In uenerem adeò pronus, ut prolixiore in cubili pallio ſubtus uteretur, croco madidũ pul-

pulinar habens. πεσὸν Phauorinus exponit, τὴν ἐκ παντοδαπῶν σωμάτων ποικίλων κατεσκευασμένην σκηνήν: id eſt, tabernaculum è uarijs uelis confectum. ἐπίπεσα Suidas ait fuiſſe placentas quaſdam, quæ ſitim prouocarent. ſed ὑπόπεσα quid ſint, non reperio. παρελκυσμένον fit à παρελκύω, id eſt, produco, extendo, prorogo. Nam παρέλκυσιν Suidas exponit ὑπέρθεσιν: id eſt, dilationem.

κρόκῳ διάβροχον) διάβροχος, madidus, madefactus, imbutus, infectus, tinctus. Suidas οἰνωμένος exponit, id eſt ebrius: quod metaphoricũ, & ab hoc loco alienum eſt. κρόκῳ διάβροχον, uel ad delicias, aut curam ualetudinis referri uidetur, uel colorem croceum duntaxat ſignificare.

πρὸς τῷ ὀλυμπίῳ ὡς ἐπὶ κίονος) Lonicerus: Ad Olympium Iouem ceu ſuper columnam, tali epigrammate poſuit. ὀλύμπιος, inquit Phauorinus, ὁ οὐράνιος, θαυμαστὸς: id eſt cœleſtis, admirandus. unde Pericli (quem Thucydides fuiſſe dicit ἄνδρα λέγειν τε καὶ πράττειν ἱκανώτατον) Olympij cognomẽ uulgo tribuebatur. Verũ ζηνὶ, uel διὶ, id eſt Ioui, ſubintelligendum ſit, uel ὀλύμπιον Iouis Olympij templum dicatur, neſcio. Particula item ὡς, niſi pro ferè accipias, redundare uidetur.

ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀρρηφόρων) Lonicerus, In primorum ſacerdotum loco. σφαῖρα, globus: σφαιρίζω, globo ludo: σφαιριστὴς, qui globo ludit. unde σφαιρίστρα, ſortaſſe aream in qua globo luditur, uel rotundam aream ſignificat.

ἀρρηφόρων) ἀρρηφόροι, autore Suida, αἱ τὰ ἄρρητα φέρουσαι μυστήρια, ἢ παναγεῖς γυναῖκες. ἐπειδὴ τὰ ἄρρητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ θεῷ αἱ παρθένοι: id eſt, Arrhephori dicũtur ſacroſanctæ mulieres, quæ arcana myſteria ferebant. Virgines enim arcana deæ (Mineruã intellige, quam Athenienſes κατ᾽ ἐξοχὴν θεὰν appellant) in ciſtis ferebant.

δύο δὲ ἐν) Suprà dixit, τρὶς προεβλήθη τριήραρχος ἀπὸ λυσιστράτου) Scilicet ἄρχοντος ἀθήνῃσι. διδάσκειν Comici poetæ ac Tragici dicuntur, cum ſuas fabulas in publicum edunt, & in theatris ſpectandas exhibent. Vnde διδασκαλία, fabulæ actio, ſeu editio. διδασκαλίαι ἀστικαὶ, ad differentiam τῶν ληναϊκῶν dici uidẽtur. ληνὸς, torcular: ληναῖος, Bacchi cognomen: λήναιον, Bacchi feſtũ, in cuius honorem potiſſimum tragœdiæ agebantur.

καθεὶς) à καθίημι, id eſt demitto. καθεῖναι τραγῳδίαν διὰ διονυσίου, Dionyſium fabulæ actorem deligere, fabulam deferre ad Dionyſium.

μετεπιγεγραμμένη) Lonicerus: Suo epigrã mate inſignitum. ἐπιγράφειν, inſcribere ſignificat. μεταγράφειν, transſcribere, corrigere, aliter ſcribere, uel pingere. Fortaſſis igitur μετεπιγεγραμμένη uerti poſſet, mutata inſcriptione, uel, renouata pictura.

ἴσχε δὲ υἱὸς) Hoc de Aphareo intelligo.

ἐκ λυσίου) Puto λύσιον eſſe mulieris nomen, ut γλυκέριον. Nã ſi ſubintelligeretur θυγατρὸς, dicendum fuiſſet ἐκ τοῦ λυσίου.

Hæc habui quæ annotarem. In re obſcura & difficili, fæci quod potui. Suo quiſq; fruatur iudicio. His meliora & certiora edenti, non inuidebo, ſed potius congratulabor.

ANNOTATIONES IN Vitam Iſocratis è Philoſtrato.

Η δὲ σειρὴν) Particula δὲ continuare uidetur orationẽ cum alijs quæ anteceſſerunt. Alludit autem ad pictam, uel fictam imaginem aliquam, cuiuſmodi uel ipſe Philoſtratus excogitauit, uel excogitatas ab alijs deſcripſit: & fortaſſis ad Sirenem illam ſeptem cubitorum, quam Iſocratis tumulo impoſitam fuiſſe, Plutarchus meminit.

πειθὼ) Accuſatiuus eſt. Sic ordinabis uerba, ἡ σειρὴν κατηγορεῖ τοῦ ἀνδρὸς. quod idem eſt ac ſi dixiſſet, πειθοῦς κατηγορεῖ τὸν ἄνδρα: id eſt, Suadelæ accuſat uirum: id eſt, prædicat, ſeu teſtimonium dicit de Iſocratis eloquentia. πειθὼ aliàs poetica προσωποποιίᾳ dea eſſe fingitur, quam Latini Suadam, ſeu Suadelam nominant, eamq; ſeſſitare in labris Periclis olim dixerunt Græci, ut M. Cethegum Suadæ medullam dixit Ennius. Aliàs ſignificat uim quandam eloquentiæ ad perſuadendum efficacem, ſeu ipſam eloquentiam.

ἣν συνεβάλετο) Scilicet πειθὼ, quam perſuadendi facultatem, ſeu probabilitatem, Iſocrates contulit, ſeu ſuppeditauit.

ῥητορικοῖς νόμοις) Oratorijs legibus & inſtitutis, ſeu moribus. Loquitur de rhetorica, tanquam de ciuitate. νόμος uocabulum etiam in Muſicis uſitatum eſt.

πάρισοι καὶ) Hæc per appoſitionem ad πειθὼ referri poſſunt. Comparia & antitheta, & ſimiliter finita nimirum ſunt, quibus Iſocrates facũdiam locupletauit: uel ita conſtruenda uerba ſunt, οὐχ εὑρὼν πρῶτος πάρισα, &c. Non quod ipſe primum inuenerit has figuras. nam ad Thraſymachum quendam, ut primũ autorem referuntur.

ἐπεμελήθη δὲ καὶ περιβολῆς) Lonicerus: Cui etiam curæ fuerunt circuitio, apta harmonia, com

poſitio

cõpoſitio, elegantiorq́; tenor, quib. & Demoſthenus alicubi linguã formauit. περιβολὴν Suidas inter alia dicit eſſe εἶδος λόγου δεινότητος: id eſt, genus orationis ad grauitatẽ, uehemẽtiã ſeu aptitudinẽ pertinens. Phauorinus, λόγον ἐμπερίβολον, id eſt orationẽ quæ quodã ambitu cõtineatur. Videretur igitur idẽ, uel propè idẽ eſſe quod περίοδος, quã Cicero circuitũ orationis, ambitũ, cõpræhenſionẽ, cõtinuationẽ, circũſcriptionẽ interpretatur: niſi Hermogenes, libri primi περὶ ἰδεῶν, capite decimo, περιβολὴν aliter exponeret. quã fieri dicit, ſi quid extrinſecus ad id de quo ſermo eſt, aſſumatur: ut 1. Si ſpeciei genus coniũgas: Improba res, Atheniẽſes, improba res eſt in uniuerſum ſycophãta. Sed hic homũcio natura uulpecula eſt. 2. Si de finito indefinitũ: ut, Multis ego reb. in hoc iudicio ſum Aeſchine inferior, duab. uerò in primis. 3. Si totum parti: ut, Quum arx hæc ſacroſancta ſit, lateq́; pateat, iuxta æream magnam illam Mineruã ad dexteram ſtetit, &c.

καὶ συνθήκης) συνθήκη eſt cõpoſitio, quæ ſeruit grauitati uocũ, et ſuauitati. κρότος alioqui plauſum ſignificat: & Phauorinus εὐφημίας ἢ ἔπαινον exponit. Ego hic pro grandiore ſono ac pleniore puto accipi, qui ſonus periodũ, numeros & cõpoſitionẽ ſequitur. Videtur huc pertinere dictũ illud Aeſchinis, de pronunciatione & actione Demoſthenis: Quid ſi ipſam belluam audiſſetis ſua uerba reſonantem?

ταυτὶ δὲ) Id eſt, ταῦτα, hæc eadẽ, Atticũ eſt: id eſt, ſtudiũ περιβολῆς, ῥυθμῶν, etc. Auxit etiã Demoſthenis eloquentiã. Hermogenes (qui quidẽ præclarus eloquẽtiæ Demoſthenicæ interpres eſſe uidetur) has eius orationi uirtutes potiſſ. tribuit, σαφήνειαν, μέγεθος, κάλλος, γοργότητα, ἦθος, ἀλήθειαν, δεινότητα: quas Bonfinis, dilucidıtatẽ, magnitudinẽ, uenuſtatẽ, celeritatẽ, moralitatẽ, ueritatẽ, grauitatem, nominat. idem περιβολὴν aliàs circuitionem, aliàs comprehenſionem uertit.

ὑπερεβάλλετο αὐτὸν ῥυθμῷ καὶ ἐπιφορᾷ) Lonicerus, uicit ipſum harmonia uocũ, illatione et circuitiõe, atq; celeritate cũ uerborũ, tũ etiã ſentẽtiarũ. ἐπιφορὰ figura eſt, quæ et ἐπιστροφὴ dicitur: id eſt, eiuſdẽ uerbi crebra in extremũ conuerſio. ut, Pœnos populus Romanus iuſticia uicit, armis uicit, liberalitate uicit. ea huc nõ pertinet. Aliàs ἐπιφορὰν exponũt καταδίκην, ἐπέλευσιν: id eſt, damnationẽ, aggreſſionẽ, ſeu impetũ: et ἐπίφορον, ὁρμητικὸν, id eſt, impetuoſum. Ego igitur ἐπιφορὰν hic accipio pro impetu, quum oratio uehementer urget ac premit, & rapidi fluminis inſtar fertur.

σεμνότης δ᾽ ἡ μὲν) Lonicerus: Grauitas quidẽ Demoſthenis cõſideratior, maiorẽ ſollicitudinem habet: Iſocratis grauitas tenerior atq; iucundior. Quid σεμνότης in oratione ſit, uide apud Hermogenem primi tomi περὶ ἰδεῶν, cap. 5.

ἐπεστραμμένη μᾶλλον) ἐπιστρέφεσθαι exponũt, φροντίδα ποιεῖν, curæ aliqd eſſe alicui. μετ᾽ ἐπιστροφῆς, ἐπεστραμμένως, ἐπιστρεφῶς λέγειν: id eſt, ἐπισταμένως, εἰδότως, cõſideratè, accuratè, prudẽter dicere, πρᾶγμα πλείονος ἐπιστροφῆς, res diligẽtius perpendẽda. ἐπιστροφὴ etiã dicebatur σύγκρωσις παντὸς τοῦ τάγματος, globus militũ, quãdo arctiſſimè coeũt uel ad faciendũ, uel ſuſtinẽdũ impetũ. Ego igitur ἐπεστραμμένη uerti, dẽſior & cõcitatior. Notũ eſt illud quod dicũt, Demoſthenis orationem ſic ſenſis inter ſe, quaſi hamis conſertam eſſe. Etiam Quintilianus Demoſthenem denſiorem, Ciceronem copioſiorem eſſe iudicat.

παραδείγματα δὲ ποιούμεθα) Ego in his exemplis Græca retinui, Latina explicatione addita. Vtilius fuiſſet duos Latinorum autorum locos hoc modo inter ſe conferre. Sed ego in re ſubtili & lubrica, iudicio meo non fido.

ὤκνει) ὀκνεῖν τὰ πολιτικὰ, reformidare imperij gubernationẽ, nõ audere capeſſere et fugere rempublicam. ἀποφοιτᾶν τῶν ἐκκλησιῶν, fugitare comitia, non ingerere ſeſe cõcionibus, ſed eas potius fugitare. φοιτᾶν enim eſt τὸ συχνῶς πορεύεσθαί ποι, crebrò aliquò ire: φοιτᾶν εἰς τὰς ἐκκλησίας, frequentẽ intereſſe cõcionib. cõcilijs, ſeu comitijs.

διὰ τὸ ἐλλιπὲς) Id eſt, διὰ τὴν ἔλλειψιν, ob imbecillitatem, gracilitatem, ſeu defectum uocis.

ἀντιπολιτευόμενον) πολιτεύεσθαι, uerſari ſignificat in republica, interdũ etiã in ciuitate aliqua degere. Vnde συμπολιτευόμενοι ſæpe accipiũtur nõ tã pro collegis in magiſtratu, quàm pro ciuibus eiuſdem oppidi. ἀντιπολιτεύεσθαι, diuerſam factionem ſequi, opponere ſeſe, atq; aduerſarium eſſe alicui, alicuius actiones euertere conari.

οὐκ ἀπεστάτει τῶν κοινῶν) Non nullum habebat reipublicæ ſtudium: id eſt, nõ negligebat, ſed aliqua cura complectebatur rempublicam.

διωρθοῦτο) Rectũ faciebat, corrigebat, placabat: id eſt, efficiebat ut illis amicus eſſet, ne qd per irã aut iniuriã contra eos moliretur. Hæc intelligẽda ſunt magis de conatu & ſtudio Iſocratis, quàm de effectu, ut patet ex oratione ad Philippum.

ἀνασκευάζει τοὺς Ἀθηναίους ἐκ) Lonicerus: Ab imperij marini affectatione reuocauit Athenienſes, ceu qui per illud male audirẽt. ἀνασκευάζειν eſt μετατιθέναι, μετοικίζειν, ἀπαίρειν: id eſt, trãſferre, diſcedere, caſtra mouere, aliò traducere. Perinde eſt ac ſi dicas, iubebat eos è mari emigrare,

ſedẽ mutare, ac transferre domicilium.

ὁ πανηγυρικός τε αὐτῷ λόγος, &c. οὗτος μὲν ἔτι) Vide ne te ὑπερβατὸν perturbet.

ὀλυμπιάσι) Datiuus aduerbialis, Olympiadibus: id eſt, Olympiæ, in Olympijs.

αἰτίαν παρέδωκεν) Crimen ipſi tradidit: id eſt, propter Panegyricũ furti eſt inſimulatus: crimini ei datum eſt, quod eſſet è lucubratione Gorgiæ ſuffuratus.

Τοῦ δὲ τὸ διῖκνεῖ φρόνημα) Intricatior paulo conſtructio eſt. Verũ ſi uerba ſic ordines, expedieris: Τοῦ, ſcilicet ἀρχιδάμου (id eſt, orationis quæ Archidamus inſcribitur) φρόνημα ἀναφέρον τῶν λευκτρικῶν, διῖκνεῖ λακεδαιμονίοις: Magnanimitas Archidami reſpirãs è clade Leuctrica, peruadit Lacedæmonios: id eſt, excitat animos Lacedæmoniorum. φρόνημα ſignificat animos, id eſt, fiduciã, generoſum ſpiritũ. διΐκω, διέρχομαι, φθάνω, peruado, penetro, aut euerto, celebror. Vt apud Suidã: ἀλλὰ πείθομαι πάνυ δὲ σοῦ τὸ κλέος ἐπ' ἀρετῇ διῖκνεῖ: id eſt, Credo equidẽ. nã fama uirtutis tuæ lõgè lateq; celebratur. ἀναφέρειν ἐκ τῆς νόσου, eſt κουφισμὸν λαμβάνειν, cõualeſcere, ex morbo recreari, morbũ leuiorẽ fieri. eſt igitur φρόνημα τῶν λευκτρικῶν ἀναφέρον, animi poſt Leuctricã cladẽ recreati, ad ſeſe redeuntes, obliti calamitatis. Lonicerus legiſſe uidetur ἀναφέρων. Vertit enim, In eo Lacedæmoniorũ cura tangitur: ad Leuctrica eos referens.

σὺν ἐπιστροφῇ ἑρμηνεῦσθαι) Cũ cura expoſita eſſe. Lonicerus: Prudẽter neq; citra curã expoſitã eſſe cõſtat. Videtur ἐπιστροφὴ etiam ad auditores uel lectores referri, quos probabilis oratio alliciat et teneat. Nã ἐπιστρέφειν cõuertere, attentũq; reddere inter alia ſignificat. ἑρμηνεῦσθαι autem uerbi ἑρμηνεύω paſsiuus παρακ. infinitiui modi. Verbum hoc interpretari notat, exponere, explicare. unde ἑρμηνεία etiam pro dictione, id eſt genere orationis, ſeu phraſi accipitur.

Θεόπομπον δὲ) De his Cic. in Bruto: Quare hoc doctoris intelligentis eſt, uidere quò ferat natura ſua quẽq;: et ea duce utentẽ, ſic inſtituere, ut Iſocratẽ in acerrimo ingenio Theopõpi & leniſsimo Ephori dixiſſe traditũ eſt, alteri ſe calcaria adhibere, alteri frænos. Idẽ 3. de Oratore: Quod dicebat Iſocrates doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro, contrà autem in Theopompo frænis uti ſolêre: alterum enim exultantẽ uerborum audacia reprimebat, alterum cunctantem & quaſi uerecundantem incitabat. Neq; ſimiles effecit inter ſe, ſed tantum alteri affinxit, de altero limauit, ut id cõfirmaret in utroq;, quod utriuſq; natura pateretur.

καθάπτεσθαι τοῦ ἰσοκράτους ὡς αὐλοποιοῦ) Inceſſere Iſocratẽ ut tibiarũ cõfectorẽ. Plutarchus, ἤδη εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται. Antea diximus, ineptũ eſſe hoc argumentũ: Iſocrates nõ fuit αὐλοποιός, ergo Comici nõ proſcindũt eũ hoc nomine. Sed ita dicendum fuit, Ergo falſo eũ ita nominarunt.

ἄλλο τι τῶν βαναύσων) Id eſt, ἄλλο τι τῶν βαναύσων, uel ἄλλο τι βάναυσον, id eſt, aliud aliquod ſordidum opificium, quod & χειρωνακτικὸν à labore manuum dicitur, & χειροτεχνικόν. Contrà liberales artes ἐλευθέριαι τέχναι ἢ ἐπιστῆμαι dicuntur, & ſæpe unico duntaxat uocabulo παιδεία.

οὐδ' ἂν οὐδὲ ἔτυχεν) Obſeruãda primũ geminatio negationis elegans: deinde aoriſtos, et alia tẽpora indicatiui cũ particula ἂν, (interdũ etiã ſine ea) p ſubiũctiuos exponi: Neq; enim conſecutus eſſet.

ἐργάζεσθαι τι τῶν εὐτελῶν) Id eſt, εὐτελές τι, operari uile aliquid: id eſt, ſordido opificio occupari, ſordidum quæſtum facere.

ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη) Ferè centenarius, circiter centum annos natus.

μὴ καρτερήσας) Non ſuſtinens auditionem cladis Athenienſium: id eſt, ita uicem afflictæ patriæ doluit, ut uitam acerbam ſibi putaret, ac præ dolore necem ſibi conſciuerit.

ANNOTATIONES IN VITAM Iſocratis à Dionyſio Halicarnaſſeo deſcriptam.

Ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς) Plutarchus κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην. Olympias apud Græcos, ut luſtrũ Latinis, quinquenale ſpaciũ ſignificat. Quod ipſum ita computandũ cẽſent, ut quaternis annis integris, initiũ quinti annumeratum, Olympiadi et luſtro quinquennij nomẽ attribuat, tametſi quaternos duntaxat annos includat. Ea ratio an perpetua ſit, ipſi uiderint, qui audacter pronũciare ſolent. ego meũ iudiciũ nõ interpono. Tẽporũ aũt rationẽ diſtingui à Græcis per Olympiadas notũ eſt. Olympias 86 cõditi mũdi annus eſt 3528. Bellũ Peloponẽſiacũ, geſtũ inter Athenieſes et Lacedæmonios, Pericle et Archidamo ducib. ortũ eſt Olymp. 88, anno ab exordio mũdi circiter 3532. Dominus & ſeruator noſter Ieſus Chriſtus, homo natus eſt, anno creationis 3962. Iſocrates igitur natus ante Chriſtum annis ferè 430. Sed fides huius ſupputationis ſit penes Chronologos, quos et diſſẽtire inter ſe, & falli nõnũquã, nihil miri eſt.

ἄρχοντος ἀθήνῃσι) Archõ Athenis (ut Budæus explicat) priuato nomine peculiariq; dicebatur is, à cuius nomine faſti perſcribebãtur, ut et à conſulibus Romæ. Is ἄρχων ita præerat iudicibus, iudiciorumq; moderator erat, ut Romæ prætor.

καὶ τὸν βίον ἀπολιπεῖν ἄρχοντος τοῦ ἐργασίου) Plutarchus,

tarchus, οὐ περιῦσα βίος ἀπὸ τούτων, quod eſt plus quàm τὸ βίον ἔχειν. niſi βίος, id eſt uictus, κατ' ἐπιτασιν αὐτὶ τοῦ πλούτου, id eſt, pro diuitijs accipiatur.

φιλοσοφίας ἐπιθύμιον) Prodicus, Gorgias, Tiſias, neque σοφοὶ, id eſt ſapiẽtes (à profeſſione quidẽ) quod nomẽ ut arrogãs repudiatũ erat: neque philoſophi, neque oratores, ſed ſophiſtæ dicebãtur: etſi enim in Græcia maximũ eorũ nomẽ ſuit, propter ſapientiæ opinionem, profeſſioni tamen σοφιστῶν, non σοφῶν titulus tribuebatur. Philoſophia igitur in genere pro liberali doctrina, culturaque ingenij, ut ſuprà etiã indicatũ, accipiẽda eſt: quanquàm illi omniũ rerũ ſcientiã profeſſi, doctrinarũ genera, ut dialecticã, rhetoricã, philoſophiã, confuderunt. hoc enim ſignificat uocabulũ πεφυρμένην, Gorgiã permiſcuiſſe omnes ſcientias.

ὑπὸ τῶν περὶ γοργίαν) Id eſt, ὑπὸ τοῦ γοργίου, uel etiã ὑπὸ τῶν ὁμοτέχνων ἢ ζηλωτῶν, à Gorgia, uel eiuſdẽ cum Gorgia & Protagora profeſſionis hominibus, & ſectatoribus eorum.

θηραμένους τοῦ ξύλου) De huius Theramenis, qui ob uerſatile ingeniũ κόθορνος cognominatus eſt, interitu, uide Xenophontẽ libro 2. ἑλληνικῶν.

πρῶτος ἐχώρησεν) Primus abijt, ſe cõtulit, amplexus eſt. à uerbo χωρέω. Plutar. χωρίσας πρῶτος: id eſt, ſeparauit, ſeu diſtinxit primus: à uerbo χωρίζω. Magna eſt ad diſcendũ cõmoditas, ſingula ſeorſim tradi: tametſi artes, quæ natura inter ſeſe cohærẽt, et uno ueluti orbe, quẽadmodũ etiã uirtutes, cõtineãtur, τῆς ἐν κύκλῳ παιδείας nomẽ obtinuerint. Expedit etiã uitæ mortaliũ, ut tardiora et anguſtiora ingenia unum aliquod doctrinæ genus probe teneant magis, quàm ut mani labore ſeſe excrucient, alios uana profeſſione τῆς παντεπιστημοσύνης decipiant.

ἐν τοῖς δικανικοῖς) Vt Hyperides, Demoſthenes. ἐν τῷ πολιτεύεσθαι) Vt Timotheus. τὰς κοινὰς τῶν ἑλλήνων) Id eſt, res geſtas à Græcis contra Barbaros, & à Barbaris contra Græcos, ut Ephorus & Theopompus.

κατὰ τὰς ἀποικίας τῶν λόγων) Athenienſes, redundãte in ſua urbe ciuiũ multitudine, colonias (ut in Panegyrico et Panathenaico indicatur) in uaria loca deduxerũt. Iſocrates igitur eodẽ modo ſuã eloquentiã, in multas Græciæ urbes, rectè inſtitutis à ſe diſcipulis, tãquã colonis miſsis, propagauit.

τῶν χρηματισαμένων ἀπὸ φιλοσοφίας) Sic in Buſiride, ἐκ δὲ φιλοσοφίας χρηματίζεσθαι ζητοῦσι. Plutarchus, ἀργύριον ὅσον οὐδεὶς σοφιστῶν ἐπόρισεν. χρηματίζεσθαι, eſt opes adipiſci, colligere pecunias. unde χρηματιστική, rei quærundæ ſcientia, ſeu faciendæ pecuniæ ratio.

δυοῖν δεόντα) Pro δυοῖν δεόντων, duobus deficientia: id eſt, deficiẽtibus. ἀνακόλουθον & ſingularis locutio.

γνώμῃ χρησάμενος) Cõſilio, ſentẽtia, ſeu decreto uſus: id eſt, cũ decreuiſſet. ita enim decreuerat.

συγκαταλῦσαι τὸν βίον ἅμα) Vnà cum republica concidere. Sic Cicero: Cum ſuperſtitem te eſſe reipublicæ, ne ſi liceat quidem, uelis. Plutarchus idem dicit, his uerbis, ἔξαγαγὼν ἑαυτὸν τοῦ ζῆν διὰ τῆς σιτίων ἀποχῆς ἰᾶσθαι. &, ἐξελθεῖν τοῦ βίου σιτίων ἀπεχόμενον. Sentẽtia eſt, eum ſibi ultrò necem inedia conſciuiſſe: quod idem etiã Pomponius Atticus fecit. ἀποκαρτερεῖν etiam eſt, uitam inedia ſeu laqueo finire.

ἅμα τοῖς ἀγαθοῖς τῆς πόλεως) Scilicet καταλυομένοις, uel ἀπολλυμένοις, Vnà cum pereũtibus reipublicæ fortunis.

πῶς χρήσεται τῇ τύχῃ) Quomodo uteretur fortuna, ſeu ſucceſsib. id eſt, moderatè ne uſurus eſſet uictoria, an uerò ſuperbè crudeliter & tyrannicè graſſaturus. Quanta fuerit poſt eam Philippi uictoriam populi Athenienſis trepidatio, perquam elegãti hypotypoſi deſcribit Lycurgus in Oratione κατὰ λεωκράτους.

καὶ γὰρ αὕτη) Scilicet ἡ κοινὴ διάλεκτος: Poteſt etiam referri ad λέξιν Iſocratis.

συμειωδῶν ὀνομάτων) ἀπηρχαιωμένα ſunt obſoleta & antiquata. σημειώδη, uulgata Lexica exponunt, quæ notãt aliquid. σημεῖον, ſignum, ſeu coniectura eſt. Ego igitur uerti, obſcura, quibus intelligẽdis Tireſia cõiectore ſit opus. Quod ſi nõ placet, accipe ἀντὶ τῶν ὠβελισμένων, id eſt, pro ijs quæ Critici obeliſcis confoderũt. πέφευγεν, pro φεύγει, fugit, non admittit, auerſatur.

κατὰ τὴν ποιητικὴν φράσιν) Cicero in Partitionibus: Vnum genus eſt eloquendi ſua ſponte fuſum, alterum uerſum atque mutatum.

ἠθικά τε ἐστι) ἤθη, affectus leniores et ſuauiores dicuntur: ut contrà πάθη, uehementiores. Cicero: O poema tenerum et moratum, atque molle: ἠθικὸν ποίημα.

οὐδὲ δὴ σιμώτερος) κατασκελεῖν exponit Heſychius κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας καταφαγεῖν, attenuare uſque ad oſſa, carnem arrodere & deuorare. quod equidẽ haud ſcio an huc pertineat. Nam Iſocratis oratio non uix oſsibus hæret, ut oues Aegonis apud Virgiliũ: ſed ut illa Chareæ Terentiani Pamphila, ſucci plena eſt. σκέλος Heſychius πόδα interpretatur, & ait τάττεσθαι ἐπὶ τοῦ φορτικοῦ, id eſt, de homine uel negocio tumido et oneroſo uſurpari. Quid igitur, ſi κατασκελὴς λέξις, clauda potius, claudicans, alterum quaſi pedem, tanquam onus quoddam trahẽs, intelligatur, quàm macra uel tenuis?

τὰς παραλλήλους θέσεις) Lonicerus, Vocalium alternas poſitiones. παράλληλα, id eſt, ὅμοια, ἀκόλουθα, ἐγγὺς ἀλλήλων: id eſt, æqualia, cõſequẽtia, inter ſeſe uicina: Vocaliũ conſequẽtes ſeſe poſitiones. Cicero: Habet ille tanquam hiatus concurſu uocalium, molle quiddam.

περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ) Lonicerus: Periodo et circulo cõprehendere ſenſus conatur, rhythmo ſimili penitus. περίοδον & κύκλον pro eodẽ accipio. Hermogenes lib. 4. εὑρέσεων, octauo capite, κύκλον inter figuras numerans, tale exemplũ affert: Tibi quidem fuit fur pater, ſiquidem fuit ſimilis tibi. ῥυθμοειδὴς eſt, qui habet ſpeciem rhythmi, de quo in Euagora diximus.

τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν) Lonicerus: Porrò laudũ demonſtrationes in Panegyricis, eq́ manu contẽplationẽ, eius ferũt orationes: in publicis uerò ſiue cõuentibus, ſiue iudicijs certamina nõ ſuſtinẽt. ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασιν, id eſt, μετὰ πάσης ἐπιμελείας, ſummo ſtudio rebus ſuccurrere, cõfeſtim, nulla mora interpoſita. Vtrũ aũt ἐκ χειρὸς θεωρεῖν ſignificet attẽtiſſimè contẽplari, an obiter ſpectare, celeriterq́ percurrere, uel è libro legere, uel recitantẽ aliũ audire, ſum dubius. inclinat tamẽ animus, ut credere libeat, τὴν ἐκ χειρὸς θεωρίαν idem eſſe quod ἀνάγνωσιν, id eſt, lectionẽ, ſeu recitationẽ in auditorijs, uel etiã priuatam.

οὐδ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις) Hæc Iſocrati cõtumelioſa nõ ſunt. Nec enim ipſe duntaxat in oratione περὶ ἀντιδόσεως præclare ſe defendit, ſed à Quintiliano & Cicerone etiã excuſatur. Dionyſius cauſidicos monet, ne temerè quiduis ab Iſocrate in conciones & iudicia transferant.

προσιστάμενος ταῖς ἀκοαῖς) Ad uerbũ, aſſiſtens auribus. Eandẽ hanc formulã paulo pòſt repetit, τῷ μὴ ἐν καιρῷ γίνεσθαι, μήδ' ἐν ὥρᾳ προσίστασθαί φησι ταῖς ἀκοαῖς. Budæus exponit, ἐναντιοῦσθαι καὶ ἐμποδίζειν τε προσκρούειν, aduerſari, obſiſtere, obſtrepere, obſidere aures, & offendere. Idem κατασκευὴν, orationis ſtructurã interpretatur, atq́ opificiũ, & artificẽ compoſitionẽ. Hoc igitur uult Dionyſius, Iſocratẽ nimia frequẽtatione ſimiliũ figurarũ impedire attentionẽ auditorũ, aurib. faſtidiũ ingerere, obtũdere, aures uno aliquo loco ſic defatigare, ut cætera minus attentè & cupidè accipiãt. Vtinã uerò noſtris tẽporibus ſummũ ſcriptorũ & unicũ uitiũ eſſet, elegantia nimia, quæ in Iſocrate reprehẽditur: quod perinde eſt, ac ſi quis in formoſiſſima & potẽtiſſima regina immodicã uenuſtatẽ & ornamẽtorũ excellẽtiã uituperaret.

καθόλου δὲ τριῶν ὄντων) In Rhetoricis ad Herennium paulò aliter: Elocutio commoda & perfecta, tres res in ſe habere debet: elegantiam, compoſitionem, dignitatem.

τὴν εὐφωνίαν ἐντέχνων μουσικήν) Hic paulo antè alijs uerbis dixit, περιόδῳ καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα ῥυθμοειδεῖ. Cicero lib. 3. de Oratore, quũ de numeris præcipit, hãc curioſitatẽ improbat: Nec ſunt hæc, inquit, Rhythmicorum ac Muſicorum acerrima norma dirigenda.

ἁρμόττεται αὐτὰ περιέργως) Lonicerus: Neq́ citra ingentẽ curã ea cõpingit, concentũ illis Muſicũ applicãs, grauiterq́ et copioſe coloribus utitur. περιέργως & φορτικῶς aduerbia ſunt uituperij, nõ laudis. Nã prius immodicã curã, alterũ tumorẽ & faſtũ denotat. Mox τὰ περίεργα σχήματα καὶ φορτικὰ φεύγειν, ponit in laudibus Iſocratis.

καὶ τὰ πολλά) Lonicerus, Neq́ rarò fit frigidus. τὰ πολλὰ, id eſt, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, plerunq́: uel ἐν πολλοῖς, in multis.

τῷ πόρρωθεν λαμβάνειν) Lonicerus: Longius repetendo, Ornamenta non ſollicitè quæſita, ſed ultrò oblata eſſe uideri debent.

λύει τὴν περίοδον εὐγενῶς) Lonicerus: Soluit ingenuè & præclarè periodum. Hoc uidetur uelle, aut quod periodum nõ ſemper affectet, aut ſimplicius & minus curioſe componat.

ἐπαγωγὸς ἡδονῇ τῶν ἀκροωμένων) Voluptate alliciens auditores: id eſt, propter ſuauitatem libenter audiuntur Iſocratis orationes.

τὰ συνερανιζόμενα κόσμοις ἐπιθέτοις) Cõpleta adſcitis ornamẽtis: id eſt, συμπληρούμενα. συνερανίζειν eſt undiq́ colligere, ſeu corrogare: ἀπὸ τοῦ ἐράνου, quod inter alia τὴν ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγὴν, id eſt, collectã ſeu ſymbolum, ad quod ſinguli aliquid conferunt, ſignificat. Cicero: Quoniam collectam à cõuiua Craſſe exigis, etc.

τὸ φυσικὸν, &c. βούλεται) τὸ φυσικὸν ἔχειν, natura habet: βούλεται ἔχειν, affectat.

πολυκλείτου) Nobiles ſtatuarij fuerunt, quos hic nominat, Phidias & Polycletus grãdiores, Calamis & Callimachus ſubtiliores.

ὥσπερ γὰρ ἐκείνων οἱ μὲν) Calamis & Callimachus. οἱ δ' ἐν) Polycletus & Phidias. οὕτω καὶ τῶν ῥητόρων) Hæc nõ generaliter ad omnes oratores hoc loco referũtur (quanquã id quoq́ aliàs rectè fieret) ſed ſigillatim de Iſocrate & Lyſia intelligenda ſunt.

τὰ δ' ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ θεωρ.) Eloquẽtia reb. & uerbis conſtat, elocutio uerborũ eſt: de qua hactenus. Inuẽtio ad res pertinet: diſpoſitio, memoria et actio, ad utraq́, tã ad res q̃ ad uerba referuntur. πραγματικὸν igitur τόπον, & πραγματικὴν οἰκονομίαν, de tractatione rerum intelligo.

ἢ κατ'

ἡ κατ' ἐπιχείρημα ἐξεργασία) Lonicerus: Exacta circa argumentum cura: id eſt, ἑκάστου ἐπιχειρήματος, ſingulorum argumentorum expolitio, ſeu tractatio diligens.

καὶ τὸ διαλαμβάνεσθαι τὴν ὁμοειδίαν) Lonicerus: Tum uariare quæ ſimilia ſunt peculiarib. idoneisq́; permutationibus, nouisq́; formulis, &c. ἐπεισόδιον, τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ, τὸ διαφέρον ἅπαν πρᾶγμα. id eſt, Epiſodiũ dicitur, quod extra fabulæ argumentũ infertur, excitãdi riſus gratia: et per abuſionẽ, quicquid à propoſito alienum eſt, & ad negociũ de quo agitur, proprie non pertinet. Videtur igitur ferè idem eſſe quod παρέκβασις, id eſt digreſſio.

λέγειν δεινός) Eloquẽtes. Sic Demoſthenes in oratione περὶ συμμοριῶν, ὅταν κίνδυνός τις ἐγγὺς ἦ, δεινὸν εἰπεῖν φανῆναι: id eſt, Cũ pericula impendent, oſtentare eloquentiam.

τῆς πολιτικῆς δυνάμεως) Hãc ἐπιστήμην πολιτικὴν, id eſt, ſcientiam gerendæ reipublicæ, nominat Ariſtoteles.

ἔχειν διὰ χειρὸς) Habere in manibus, uerſare crebrò, ſtudioſe lectitare.

ἀλλὰ καὶ τὸ πραγματικὸν) Id eſt, πρακτικὸν. Hæc philoſophiæ diuiſio nemini eſt ignota.

τὴν πολιτικὴν καλοκαγαθίαν) Eam probitatem & uirtutẽ intelligit, quæ eſt magiſtratuum, aut certè bonorũ ciuiũ, qui nõ ſibi priuatim, ſed reipublicæ etiam conſultum uolunt.

ἀλλὰ μὴ συγκρούειν πρὸς ἀλλήλας) Nõ collidere inter ſeſe, & quaſi cõmittere ad pugnam. nõ excitare inter ipſas diſcordiã, ut à ſe muicẽ diuulſas, mutuisq́; auxilijs deſtitutas, facilius opprimat: quæ tyrannorum artificia ſunt.

καθ' ἑκαστόν τε ἄνδρα ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ τὰς πόλεις ὅλας) ἀντίθετα ſunt καθ' ἕκαστον & ὅλας, ἄνδρα et πόλεις, ἰδίᾳ et κοινῇ. Segnius aliqs inſpiciens, putaret eſſe πλεονασμὸν, ſeu παράλληλον.

οἱ μετὰ βίας ἀρχόμενοι Ἕλληνες) Græci ui oppreſſi dominatu: id eſt, ſi Græci Athenieſib. pareãt quidẽ, ſed inuiti & coacti id faciãt, de libertate recuperanda ſemper cogitantes.

ἢ μᾶλλον περὶ πάντας φιλοσοφία) Hinc Plato, uel Socrates potius, dixit, natura meſſe in huius uiri mente philoſophiam.

τὴν ἐπιβολὴν τοῦ ῥήτορος) Id eſt, ἔννοιαν, ἐγχείρησιν, id eſt, cogitationẽ, conatũ ſeu inſtitutũ. Suidas elegãs Polybij dictũ citat, quod aſcribendũ cẽſui: ἔστι μὲν γὰρ ὅτε καὶ τοὐναντίον ἀντιπεριΐστασι ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἔστι δ' ὅτε πάλιν κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν. id eſt: Nã aliàs fortuna etiã præſtantiũ uirorũ cõnatib. aduerſatur, aliàs (iuxta prouerbiũ) Fortis & ipſe quidẽ, fortior alter adeſt. Verbũ ἐπιβάλλειν Ariſtoteles etiam in hac ſignificatione 2. πολιτικῶν capit, ὅταν ἐπιβάλλῃ περὶ τῆς τοιαύτης πολιτείας ἡ σκέψις: id eſt, quũ de tali republica diſputatio inſtituetur: uel, ut Strebæus uertit, quũ dabitur de eiuſmodi republica diſputãdi locus. Niſi quis accipere malit, ὅταν προσήκον ἔσται σκέψασθαι, quum diſputare de hac conueniet.

ἠτύχητο τοῖς Λακ. ἡ μάχη) Male ceſſerat Lacedæmonijs pugna, ſeu præliũ. ἀτυχεῖ τοῦ μοι τοῦτο, et ἐγὼ ἀτυχῶ τοῦτο, uel εἰς τοῦτο, idẽ ſignificãt. Lucianus, δυστυχῶ εἰς τὰ ἐρωτικὰ, Parum ſecundæ res de amore mihi ſunt: uel, infœliciter amo.

εἰς μέγεθος ἀρχῆς) Ad magnitudinem imperij, ſeu principatus. Hactenus τὴν ἀρχὴν καὶ ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων, uel Athenienſes tenuerãt, uel Lacedæmonij. Tũ uerò ita erant auctæ Thebanorũ opes, ut ipſi principes Græcorum uiderentur.

Μεσσήνιας) Non tantũ τῆς πόλεως, ſed etiã τῆς χώρας, & urbe et agro Meſſenio cedere, eã regionẽ miſſã facere, ac Thebanorũ arbitrio pmittere.

μηδ' ἀπογνώσεσθαι τὰς μεταβολὰς) Nõ deſperare mutationes: id eſt, cogitandũ, fortunã habere regreſſum, eſſe rerum uiciſſitudinem. ut Turnus apud Virgilium,

Multa dies, uariusq́; labor mutabilis æui,
Rettulit in melius, multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

ἥ τις ἐκ πολλῆς εὐδαιμονίας ἀνάστατος γενομένη) Lonicerus: Quæ ex ingenti fœlicitate ſubuerſa. Florebãt opes Athenienſiũ ante Xerxis expeditionem. Is uerò urbem à ciuibus deſertam diruit, eandem Themiſtocles reſtituit.

ἀλλὰ τοὺς εὐτυχοῦντας) Thebanos nimirum, quibus fortunæ inconſtantia metuenda erat.

ἐν δὲ τῷ κινδύνῳ) Verba durius cohærent cũ ſuperiorib. Sentẽtia eſt: Non eſſe aliã rationẽ, qua Spartanorũ res afflictæ erigãtur, q̃ fortem dimicationẽ: nec eos Meſſenã (de hac enim ἡ τῶν παρόντων ἀγαθῶν φυλακὴ intelligitur) aliter q̃ bello, retinere poſſe. Expones igitur ἐν τῷ κινδύνῳ ἐστὶν ἡ φυλακὴ τῶν παρόντων ἀγαθῶν: ac ſi eſſet διὰ τοῦ κινδύνου φυλάττοιτ' ἂν τὰ παρόντα ἀγαθὰ, uel, ὁ τοῦ πολέμου κίνδυνος φυλάξει τὰ ἀγαθά.

ὡς διαβληθήσονται παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐπιλογισάμενος) Lonicerus: Et quòd apud Græcos male audient, ſummatim perſtringens. Suidas exẽplum ἀνώνυμον adducit, καὶ ἐφ' ὧν ἐνόμιζε κατὰ τὴν μάχην πλεονεκτήσειν ἐπιλογισάμενος, παρῆλθε: id eſt, Enumeratiõe facta earũ rerũ quib. in prælio ſe fore

ſe fore ſuperiorem putabat, perſuadet. ἐπίλογος, peroratio eſt: à quo ſi uerbum ἐπιλογίζομαι ducitur, ſignificat in peroratione aliquid commemorare. Sin compoſitum eſt à λογίζομαι, rectius exponi uideretur, ad ſuperiora nouam rationem adijcere. Sed parũ intereſt. Nam firmiſsima argumenta in epilogis κατ᾽ ἀνακεφαλαίωσιν plerunq; repetuntur. Paulo pòſt ſequitur, μετὰ ταῦτ᾽ ἐπιλογιζόμην. Vbi certè ἐπιλογίζεσθαι nõ aliud eſt, quàm ἐπισκέπτεσθαι, ἢ προσέχειν τὸν νοῦν: id eſt, conſiderare, obſeruare.

ἐν ταῖς ἠθοποιΐαις) ἠθοποιΐα, μίμησίς ἐστιν ἠθῶν ὑποκειμένου προσώπου. id eſt, Ethopœia eſt imitatio morum eius perſonæ qua de agitur. ἠθοποιεῖν, λόγους ἁρμόζοντας, ἢ ἤθη ποιεῖν. id eſt, orationes, aut mores conuenientes fingere. Suprà dixit, λέξιν ἰσοκράτους ἠθικὴν εἶναι. quare hic ἠθοποιΐας malim uertere, In exprimendis lenioribus affectibus, quàm pro figura rhetorica accipere.

τῆς κατασκευῆς ἀθλητὴν ἰσχυρότερον) Lonicerus: Sui inſtituti fortiorem luctatorem. κατασκευὴ rhetoribus ferè confirmationem, ut ἀνασκευὴ refutationem ſignificat. Sed latius patet uocabulum τῆς κατασκευῆς, ut pro artificioſa totius orationis compoſitione & ſtructura (ut antè diximus) pro apparatu & copijs accipiatur. Videtur alludere ad illud Philippi Macedonis dictum, qui Iſocratem pugili, Demoſthenem uerò militi comparabat. τῆς κατασκευῆς ἀθλητὴν igitur fortaſſe licebit pro eo exponere, qui magnus uiribus in id incumbat, quod tractandum ſuſceperit, animoſeq; perficiat. idq; ita, ut tota ratio eius non tam ad ſeriam pugnam, q̃ ad pompam & ſpectatorum uoluptatẽ referatur. Huc enim pertinet quod ſuprà dixit, eius σύνθεσιν πεποιημένην μᾶλλον εἰς σεμνότητα πομπικὴν καὶ ποικίλην.

τῇ καθ᾽ ἕκαστον εἶδος ἐξεργασίᾳ) Suprà dixit, ἡ κατ᾽ ἐπιχείρημα ἐξεργασία. niſi fortè malis hoc non de argumentorum tractatione, ſed de generibus cauſarum intelligere.

ὡς ὁ Πλάτων εἴρηκε) In extrema pagina Phædri, quod teſtimonium unà cum Ciceronis interpretatione, Iſocrati præpoſuimus.

ὅσοι φιλοσόφως) μάθημα, dicit eloquentiæ ſtudium. φιλοσόφως, philoſophicè, non populariter. κατὰ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως: ad uerbũ, Qui huic diſciplinæ philoſophica ratione præfuerunt: id eſt, qui in hoc diſciplinæ, id eſt ſcribendi genere, eruditè & cum dexteritate uerſati ſunt.

τὸ ἀληθινὸν, κρατιστόν τι ἐπιτήδευμα) Sic uerba conſtrue, τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ ὁμοιότατον τῇ κατὰ φύσιν, ἐστὶ κράτιστον ἐπιτήδευμα (per appoſitionem) ἐν διαλέκτῳ πολιτικῇ, λείπετ[αι] τοῦ κόμψου. Poteſt etiã ſubintelligi particula ἐστὶ, κρατιστόν τι ἐπιτήδευμά ἐστι, &c. Atq; eã ego diſtinctionem nouæ periodi, & ſubintellectionem, in uertendo ſecutus ſum, non quod ueram putarem, ſed quia commodior ad uertẽdum uidebatur. Porrò πολιτικὴν διάλεκτον hic intellige, περὶ τοῦ δημηγορικοῦ καὶ συμβουλευτικοῦ, ἢ ἐκκλησιαστικοῦ γένους. id eſt, de ſuaſorijs: ἢ ἀγοραῖον, de forenſibus ſeu iudicialibus orationibus, ut exẽpla poſtulãt.

χαριεντισμὸς γὰρ πᾶς) χαριεντισμὸν definiunt εἶναι λόγον εὐτράπελον, ἐν ᾧ διαχεῖται ὅ, τε λέγων, καὶ ὁ ἀκούων. id eſt, Charientiſmum eſſe orationẽ facetam, qua tam is qui dicat, quàm qui audiat, exhilaretur. Hic poni uidetur pro captatione & affectatione elegantiarum, pro delicijs uerborum, & accerſito fuco.

ἐν σπουδῇ, καὶ καλῶς γενόμενος) Sic ordinanda uerba ſunt, πᾶς χαριεντισμὸς ὁ καλῶς γενόμενος, ἐστὶν ἄωρον πρᾶγμα ἐν σπουδῇ: id eſt, σπουδαίῳ πράγματι. Eodem ferè modo Plato in Apologia Socratis, ἐγὼ δέ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἀδικεῖν φημὶ μέλητον, ὅτι σπουδῇ χαριεντίζεται, ῥαδίως εἰς ἀγῶνας καθιστὰς ἀνθρώπους. Ego, Athenienſes, iniurium eſſe dico Melitũ, qui ludit & iocatur in re ſeria, & hominibus temerè capitis periculum creat. Iſocrates etiam prohibet περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζειν, ἢ περὶ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρειν. Poteſt aliquid eſſe elegans & per ſe bonum, idemq; malum fieri, cum nec loci nec temporis ratio habetur. Sic etiam de χαριεντισμῷ ſtatuendum eſt, qui certè non ubiq; eſt ἄωρον πρᾶγμα, ſed ſummam ſæpe laudem meretur. ἐλέῳ quidem πολεμιώτατον εἶναι concedo. Reus enim ſi iudices commiſeratione motos flere uelit, ipſe ridere utiq; non debet, aut iocari.

τοῖς ὑποκειμένοις τῶν ἠθῶν) Lonicerus, Eo quod non conuenienter de propoſitis rebus dicat. Verbum uerbo, Quia non conuenienter ſubiectis moribus dicat. id eſt, quia naturæ argumentorum genus orationis non accommodet, ſed iiſdem coloribus exornet omnia.

ἐν ταύτῃ τῇ κατασκευῇ) In hoc habitu, ſeu ornatu: id eſt, ſeruatis antithetis, comparibus, ſimiliter finitis, numerorum concinnitate, &c.

οὐ παντελῶς) Pro παντελῶς οὐ. penitus nõ, nullo modo, uel (quod minus probo) non omnino. id eſt, aliqua ex parte, non tamen ſat cõmodè, aut perfectè. Lucæ 13. μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς, Nec omnino poterat erigere caput. Eraſmus etiam ambiguè uertiſſe uidetur.

τὸ κινητικώτατον τῶν ὄχλων) Mouentiſſimũ

turba-

turbarum (ut ita dicam) id quod populũ in primis permouet. τὸ κεκραμένον: id eſt, τὴν κρᾶσιν, contemperationem [illegible] uerſarũ rerũ & figurarum. τὸ ποικίλον, id eſt τὴν ποικιλίαν, uarietatẽ multiplicẽ. τὸ διειλημμένον: id eſt διάληψιν, diſtinctionem, αἱ μὲν ὥσπερ ἐν τῷ λειότητι καὶ ἀνέσει, αἱ δὲ ἐν τόνῳ καὶ ἐπιτάσει, ut alia ſint leniora & remiſsiora, alia grandiora & uehementiora.

περὶ γὰρ μὴ ἐν καιρῷ γίνεσθαι μηδ' ἐν ὥρᾳ) ἐν καιρῷ, in tempore, tempeſtiuè: ἐν ὥρᾳ, in hora: id eſt, ἐν τῇ ἀκμῇ τοῦ καιροῦ, in ipſo puncto & articulo temporis.

εἰ μέτριος ἦν) Lonicerus: Si mediocriter hactenus uteretur, tolerandus erat. At enim hæc nõ relinquet. Suſpecta mihi lectio eſt. ergo neglectis uerbis, ita uerti: Si hactenus ſibi induliſſet, tolerari potuiſset: ſed non deſinet. Verbũ uerbo: Si moderatus eſſet uſq; huc, tolerabilis (ſcilicet eſſet) ſed non remittet. Simile ferè eſt Horatianum illud,

Indoctum doctumq; fugat recitator acerbus:
Quem uerò arripuit, tenet, occiditq; legendo,
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo.

ὥσπερ τῇ τελευτῇ τοῦ βίου) Vt ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως, ὁ παναθηναϊκός, ὁ πρὸς φίλιππον, &c. Lonicerus: Porrò ad finem uitæ ſcriptæ orationes, minus iuuenilem ſpirant faſtũ, conſummatam, ut opinor, aſſecuta prudentiã, uel ipſa ætate. Cicero in Oratore alijs uerbis idem dicit, quod Dionyſius.

πεταμιευμένως) ταμιεύεσθαι inter alia ſignificat, condere, reponere. ab eo fit hoc aduerbium: ut à συνέσταγμαι, & ἔρρωμαι, συνεσταγμένως, ἐρρωμένως: parcè, tectius, minus apertè.

ὕπτιον καὶ ἀναβεβλημένον) Supinus & tardus ductus, ſeu extentus: ut ſuprà dixit, eius dictionem eſſe βραδυτέραν τοῦ μετρίου. Lonicerus: Supinus igitur & ſublimis uariegatusq; ductus, periodorumq; iucunditas talibus ineſt. Schemata deinde oſtentationi accommodata, theatricá ue, conditè adſumpta ſunt.

ἀκριβὴς καὶ ἀληθινός) ἀληθινὸν hoc loco περὶ πεπλασμένῳ opponitur: itaq; dicitur, quod ab ipſa natura profectum, non arte ueluti adulteratum eſt. περὶ ἀληθινοῦ λόγου uide 6. cap. 2. lib. Hermogenis περὶ ἰδεῶν.

ὁ πρόγονος) Priuignus, natus antequam Iſocrates cum Plathane matrimonium contra[illegible] maiores ſunt, ut Hercules eſt πρόγονος Philippi Macedonis.

περιφέρεσθαί φησιν) Ariſtoteles ἀ῾ρητορικῶν, καὶ μὴ καθ' αὑτὸν εὐπορῇς, πρὸς ἄλλους ἀντιπαραβάλλειν. ὅπερ Ἰσοκράτης ἐποίει, διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ δικαιολογεῖν. id eſt: Quòd ſi argumentum per ſe ſterilius fuerit, ad alios facienda eſt comparatio, id quod Iſocrati familiare fuit, propter crebram forenſium cauſarum tractationem. Quædam exemplaria habent ἀσυνήθειαν, quæ lectio utrum uera ſit, neſcio, certè cum his uerbis Ciceronis 3 de Oratore conſentit: Itaq; ipſe Ariſtoteles quum florere Iſocratem nobilitate diſcipulorũ uideret, quòd ipſe ſuas diſputationes à cauſis forenſibus & ciuilibus ad inanẽ ſermonis elegantiã trãſtuliſſet, etc. Contrariam ſententiam ex Bruto ſuprà citauimus. ita οἱ λόγοι καταπαλαίουσι τοὺς λόγους.

οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ) Scilicet χρῆσθαι πλείοσι, nõ eſt pluribus utendi locus, tempus non patitur ut plura exempla adducam.

ἀκαρῆ ἐνθυμήματα) Minuta quædam argumenta, ueſtigia, ſigna, è quibus colligi & agnoſci poteſt, Iſocratem eſſe autorem.

ποικιλωτέρα μᾶλλον) Ob harmoniam numerorum, qui ad iambos propè accedunt, ut eſt à Lonicero annotatum. Cicero in Orat. Elegit ex multis Iſocratis libris, triginta fortaſſe uerſus, Hieronymus Peripateticus in primis nobilis, pleroſq; ſenarios, ſed etiã anapæſticos, quo quid poteſt eſſe turpius? etſi in eligendo fecit malitioſe. prima enim ſyllaba dempta ex primo uerbo ſententiæ, poſtremum ad uerbum rurſus ſyllabam adiunxit inſequentis. Ita factus eſt anapæſticus is, qui Ariſtophanicus nominatur. quod ne accidat, obſeruari nec poteſt, nec neceſſe eſt. Sed tamen hic corrector, in eo ipſo loco quo reprehẽdit, ut à me animaduerſum eſt, ſtudioſe inquirenti in eum, immittit imprudens ipſe ſenarium. Ariſtotelem Iſocrati fuiſſe inimicũ, etiã Cic. teſtatur in Orat. item 3. de Orat. Notus eſt uerſiculus ab Ariſtotele uſurpatus, αἰσχρὸν σιωπᾶν, κ' Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν: id eſt, Turpe eſt tacere mihi, loquente Iſocrate.

ANNOTATIONVM IN ISOCRAtis uitas, Finis.

GNOMOLOGIAE ISOCRATICAE, PER

[illegible]

PRAEFATIO IN GNOMOLO-
gias ex Iſocrate.

QVod Socrates apud Xenophontē dicit, Nō facile ullum A
factū aut Opus inueniri calumnijs nō obnoxiū, (cum e-
nim difficile ſit, quicquam ſine peccato agere: non mino-
ris eſſe difficultatis, tametſi pręclarè ſis officio functus, mo
roſos & iniquos iudices effugere) ipſa experientia com-
probat. Quare futurum eſſe auguror, ut meus hic quoque
labor, quem in colligendis hiſce ſententijs cœpi, ab alijs ſuperuacaneus, ab
alijs ſtultus & ineptus eſſe dicatur. Vtinam uerò quàm libenter & ſtudioſe
hoc opuſculū confeci, & (ut opinor) nec temerè, nec imperitè omnino: tam
facilè criminatores uitari, æqui & candidi homines reperiri poſſent. Sed
quid alij dicant, aut ſentiant, mihi præſtandum non eſt. ipſi uiderint, ut te-
terrimis morbis, inſcitia et maleuolentia, in primis careant: & tum demū de
me iudicent. Ego, quum apud Iſocratem legiſſem, eas quæ Gnomæ nomi-
nentur, à poetis ſummo ſtudio & induſtria exquiſitas & confectas eſſe, &
à pleriſq; pro gemmis haberi animaduerterem: cogitaui, nec Iſocratem, ſa-
pientiſsimum uirum, in ea re fuiſſe negligentem: ac proinde me nauaturū
operam pueris non inutilem, ſi eas ex omnibus eius operibus ſelectas, ſeor
ſim conſpiciendas exhibuiſſem. Tametſi enim pleræq; eiuſmodi ſunt, ut e-
as inſculptas animis circumferamus: non propterea tamen, earum recorda
tionem nobis ſubinde renouari ſuperuacaneum eſt. aliàs, eadem iſta ratio-
ne, omnes ferè omniū & libri & conciones reijcientur. Nam quod Demo-
ſthenes de Athenienſibus ait, τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἐκπεφευγέναι αὐτοὺς, τῷ μὴ
βούλεσθαι τὰ δέοντα ποιεῖν, οὐ τῷ μὴ συνιέναι: id in uniuerſum transferri ad om- B
nes poteſt, contra officium eos facere, non tam ex inſcitia, quàm quadam
ignauia & peruerſitate. & tamen Demoſthenes, ut etiam alij, propterea nō
deſtitit ciues ſuos docere, monere, hortari, & obiurgare. hiſq; rebus multū
profecit: & adhuc profici, nemo eſt quin indies experiatur. Excitantur
enim quaſi dormitantes animorum notitiæ, uoluntates ſegniores (de inge
nijs non omnino diſtortis & improbis loquor) ueluti calcaribus admotis
impelluntur: aut temerè concitatæ, non aliter quàm aggeribus obiectis cō
hibentur. Hęc ut exemplis declarem: Polemonem luxu perditum, una di
ſputatione Xenocrates modeſtiſsimum, & uirtutis ac ſapientiæ ſtudioſiſsi
mum effecit. Dionyſium & Amyntam (ut in Archidamo ſcribit Iſocrates)
tria uerba hæc, Honeſtiſsimam ſepulturam eſſe imperium, à turpi & perni
cioſo regni deſerendi cōſilio reuocarunt. Vt autem uulgares etiam ſenten
tiolas diligenter conſiderari, nō inutile eſſe intelligas: quis ignorat bono-
rum uirorum honeſta, callidorum hominū improba eſſe conſilia? Sed quo
ties me pœnituerit, aliorum animos ex mea ſimplicitate æſtimaſſe, cum ge
mitu ſæpe recordor. Bonos duntaxat eſſe imitandos, ſciunt omnes: ſed in
tanta multitudine peſsimorū exemplorū, etiam frontib. inſcribi ſingulorū
prodeſſet, Imitare bonos. Iam quæ ex philoſophiæ penetralibus, quæ plu
rimæ ſunt, & experientiæ penu proferuntur, uulgi cogitationib. ſublimio
res, à nemine utiq; contemni queunt. Quòd ſi hæc tanquam εὐθελογία mo
ribus nihil prodeſſet, quæ honeſtiora exercendi ſtyli argumenta pueri ha-
bere poſſent, quàm talium ſententiarum tractationem? Sed inquies, has
in ipſo Iſocrate quilibet ſine tua opera facilimè, & fortaſſe melius obſeruaſ-
ſet. Con-

A ſet. Concedo, nec aliorum induſtriam impedio: nec quod ipſe præſtiti, magnopere iacto. Dicere tamen non dubitabo, paucos eſſe qui toties & tanta diligentia Iſocratem legerint. Quare ſi nos fortaſſe aliquid uidimus, quod in tumultuaria lectione, rudiorum animaduerſionē præterijſſet. nec enim γνώμας duntaxat excerpſimus, ſed & νοήματα, & παραδείγματα, uel in γνωμῶν formas redegimus, uel alijs ſententijs explicauimus. Quare non tantū hoc lucrifacient pueri (nā hi ſunt quibus inſeruire uolumus) ut multa egregia dicta, uitæ quotidianæ & ſtudijs eruditorum accommodata, maiore cōpendio percurrant, ſed ut pleraq; Iſocratis loca rectius intelligant. Quibus hæc puerilia ſordent, illi interim uel de auro per alchymiam faciendo cogitent, uel περὶ τετραγωνισμοῦ κύκλου (ſi ita placet) ſpeculentur. Aequum autem eſt, (& quidem tanto æquius, quanto ipſi ſapientia nos anteeunt) ut quemadmodū nos illorum acumen minimè retundimus, aut hebetamus, ſic nobis (ipſorum pace) hebetibus eſſe liceat, dum aliquando & ipſi acuamur. Vale candide lector.

SENTENTIAE EXCERPTAE E

Procœmio Parænеſeos Iſocratis.

MAgnum diſcrimen eſt inter cogitationes atque conſilia improborum hominum, & bonorum uirorum. *πάρ᾽ ὧν καὶ μὴ μονοειδῶς.*

Vt uulgus amicos præſentes duntaxat amat, temereq; mutat animū: ſic boni uiri, nec interuallis locorum, nec temporis diuturnitate, ſuum amorem imminui patiuntur. Bonorū igitur amicitia expetenda eſt.

Boni & docti uiri, gloriæq; appetentes, nō improbos, ſed optimos & præſtantiſsimos imitari debent. Non igitur ſtatim recte hi, quod exemplo fit.

Liberi non opes duntaxat, ſed amicitias quoq; paternas, uelut hæreditario iure, accipere debent. Id fiet, ſi uirtutem parentū imitētur.

In tribuendis officijs, doniſq; dandis, multum refert opportunitatis ra-
B tionem habere. *εὔνοια δ᾽ ἀπαρ ... ἔχθρας διαφέρει.*

Danda opera eſt, ut in res optimas & utiliſsimas, ſtudium operamq; noſtram ponamus. *πολυπραγμοσύνη καὶ κακοτεχνία cauenda.*

Nulla philoſophię pars pręclarior atq; utilior eſt præceptiōe de officijs. Probitas igit eſt eruditiōe potior.

Longe utilius adoleſcentibus uitæ rectè agendæ rationem præſcribere, quàm eos duntaxat adhortari ad uirtutem. Aetati tenerę monitoribus & magiſtris eſt opus.

Morum integritas eloquentiæ præſtat.

Virtute nulla poſſeſsio ſplendidior aut conſtantior eſt: atq; ideo formę, opibus, uiribus, nobilitati præferenda. Sed cur ita flagitioſe contemnitur?

Forma uel ætate, uel morbis perit. Stultū igitur eam uirtuti anteferre.

Diuitiæ adoleſcentes ad ignauiam & uoluptates incitant, ab honeſtis ſtudijs & actionibus auocant. *ἀπωνία τοῦ σοφίαν ἔλαχε.*

Vires corporis ſine prudentia, nec utilitatem, nec laudem habent. Sapiētia propria eſt hominis commendatio.

Athletarum robur plerunq; cum ſtupore ingenij coniunctum eſt. *παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.*

* Hi demū in uiros uirtute præſtantes euadunt, qui à primis annis, optimis præceptis imbuuntur, ut in eorum animis ueræ uirtutis ſtudium, unà cum ætate adoleſcat. * Philoſophi cōiungunt φύσιν, ἔθος καὶ λόγον.

† Inuia uirtuti nulla eſt uia. Quare uiri uirtute præſtantes, quæ alij deſperanda cenſent, perficiunt.

Vir magnanimus infracto animo aggreditur & perfert ea quæ uulgus hominum reformidat. † Magnifaciendi ſunt igit heroici uiri.

Ignauia & ſocordia uituperio digna eſt, induſtria & alacritas in capiendis laboribus laudi datur.

Egregia facinora cum uirtute facta, immortalitatem pariunt.

Noſtri ſtudioſos, & obſeruantes cognatis præferimus.

Fratrum quoque gratia rara eſt.

Ad amicitiam conſtituendam, plus momenti eſt in natura, quàm in lege: in moribus, quàm in genere: in libera uoluntate, quàm in coactione. A

Filij ad paternæ uirtutis æmulationem ſe comparare debent, & bonos mores parentum pro legibus habere.

ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος.

Fieri nõ poteſt, ut magnum uirtutis ſtudium quiſquam habeat ſine crebris & utilibus admonitionibus.

Moderato labore corporis, honeſto ſermone, animi uires excitantur, & augentur.

E' PERORATIONE PARAENESEOS.

Boni monitoris eſt, amicum ad totius uitæ curſum inſtructum reddere.

Quo difficilius eſt, prudentes & fideles monitores inuenire, eo diligentius utilia præcepta memoriæ infigenda ſunt: & qui præclarè præcipiũt, ac docent, maximi faciendi.

Adoleſcens parentibus & amicis & præceptoribus rem gratiorem facere non poteſt, quàm ſi illorum expectationi reſpondeat.

Pauca uoluptati debẽtur, plura ſaluti.

Plerique ut cibis iucundis potius, quàm ſalutaribus, gaudent: ita libentius in eorum conſuetudinem ſe inſinuant, qui ſocij delictorum eſſe uolunt, quàm illorum qui fideliter monent.

Ingenuas didiciſſe fideliter artes, Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Studioſum bonarum literarum, uerisimile eſt, à uulgi ſtultitia & petulantia abhorrere.

Facile eſt imperiũ in bonis.

Qui ultro uirtutis amore inflammatus eſt, cupidè audit aliorum ad uirtutem cohortationes.

Ad amplectendam uirtutem efficaciſsima exhortatio eſt, ſi conſideres, ueras & conſtantes uoluptates oriri ex honeſtis actionibus: contrà, turpes uoluptates, cum momentaneæ ſint, diuturnam & grauem miſeriã parere.

τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου.

Finis, ad quem noſtræ actiones omnes potiſſimum referuntur, ſpectandus potius eſt, quàm actionum initia & progreſſus. B

Ingenii fortunæque præſtantia, cum excellenti uirtute coniuncta eſſe debet.

Si qui honeſto loco nati, liberaliterque inſtituti, flagitioſe uiuunt, longè id & turpius & odioſius eſt, quàm ſi plebeius aliquis homuncio, parũ officij ſui meminiſſet.

σταθερόν τι λογίν ἡ ἀρετή.

Per omnem ætatem uirtus conſtanter colenda eſt, ut extrema primis reſpondeant.

Simulatio uirtutis, & hiſtrionica probitas, ſummum odium concitat.

Flagitioſi homines, & in ſemetipſos delinquunt, & fortunæ proditores fiunt, dum oblatis ab ea commoditatibus uel non utuntur, uel abutuntur.

Fabula de Tantali ſupplicijs, & Herculis præmijs, innuere poetæ uoluerunt, uirtutem Deo gratam, flagitia inuiſa eſſe.

Multa legenda ſunt, & ex omnibus ſcriptoribus optima quæque, & ad uitam degendam conducibilia, cum iudicio excerpenda.

χαλεπὸν ἰδεῖν, λὴν ἐμμενεῖν, καὶ τελεγάγωτερ εἶναι λόγον.

Tanta eſt caligo, infirmitas, et peruerſitas humani animi, ut etiam omni adhibito ſtudio, difficile ſit, declinatis uicijs & erroribus, in uia uirtutis & ueritatis perſiſtere.

GNOMOLOGIAE EX PROOEMIO ORATIONIS ad Nicoclem de Regno.

Quæ principibus dantur, callidè uenduntur.

In dandis muneribus uidendum eſt, ut ea & dantem & accipientem deceant.

Regi nihil aptius donari poteſt, quàm ſi doceatur optimam bene imperandi rationem.

Vita expers deliciarum.

Neceſsitas quæritandi uictus, repagula legum, libertas admonendi & obiurgandi, poetarum præcepta de moribus, modeſtiores efficiunt homines priuatos.

Cum

A Cum reges admonitionibus potiſsimum indigerent, nemo tamen eſt qui eos erudiat.

Paucis ad reges patet aditus: aulici ad gratiã & dicunt & faciunt omnia.

Quia reges opibus & potentia abutuntur, & propter ſtultitiã ſuam & crudelitatem plerunq; male pereunt: priuata uita imperijs præferenda eſſe uidetur.

Regnum adminiſtrare, cum ſit res una omnium difficilima, cuiuſuis eſſe putatur. Sacerdotium olim fuit ocioſa functio.

Regum familiares de ſingulis actionibus dare conſilium: philoſophi in genere præſcribere debent, quid in gerendo imperio potiſsimum ſpectandum ſit.

De operibus & libris tum demum rectè iudicari poteſt, cum abſoluta, & in publicum edita fuerint.

Euentus expectationi hominum ſæpe non reſpondet.

Recta principis inſtitutio non ipſi tantum, ſed etiam uniuerſæ reipublicæ eſt ſalutaris.

Fine rei prudenter animaduerſo, & probè conſtituto, cætera omnia eò referri, rectiusq; perfici poſſunt. σκοπὸν ἔχειν μᾶλλον αὐτῶν

Regis officium eſt, ut regni calamitates ſedet, felicitatem tueatur, id ē paruo magnum faciat. χρήσιμον τοῦ δέοντος.

Summa uigilantia & prudentia in rege requiritur.

Quale ingeniũ & animus regis fuerit, tale etiam regnũ habiturus eſt.

Reges quantum alijs dignitate præſtant, tantum etiam uirtutibus antecellere ſapientiaq; debent.

Vt in alijs negocijs, cicurandisq; feris, cura & diligentia plurimum momenti: ſic etiam ad uirtutem adipiſcendam, permagnas uires habet. καὶ τὸ βασίλειον ἀλλοῖον, ἐκφύγῃ δὲ ἀπολλύμενον.

B Reges prudentiſsimos uiros audire, ſapientes etiam aliunde accerſere, poemata & alia utilia ſcripta cognoſcere debent.

Ita parati eſſe debemus, ut de inferioribus iudicare poſsimus, cum ſuperioribus de palma & uictoria certemus.

Turpiſsimum & abſurdiſsimum eſt, ut deteriores melioribus, ſtolidiores prudentioribus imperent.

Cum in alijs perſpicimus, quanta ſit amentiæ fœditas, excitamur ad ingenia noſtra excolenda.

Cum nemo bene imperium ſiue in belluas, ſiue in homines, gerere poſſit, niſi eos quibus imperat, amore proſequatur: humanitas & amor erga ciues in rege requiritur.

EX EPILOGO.

Nemo ita hebes, aut imperitus eſt, quin aliqua præcepta de officijs in promptu habeat. τὰ χρήσθ' ἐπιστάμεθα καὶ

Cum uitæ rectè inſtituendæ præcepta proponuntur, non nouitas, ſed ſimplex ueritas ſpectanda eſt. γιγνώσκομεν, οὐκ ἐκπονοῦμεν δέ.

Eruditi eſt, præcepta morum atq; artium σπερματοποιεῖν, id eſt, diſperſa in unum quaſi corpus redigere, & eleganti orationis genere explicare.

Præceptiones de officijs, & admonitiones, quanquam ueras eſſe atq; utiles, omnes confiteantur, inuiſæ tamen ſunt, & nugis poſtponuntur.

Excellentes poetæ, gnomas ſummo ſtudio conſcripſerunt.

Tanta eſt humani ingenij peruerſitas, ut pleriq; minimè delectent, 1 cibis ſaluberrimis, 2 ſtudijs honeſtiſsimis, 3 reb. optimis, 4 doctrinis utiliſsimis: 5 ſed pernicioſiſsima ut iucũdiſsima amplectant. 6 Cum officiũ negligunt, cum flagitia faciunt, tanquam tolerantes & induſtrios laudari ſeſe uelint. 7 Sapientibus inuideant: ſtultos, ut ſimplices, ament. 8 Sua negligant, οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

 & ignorent,

& ignorent: aliena curioſe ſcrutentur. 9 Infortunium ferre potius, quàm cogitationis aliquid de rebus ſuſcipere uelint. 10 In congreſsibus conuicia uel dicant, uel audiant: in ſolitudine uota potius faciant, quàm deliberent. A

Reprehenſiones uiciorum non ad omnes pertinent, ſed ad uitioſos duntaxat.

Qui gratum facere uulgo hominum ſtudet, non utiliſsima, ſed nugaciſsima quæq; & dicat, & faciat.

Homerus, & tragœdię inuentores, animaduerſa uanitate & leuitate hominum, fabuloſa cùm audienda, tum ſpectanda propoſuerunt.

Principi amentia uulgi non imitanda eſt.

Princeps uiros prudentes non uoluptate metiri, ſed dexteritate in obeundis negocijs probare debet.

Controuerſia eſt inter philoſophos de optima inſtituendi ratione.

Prudentia capiendi conſilij, rectam inſtitutionem conſequi debet.

Controuerſijs omiſsis, hoc amplectendum eſt, de quo omnes conſentiunt, & ex eo etiam de controuerſis & dubijs iudicandum.

Conſiliarij in arduis negocijs & ſubitis explorandi ſunt.

Qui, quando res, præſens conſilium poſtulat, generalia quædam dicũt, & nihil ad inſtitutum facientia, ſunt improbandi.

Bonus & prudens conſiliarius, eſt omnium utiliſsima, & rege digniſsima poſſeſsio.

Qui regem prudentiorem reddunt, eius imperiũ maximè amplificant.

Boni conſulendũ eſt, ſi qui fideliter de eo monent quod intelligunt, & pro ſuis facultatibus honorem nobis habent.

Vſus & exercitatio lumen præceptis addunt.

Admonitionum hæc natura eſt, ut quotidiano & uehementi uſu nõ deterantur, ſed maiores utilioresq; efficiantur.

GNOMOLOGIÆ EX NICOCLE,
ſeu Symmachico. B

Mercenarij ſapientes uulgo inuiſi & ſuſpecti.

VLgus hominum doctos non reip. inſeruire, ſed ſui compendij gratia & dicere & facere omnia putat.

Si laudamus eos qui rectè facere ſtudent: uituperandi non ſunt, qui bene dicendi ſtudium habent.

Auaritia in actionibus potius, quàm in eloquentia, uim ſuam oſtendit.

Omnes hominum actiones (etiã religio & ſtudium uirtutis) ad utilitatem & fœlicitatem referuntur.

Propter ſycophantas & ſophiſtas, cæterarumq; rerum abuſum, non eloquentia & ipſæ res, ſed illi qui bonis rebus malè abutuntur, in crimen uocari debent.

Nulla res tam bona eſt, quin malè utendo deprauari poſsit.

Encomium eloquentiæ.

Orationis facultas præcipuum naturæ humanæ bonum eſt. Nam 1 & à beluis nos diſtinguit: & in cauſa fuit, ut 2 & urbes cõderentur, & 3 leges ferrentur, 4 & artes excogitarentur, 5 & cùm iuſta & iniqua, tum honeſta & turpia diſtinguerentur. 6 Oratione laudamus bonos, malos uituperamus: 7 inſipientes erudimus, ſapientes probamus. 8 De cõtrouerſis et dubijs diſceptamus, de ignotis inquirimus: 9 Rerũ deniq; humanarũ omniũ quaſi dux & princeps eſt oratio.

Niſi diſcrimen aliquod rerum honeſtarum & turpium, iuſtarum & iniuſtarum haberetur, interitura eſſet humani generis conſociatio.

Nullum euidentius prudentis animi argumentum eſt, quâm apta grauis & erudita oratio.

Quibus argumentis alios perſuademus, ijſdem ipſi quoq; in deliberando uti poſſumus.

A Inter eloquentem & prudentem hoc intereſt, quòd ille in frequẽtia hominum, hic ipſe ſecum diſſerere poteſt.

Ferè nihil quod prudenter fit, orationis adminiculo carere poteſt.

Qui magiſtros bonarum artium conuicijs inceſſere non uerentur, ęquê atq; ſacrilegi inuiſi eſſe debent.

Nulla oratio, quæ quantulumcunq; prodeſſe poteſt, aſpernanda eſt.

Præſtantiſsimæ orationes ſunt, quæ de uita inſtituenda gubernandaq; repub. pręcipiunt, & tum principes, tum populum officij ſui cõmonent.

In hoc reip. ſalus ſita eſt, ut & magiſtratus & ciues officiũ ſuum faciant.

Aequo animo unuſquiſq; audiendus eſt de eo, quod ex officio ipſi dicendum eſt.

Non iraſcendum ulli eſt, ſi in te deliquerit, cui uoluntatem tuam non ſignificaris.

Diligens et uera cauſarum explicatio, plus ualet ad perſuadendũ, quàm ſimplex mandatorum enumeratio.

Multa æquis animis feruntur, non quòd ea probemus, ſed & quia neceſſe eſt, & propter conſuetudinem.

Si princeps imperiũ legitimè ſuſceptum, optimè adminiſtraret: contumaces & ſeditioſi maximis ſupplicijs ſeſe dignos eſſe ipſi confiterentur.

Monarchiæ democratijs & oligarchijs pręſtãt: 1 quia pro dignitate honorant quoslibet. 2. quia facilius unius uoluntati ſatisfit, quàm uarijs ingenijs. 3. quia & ad conſultandum & ad res gerendas longè ſunt potiores. *Monarchiæ præſtantia.*

Iniquiſsimum eſt, bonos & improbos in eodem eſſe precio, & inæqualibus æqualia tribui.

Aequalitatem ſpectant democratiæ: quod ut ignauis & improbis expedit, ſic bonis & præſtantibus uiris fraudi eſt.

Cum de re aliqua iudicatur, non abuſus eius, ſed uerus & legitimus u-
B ſus ſpectandus eſt.

In turba uulgi deliteſcere, uirtutemq; ſuam ignorari, pręſtantibus uiris acerbiſsimum eſt.

Quid cui præſtet, collatione deprehenditur.

Etiam qui minus ingenio poſſunt, diuturno tamen uſu præſtant ingenioſis quidem, ſed tamen inexercitatis.

Quod multis commiſſum eſt, quia alius alium intuetur, raro diligenter perficitur.

Aemulationes & contentiones gubernatorum inter ipſos, rebuſpublicis pernicioſæ ſunt.

Qui maximam temporis partem, rei familiaris curæ impendunt, neq; ſatis tenent, neq; tempeſtiuè adminiſtrant negocia publica.

Monarchæ cum perpetuò rebus gerendis intenti ſint, omnia in tempore, & ut oportet, perficiunt.

Quidam ita ambitioſi ſunt, ut uellent res ab alijs peſsimè adminiſtrari, quo ipſi maiorem gloriam adipiſcerentur.

Monarchę remp. ut rem priuatam curant, Democratici ut alienam.

In democratia eloquentes & audaces homines in conſiliũ adhibentur, in monarchijs prudentiſsimi, & rerum gerendarum peritiſsimi.

Monarchæ, 1 & cõſcribere exercitus, illiſq; uel clam, uel palàm uti: 2 & alios uel ui, uel perſuadendo, ſibi adiungere facilius poſſunt.

Multitudo imperatorũ plerunq; remp. Athenienſem afflixit: unus imperator miſſus, uictoria potitus eſt.

Perſarum imperium, & Dionyſij potentiam ita creuiſſe, propter monarchiæ obſeruantiam, putat Iſocrates.

Carthagi-

Carthaginenſes & Lacedæmonij domi oligarchico, in bellis regio imperio parent. A

Quòd Iupiter rex deorum eſſe perhibetur: id ſic intelligendum eſt, omnes perſuaſum habere, regnum præſtantiſsimam eſſe reip. formam.

Quibus rebus deos uti perſuaſum habemus, eas præſtantiſsimas eſſe iudicamus.

Amiſſum imperium ſine maximis periculis recuperari non poteſt.

Iuſticia et temperantia ideo pręſtantiſsimę uirtutes ſunt, quia quicquid fit ab his alienum, magnas clades parit.

Pleriq; principes quouis pacto exhauſtum fiſcum replere ſtudent.

Difficultates & inopia, ſæpe adigunt homines, ut contra ſuam naturam pleraq; faciant.

Princeps omnia facere debet, quæ ad erigendã, amplificandamq; rempublicam profutura uidentur.

Clemens imperium eſt, in quo nec in exilium aguntur ciues, nec occiduntur, nec opibus ſpoliantur, nec aliqua ſimili clade afficiuntur.

Hoſtilia contra urbes uicinorum odia, pecunijs, precibus, promiſsionibus, et quocunq; modo ſatisfaciendo, placanda ſunt.

Reges interdum uerbis benignitatem præ ſe ferunt, & beneuolentiam, tacitamq; interim iram in pectore alunt.

Qui paulo plus alijs poſſunt, plerunq; uicinos opprimere conantur.

Præſtat parua tenere cum iuſticia, quàm magnas opes per iniuriam cumulare.

Superuacaneũ eſt, multa uerba de re facere, quę paucis expediri poteſt.

Vxores & liberi omnibus naturæ inſtinctu cariſsimi, ſi uiolentur: ea res grauiſsimam indignationem commouet, & mala maxima excitat.

Magiſtratuum mores reliqua multitudo ferè imitatur. B

Magiſtratus temperantiæ, cæterarumq; uirtutum, ciuibus in ſe exemplum proponere debet.

Libidinum uoluptatibus, etiam aliàs optimi uiri, plerunq; ſuccumbũt.

Ea demum egregia laus eſt, ſi etiam uirtute præſtantes uirtute ſuperes.

Iniurij ſunt & uituperandi, qui pudicitiam ab uxoribus flagitant, quas ipſi interim, propter ſuas uoluptates explendas, contriſtant adulterijs, fidemq; datam frangunt.

Nulla neq; maior, neq; arctior neceſsitudo, aut ſocietas eſt, quàm matrimonij.

Cõcubinæ nothiq; liberi, ſeminaria diſcordiarũ ſunt in aulis principũ.

Eorum regum exemplum improbat Iſocrates, qui è diuerſæ conditionis uxoribus, liberos alios genuinos, alios nothos ſuſcipiunt.

Temperantia & iuſticia, peculiares poſſeſsiones bonorum uirorum ſunt, reliquę uirtutes etiã improbis cõtingere poſſunt, ſi Iſocrati credimus.

Iuſticia in egeſtate, moderatio in poteſtate, continentia in iuuenili ætate, rectiſsimè perſpicitur.

In adoleſcentia ferè plurimum erratur & delinquitur.

Qui apud ignaros uirtutes ſuas prædicat, tametſi uerè id faciat, tamen arrogans & mendax eſſe putatur.

Qui præter naturæ bonitatem etiam perſuaſiſsimum habet, uirtutem ſummum bonum eſſe, is nunquam ad uitia deflectet.

Quicquid fortuitò fit, conſtans & diuturnum non eſt.

Vltro & alacriter boni principis decretis obtemperandum.

Quando & magiſtratus & ciues officiũ faciunt, priuatorũ opes augenꝰ, imperia principum amplificantur, reſpublicæ florentes & beatæ fiunt.

GNOMO-

A DEfunctorũ memoria ludis funebribus olim celebrari ſolita eſt.

Iſocrates dubitat, utrum defuncti ſentiant ea quæ ab hominibus in terris fiunt.

Veriſimile eſt, defunctos gaudere, ſi uideant ſe poſteris ſuis curæ eſſe.

Defunctis nullum gratius officium præſtari poteſt, quàm ſi uirtutes ipſorum, & res geſtæ, literarum monumentis celebrentur.

Viri magnanimi, ut immortalem ſui nominis memoriã relinquant, non tantum quæuis pericula intrepidè adeunt, ſed etiam mortem oppetere nõ dubitant, gloriamq; uitæ præferunt.

Magni ſumptus, diuitiarum duntaxat indicium ſunt.

Artifices ſuum nomen potius illuſtrant, ubi prçclarè ſe geſſerunt, quàm eius propter quem, & à quo conducti ſunt.

Solius eloquentiæ munus eſt, prçſtantium uirorum egregia facinora et nomen, ab interitu uindicare.

Adoleſcentes magis ad uirtutem excitarentur, ſi præſentis ætatis illuſtres uiros laudibus ornari uiderent.

ἐκ μοιρῶν δ' ἀγαθὸν πλέον ἔρχεται ἀνθρώποισι.

Qui apud ſcientes uerba faciunt, timidius & uerecundius mentiuntur.

Inuidia unum hoc boni habet, quòd eos in quibus eſt, potiſsimum excruciat.

Virtus minus colitur, ubi nulla uirtuti præmia propoſita ſunt.

Quidam ita inuidi & maleuoli ſunt, ut libentius uel mendacia, uel incerta quædam audiant, quàm ut uirtutem eorum probent, à quibus beneficijs affecti ſunt.

Prudentes, uulgi ſtultitiæ ſeruire non debent.

Aſſuefaciendi ſunt homines, ut iucundiſsima auditu ea eſſe putent, quç B dictu ſunt honeſtiſsima.

Artibus alijsq; rebus incrementum afferunt, non qui recepta probant, ſed qui minus recta corrigunt.

Quæ artifices non attingunt, ea difficilia eſſe apparet.

Poetis multa ornamenta conceſſa ſunt, quæ ſoluta oratio non recipit.

Maxima poematum elegantia ἐν ταῖς εὐρυθμίαις καὶ συμμετρίαις, hoc eſt, in concinnitate & ſuauitate uerſuum ſita eſt.

In laudationibus, natalium mentio fit, ut appareat, eum qui prædicatur, à uirtute maiorum non degeneraſſe.

Laudatiſsimæ familiæ ſunt, quæ non niſi excellentes uiros gignunt.

In extremis malis, homines ad ſupplicationes & opem deorum immortalium confugiunt.

Quo quiſq; uir melior eſt, eo facilius à dijs exaudiri creditur.

Templa cõdita, ad teſtandã accepti beneficij memoriã, et gratitudinem.

Improba ingenia benemeritis malefacere non uerentur.

Qui malè ſibi conſcij ſunt, undiq; præſidia cõparare nituntur: & potentioribus ſeruiunt, ut ipſi imbecillioribus dominentur.

Præſtantium uirorum geneſes ſæpe oſtentis, ominibus, ſomnijs, alijsq; indicijs portenduntur.

Si qua inſolentiora orationi admiſta ſunt, etiam ueris fides derogatur.

Pulchritudo, robur, modeſtia, maximè ornant puerilem ætatem.

Excellentes naturæ, non facilè plebeia ſorte contentæ ſunt, ſed ad altiora enituntur.

A' bono uiro non inſidiæ metuuntur, ſed auxilium ſperatur.

Singularis felicitas eſt, quç ſine ſcelere fieri nequeũt, ab alijs perpetrari,

nobis ea relinqui, quibus iuſtè & ſanctè adminiſtratis, imperio potiamur. A

Imperia malè parta non ſunt diuturna.

Tyranni ſe in tuto eſſe non putant, niſi egregios uiros è medio ſuſtulerint.

Magnus animus rebus aduerſis non deijci, ſed creſcere debet.

Dedecus eſt uiro præſtanti, fugitiuos nebulones ſibi adiungere.

Pleriq; patriam recuperaturi, errones atq; exules ſibi adſciſcunt: & caſtello aliquo occupato, expectant, dum aliqui opem ferant.

Quem in ſummis periculis ſocij deſerere nolunt, de eius uirtute & fœlicitate præclaram opinionem habent.

In narrando paucis perſtringi debent, quæ quilibet apud ſe facile cogitare poteſt.

In ſeditionibus, cum utraq; factio timetur, uulgus neutri opē ferre aut aduerſari ſolet.

Ex uno magno & memorabili facinore uirtus hominis apparet.

In dicendo ratio habenda eſt temporis, & auditorum.

Pulchrius eſt, imperium uirtute peperiſſe, quàm accepiſſe à maioribus.

Non tam euentuū magnitudo quàm uirtus in rebus geſtis cōſideranda eſt.

Multa quæ uerè dici poſſent, inuidiæ metu diſsimulantur.

Non ſtatim orationi deroganda fides eſt, ſed res ipſa diligenter perpendenda.

Rei magnitudo interdum grandiorem ſonum orationis poſtulat.

ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις μεγάλοι, τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι.

Regnum inter omnia & diuina & humana bona, maximum, ſplendidiſsimum, & in primis expetendum eſſe, communis omnium opinio eſt.

Etiamſi multum ingenio ualeas, fortunamq; propiciam habeas, non ideo tamen ignauiæ indulgendum, aut quicquam temerè agendum eſt.

Magiſtratus in inquirendo, cogitando, conſultando, maximam temporis partem conſumere debet. B

Abſurdum eſt, alijs rebus quæ uitæ ſeruiunt, ita incumbere, mentem prorſus negligere.

Qui ſua diligentiſsimè curant, pauciſsimis moleſtijs afficiuntur.

Veræ uoluptates non ex ignauo ocio, ſed è rectis actionibus & tolerantia laborum oriuntur.

Inſidiatorum conatus auertendi, boni ciues cognoſcendi ſunt.

Princeps non tantum ex aliorum delationibus, ſed è ſua etiam conſcientia iudicare debet.

Princeps dare operā debet, ut nec in quotidianis negocijs fallat, aut erret.

Regnum θεοφιλῶς καὶ φιλανθρώπως adminiſtrādum eſt: id eſt, ut honos Deo habeatur, & amor erga homines appareat.

Maior eſt fœlicitas bono regi parère, quàm regnare.

Nemini uis facienda eſt: delinquentes, iuxta leges puniendi ſunt.

Nemo tantum ingenio ſuo fidere debet, ut amicorū cōſilia aſpernetur.

Amicis nonnihil concedendum eſt, hoſtes opprimendi ſunt.

Maieſtas non toruitate uultus, ſed uitæ grauitate comparanda eſt.

Nihil confuſe, nihil inconſtanter agendum eſt.

Animi bonis magis gloriandum eſt, quàm fortunæ donis.

Amici beneficijs adiungēdi, reliqui magnitudine animi ſubigēdi ſunt.

Rex formidabilis ſit, non ob ſæuitiam, ſed propter animi & ingenij præſtantiam.

Imperandum, non ſeruiendum eſt uoluptatibus.

Ceſſatio propter paruas oblectationes, ingentes ſæpe labores & moleſtias cumulat.

A Efficiendum eſt,ut qui nos contemnebant,formident.

Vrbes ſine fœlicibus & uigilantibus magiſtratibus nõ facile creſcunt.

Securitas in bellis,& hoſtiũ contemptus,non ſunt ſine periculo.

Sæpe magna imperia euertunt,qui primùm humiles & contẽpti fuerãt.

Viri magnanimi, & fortunati,regibus ſunt formidabiles.

Nimius rerum futurarum metus,pleroſque impellit, ut eos iuſticiæ capiat obliuio.

Qui uirib.& copijs inferior eſt,ingenio et audacia ſuperior eſſe ſtudeat.

Nonnunquam qui laceſsiti iniurijs,coactiq; bella gerunt, non tantum ſuam ditionem retinent,ſed alienas etiam adiungunt.

Mos Perſarum fuit,ut rex cum his qui defecerant, in gratiã non rediret, priuſquam corporibus eorum potiretur. ἱστορικὸν.

Quinquagies mille talenta in unum bellum contra Euagoram à Perſis inſumpta. ἱστορικὸν.

Mira fortunæ uarietas,ut quæ alij nullo negocio confecerunt, alij ſummis uiribus & opibus annixi,fruſtra conentur.

Omiſsis fabulis & nugis,res ipſa ſpectanda eſt.

EVAGORAE FACINORA.

1 E priuata fortuna ad regiam dignitatem aſcendit, ſuæq; familiæ priſtinam dignitatem reſtituit.

2 Ciues barbarie efferatos,humanos:imbelles,bellicoſos: obſcuros,nobiles fecit.

3 Inſulam inhoſpitalem, & à commercijs abhorrentem,manſuetiorem & leniorem reddidit.

4 Socius regis Perſarum,eius opes & potentiam plurimùm auxit: hoſtis factus,afflixit.

B In rebus egregijs difficile iudicium eſt de excellentia:ſed quæcunq; conſideratur,ea præſtantiſsima uidetur.

Heroum pleriq; in caſus acerbiſsimos inciderunt.

Veterum perſuaſio fuit,homines uirtute immortales fieri.

Perpetua fœlicitas diuinæ beneuolentiæ teſtimonium eſſe creditur.

Fœlicitas eſt,nec in iuuentute extingui,nec eò uſq; uiuere, dum ſenectutis incommoda uitam moleſtam efficiant.

Id cõtemptui Dei & ferociæ plerunq; acceptum ferendum.

Rariſsimum eſt,ut eidem & multi & fœlices liberi contingant.

Hyperbolica laus apud poetas: Deus ille fuit inter homines nõ mortalis.

Senectus et ingenij uigore,et alacritate atq; induſtria iuuenili deſtituit. φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Imagines animorum quæ calamo deſcribuntur, clariora monumenta ſunt, quàm corporum ſimulacra, quæ penicillo depinguntur, aut ſcalpro poliuntur.

Rex eloquentia & rerum gerendarum dexteritate, nemine inferior eſſe debet.

Nicocles & ſolus & primus,cum imperio & opibus philoſophiam atq; induſtriam coniunxit.

Honeſtis exemplis ad imitationem accendimur, omiſsis leuibus uoluptatibus.

Qui monet ut facias,quod iam facis: ille monendo
Laudat, et hortatu comprobat acta ſuo.

Amicorum officium eſt, ut & per literas,& coràm,principes ad uirtutem exhortentur.

Quo pluribus imperas,eo maior à te prudentia requiritur.

Ad perfectionem quandam uirtutis aſpirandum eſt, nec inhærendum uulgaribus exemplis.

Qui in philoſophiæ ſtudio perſeuerat, & operam dat, ut indies melior fiat, is tandem in perfectum uirum euadit. A

GNOMOLOGIAE EX HElenes Encomio.

SOphiſtarum eſt, abſurdis argumentis tractandis, inanem ingenij & eloquentiæ laudem ambire.

Argumenta abſurda & admirabilia hæc numerat Iſocrates.

Non poſſe falſa dici, nec contradici, neq; duas orationes ijſdem de rebus contrarias haberi.

Fortitudo, ſapientia, iuſticia, idem ſunt, neq; nobis à natura inſeruntur, ſed omnes una quadam diſciplina traduntur.

Nihil rerum omnium quæ ſunt, eſt.

Eadem & fieri poſſunt, & non fieri.

Cum infinita quædam rerum multitudo ſit, rerum tamen uniuerſitas unum quiddam eſt.

Mendicorum & exulum uita, præſtat uitæ reliquorum hominum.

Hactenus abſurda.

Rixę ſophiſtarum, ut nullam utilitatem, ſic occupationem multã habẽt.

Stultiſsimæ oſtentationis eſt, non tantum abſurda, ſed iam olim peruulgata & protrita iactitare.

Facile eſt, quicquid defendendum ſuſceperis, falſis quibuſdam ratiunculis fucare.

Inepti ſophiſtæ, dum alios uerbis conuincere nituntur, reipſa cõuincuntur ipſi. id eſt, Res ipſa reclamat eorum orationi, ac omnibus conſtat eos nugas agere.

Amplectenda ueritas eſt, & ea doctrina tradenda diſcipulis, quæ in uita communi uſum habet.

B Præſtat magna & utilia obiter deguſtaſſe, quàm futiles nugas exactiſſimè tenere.

Sophiſtæ in hoc uno elaborãt, quomodo adoleſcẽtes argẽto emungãt.

Diſceptationes ſophiſticæ delectant eos homines, qui neq; priuati, neque publici quicquam curant.

Sic uulgi ingenium eſt, ut portentoſis nugis maximè gaudeat.

Sophiſtæ cum diſcipulos & familiares ſuos decipiant, deteriores ſunt alijs impoſtoribus.

[illegible] Ridiculum eſt, te ideo uideri uelle, graues & honeſtas cauſas bene tractare poſſe, quòd in malis & futilibus uerba tibi ſuppetant: cum liceat ipſis grauibus cauſis tractandis, ingenij doctrinæq; tuæ ſpecimen edere.

Qui eloquentiæ ſapientiæq; laudem ſibi uendicant, ea argumẽta in manus ſumere debent, in quibus præſtantiſsima quæq; ingenia uires ſuas experiri uoluerunt.

Ad argumenta futilia cõfugere, tenuitatẽ & infirmitatẽ ingenij arguit.

Longè difficilius eſt, res graues pro dignitate tractare, quàm leues ultra ueri fidem exaggerare.

Apologiæ eſt, ſceleris alicuius aut iniuriæ reum defendere: Encomij, oſtendere, aliquem uirtute aut aliqua re alia præclara excellere.

Cauendum, ne titulus & inſcriptio reliquo operi non reſpondeat.

Facilimum eſt, aliena reprehendere, nihil à te ſcriptum in publicũ edere.

Fortitudine cætera ſuperantur, pulchritudine ipſa fortitudo.

Periculis & certaminibus, non ocio & tranquillitate, nominis celebritas comparatur.

Nonnulli

A Nonnulli dum impotenti cupiditati indulgent, cladibus afficiũtur: qui repreſſa libidine, fœliciter uiuere potuiſſent. *Hoc Theſeo contigit.*

Amici ab improbis conatibus deterrendi ſunt.

Theſeus nihil ſibi detrectãdum eſſe cenſuit, quod à Pirithoo mandaret. ἱστορικόν.

Quem præſtantiſsimi uiri admirantur & magnifaciunt, eum excellere aliqua inſigni re neceſſe eſt.

Quæ noſtris temporibus fiunt, à nobis iudicari poſsunt: de antiquis rebus, ueterum prudentibus iudicijs ſtandum eſt.

Hercules & Theſeus pro defenſione generis mortalium, ſemper quaſi in procinctu ſteterunt. ἱστορικόν.

Herculis certamina celebriora, Theſei res geſtæ uitæ mortalium utiliores fuerunt. ἱστορικόν.

Theſeus mori maluiſſet, quàm patriã indigna ſeruitute preſſam intueri. ἱστορικόν.

Difficile eſt ſtylo moderari, ſi in ſplẽdidum & copioſum locũ incideris.

Cauendum ne plura præter rem, quàm ad rem, dicere uidearis.

Iſocrates partim ſibi ipſi, partim faſtidioſis auditoribus gratificari uult.

Negligenda ſunt moroſorum & calumniatorum iudicia.

Fortitudo in monomachijs, peritia rei militaris in prælijs potiſsimũ cernitur.

Supplices defendere, pietatis argumentum eſt.

Tyrannorum, qui uiolenter ſeruitute ciues opprimunt, mala hæc ſunt.

1 Seruire alijs. 2 perpetuò trepidare. 3 cum ciuibus dimicare cõtra hoſtes. 4 cum barbaris ſatellitibus oppugnare ciues. 5 ſpoliare templa. 6 optimos ciues occidere. 7 coniunctiſsimis diffidere. 8 continuis curis angi. 9 ſatellites non minus formidare, quàm inſidiatores. 10 nihilo ſuauius uiuere, quàm qui propter ſcelera coniecti in carcerem, ſententiam iudicis, carnificis manum expectant.

B Nulla miſerior uita eſt, quàm perpetuò timere, ne à proximo iuguleris.

Tyranni non ſunt principes, ſed peſtes ciuitatum.

Simul & princeps & populo carus eſſe poteſt,

1 Qui rempublicam inſigni aliquo beneficio demeretur.

2 Qui uirtute & ſapientia præſtans, populum à ſe amari declarat.

3 Qui populo libertatem reſtituit, uirtute præditos quoſuis ad magiſtratus admittit.

4 Qui pericula & labores, ſpretis uoluptatibus, priuatim ſibi depoſcit: præmia laborum & utilitates reipublicæ concedit.

Tutiſsimum ſatellitium eſt, ciuium beneuolentia.

Difficilis eſt formoſæ uxoris cuſtodia.

Mirum eſt, multos tanto ſtudio certare de re, quæ uni duntaxat contingere poteſt.

Regna etiam improbis & ignauis hominibus interdum contingunt.

Cætera fortunæ bona inſtabilia ſunt, nobilitas eripi nemini poteſt.

Temerarij ſunt qui è ſolo euẽtu iudicant, circumſtantiarum nullam rationem habent.

Quem ſapientiſsimi ſuarum controuerſiarum iudicem deligunt, eum ſapientia & iuſticia præſtare cæteris conſentaneum eſt.

Etiam qui nihil peccarunt, iniurijs potentiorum ſunt obnoxij.

Qui litẽ perdit, iraſcit̃ iudici: quare maledictis eius nõ eſt habẽda fides.

Laudes pulchritudinis.

1 Nihil diligitur, niſi pulchrum ſit.

2 Rerum pulchratum amor nobis inſitus eſt, nec à noſtro cõſilio aut uoluntate pendet.

3 Pulchritudo primo aſpectu nos ſibi obligat, & ad inſeruiendum paratos facit. A

4 *Gratior eſt pulchro ueniens è corpore uirtus.*

Flagitioſi, quo ſunt formoſiores, eo ſunt odioſiores.

ἀγροδογενόμ ἱγεςανίμ

Iupiter apud poetas ſemper ingenioſus, nunquam uiolẽtus adulter eſt.

Sparta fideliſsima cuſtos monumentorum antiquitatis.

Eruditi primitias ingeniorum Deo offerre debent.

GNOMOLOGIAE EX BVSIRIDE.

QVidam non doctrinæ cupiditate, ſed inopia coacti, literis incumbunt.

Doctiores & magis exercitati, hoc officium debent rudioribus, ut eos admoneant, & erudiant.

Errata delinquentibus amicis exactè indicanda ſunt, apud alios nequaquam traducenda.

Inſitum eſt pleriſq;, cum erroris ſui admonentur, ut reprehenſionis acrimoniam grauiter ferentes, ſecuturam utilitatem non conſiderent.

Prudentis eſt, ſeueritatem reprehenſionis æquo animo ferre, conſiderato fructu qui ex ea percipitur.

Imperiti artifices ea potiſsimum laudi ſibi ducunt, quorum pudere maximè oportebat.

Laudatoris eſt, uirtutes & bona amplificare: accuſatoris, uitia & mala exaggerare.

Oratio ſibi ipſi non conſentiens, & rationem tempórum negligens, nõ tantum fidem non inuenit, ſed & inſcitiam & impudentiam oratoris palàm oſtendit.

Si Chriſti imitationem profeſsi, planè cõtraria præceptis illius facimus, quid agendum eſſet, ſi illum contemneremus? B

Sophocles, ἐφ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἐπαι καλά.

Improba materia, probam orationem non ſuppeditat.

Non gloriandum eſt ſplẽdore natalium, ſed propria uirtute & induſtria gloriam adipiſci decet.

Naturæ ſequitur ſemina quiſq; ſuæ.

Ingenium & naturam ſuam quiſq; conſiderare debet in deligendo uitæ genere.

Ergo ignauis uentribus migrandum eſt in Fortunatas inſulas.

Primùm ſedes pulcherrima et fertiliſsima deligẽda eſt ſapiẽti principi.

Bene conſtituta reſpublica debet habere, 1 ſacerdotes & philoſophos, 2 agricolas & opifices, 3 milites.

Agricultura & opificia opes augent, eas Dei cultus & ſcientia rei militaris tuentur.

Cum ijdem eadem perpetuò exercent, fiunt excellẽtes: qui ab alijs exercitijs ad alia ſubinde tranſeunt, nihil ſolidæ cognitionis aſſequuntur.

Hæc optima & æquiſsima ratio eſt, ut neque noſtra negligamus, nec alienis inſidiemur.

Si omnes uelint eſſe milites, ſeq; bellis inuicem petere: breui omnes, & ob inopiam, & propter bella perituri ſint.

Sacerdotibus è publico proſpici debet, ut ſint 1 diuites, 2 ſancti, 3 ab oneribus publicis immunes.

Aegyptiorũ pharmaca non multũ à quotidiani uictus ratione recedũt.

Mathematicæ diſciplinæ, adoleſcentes à uoluptatibus auocant, & ad uirtutem conferunt.

Fronti nulla fides.

Qui maiorẽ de ſua uirtute aut ſapientia, quàm pro rei ueritate opinionẽ concitarunt, nocent illis quos deceperunt.

Expedit uitæ mortalium, ut numen intereſſe rebus humanis, & grauiſſimè, delinquentes punire credatur.

Dei metus

A Dei metus in primis effecit, ne ritu ferarum graſſaremur.

Aegyptijs perſuaſum eſt, ſingulis delictis, præſentes pœnas eſſe conſtitutas.

Animalia coli uoluit ab Aegyptijs Buſiris, ut aſſuefaceret uulgus, ne quicquam à rege imperatum detrectarent.

Qui manifeſta negligunt, occulta utiq; non exequuntur.

Religionis ſtudium, etiamſi à Deo nihil impetraret, tamen apud homines bonam famam parit. *Hoc ſpectat hypocritas.*

Adoleſcentes expetere debent familiaritatem ſapientum.

Parentum eſt, ut malint ſuos filios à ſapiētibus erudiri, quàm domi augendæ rei familiatis eſſe adiutores.

Philoſophi tacentis maior eſt autoritas, quàm rhètoris ornatè dicentis.

Ab alijs poſtulandum non eſt, quod ipſi, eodē rerum ſtatu, nō fecimus.

Ferre leges & conſtituere reſpublicas, præſtantium uirorū officia ſunt.

Confidentiæ eſt, receptas ab omnibus opiniones conuellere.

Rerum dubiarum coniecturæ, è circumſtanijs temporis, facultatis, uoluntatis, capiuntur.

Poetæ filios deorum ſceleratiores & miſeriores fingunt, quàm flagitioſiſsimorum hominum liberos.

Poetæ dijs illa facinora affingūt, quæ nemo inimico ſuo auſit obijcere. *Euripides, εἰ θεοὶ τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶ θεοί.*

Poetæ propterea pleriq; & inopes & calamitoſi ſunt, quia de dijs tam impia & nephanda comminiſcuntur.

Cum hominis famam lædere leges prohibeant, quid de blaſphemis in Deum, ſtatuendum eſt?

In eodem crimine ſunt, qui impia loquuntur, & qui eadem probant.

Et ipſos deos, & filios deorum, uirtute præſtātiſsimos, & maximorum B bonorum autores eſſe conſentaneum eſt.

Si noſtrûm aliquis naturæ humanæ pro ſuo arbitratu regendæ, autoritatem haberet, ne ſeruos quidem improbos eſſe pateretur.

Dij ſi ſuos liberos non poſſunt bonos reddere, ſunt ſophiſtis imbecilliores: ſi nolunt, hominibus nequiores.

Si iuſta excuſatio eſſet, aliquid ab alio etiam eſſe factum, nemo improbus defenſione careret.

Nihil eſt laudandum, quod ſine flagitio & clade fieri à nemine poſsit.

Improbæ ſophiſtarū nugæ, omnib. eruditis inuidiā & odium cōciliant.

Quo profeſſio aut ordo aliquis in maiore odio aut inuidia eſt, eo magis ſolliciti & cauti eſſe debent eius generis homines.

Ea argumenta tractanda ſunt, quæ nobis probitatis opinionem concilient, eruditorum exiſtimationem apud uulgus ornent, imitantib. proſint.

Non tam ſpectanda eſt ætas, aut cognatio, in conſilijs dandis, quàm beneuolentia, & prudentia.

GNOMOLOGIAE EX ORATIOne contra Sophiſtas.

VAnæ magnarum rerum pollicitationes, tum profeſſores, tum ipſas profeſſiones in odium pariter & contemptum uulgi adducunt.

Sunt qui præſtare putent ut ocium agant, quàm ut uerſentur in ſtudio literarum.

Profiteri ſtudium ueritatis, & propria dicta factis refutare, atq; ea dicere, quæ ſtatim falſa eſſe deprehenduntur, non eſt philoſophorum.

Homerus, quū deos ſuos de reb. futuris deliberātes introducit, oſtēdere uult, rerum futurarum prænotionē, humani ingenij captū lōgè ſuperare.

Lucri cupiditas pleroſq; adducit, ut magnificè polliceantur. A

ὁμολογούμενον τῇ ὑποθέσει, uel ταῖς ὑποθέσεσιν ἀρχαῖς.

Non tantum cõſiderandum eſt, quàm utiliter aliquid fiat, ſed etiam, an cum dictis & promiſsis conſentiat.

Aliarum rerum peritia cum perfidia coniungi poteſt, ſed doctrina uirtutis ritè percepta nullum improbitati locum relinquit.

Inſignis improbitatis eſt, præceptores fallere potiſsimum.

Turpius eſt contraria uerbis facta, quàm uerba uerbis contraria, non animaduertere.

Quæ ingeniũ & uſus plus poſſunt, quàm inſtitutio.

Idiotæ nonnunquam iudicio, eloquentia, ſolertia, uincunt eos qui doctorum nomen ſibi arrogant.

Vtilitas & dignitas artium, è profeſſorum actionibus æſtimatur.

Parua mercede, magnificis promiſsis, ineſcantur ſtulti diſcipuli à uanis præceptoribus.

Homines ſtupidi, alios eodem ſtupore eſſe putant: uel, quidam callidi in hoc falluntur, quòd ſe ſolos eſſe callidos, alios ſtupere putant.

Is egregius orator eſt, qui quicquid in rebus & cauſis ineſt, proferre ac illuſtrare dicendo poteſt.

Sola præcepta rhetorum, non ſatis ſunt ad eloquentiam, ſed naturæ atque ingenij adiumenta & uſus rerum exercitatioq; requiritur.

Artium dignitatem illuſtrant, nõ qui eas uanis laudibus efferunt, ſed hi, qui quantum in unaquaq; ineſt, id proferre in lucem queunt.

Quod homo præſtans ingenio & diligentia, optimiſq; præceptoribus uſus, & multum exercitatus in arte, conſequi non potuit, id omnino exiſtimandum eſt, ab ipſa arte peti ac præſtari minimè poſſe.

Certorum hominũ improbitas & inſcitia, totum ordinẽ, ipſamq; adeò profeſsionem iiſdem criminibus apud maleuolos & imperitos inuoluit.

Non eadem eſt, literas pingendi, & eloquentiam docendi ratio.

Eædem dictiones iiſdem literis perpetuò ſcribuntur: ſed eædem cauſæ, pro uarietate circumſtantiarum aliter atq; aliter agendæ ſunt. B

Optimus artifex eſt, qui pro cauſæ dignitate dicit, idq; non peruulgata, ſed exquiſita ratione facit.

Mulctari debebant, qui ipſi adhuc inerudití, ad erudiendos alios temerè proſiliunt, non præmijs affici.

Non ſatis eſt prauè dicta aut facta ab alijs, reprehendere: ſed quid tum dici, tum fieri debeat, & quomodo, eſt oſtendendum.

Conſentientia prudentum iudicia meritò nobis addunt animos.

Eloquentiæ cæterarumq; artium omnium ſemina & facultates, natura inſunt ingenioſis, exercitatione confirmantur, præceptis augentur & illuſtrantur.

DOCTRINAE VTILITATES.

1 Ingenioſos certiore uia deducit, intra certos limites coheercet, maiorem illis & paratiorem copiam ſuppeditat.

2 Hebetiores acuit, & facit ut ipſi ſeſe quodammodo uincant: ſed egregios artifices in ullo genere non facit.

Inſtitutiones oratoriæ, ſi præceptoris dexteritas acceſſerit, facilè cognoſcuntur: ſed eaſdem transferre ad uſum, difficile eſt.

Conſummatus orator eſſe non poteſt, niſi & bene natus, & probè inſtitutus, & diligenter exercitatus fuerit.

Odioſa uocabula magno ſtudio ſunt cauenda.

Præſtandum ut libri argumentum titulo reſpondeat.

Improbo & diſtorto ingenio, nullius doctrinæ ſubſidio, temperantia & iuſticia inſeri poteſt.

A Oratoria præcepta ad præparationem quandam & exercitationem uirtutis proſunt.

Qui aliorũ uitia taxat, det operã, ne ipſe ijſdem obnoxius eſſe uideatur. *Ne quid alijs perſuadere ſtudeas, niſi id prius ipſe tibi perſuaſeris.*

Quibus argumentis ipſi perſuaſi aliquid ſtatuimus, ijſdem ferè, idem alijs quoque probamus.

GNOMOLOGIAE EX Panegyrico.

DIgnitatum & præmiorum diſtributionem conſideranti, multa iniquè comparata eſſe uidebuntur. *ἄκοσμος κόσμος.*

Eorum qui reipub. fideliſsimè inſeruiunt, ſæpe nulla ratio habetur, quæ ſumma peruerſitas eſt.

Pugilum robur, tametſi duplicaretur, nihilo tamen melius haberent ciuitates.

Vnus uir ſapiens omnibus prodeſt, qui conſilia ipſius amplectuntur.

Erectiora ingenia cupiditate glorię magis, quàm expectatione pręmiorum, res arduas aggrediuntur.

Pulcherrimæ orationes ſunt, quæ maximis de rebus agunt, & oratorũ ingenia maximè oſtendunt, & auditoribus plurimum proſunt.

Dum rerũ ſtatus nõ emẽdatus eſt & orationes prius editæ iuſto tenuiores ſunt: idem argumentũ ſummo ſtudio tractari, dicẽdoque inculcari debet. *Δὶς καὶ τρὶς τό γε καλῶς ἔχον.*

Hæc orationis natura eſt, ut eædem res, exaggerando, extenuando, innouando & immutando, uariè tractari poſsint. *ἀεὶ ἐπαινῶ καινὸν τῶν λόγων.*

Qui uetera argumenta uerbis nihil mutatis repetunt, auditores faſtidio enecant. *Crambe repetita mors eſt.*

Res olim geſtæ communes ſunt omnium, ſed earũ tempeſtiua & ſplendida tractatio, prudentum & eloquentium hominum propria eſt.

B Artes ita demum creſcunt, ſi non primis inuentoribus, ſed præſtantiſsimis artificibus honos præcipuus habeatur.

Optimus orator eſt exiſtimandus, nõ qui primus dixit, ſed qui ita dixit, ut nemo alius eum æquare poſsit.

Panegyrici ad oſtentationem, forenſes orationes ad cauſæ uictoriam comparatæ ſunt.

Vulgus hominum ineptiſsimè de eloquentia iudicat.

Arrogantia eſt, ſi idiota ſe aliquid perſpicere putat, quod artificẽ & eruditum in eo genere fallat.

Qui elaboratè, idem etiam ſimpliciter dicere poteſt.

Vulgus ea laudat, à quibus proximè ipſi abſunt, omnem excellentiam reprehendit.

Iſocrates faſtidioſiſsimis auribus ſe ſatisfacturum gloriatur.

Vulgares oratorum excuſationes à temporis breuitate & rei magnitudine petuntur.

Qui multum gloriantur, cum uulgo re nulla præſtẽt, & deridendi ſunt, & contemnendi.

Ea primùm expedienda ſunt, ſine quibus reliqua conſtitui nõ poſſunt. *Cogitandum igitur quæ nã illa ſint.*

Diſsidentibus principibus imperij, reſpublicæ florere nequeunt.

Democraticæ urbes cum Athenienſibus, oligarchicæ cum Lacedæmonijs olim ſe coniungebant.

Orationes ad utilitatem potius reipublicæ & auditorum, quàm ad oſtentationem comparatæ eſſe debent.

Cum ciuibus & ſocijs colenda eſt æqualitas, è ſpolijs hoſtium quærendæ diuitiæ.

Falſæ opiniones ueritate cognita abijciendæ, & amplectenda utilitas.

ἰσοκράτ. Lacedæmonij ſe Græciæ principatum à maiorib. ſuis accepiſſe, perſuaſum habuerunt. A

De confeſsis tum demum dicendum eſt, quum controuerſa expedita fuerint.

Summũ ſcelus eſt, ambitione & pertinacia ſua publicę felicitati obſtare.

Quarum rerum peritiſsimi & potentiſsimi ſinguli ſunt, de ijs honorari potiſsimum debent.

Imperia ſunt mutabilia, nec diu apud eoſdem manent.

Principatus uel his debetur qui eum olim tenuerunt, uel optimè de republica meritis.

ἰσοκράτ. Athenæ Græciæ urbs antiquiſsima, maxima, celeberrima, αὐτοχθόνων, id eſt indigenarum genitrix & nutrix.

Decus urbium eſt, eas non colluuie aduenarum, ſed indigenis ciuibus eſſe refertas.

Fortunæ munus eſt, ex illuſtri ciuitate natum eſſe.

Quæ cuiuſq; laudes & merita ſint, ex diligenti facinorum omniũ commemoratione intelligitur.

Hiſtoricum & oratorem res nullius momenti negligere decet, atque in maximis eſſe occupatum.

[illegible] Res etiam ueræ, nimis tritæ ſermonibus hominum, pro fabulis haberi ſolent.

ἰσοκράτ. Arcana religionis prophanis hominibus, id eſt non initiatis, explicare nefas eſſe ducebant Athenienſes.

Beneficia conciliant amorem.

Fruges & religio maxima duo munera ſunt.

ἰσοκράτ. Initiati ſacris Eleuſinijs, & de obitu, & totius æui ſpacio ſpem meliorem habuerunt.

Tum demum belluinam uitam uiuere homines deſierunt, poſtquã fruges inuentæ ſunt. B

Si cui diuina benignitate excellentia dona contigerunt, ea in uſum mortalium libenter proferenda & communicanda ſunt.

Non ſi quid antiquum, ideo etiam falſum eſt: ſed quia & celebratum & auditum eſt à multis, ideo etiam fide dignum haberi debet.

ἰσοκράτ. Multæ urbes ad teſtandam memoriam accepti beneficij, primitias frugum Athenienſibus quotannis obtulerunt.

ἰσοκράτ. Apollo urbes ingratas eſſe uetuit: easq; Athenienſibus, ea quę antiquitus recepta erant, perſoluere uoluit.

Pro certiſsimis habenda ſunt, quæ & diuinis oraculis confirmantur, & plurimorum conſenſu comprobantur: quum & ueteres ſermones præſentibus factis teſtimonium perhibent: & quæ nunc fiunt, cum ſermonibus ueterum conueniunt.

Primi mortales uitam non ſic, ut nunc eſt, inſtructam repererũt, ſed paulatim ad uictum & cultum neceſſaria compararunt.

Conſentaneum eſt eos qui confeſsione omnium & antiquiſsimi, & ingenioſiſsimi, & religioſiſsimi ſunt, ſiue dono accepiſſe à dijs, ſiue ſuapte induſtria inueniſſe ea, quæ ad degendam uitam requiruntur.

Pro maximis beneficijs par gratia referri, aut honos haberi nõ poteſt.

Agri penuria, & anguſtia regionis, inter finitimos bella parit, unde alij armis, alij fame pereunt.

ἰσοκράτ. Athenienſes, miſsis Imperatoribus in urbes frequentes & inopes, egentiſsimis aſſumptis, uictis'que Barbaris, multas in Aſia colonias condiderunt.

Coloniarum

A Coloniarum hæc utilitas eſt, ut & qui domi manent, quod ſatis eſt habeant: & qui abeunt, opibus potiantur.

Plurimum refert extitiſſe aliquem honeſti & utilis exempli autorẽ, quí quum uiam patefecit, alij facilè ſequuntur.

Principatus antiquiſsimis & optimè de tota gente meritis debetur.

Quædam beneficia diuinitus obtingunt, quædam ultrò citroq́ dant & accipiunt ipſi mortales.

Ante omnia proſpiciendum eſt, ne ciues inopia laborent.

Etiamſi copia rerum omnium circumfluamus, ſine legibus tamen et magiſtratibus nemini uita iucunda eſſe poſſet.

Mortales olim ſparſim, & ſine legibus habitarunt. ἰσοκράτ.

Tyrãnos & improbos ui cohercere neceſſe eſt: humaniora ingenia bonis exemplis ad moderationem & æquitatem perducuntur.

Vt à tyrannis ciues iniurijs & contumelijs onerant̃, ſic anarchia pereũt.

Controuerſias aut ius aut uis finit.

* Apud Athenienſes primùm capitale iudicium factum. * Fabuloſum de Alyrothoo, Alcippe, Marte, Neptuno.

Athenienſes pleraſq; artes tam ad uoluptatem quàm ad utilitatem deſtinatas, partim inuenerunt, partim expoliuerunt.

Athenis diuitibus iucundiſsima uita, calamitoſis tutiſsimum receptaculum fuit. ἰσοκρά.

Emporiorum utilitas eſt, quum non omnis ferat omnia tellus, ut quæ ſuperſunt exportari, quę deſunt importari commodè poſſint: & quę apud alios ſingula uix inuenias, in mercatibus uniuerſa reperiantur. *Piræus Athenarum emporiũ in Græciæ meditullio*

Panegyres (id eſt, ſolennes Græcię cõuentus; ut fuerunt Olympia, Iſthmia, Pythia, Nemea, & alij ludi) propterea laudant̃ ab Iſocrate: 1 quia concordiã alant, inimicitias extinguant. 2 quòd uotis & ſacris cõmunibus factis, renouataq; ueteris cognationis memoria, ueteres amicitias & hoſpi-

B tia renouent, nouas publicè priuatimq́ concilient, mutuamq́ beneuolentiam & humanitatem tueantur & confirment. 3 quòd excellentes uel natura uel induſtria, ibi fœlicitatem ſuam oſtentare, rudes ſpectandis certaminibus oblectari poſsint.

Spectacula uel ſumptu, uel uarietate, uel frequentia, uel pulchritudine, uel artificijs, uel his omnibus ſimul cenſentur.

Congreſſus magnas utilitates habent. Euripides,

ἡ δ' ὁμιλία, πάντων βροτοῖσι γίγνεται διδάσκαλος.

Athenis & fideliſsimas amicitias, & omnis generis diſputationes reperire licuit.

Certamina non ſolum celeritatis & roboris, ſed etiam eloquentiæ & ſapientiæ. ἰσοκρά.

Non certamina tantum, ſed etiam præmia conſtituta.

Athenæ hoſpitibus perpetuò ſolennis conuentus & ſpectaculorum inſtar fuerunt. *Sic Germani dicunt, Norimbergã perpetuum eſſe mercatum.*

Si quos ſumptus uitæ mortalium utiles ſolus tolerare nequeas, alij ſunt ad beneficentiam prouocandi.

Athenienſium tanta autoritas fuit, ut quicquid ipſi decreuiſſent, ab omnibus probaretur. (Talis autoritas uirtute & ſapientia paranda eſt) ἰσοκράτ.

Philoſophia (id eſt, mentis & ingenij exercitatio) omnium pręſtantium rerũ inuentrix & adiutrix, 1 nos edocuit res adminiſtrare, 2 uitam humanam manſuefecit, 3 calamitates ineuitabiles commodè ferre, 4 eas quæ noſtram inſcitiam ſequuntur uitare docuit.

Alia mala naturæ neceſsitas, alia, noſtra inſcitia affert.

Ea fortunæ temeritas eſt, ut ſæpe ſtulti prudentibus ſint fœliciores.

A

1 Oratione potiſsimum præſtamus cæteris animantibus. 2 Elegans & artificioſa oratio prudentis animi peculiare opus eſt. 3 Oratio ſapientē à ſtulto diſcernit. 4 Eloquentia liberalis inſtitutionis euidētiſsimum ſignū eſt. 5 Eloquentes non domi tantū honorantur, ſed apud exteros etiam in admiratione ſunt.

† Seipſum laudat Iſocrates τὰς ἀθλητῶν πανηγύρεις ἐπαινῶν πλὴν ἑαυτοῦ σχεδὸν κατὰ τὰς ἀπολογίας τῶν λόγων. autore Dionyſio.

Ex fortitudine & diuitijs intelligi non poteſt, utrum à puero ſis liberaliter educatus.

† Athenienſes tantū eloquentia & ſapientia cæteros homines ſuperarūt, ut Athenarum diſcipuli, reliquarum urbium magiſtri eſſent.

ἐγκωμ. Græcia nō tam nationis & gentis, quàm rationis & mentis appellatio uidetur.
Græci dicuntur, nō tam qui in Græcia nati, quàm qui Grę̨cis diſciplinis eruditi ſunt.

In laudationib. multū refert, quanti res de qua dicitur fiat ab auditoribus.

Summa laus eſt, pacis artes cum rei militaris ornamentis coniunxiſſe.

ἐγκωμιον. Athenarum urbs cōmune miſerorum aſylum, & uindex iniuriarū fuit.

Stulti calumniantur ea quæ maximam laudem merentur.

Vulgus ſtulticiæ tribuit, propter imbecilliorum defenſionem, odia & inimicitias potentum ſuſcipere.

ἐγκωμιον. Athenienſes, neglecta ratione utilitatis, miſeros defendere, quàm potentibus adiutores iniuriarum eſſe maluerunt.

ἐγκωμιον. Græci bello Troiano nihil ferè nouerunt antiquius.

Immanitatis eſt, in bellis interfectos ſepultura prohibere.

Communibus caſibus opitulandū, uetera inſtituta & patrij mores conſeruandi ſunt.

ἐγκωμιον. Hercules de uniuerſo mortalium genere bene meritus.

Principum eſt, ſuſcipere curam communium negociorum.

μυθῶδες. Hercules natura humana præſtantior, Iouis filius, quamuis mortalis adhuc diuinum robur haberet, tamen ab Euryſtheo eſt exagitatus. B

Alciatus, Infœlix uirtus et ſolis pro uida uerbis Fortunam in reb. cur ſequeris dominam?

Fœliciter ſunt ſupplices, qui quod petierunt impetrant.

Euryſtheus dum Herculis liberos perdere ſtudet, ipſe perit.

ἐγκωμιον. Heraclidæ conſeruati ab Athenienſibus, Spartano imperio potiti ſunt.

ἐγκωμιον. Veteris beneficij memoria exoleſcit. Pindarus,

ἀμνάμονες δὲ βροτοί, ἀλλὰ παλαιὰ χάρις εὕδει.

Quum de principatu controuerſia eſt, commemoratio de beneficijs & officijs humanitatis contemnitur.

Non moris eſt, ut aduenæ indigenis, affecti beneficijs bene meritis, ſupplices adiutoribus imperent.

ἐγκωμιον. Græcarum urbium, Athenis exceptis, Argos, Thebæ & Lacedæmon, ſemper maximæ ſunt habitæ.

Difficile eſt imperium in animoſos & ſuperbos.

Digreſsiones aptiſsimæ ſunt, quæ non longe ab inſtituto recedunt, nec nimis alienæ ſunt.

ἐγκωμιον. Scythæ, Thraces & Perſæ, imperij cupidiſsimæ & potentiſsimæ gentes uictæ ab Athenienſibus.

Qui omnia enumerare uolunt, in infinitam loquacitatem incidunt.

ἐγκωμιον. Perſicum bellum omnium illuſtriſsimum fuit.

Strategema eſt, quum totā gentem opprimere ſtudeas, primùm potentiſsimam urbem reliquorum præſidijs deſtitutam, inuadere.

αἰτίωμα. Quū Barbări Gręciam oppreſſuri, Athenienſes primos aggreſsi ſint, Gręci qui ius ſuum adipiſci non potuere, Atheniēſibus ſupplicarint: Athenienſes Gręcię principes eſſe conſtat.

Quarum

Quarũ rerũ fama diutiſsimè durat, eas res egregias fuiſſe, ueriſimile eſt.

A Fortes creantur fortibus & bonis.

Interdum potentiſsimi & ferociſsimi exercitus, à longè paucioribus ſuperantur.

Quo præſtantiores æmulos ſuperabis, eo magis uirtutis tuæ præſtantiam illuſtrabis.

Vtile eſt uirtutis maiorum, & odij Barbarici ſæpe recordari.

Immorandum eſt locis utilibus.

Difficile eſt ea argumenta tractare, in quibus iam olim clariſsima ingenia ſeſe exercuerunt.

Non minus laudandi ſunt qui rempublicam bene gerunt, quàm egregij bellatores. *Cedant arma togæ, cõcedat laurea linguæ*

Magiſtratuum bonorum deſcriptio.

1 Rempublicam eadem diligentia curare, qua rem priuatam: publica pecunia ſanctiſsimè abſtinere.

ἀντίθετον. Improbi magiſtratus publica negligũt tanquam aliena, & iiſdem tanquam proprijs fruuntur.

2 Fœlicitatẽ non argẽto, ſed honeſtis actionib. & præclara fama metiri.

3 Non inter ſe certare improbitate & audacia: ſed emori uelle potius, quàm à ciuibus malè audire.

4 Magis erubeſcere propter delicta publica, quàm ob priuata.

5 Non tam leges forenſes curare, quàm publica inſtituta & diſciplinam ciuitatis.

6 Certare inter ſeſe, qui optimè de repub. mereri poſsint.

ἀντίθετον. Improbi ſtudẽt aduerſarios è medio tollere, ut ipſi ſoli pro ſuo arbitratu dominentur.

7 Coire ſocietates nõ priuati cõpendij gratia, ſed propter ciuiũ utilitatẽ.

B 8 Subditos honeſtè tractare, et liberaliter, pro autoritate imperij, nõ tyrannica crudelitate.

9 Malle ſeruatores quàm peſtes nominari.

10 Beneficentia ciuitates allicere, non ui euertere.

11 Non pacta et conuenta tantum, ſed etiam ſimpliciter promiſſa ęquè religioſe ſeruare, ac ſi iuſiurandum dediſſent, aut cogerentur.

12 Vitæ modeſtia magis quàm potentia gloriari.

13 Sic tractare inferiores, ut ipſi à ſuperioribus tractari ſe uellent.

14 Non ſuæ urbi duntaxat proſpicere, ſed uniuerſam regionem patria caritate complecti.

Bonis uiris nihil opus eſt multis ſcriptis, ſed paucis duntaxat notis, ut de rebus tum publicis tum priuatis inter ſeſe cõſentiant.

Non minus difficile eſt celebrare uiros præſtantiſsimos, quàm ignauiſſimos. hi enim res nullas ſuppeditant, illorum uirtutibus oratio par inueniri non poteſt.

Qui glorioſam mortem expetunt, quos labores aut pericula, ut uiui celebrarentur, reformidarent?

Bella quædam diuinitus excitari putat Iſocrates, ne præſtantium uirorum uirtus in obſcuro lateat.

Heroes corpora naturæ neceſsitati reddiderunt, ſuæ uirtutis immortalem memoriam reliquerunt.

Semper æmulatio & quædam honoris contentio fuit inter Athenienſes & Lacedæmonios. *Nulla fides regni ſocijs.*

Laudabilis ęmulatio eſt, cũ aliqui ſine acerbitate aut odijs, uirtute ac beneficentia in communem patriam alios ſuperare conantur.

Vitioſa æmulatio eſt, Barbarum colere, ut æmulos ſeruitute opprimere poſsis, & patriam euertas. A

Germanorū negligentia Hungariam perdidit.

Socijs non minori feſtinatione & ſtudio ſuccurrendum eſt, quàm ſi ipſi periclitaremur.

ſyegcnd.

Athenienſes eodem die aduentum hoſtium audierunt: obuiamq́ progreſsi, commiſſoq́ prælio, de illis triumpharunt.

Lacedæmoniorū exercitus amplius triginta milliaria Germanica tribus diebus & noctibus confecit, ut opem ferrent Athenienſibus.

Inſignis Athenienſium ambitio, qui maluerunt ſoli periculoſiſsimi prælij aleam experiri: quàm expectatis ſocijs, uictoriæ laudem cum illis communicare.

De Xerxe nemo unquam inſtituit immenſa dicere, qui non minora q̃ pro rei magnitudine dixerit.

Incredibilis elatio Xerxis, qui mare ambulauit, per terram cōtinentem cum exercitu nauigauit.

Mille Lacedæmonij Xerxis ingentem exercitum in anguſtijs Thermopylarum, Græciæ aditu prohibere conati.

Athenienſes ſexaginta nauibus ad Artemiſiū occurrere non dubitarūt Xerxis 1200 triremibus.

Laudis auiditas & æmulatio gloriæ, pericula contemnit.

Vnum præclarum facinus fortunæ tribui poteſt, complura uirtuti.

Virtus terra mariq́ eſt multitudine ſuperior.

Non ſemper ijſdem ſucceſſibus utuntur, qui audent eadem.

Nephas eſt eos uictos eſſe dicere, qui fortiter in acie oppetierunt.

In bellis interdum parua oppidula negliguntur: proinde ipſa tenuitas & uilitas eis prodeſt.

Athenienſes admirabili magnitudine animorum, & gentis ſuæ ac libertatis amore, urbem ſuam excindi maluerunt, quàm coniuncti cum Barbaris, totius Græciæ principatu potiri. B

In magna conſternatione animorum, qui ſuæ ſaluti priuatim conſulere poſſunt, communium periculorum ſocietatem detrectant.

Hoſtes patriæ proditoribus magna polliceri ſolent.

Rari exempli eſt, eos non deſerere, a quibus ipſe ſis deſertus.

Imbecillis urbibus minus uitio uertitur, ſi ita ut poſſunt, ſaluti ſuæ conſulant.

Vt uiris fortibus optabilius eſt honeſtè mori, quàm turpiter uiuere: ſic principes ciuitates deleri præſtat quàm ſeruitute opprimi.

Tutius eſſe duxerunt Athenienſes, mutatis uicibus, contra terreſtres et nauales copias pugnare, quàm utraſq́ ſimul ſuſtinere.

Lacedæmonij metuentes periculum ad ſe uenturum, & ignominię metu, ſuam claſſem cum Athenienſibus coniunxerunt.

Naualia prælia horrendis tumultibus, clamoribus, cohortationibus geruntur.

Iniquum eſt, illi minus honoris haberi, qui plus laborum & periculorū ſuſtinuerit.

Fieri ſolet, ut optimè de republica meriti, firmato dominatu, immoderatius ſeſe gerant.

Acriter punire ſeditioſos, non eſt argumentum crudelis imperij.

Sociorum incolumitas clementis principatus certum ſignum eſt.

Sine ſeueritate ſuppliciorum, magna hominum multitudo in officio retineri non poteſt.

Atheniēſes imperij lenitate & diuturnitate, Lacedæmonijs prę ſtiterūt.

Fœlix

A Fœlix imperium eſt, ſub quo & priuatæ opes & publicæ augentur.

Laconum artificia fuerunt, ſeditiones cõcitare in ſocijs ciuitatibus, mutata reipub. forma, ut ab utraq; factione colerentur.

Principes non inuidere debent urbium incrementis.

Sociorum concordia publica utilitas eſt.

Principũ eſt, ſummæ rerũ præeſſe, priuatim ſingulis libertatẽ cõcedere.

συμμαχικὴν, ἀλλ' οὐ δεσποτικὴν δύναμιν. Vide contrarium in συμμαχικῷ.

Democratiæ defenſio.

1 Iniquum eſt, multos paucis ſubijci. 2 Opibus tenuiores, cũ re alia nulla deteriores ſint, à magiſtratibus & honorib. excludi. 3 Quum patria cõmunis ſit, alios lege dominari, alios inquilinorum loco eſſe. 4 Natura ciues, lege ciuitatis gubernatione prohiberi.

Athenienſes 70 annos Græcis imperarunt, expertes tyrannidum, liberi à Barbaris, inter ſeſe concordes, pacati cum uniuerſis hominibus.

Pro beneficijs gratia potius habenda eſt, quàm ſacta quædam in deteriorem partem interpretanda.

Athenienſes in deſolatas urbes colonos miſerunt, præſidij cauſa, non ex auaricia.

Qui eos ſeruitute non opprimit, quos & facilimè & maximo ſuo commodo ſuperare poſſet, eum ab auaricia & tyrannide abhorrere, iudicandum eſt.

Et inter Græcos & inter Barbaros clariſsimi habentur, qui pulſis finitimis, maximas opes & ſummam uitæ tranquillitatem ſunt adepti.

Soli Athenienſes in magna potentia tenuius ipſi uixerunt, q̃ hi quos ſeruitute oppreſsiſſe, ab obtrectatoribus dicebantur.

Decuriones Laconici ita graſſati ſunt, ut maiorũ iniuriæ paruæ uideantur, poſteris nihil reliqui fecerint ad improbitatem ipſorum ſuperandam.

B Amentiſsimi pro fideliſsimis habiti, proditores tanquam benemeriti honorati.

Miſerrimus ſtatus ciuitatis, cum ob calamitatum multitudinem, alienis malis dolere nemini licet.

Tyrannorum uiolentiam, quantumuis diligenter caueat, effugere nemo poteſt.

Summa impudentia eſt, quum ipſe grauiſsimè deliqueris, alios innocentes accuſare.

Tyrannidis mala.

Indicta cauſa occidi. 2 agi in exiliũ. 3 ſeditiones. 4 legum confuſio. 5 mutatio publici ſtatus. 6 ſtupra uxorũ & liberorũ. 7 impunita latrocinia. 8 inteſtina bella. 9 urbiũ ſeruitus & euerſio. 10 uita & opes ciuium incertæ.

Tyranni multa inſcribunt literis, quę poſtea in ciuitatibus inuenire nemo poteſt.

Tranquillius uiuunt, qui in malis bene ſperant, quàm qui in reb. ſecundis ſibi male metuunt.

Bonus animus in re mala, dimidium tollit mali.

Athenienſes Barbarorum ferociam ita repreſſerunt, ut non modò Græciam non inuaderent, ſed ſuam etiam ditionem uaſtari à Græcis paterẽtur.

Quamprimum Athenienſes principatu ſpoliati ſunt, Græcis malorum principium exortum eſt.

Fœlicitas populi à principis felicitate pendet.

Fœdera facta cum hoſtibus, indicant utri meliore conditione ſint.

Rex Perſarum, ſequeſter Athenieſium & Lacedęmoniorum, utroſque libenter perdidiſſet.

Qui principatum ambiunt, initiò benignè pollicentur: imperio potiti, uel pauca præſtant, uel contrarium moliuntur.

Supplices candidati, ſuperbi domini.

Barbaricæ

Barbaricæ ſeruitutis mala.

1 Exactionibus deglubi. 2 arces teneri ab hoſtibus. 3 ſeruilem in modum excruciari. 4 cum hoſtibus oppugnare libertatis uindices. A

Sic Turcæ Chriſtianorũ opibus indies creſcunt.

Barbari Græcorum uiribus ſuum regnum muniebant & ſtabiliebant.

Iniquum eſſe dicit Iſocrates, ut unus homo innumeris imperet: maximis uerò ciuitatibus, nec libertas concedatur.

Mali principes ſunt, qui ſocias ciuitates indies oppugnant, cum Barbaris perpetuam ſocietatem faciunt.

διαλεγομένῳ παράγγελμα.

Non odio aut ſtudio infamandi, aliorum uitia exagitanda ſunt, ijs præſertim qui concordiã expetunt: ſed huc, ut qui deliquerunt, emendẽtur, omnia referenda ſunt.

καθ' ὅσον ὁ λόγος δύναται.

Oratores tantum efficiunt, quantum eloquentiæ uiribus conſequi poſſunt: id eſt, quantum auditores à ſe impetrari ſinunt.

Non poſſunt hominum uitia emendari, aut ſtudia ipſorum ad res meliores expetendas traduci, abſq; uehementi & acri peccatorũ reprehẽſione.

Accuſator nocere, monitor prodeſſe reprehendendo ſtudet.

De eadem oratione, quæ non eodem animo dicitur, non idem eſt ſentiendum.

Non laudantur imperatores, qui priuatim ſuum imperium amplificant, ſociorum ditionem imminui patiuntur.

Tributa ab ijs extorquentur, quorum miſereri æquius eſſet.

Ita iniquè comparatum eſt, ut alij montes arare cogantur, alij fœcundos campos obſoleſcere patiantur.

Inſania eſt ciuilibus bellis ſeſe mutuò cõficere, quum interim liceret immenſis Barbarorum opibus potiri.

Stratagema eſt, excitare diſcordias inter eos, quos expugnare cupis.

Magnæ ſtultitiæ eſt, hoſtium cladibus adhibere medicinam.

Negligentes non iniuria contemnuntur ab hoſtibus, qui interim quædam occupant, quibuſdam imminent, quibuſdam inſidiantur. B

Noſtra oſcitantia plura nobis adimit, quàm hoſtium potentia.

Si hoſtes inter ſeſe diſcordes & turbis agitati, non facilè à conſentientibus oppugnari poſſunt: quid fiet Barbarorum tranquillo & fœlici ſtatu, noſtro turbato & infœlici?

Non qui diſſentientes uicit, idem etiam conſentientes ſuperabit.

Etiam qui per ſe parum poſſunt, coniuncti cum alijs multum ualent.

Suis uiribus, non aliorum auxilijs, ſinguli ſunt æſtimandi.

Expeditionum etiam hic euentus interdum eſt, ut plura mala ipſi patiamur, quàm hoſtibus inferamus.

Rebelles primùm libertatem quærunt: ea potiti, finitimos etiam infeſtant, & imperium appetunt.

E præteritis rerum futurarum coniectura capienda.

Magnorum ſæpe regum negocia lentè procedunt.

Aſperitate imperiorum alienati ſocij, facilè ad hoſtes deficiunt.

ἐγκώμιον.

Conon diligentiſsimus imperator, Græcis fideliſsimus, rei militaris peritiſsimus.

Milites aliquando, non imperator, ſed aliunde imminens periculum, in officio continet.

Cuius clariſsima facinora leuia ſunt, quid de futilibus eiuſdem eſt iudicandum?

Qui hoſtium res maximè inſignes commemorat, malignitatis aut calliditatis argui nequit.

Græci parua ſæpe manu res magnas geſſerunt.

Magna

A Magna interdum de aliquorum uirtute & fortitudine eſt opinio: qui, quum ad rem uentum eſt, nihilo alijs præſtant.

Rex Perſarum, duces Græcorum contra fidem datam comprehenſos, occidit. *[illegible]* *Nuſquã tuta fides.*

Sex millia Græcorum ducibus deſtituta, hoſtiliter & impunè totam Aſiam peragrarunt.

Græci milites amiſſorum ducum calamitatem, regisq́ perfidiam, infractis animis tulerunt, nec propterea dilapſi ſunt.

Fortis exercitus nihil perinde metuit, ut ſolitudinem: in hoſtes quàm confertiſsimos incidere, ſummum bonum eſſe putat.

Milites qui regis Perſarum caput oppugnarant, tutius domum redierunt, quàm aliqui de pace petenda legati.

Barbarorum qui Græciam inuaſerant, alij male perierunt, alij turpiter euaſerunt.

Si cauſas euentuum conſideres, pleraq́ non temerè euenire inuenias.

Homines malè inſtituti, ac diſciplina tum publica tum priuata improbanda uſi, nec ulla uirtute præcellere, nec de hoſtibus triumphare poſſunt.

Barbarorum deſcriptio.

1 Maxima pars eſt turba imbellis, 2 aſſueta & erudita ad ſeruitutẽ. 3 Principes coram rege ſeruiliter ſeſe abijciunt, ciues iniurijs & contumelijs onerant: ornatis corporibus, animis trepidantibus & effœminatis: amicos perfidè uiolant, hoſtibus turpiter adulantur: male meritos præmijs, benemeritos ſupplicijs afficiunt, perpetuò Græcis inſidiantur: qui bello eos petunt, fœlices abeunt: qui in eorum poteſtatem ueniunt, excruciati necantur.

Fugienda eſt eorum amicitia, qui ſocios excruciant, hoſtes honorant.

B Iones deuotionibus ſanxerunt, ne qui templa incenſa à Barbaris, inſtaurarent. *Monumenta Barbaricæ impietatis relicta poſteris.*

Impijs hominibus, de nulla re fides haberi poteſt.

Naturales inimicitiæ inter Græcos & Barbaros intercedũt: ergo ἄσπονδος πόλεμος eſt, nec de pacificationib. aut diuturna concordia cogitandũ. *Odia non niſi gentis alterutrius interitu placabilia.*

Athenis deuouebantur, qui Barbarorũ pacem aut amicitiã expeterent.

Bella inteſtina threnos, geſta cum Barbaris hymnos pariunt.

Homerus à Græcis in tanto precio habitus propterea, ut odium Barbarorum iuuentutis animis inſtillaretur. *Turcarum et Chriſtianorũ eadẽ ratio eſt.*

Flagitioſum eſt, preſentẽ occaſionẽ amittere, amiſſam fruſtra deſiderare.

Quibus nihil deeſt preter occaſionem, hi facilimè ducuntur ad id, quod iam antea deſiderant. *προφάσεως δεῖται μόνον ὁ πόλεμος.*

Qui ſingulis partibus pares eſſe nequeunt, quomodo coniunctis totius imperij uiribus reſiſterent?

Vrbes quas in fide retinere uelis, maioribus præſidijs firmandæ ſunt.

Vrbes & nationes ad eum imperatorem ſeſe libẽtius conferunt, quem melius paratum eſſe uident. *Quò fortuna, eódem etiam fauor hominũ inclinat.*

Celeritas in bellis & coniunctio ſociorum, magni momenti eſt.

Singulas gentes diſperſas adhuc, quàm coniunctas, debellare facilius & tutius eſt.

Occaſio in bellis neglecta, non niſi ſummis diſcriminibus recuperatur. *Non bis peccare licet in bello.*

Quod cauere poſsis, ſtultum eſt admittere.

Tyrannica imperia ita durant, ſi maiores ſint præſidiorũ quàm ciuiũ uires.

Longe honeſtius eſt cũ Barbaris de imperio dimicare, quàm internos de lana caprina rixari.

Danda opera eſt, ut qui belli clades perpeſsi ſunt, etiam uictoriæ lætitia fruantur, nec in perpetua miſeria uiuant.

Quum natura humana per ſeſe multis malis ſit obnoxia, nos præter ea quæ neceſsitas affert, ultrò plura inueximus, bellis & ſeditionib. cōcitatis, A

Seditionū euentus, ut alij cōtra ius et fas perimantur: alij cum uxorib. et liberis in exilio oberrent: alij ne fame pereant, accepto ab hoſtib. ſtipendio ſocijs oppugnandis mortē oppetant. (& patriæ cladibus.

Ea uulgi demētia eſt, ut poetarū fabuloſis ærūnis magis afficiat, q̃ ciuiū

ἐπιχαιρεκακία

Immanitatis eſt, magis gaudere alienis malis, quàm proprijs bonis.

Sed tunica pallio propior eſt. τὸ οἰκεῖον πεῖρα.

Publica ciuitatum & gentium mala, plus afficere debebant, quàm priuata ſingulorum.

Vituperandi magiſtratus ſunt, qui nihil cogitationis ſuſcipiunt, nihil dicunt, quo afflictæ reip. conſulatur.

Suaſor & autor magnæ rei, uel proficit aliquid, uel orationes & ſententias ſuas poſteritati, tanquam oracula relinquit.

Qui temp. curant, nihil poſſunt: qui poſſent, nō curāt.

Principes in nugis occupati, reipub. curam ſophiſtis & alijs ocioſis hominibus relinquunt.

Quo maior eſt magiſtratuum ignauia & oſcitantia, eo uigilantiores ciues eſſe decet, ne quid reſpublica detrimenti capiat.

Firma pace frui non poſſumus inter nos, antequam cōmunibus conſilijs & auxilijs Barbari oppugnentur.

ἀκήρυκτος ἀεὶ πόλεμος πᾶσι πρὸς πάντας.

Pleraq; de pace fœdera, ſunt tantum induciæ bellorum, & expectationes occaſionum, dum alios alij ad internecionem delere poſsint.

Omnes noſtri conatus pernicioſis cogitationibus omiſsis, ſecuritatem ſingularum urbium, & fidelem cum omnibus concordiam ſpectare debēt.

Inopia & ſocietates dirimit, & ius cognationis diſsidijs turbat, & bellis atq; ſeditionibus omnia complet.

Ciuilia bella hoc boni ſolum habere poſſunt, ut parta rei militaris inter nos ipſos peritia, contra Barbaros abutamur. B

Bella non temerè ſuſcipienda, ne fœdera fortè uiolentur.

Turpia fœdera ſunt, propter quæ ſocij noſtri hoſtib. gratias agūt, nobis iraſcunt. (cōditionib. premit.

Fœdera ſunt, ubi æquitas utrinq; ſeruat: mādata, cū altera pars iniquis

ἴσμεν εἶναι δεῖ πρὸς ἄπιστα μετὰ τὰ πράγματα.

Frangenti fidem, non eſt ſeruanda fides.

Stultum fuerit in fœderibus ea tantum rata habere, quæ nobis ignominioſa & noxia ſunt, neglectis reliquis quæ laudabilia utiliaq; eſſent.

Reprehendendi legati ſunt, qui ſuorum ciuium dignitate & iure neglecto, hoſtibus omnia largiuntur.

Sed ſæpe fit, ὡς ἀπολέσθαι, ὥστε ὁ νικῶν οὐ ... ...

Tropæum de ſeſe erigi patiuntur longè turpius qui iniqua fœdera accipiunt, quàm qui in bellis ſuperantur.

Victoria à fortunæ temeritate pendet, breuiq; tempore durat. Fœdera ad omnem poſteritatem pertinent.

Superiorū temporū iniuriæ uindicandæ ſunt, ac proſpiciendū ut deinceps tuti ſimus ab iniurijs.

Sadoletus: Ira Dei et amētia noſtra nobis aduerſatur

Solum Barbaricum bellum paci præſtat, quòd & diuites in tuto collocat, & pauperes milites collocupletat.

Iuſtiſsimè bello eos petimus, qui nos prius oppugnarūt, adhuc inſidijs appetunt, hoſtili ſemper in nos animo ſunt.

Sed inuidia te deteriorem facit, illos nō meliores.

Iurè inuidetur fœlicibus & ignauis.

Facile oppugnantur opulenti, & ad uim propulſandam inepti.

Cogi ad militandum, moleſta res eſt.

Glorioſis bellis omnes intereſſe uolunt.

Poetæ & ſcriptores duos ſcopos propoſitos habent, ut & ſui ingenij, et eorum quos celebrant, uirtutis, monimenta perpetua relinquant.

Initiò

A Initiò maiora nobis pollicemur de ingenijs noſtris, quàm experiun- γνωσιμαχῆσαι
do præſtare queamus.

Prudens auditor, ad ea quę orator dixit, ſuapte cogitatione plura debet adiungere, & agere ea quæ agenda eſſe intelligit.

Turpe eſt, magna pollicitum in paruis occupari.

Orationes huiuſmodi ſcribi debent, quibus qui parturint, felices fiant, & per quas ipſi ſcriptores inopia liberentur.

GNOMOLOGIAE EX PLATAICO.

Athenienſium laus, iniuſtè oppreſsis, cupidiſsimè opitulari, benemeritis maximam gratiam referre.

Platææ tempore pacis à Thebanis euerſæ.

Tyrannorum facinora ſolent oratores defendere. *Paci nõ tutò fiditur, ſi malos uicinos habeas.*

Si pro magnitudine & dignitate rerum dicere non poſſumus, ſic dicamus ut poſſumus.

Maximè dolent, in communi aliorum omnium pace, nobis priuatim factæ iniuriæ.

Athenienſes, Thebanos perpetuos inimicos, in libertatem aſſeruerũt. *Fœlicitatis eſt, in moderatos et ſapiẽtes hoſtes incidere.*

Cum hoſtes ſuos conſeruarint Athenienſes, abſurdiſsimum fuerit amicos & benemeritos & cognatos ab eis negligi.

Pœnæ modus peccati magnitudinem ne excedat.

Antequam pœna infligatur, prouidendum eſt, ne iracundia noſtra iniurias ſibi fingat, quæ nullæ ſunt.

Liberæ ciuitates ad ſocietatem non cogendæ, ſed perſuadendæ ſunt.

Qui in ſimili crimine alios aliter tractant, illis aliud quiddam propoſi- *Sed ſæpe malo nodo malus cuneus eſt quærendus.*
B tum eſſe conſentaneum eſt, quàm id quod præ ſe ferunt.

Nulla recriminatio aut accuſatio plus ualere debet, quàm pacta & conuenta.

Qui potentiorum auſpicia coacti ſequuntur, non ſupplicio, ſed uenia digni ſunt.

Pace facta, ueterum iniuriarum obliuiſcendum eſt. μὴ μνησικακεῖν

Deſertoribus in bello, non iniuria pœnæ infliguntur.

Corpora tyrannos, animi amicos ſequuntur. *Voluntas cogi non poteſt.*

Si qui ſeorſim puniuntur, cæteri omnes eiuſdem criminis ſibi conſcij, trepidant.

Nemo eſt, quin malit, etiam iniquis conditionibus, ad alios ſe conferre, quàm ab hoſtibus euerti.

Athenienſes pro libertate omnib. reſtituenda, bellum geſſerunt. *Sed poſſe libertate frui, moderationis eſt & prudentiæ.*

Vrbes ab Athenienſibus expugnatæ, clementius tractantur, quàm uicinæ Thebanorum.

Tyrannica ingenia, nec leuiſsima ferre queunt: ipſi licere ſibi in alios quiduis uolunt.

Iniquum eſt, ęquari uelle cum potentioribus, imbecilliores opprimere, auxilijs ſociorum uelle defendi, priuata autoritate alios iniurijs afficere.

Nullum publicum negocium priuata autoritate ſuſcipiendum, præſertim ſi alij nobis ſapientiores adſint.

Conſulendi potentiores ſunt, antequam facias: non uerò quę temerè feceris, excuſanda.

Callidi nebulones lucra priuata, crimina communia facere ſtudent.

Non eſt committendum, ut boni ſceleratorum improbitatem æmulentur. Mali potius ad bonorum imitationem pertrahendi ſunt.

Dum bellum geritur, omni modo de uictoria obtinẽda laborandũ eſt: ictis fœderibus, nihil pluris fieri debet, quàm iuriſiurandi religio.

παράδοξον τοῖς πολλοῖς.

Malè partæ opes nemini unquam profuerunt.

Multi dum aliena per iniuriam appetunt, iurè de ſuis opibus in ſummũ periculum ueniunt.

Sunt qui pro beneficijs maleficia reponant.

Maluerunt forteaſſe incolumes eſſe, ꝙ fortiter perire

Thebani conſeruati ab Athenienſibus, ad Lacedæmonios ſe contulerunt, Athenienſes oppugnaturi.

Thebani in bello Perſico Græciam prodiderunt.

Socijs non prodeſt hanc legem ferri, ut imbecilliores potentioribus ſeruiant.

Improbi fidem ſeruant, non quòd libeat, ſed quia fidem frangere ſine clade non licet.

Quo in maiore metu ſunt homines, eo diligentius patronos colunt.

Ex uno aliquo dicto aut facto, de hominis ingenio coniectura capi poteſt.

Leuitatis eſt, in rebus ſecundis ferocire, in aduerſis eſſe ſupplicem.

Pacta & fœdera potius ſeruanda ſunt, quàm metu offenſionis, iniuſti aliquid cuiquam concedendum.

Patrium fuit Athenienſibus, ignominiam et dedecus magis formidare, quàm pericula.

τὸ δίκαιον σύμμαχον ἔχειν.

Cauendum tamẽ ne affectus prauus iudicent.

Non uiolenti urbium euerſores, ſed iuſti & æqui Græciæ principes, uictoriam obtinere in bellis ſolent.

Nemo trepidet propter iuſticiã pericula ſubiturus: neq; ſibi ſocios defore putet, quiſquis oppreſſorum defenſionem ſuſcepturus eſt.

Nemo uir bonus ita inſanus eſt, ut cum libertatis oppreſſoribus, quàm cum eiuſdem uindicibus, coniungere ſe malit.

Excidij mala.

Cauendum igitur urbibus, ne ferociores ſint quàm oportet.

1 Vno die urbe, agris, pecunijs ſpoliari. 2 Extrema inopia conflictari. 3 Mendicorũ inſtar oberrare. 4 Nullũ receptũ habere. 5 Apud felices angi amiſſarum opum deſiderio. 6 Apud inopes, ex aliena miſeria dolorem capere. 7 Parentum, uxorum, liberũm indignam fortunam uidere. 8 Ea experiri & ferre, quæ dicere pudeat. 9 Nullum diem tranſigere ſine lachrymis.

Pereunte conſociatione ciuium, unuſquiſq; priuatim ſibi duntaxat conſulere cogitur.

Amara lento temperes riſu.

Dedecus generoſis animis plus dolet, quàm cætera mala.

Pudet nos nimis accuratè mala noſtra examinare.

Athenienſes conſeruatione ſupplicum, ſemper laudem & gloriam meruerunt.

Turpe eſt, maiorum factis gloriari, & tamen illorum uirtutem non imitari.

Facilis iactura ſepulchri.

Longe leuius eſt cadauer inſepultum iacere, quàm uiuũ patria ſpoliari.

Cadauera inſepulta abijcere, facientibus contumelioſius eſt, quàm patientibus.

Pulſum patria quotidie affligi, ſuis opitulari non poſſe, dici non poteſt quanto ſit grauius alijs calamitatibus.

Vrbes inſtaurandæ propter egregia facinora ibi facta, propter loci genios, propter uirtutes maiorum, propter conſeruandos honores defunctorum.

Breui oratione comprehendi omnia nequeunt.

SENTEN-

SENTENTIAE EX AREO-pagitico.

Res ſecundæ ſecuros quidem & magnanimos faciunt: ſed eæ-dem tamen in cauſa ſunt, ut pleriq; malè ſibi conſulant, ac proinde in pericula conijciantur.

Nō facile eſt æquè commo-dâ mente pati.

Amentia & petulantia, comitatur opes & potentiam, ino-piam & fragilitatem prudentia & moderatio.

συνιὸν τὸ πλα τεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν ἰδεῖν. ἀρχὴν ἰδεῖν πολὺ λόγον ἢ τελευτήν.

Difficile eſt, dum reſpublicæ mediocriter adhuc florent, imminentia pericula animaduertere, & proſpicere ſtatum labentem in deterius.

Fruſtra de partibus negociorum deliberatur, niſi talis antea totius ciuitatis ſtatus ſit, qualem eſſe decet.

Ad fœlicitatem plus conferunt moderata & prudentia in repub. conſilia, quàm magnæ opes.

Forma reipub. eſt anima ciuitatis. Conſtitutio reipub. qualis fuerit, tales etiam ſunt ciuium mores, & ſucceſſus rerum.

Multi uerbis accuſant ea, quæ reipſa probant.

Abroganda ſunt ea inſtituta, quæ euētus ipſe comprobauit eſſe pernicioſa.

Diſce uatici-nari.

Quotidiana calamitatum incrementa minitantur interitum.

Res non ſemper reſpondent uocabulis: & ſæpe aliud dicitur, aliud agitur.

Vulgus in petulantia & licentia ſummam fœlicitatis collocat.

Cauenda igi-tur anarchia.

Seueritate magiſtratuum mores ciuium emendantur.

Non in eodem honore boni ac improbi eſſe debent, ſed ſingulis pro dignitate tribuendum eſt.

Magiſtratus non ſorte, ſed iudicio mandandi ſunt uiris ſpectatiſsimis.

Labor & frugalitas ambitioni & contentionibus locū non relinquunt.

Reipublicæ adminiſtratio non eſt negociatio & quæſtus, ſed publica occupatio & miniſterium.

Magiſtra-tus perſonæ priuatæ obliui-ſci, publicæ me-miniſſe debet.

Locupletes rempublicam non minore ſollicitudine ac fide, quàm rem priuatam curare debent.

Republica bene conſtituta, etiam priuatorum mores honeſtiores ſunt.

Recta maiorum inſtituta religioſe obſeruari debent.

πᾶν ſὸ πολὺ πο-λέμιον τῇ φύσει

Conſtantia & mediocritas actionum probanda eſt.

Sapientium ciuium eſt, ſeſe mutuò amare & iuuare.

Pauperum eſt, magnifacere diuites: contrà diuitum, ut benignè ac liberaliter inopiæ tenuiorum ſuccurrant.

Pauperū ingratitudo & perfidia, ipſis fraudi potius eſt quàm diuitibus.

Expetendum eſt ſimul & ciuibus prodeſſe, & rem familiarem amplificare.

Opes poſſeſsione priuatæ, uſu ciuibus communes eſſe debent.

Riuuli fonti-um deriuentur foras.

Adoleſcentes diligentius & curandi & inſtituendi ſunt, quàm pueri.

Cenſuræ morum uiri ſanctiſsimi & grauiſsimi præficiendi ſunt.

Nō multæ & exactæ leges, ſed bona inſtituta & honeſta diſciplina, mores iuuentutis emendant.

Vbi multæ & exquiſitæ leges, ibi multa delicta ſunt.

In id potius incumbendum eſt, ne quiſquam peccare uelit, quàm ut delinquentes ſupplicijs afficiantur.

Adoleſcentes aſſuefaciendi ſunt, ut laboribus honeſtis delectentur, qui uoluptates coniunctas habeant.

Tales ſunt li-teræ, uenatio, palæſtra, pere-grinatio.

Adoleſcentes recte inſtituti, perpetuò honeſtis exercitijs incumbunt.

Pro diuerſitate facultatum, etiam diuerſa exercitia iuuenibus præſcribenda ſunt.

Ocia ſi tollas, &c.

Inopiam pigritia, inopia flagitia & ſcelera parit. A

Pigritia & ocio, qui fons improbitatis eſt, ſublato, etiam delicta pleraqꝫ (tolluntur.

Magiſtratus officium eſt, ut ciuiũ uitam perſpectã habeat, & delinquentes, iuxta leges puniat.

Impunitate, bona quoqꝫ ingenia corrumpuntur. Acris animaduerſio etiam improbos cohercet.

Iurè igitur Diogenes pædagogo condylum impegit.

Adoleſcentiæ delicta natu maioribus imputanda ſunt.

Senatus graui autoritate ſublata, diſciplina labefactatur, & turbatur ſtatus ciuitatis.

Boni adoleſcentes non cupiunt licentiam ſibi rerum omnium dari.

Maturè igitur talia caueri debent.

Infœlix ciuitas eſt, ubi accuſationibus, criminibus, exactionibus, paupertate, bellis, redundant omnia.

Ciues inter ſeſe concordes eſſe, cum exteris pacatè uiuere debent:

Gentilibus noſtris fideles, Barbaris formidabiles ſimus.

Fœlicitas non luxu, ſed quotidianæ uitæ mediocritate metienda.

Ciues ſycophantici & pomparum ſtudioſi ac turbulenti, prudenti nemini probari poſſunt.

Adoleſcentum intemperantia honeſtis inſtitutis, & acri animaduerſione cohercetur.

Supplicia & ſolers indagatio iniuriarum frenos inijciũt auaritiæ magiſtratuum.

Honores magiſtratuum, & obſeruantia iuuenum, torporem ſenibus & deſidiam excutiunt.

Tanta eſt ignauia & prauitas hominum, ut ui conſuetudinis impulſi, malint pręſenti rerum ſtatu acerba perpeti, quàm emendatione reip. uitam B
fœliciorem degere.

Qui optimè conſulunt, ſuſpecti plerunqꝫ habentur.

Qui bona maiorum inſtituta quaſi poſtliminio reuocant, non pro ſeditioſis, nouarumqꝫ rerum ſtudioſis haberi debent.

Aequalitas inter ciues Democratiæ maximè propria eſt.

Sophiſtis & ſycophantis diuerſum ſtudio eſt.

Iniquum eſt exagitare delicta, diſsimulatis uirtutibus.

Democratici libertatis tuendæ ſtudioſi ſunt, oligarchici ſeruire potentioribus haud recuſant.

Ea inſtituta potiora creduntur, quibus uſæ ciuitates maximè floruerũt.

Magnificentiam publicorum ædificiorum admirantur hoſpites, & ciuitates ſic exornatas imperio dignas iudicant.

Autores iniuriarum et anteſignani puniendi, reliqua multitudo conſeruanda eſt.

Magna æquanimitas eſt, cum ulciſci poſsis, non obliuiſci tantum iniuriarum, ſed etiam beneficum eſſe in inimicos.

Oligarchici, ut ciuibus imperent, hoſtibus ſeruiunt: democratici pari iure cum ciuibus uiuere, exteris dominari malunt.

Accuſandi ſunt qui pauca rectè agunt, ſæpe delinquunt.

Parua laus eſt, flagitioſiſsimis eſſe probiorem, à uirtute maiorum tamẽ longè degeneraſſe.

Præſtantiſsimos quoſqꝫ nobis ad imitandum proponere debemus.

Laudatiſsima tellus eſt, quæ uiros optimos parit.

De hominum ingenijs, è rebus geſtis iudicandum eſt.

Quo magis maiorum uirtus laudatur, eo grauius accuſantur hi, qui degenerarunt.

Grauiſsimũ ſcelus eſt, naturã optimã ducẽ nõ ſequi, ſed eius benignitatẽ uel ignauia negligere, uel animi peruerſitate ad peſsima quæqꝫ cõuertere.

Simi-

A Similium conſiliorum & actionum ſimiles plerunq; ſunt euentus. *αἱ παραπλήσιαι ὅμοιως ἐκβαίνουσι*

Comparatione rerum intelligitur quid potiſsimum ſit.

Maxima pars fœlicitatis in eo ſita eſt, ut amicorum ſtudia habeamus, & ut hoſtibus ſimus formidabiles.

Ciues domi tranquillos, ad uim hoſtilem propulſandam ferociſsimos eſſe decet.

Mendici dedecori ſunt ciuitatibus. *Fames mala multa docuit.*

Inopes non de repub. ſed de uitanda fame ſolliciti ſunt.

Magiſtratus multorum ſententias audire, ſed ea quæ reipub. proſunt, decernere debent.

SENTENTIAE EX PANAthenaico.

Vlgus hominum orationes fabuloſas, portentorum & mendaciloquentiæ plenas, libentius audit, quàm ſalutaria præcepta.

Hiſtoriæ iure laudantur.

Forenſes orationes, ſimplices & inornatas eſſe debere, præcipiunt cauſidici, & ad ſolam uictoriam comparatas.

Iſocrates in iuuentute ſua ſerias orationes ſcripſit, ad ſalutem Reip. ſtatumq; Græciæ pertinentes.

Iſocratis orationes refertæ fuerunt multis argumentationibus, contrapoſitis, ſimiliter finitis, & reliquis illuſtribus oratorijs ornamentis, quę auditores acclamare & applaudere cogunt.

Senem luxuries orationis dedecet.

Senilis oratio talis eſſe debet, qualē facere ſperēt aut optent omnes: nemo ucrò ſine labore maximo & ſumma ingenij cōtentione, poſsit aſſequi.

B De orationibus ex inſtituto ſcriptoris, non ſola comparatione ad alias orationes eſt iudicandum.

Iſocrates quum perpetuum ſtudium habuiſſet, honeſtè ac ſine cuiuſquā moleſtia uiuendi: tamen obſcurorum ſophiſtarum obtrectationes, & uulgi malam de ſe exiſtimationem, effugere non potuit. *Ergo non ſatis eſt ad uitæ tranquillitatē, eſſe bonum uirum.*

Vulgus calumnijs facillimè credit.

Apologiæ obtrectatoribus os obturant, falſas populi ſuſpiciones diluunt, nos moleſtijs liberant. *Fama defendenda.*

Iſocrati maxima bona contigerunt, mens ſana in corpore ſano, diuitiæ mediocres, gloria.

Senectus eſt moroſa, querula, minimis rebus offenditur, non facilè ſibi ſatisfieri ſinit, ea culpat quæ alij mirantur & expetunt. *Etiam adoleſcentuli nonnunquā tales ſumus.*

Studiorum calamitas & obtrectatio ualde moleſta eſt.

Iſocratis ingenium aliquanto infirmius & mollius ad res gerendas, nec omnibus eloquentiæ partibus ſufficiens. *Non uni dat cuncta Deus.*

Sapientia ſine audacia non facit oratorem. *Prudentiæ igitur eſt, uidere quò ſua quemq; natura ferat.*

Qui uoce & audacia deſtituuntur, nullius eſſe precij uidentur, nec aditum ad honores & magiſtratus habent.

Fortunæ incōmoda, leniri ac tolli poſſunt, naturæ mutandæ nulla ſpes (eſt.

Iſocrates gloriæ deſiderio flagrans, famam quam rebus gerendis nō poterat, doctrina, ſtudio & ſcriptis comparauit. *Quod hac non ſucceſſit, alia aggrediamur uia.*

Argumenta quæ de repub. agunt, ingenium oratoris oſtendunt, & nomen eius illuſtrant.

Improbi homines, & in rebus leuibus occupati, ſtulti populi peruerſitate, maiorem gloriam adipiſcuntur, quàm uiri graues & honeſti. *Vigilantia igitur in auditore, prudentiaq; requiritur.*

Plerīq; oratores, non ea dicunt quę reipub. profutura putent, ſed ſuum quæſtum & corruptelas ſpectant.

Athenien.

Athenienſium oratorum conſuetudo fuit,ſe inuicem, inuidia largitionum exagitare,uexare ſocios,aut quemuis ſine diſcrimine calumniari. A

Vulgi iudicia turbulenta ſunt,& omnino inconſiderata.

Vulgus mores oratorum culpat,& ſummos tamen eiſdem magiſtratus mandat.

Infœlicitas eſt,ob hoc ipſum eſſe inuiſum,propter quod laudaris.

Summa petit liuor:perflant altiſſima uēti.

Vulgus nullam excellentiam æquo animo ferre poteſt.

Ingratitudo improborum boni conſuli poſſet, ſi maledictis & malefactis abſtinerent.

Imperiti,dum artificium orationum explicare conantur, eas diſsipant, conuellunt,perdunt.

Sophiſticum eſt,profiteri rerum omnium ſcientiam, & omnibus cœtibus ſe ingerere.

Nemo ſui contemptum æquo animo fert.

Arrogantia inuiſa eſt.

Calumnijs benignæ aures præbentur, etiamſi contrarium compertum ſit.

Hæc qualia ſint,prædicuntur ab aſtrologis.

Infortunia quædam certos homines per omnem ætatem ſequuntur,eorumq; gloriæ & commodis obſtant, atq; eadem à certo genere hominum oriuntur,& certis modis efficiuntur.

Ferenda æquo animo,non culpanda eſt,immutabilis fati neceſsitas.

Violenta con ſolatio.

Valde ſollicitum eſſe,aut multa uerba facere de hominibus quos nemo ullius eſſe precij putat,ineptum eſt.

Multitudo cogitationum, iudicium impedit. οἱ λόγοι κατακλείουσι τοὺς λόγους.

B

Inuidi contemnendi ſunt.

Quæ res inuidiam aut odium tibi peperit,ea re quanto melius & præclarius utêre,tanto magis inuiſus eris.

Cauſæ incrementum etiam effectū auget.

Ea quæ ad dicendum propoſita ſunt,nō abſoluere,nec inter ſe aptè omnia connectere,eorum eſt qui temerè,moleſtè,confuſeq; dicunt, quicquid in buccam uenerit,non prudentis oratoris.

Poetarum cognitio,puerili ætati aptiſsima & utiliſsima eſt,uel ob hoc, quòd iuniores à multis alijs peccatis abſtrahit,adultos uerò minus decet.

Nihil uetat exercitatum in arte poetica,rhetorica, & alijs ſcientijs & facultatibus,in uita communi rudem eſſe atq; ineptum.

Iſocrates pro eruditis & bene inſtitutis eos habet:

ἀγχίνοια πρακτική.

I. Qui quotidiana negocia dextrè adminiſtrant, ſagaciter animaduertunt quid locus,tempus,aliæq; circumſtantiæ poſtulent, qui plerunque id deligunt quod prodeſt.

ὁμιλητικὸς τρόπος.

II. Qui in conuictu & congreſsibus decorū & æquitatem obſeruant, aliorum inſuaues & moleſtos mores boni conſulunt,ipſi quàm fieri poteſt facilimos & modeſtiſsimos ſeſe præbent.

σωφροσύνη καρτερία.

III. Qui ſemper uoluptatibus imperant,rebus aduerſis nunquam nimis deijciuntur:ſed eas,ita ut & uiro & noſtræ naturæ excellentia dignum eſt, ferunt.

μεγαλοψυχία καὶ ἀταραξία, οὐ συνηγαγίους

IIII. Qui,quod ſummum eſt,proſperitate fortunæ non corrumpuntur, nec tumultuantes ueluti de gradu deijciuntur, elati ſuperbia: ſed ut uirum prudentem & conſtantem decet,ingenij prudentiæq; natiuis bonis,quàm attributis à fortuna muneribus,magis gaudent.

τελεία ἀρετή.

V. Qui animo non ad horum ſingula,ſed ad hæc uniuerſa bene compoſito ſunt & aſſuefacto: eos aſſerit,& prudētes eſſe,& perfectos uiros,& omnes habere uirtutes.

Pruden-

A Prudentis oratoris eſt, non indulgere ubertati ingenij, ſed modum ſeruare propoſitæ rei conuenientem.

Egregijs operibus ſedulò ſumma manus eſt imponenda, ne mors priuſ quã ea abſoluerimus, noſtram deſidiam occupet. *ὁ χρόνος ὁ διδόμενος ἡμῖν ὀλίγος ἐστί.*

Certa uel gloriæ uel ueniæ ſpes animos addit, ad ardua facinora ſuſcipienda.

Vt purpura purpuræ, aurum auro conferendum eſt, ſic magnæ ciuitates inter ſe comparandæ ſunt.

Spartanam urbem nonnulli tantis laudibus euexerunt, ac ſi in ea ſemidei rempub. adminiſtraſſent.

Athenienſes & potentia & rebus geſtis & beneficentia in Græcos, tanto ſuperiores Lacedæmonijs eſſe aſſerit Iſocrates, quãto Lacedæmonij ſint alijs hominibus præſtantiores.

Athenienſes, Græcas urbes condiderunt, Lacones euerterunt. *Laudabilius eſt οὐ τὰς ἀρχὰς ἀνελομένας.*

Euetus docet, urbes & regiones, ſi leges ſpectemus, eorum eſſe uideri, à quibus iurè & legitimè teneantur. Reuera eorum eſſe, qui rei militaris peritia clari, hoſtes in prælijs uincere poſſunt. *Coniungenda igitur erat rei militaris cum pacis artibus, ſciẽtia et exercitatio.*

*Laudandi ſunt, qui in alios beneficia multa cõferunt: qui uerò ſibi duntaxat proſpiciunt, pro iniquis habendi.

Horum amicitia expetenda eſt, qui eodem in alios animo ſunt quo erga ſemetipſos: formidandi, qui quum ſemetipſos tenerrimè diligant, hoſtile odium aliorum præ ſe ferunt. *κἀνὴρ δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκε.*

Xerxes triremes mille ducentas contra Græcos miſit, pedeſtris exercitus quingentas myriadas, inter quas ſeptuaginta myriades bellicoſæ fuerunt. *Maior lixarum & calonum numerus quàm militum.*

B Sapiens imperator cauſa uictoriæ eſt, ſtolidus ſubuertit omnia.

His teſtibus potiſsimum credendum, qui cum ſummo ſuo periculo rei geſtæ interfuerunt.

Apud Græcos, qui maris imperio potiebantur (id eſt, qui inſulas in poteſtate ſua habebant) illis pleræq; græcæ urbes parebant.

Iſocrates etiam in encomio fatetur culpam Athenienſium.

Beneuolentiæ ſignum eſt, ea ſuadere alijs, quæ tibi profuiſſe cognoueris. *Oratori cauẽda impudẽtiæ opinio.*

Improbi & temerarij magiſtratus ſemetipſos, amicos, patriam, ſocios, omnia deniq; ſubuertunt.

Quo clementius imperium, eo diuturnius.

Athenæ decennium omnibus & Gręcis & Barbaris reſtiterunt: paucioribus annis uires ſuas recuperarunt, quàm amiſerant. *Hoc uel potẽtiæ, uel ſolertiæ, uel felicitatis ſignũ eſt.*

Hoſtium ferocia compeſcenda, ſociorum inopia ſubleuanda eſt.

✝Criminibus etiam magna beneficia contaminantur. *✝Solida igitur laus magnam cautionem requirit.*

Vera crimina refutare nec poteſt, nec conari debet quiſquam.

* Quum nõnulli ſentiant, nec deos ab omni parte beatos eſſe, impudentiæ fuerit aſſerere, uel hominem, uel remp. aliquam omni uacare culpa. Plinius: Qui uitia odit, homines odit. ** Melior ſentẽtia eſt, μηδὲν ἁμαρτάνειν ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν.*

Malè audire uult, qui crimina quædam alijs obijcit, cum grauioribus ipſe conſtrictus teneatur.

Qui intelligunt ſe aliter ſalutem ſuam & incolumitatem tueri nõ poſſe, minimè grauatim ſumptus facere debent.

Magnis beneficijs paruæ iniuriæ ſunt condonandæ.

Menelaus ob modeſtiam Iouis gener factus.

Neſtor omnium ſuæ ætatis prudentiſsimus.

Agamemnon uir conſummatæ uirtutis.

Etiam quæ uera ſunt, niſi copioſa oratione explicentur, incredibilia uideri ſolent. A

ἀπιθολογητέον, καὶ ἀποδεικτέον

Glorioſorum militum eſt magna iactare, nihil probare aut oſtendere poſſe.

Digreſsiones moleſtæ uideri ſolent: & quum multi ſint qui eis abutantur, reprehenduntur à pluribus.

ὦ δόξα δόξα, μυρίοισι δὴ βροτῶν, μηδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγαν.

Idem Agamemnoni, quod Iſocrati et multis alijs uſuuenit, ut optimè de repub. meritus, minore gloria floreat, quàm multi homines futiles.

Laudes Agamemnonis.

Summa potentia & autoritate præditus, nemini nocuit, multis profuit, Barbaros debellauit, Græciæ principes obſeruantia maxima ſibi deuinxit, ſapientia potentiaq́ ſua Græciam contra incurſiones Barbarorum munijt: exercitum ingentem, uarium, iracundum, animoſum, inuidũ, ambitioſum, integrum decennium mirabili ſolertia in officio continuit & aluit, nullis laboribus defatigatus, nullis periculis deterritus, antequam bello infeſtiſsimo finem impoſuiſſet.

Excellens dignitas, ſiue conſenſu hominum delata, ſiue ingenio & uiribus parta, laudabilis eſt.

θαυματοποιΐα, ut, Velificatus Athos, epotaq́ flumina Medo.

Præſtantes pleriq́ uiri propterea minoris fiunt, quia ſunt qui portenta beneficijs, mendacia ueritati præferant.

Magnis ſtipendijs & donatiuis firmare dominatũ ſolent principes.

Milites aſſuefaciendi potius, ut ex hoſtili agro ſeſe alant: & principem cùm ſapientia excellere, tum erga ſe beneuolentia egregia eſſe putent.

Non ponendi ſunt rumores ante ſalutem.

Quæ ſingula repudiare non auderes, ea etiam uniuerſa probanda ſunt.

Si magna quæpiam ratio ſuadeat, uel honeſtatis uel utilitatis, reprehenſiones negligendæ ſunt. B

Non tam de menſura et modo orationis eſt laborandum, quàm de iuſta rei propoſitæ tractatione.

Iſocrates neglecta utilitate ſua, iuſticiam in ſcribendo eſt amplexus, & ſecutus.

Iſocrates magis dilexit diſcipulos uirtute & reb. geſtis claros, quàm eloquentia inſignes.

Eloquentia diſcipulorũ magiſtro, rectè facta, ipſorũ uirtuti tribuuntur.

Senectus obliuioſa & loquax.

Confeſsio culpæ, & ſimplex ueniæ petitio, præſtat ineptis excuſationibus.

Cauendum non modò ne quid falſi, ſed ne plura etiam quàm oporteat, dicas.

Inſignis Athenarum humanitas.

Meſſenijs extorribus Athenienſes Naupactum tradiderunt, Platæenſes ciuitate donarunt.

In curſu orationis incaleſcit animus, ut ſibi moderari ac temperare difficile ſit.

Nemo ſibi ſoli peccat, ſed omnibus.

Mali exempli autores maxime uituperandi.

Hæc mutatio ſeruitutis eſt, nõ adeptio libertatis

Athenienſes & Lacedæmonij ſic uti Græciæ principatu dicebantur, ut ſi quis ſeruos alienos in libertatem aſſertos, ſibi ſeruire cogeret.

Vide igitur quem patronum tibi adſciſcas.

Athenienſes imitati Lacedæmonios, quædam auarius & crudelius fecerunt.

Inanis excuſatiõ, nõ ſine exemplo eſſe improbum.

Autores & magiſtri facinorũ accuſandi: diſcipuli ab illis decepti ac ſpe fruſtrati, uenia dignandi ſunt.

Boni & prudentes, ſicubi ipſos errare contigit, indicatæ ueritati libenter aſſentiuntur, uulgus ineptum contumaciſsimum eſt.

Sunt qui tolerabiliter nulla de re dicere poſsint, & tamẽ tacere nequeãt.

a Quidam eloquentiæ laudem ex mendaci magniloquentia captant.

Oratoris eſt, præuidere atque anticipare hominum cogitationes, atque ad illas accommodare ſuam orationem, & obiectiones tempeſtiuè ac grauiter refutare.

Quum de geſto Græciæ principatu agitur, aliena eſt collatio Atheníenſis & Spartanæ politiæ.

Techna rhetorica eſt, in locum à re alienum, ed concludibilẽ in mala cauſa aberrare.

+ Athenienſes formam reipub. non ignoratione aliqua decepti, ſed neceſsitate coacti mutarunt.

+ Vt quimus, quãdo ut uolumus non licet.

Terreſtris militiæ longè melior diſciplina eſt, quàm naumachiæ.

Quum homines inopes, facinoroſi, rapaces in urbibus tolerantur, diſciplinæ ſanctitas interit.

Quum uexare inſtitueris illos, quibus dudum benefaciebas, amicitia in odium conuertitur.

ſed caſẽda, nõ acceſſenda eſt talis neceſsitas

Athenienſes, quum duæ res malæ propoſitæ eſſent, præſtare putarunt male facere quàm pati, atque alijs iniuſtè imperare, quàm huius criminis metu, uiolento & crudeli dominatu premi. id quod nemo prudens eſt, quin potius eligeret, paucis exceptis, qui ſapientiæ nomen falsò ſibi arrogarunt.

Popularis quidẽ & plauſibilis, ſed nec Chriſtiana, neq; philoſophica ſentẽtia

Monarchia uetuſtiſsimum imperij genus.

Qui de uirtutis laude contendunt, mox à primordio ętatis excellẽtiam ſuam oſtendere debent.

Tantum inter bonos principes & tyrannos intereſt, quantum inter uiros humaniſsimos & prudentiſsimos, atque ſęuiſsimarum ferarum immanitatem.

Quos laudare inſtituis, oſtendendum eſt, non ſolum ſcelerum expertes, ſed uirtute præſtantiſsimos etiam fuiſſe.

b Præclarè & ſanctè uiuere debent filij deorum.

Chriſtianos igitur petulantia dedecet.

Laudes Athenienſium.

Primi urbem habitarunt, legibusq; uſi ſunt: perpetuò ſtudium pietatis erga deos, iuſtitiæ erga homines, habuerunt: ſunt αὐτόχθονες.

Rariſsimum eſt, ut tyrannicæ & regiæ familiæ, quartam aut quintam ætatem attingant.

Non proſpici aut expectari ſemper poteſt occaſio, qua dicatur aliquid aut agatur opportunius.

Democratia, id eſt popularis ſtatus, eſt humaniſsima, iuſtiſsima, ciuib. utiliſsima & iucundiſsima politia: ea nimirũ quę eſt Ariſtocratia, id eſt cum optimi præſunt.

Multi perperam ſentiunt & loquuntur, non ingenij uitio, ſed negligentiæ culpa.

Iſocrates tria genera rerumpublicarum numerat, oligarchiam, democratiam, monarchiam.

Ciuitates quocunq; imperio regant, florẽt, quãdo magiſtratus et actiones uiris optimis & prudentiſsimis ac diligentiſsimis mandantur: affliguntur, quum peruerſiſsimis.

Qui quum ſecuri ſunt, aſſentatoribus aures præbent, in periculis & metu optimorum & prudentiſsimorũ opem implorant: aliàs feliciores, aliàs miſeriores erunt.

*Iſocrates diuinat locos à ſe obiter indicatos, alijs uberem diſſerẽdi materiam præbituros.

**Ariſtotelẽ ac multũ fortaſsis innuit, qui τὰ περὶ μετέωρα καὶ ἱστορίας atque alia plura fortaſsis eſt à noſtro autore mutuatus.*

Pro ingenijs auditorum, iudicia de Orationibus fiunt.

Iſocrates faſtidioſos & futiles auditores perpetuò contempſit, idq; prudentibus omnibus eſt faciendum.

Lector prolixitate orationis non offendetur, ſi in ſua poteſtate eſſe cõgitet, tantum legere quantum uolet. A

Libentiſsime audiendę ſunt, & maxima cum utilitate tum priuata tum publica audiuntur, orationes, quibus aut egregia facta præſtãtium uirorũ, aut laudabilia ciuitatum inſtituta referuntur.

Reges Attici populum ad uirtutem, iuſticiam & temperantiam, accurata diſciplina aſſuefecerunt.

Sic egregia dicta præſtantibus uiris occaſionem dant memorabilium facinorum.

Homines ingenioſi, ex aliorum factis egregia dicta exculpunt.

* Democratici magiſtratus, uolũtate populares, regijs moribus præditi eſſe debent.

Repellendi à gubernaculis ciuitatum:

πᾶς ἰδιώτης χρηστὸς καὶ κρατερός.

1 Quibus nemo priuatim quicquam credere audeat. 2 Qui corpora ſua probris & morbis contaminarunt. 3 Qui patrimonia in turpes uoluptates profuderunt. 4 Auræ popularis captatores, atq; aſſentatores. 5 Qui ærarium depeculantur. 6 Qui populo inuidiam conflant & odium.

O libertatis & patriæ defenſores.

Sociæ ciuitates libentius hoſtibus, quàm præſidijs Athenienſium portas aperuerunt.

Nemo improborum magiſtratuum aucupia & ſcelera percenſere omnia poteſt.

Magiſtratus creari debent ex uiris prudentiſsimis, optimis, uitæ honeſtiſsimæ: atq; ijdem exercitibus, legationibus, ac deniq; omnibus ciuitatis muneribus præficiendi.

Qui inter multos ſapit, etiam ſolus de rebus omnib. rectè deliberabit.

Magiſtratus creandi ſunt, qui à tribulibus cæteris omnib. pręferuntur.

Populus Athenienſis plus mille annis Democratia uſus.

De rebus, quibus ipſe dum fierent non interfuiſti, nihil uetat tanquam de compertis dicere, ſi ueterum dictis & ſcriptis multi prudentesq; fidem adhibent. B

ἡ ἀκοὴ τῆς ὄψεως πολυμαθεστέρα.

Multo plura & pulchriora auditu, quàm uiſu, cognouimus.

Obiectiones leuiores, nec prorſus negligendæ, ne ueritati noceant: nec prolixius refutandæ ſunt: ſed obiter eas nugas eſſe, oſtendendum.

Negligendæ ſunt eorum reprehenſiones, qui nihil aliud niſi cauillari didicerunt.

Lycurgus mutuatus ab Athenienſibus:

1. Democratiam ariſtocratia temperatam. 2. magiſtratuũ creationem non ſorte, ſed electione. 3. Senatum ſummæ autoritatis ad exemplum Areopagitarum.

Coniuncti affectus hi ſunt interdum, admiratio, inuidentia, imitandi deſiderium.

Magnum eſt, ita rem probare, ut nec aduerſarij & diuerſa factio, negare auſint.

Mel felle temperatum propinant homines, nec uere ſapientes, nec uere boni.

Athenienſes & Lacedæmonij Græciam & beneficijs & cladibus maximis affecerunt.

Artis eſt, uti poſſe uictoria.

Non ſatis eſt potitum eſſe uictoria, niſi in poſterum etiam tranquillitati & ſecuritati reipublicæ prudenter conſulatur.

Grauiter iraſcẽdũ eſt capitalib. inimicis, ut ad ultionẽ extimulemur.

Græci non eo, quem magnitudo Barbaricarum iniuriarum merebatur, dolore & iracundia contra Perſas exarſerunt.

Fatalis etiã Chriſtianorũ eſſe uidetur hæc miſeria, ſiue amentia.

Græci quum Barbaros terra mariq; uincere facile potuiſſent, icto cum rege Perſarum perpetuo fœdere, eius opibus confiſi & adiuti, ſeſe mutuò ciuilibus bellis dilacerare nunquam deſtiterunt.

Plutus ſtultorum deus.

Græci æmulatione quadam adulationis Barbaricas opes adorarunt.

Græci Barbaris opitulati, ut aucta eorũ potẽtia facilius expugnarent.

Infida

A Inſida ſocietas eſt, ubi nihil communi conſilio geritur.

Veteres Græci credebant, iuſtiſsimum bellum toti humano generi eſſe contra belluarum immanitatem: proximum ab hoc, Græcis omnibus contra Barbaros, qui et natura eſſent hoſtes, & ipſis perpetuò inſidiarentur.

Hoſtes ſuos noſſe prudentiæ eſt.

Veteres Athenienſes ſacrilegium eſſe putabant, cognatas, id eſt Gręcas ciuitates ſeruitute opprimere.

Nunc ui geritur res.

Homines ſapientes & fortunati, aliorum ſtulticiæ & miſeriæ conſulere (debent.

Nemo ſibi ſoli ſa pere et felix eſſe, ſed etiam alijs debet.

Athenienſes legatis miſsis autoritate inſignibus, concordiam effecerũt in exteris urbibus.

Ingenia ita natura diſtorta, ut legibus obtẽperare nequeant, peſtes ſunt rerumpublicarum.

Primum igitur eſt bene naſci, proximum rectè inſtitui, poſtremũ exterminari

Priuata pericula reipub. curam excutiunt hominibus.

Turpe duci eſt, amiſſo toto exercitu ſolum euadere.

Religio ſepulturæ non humano ingenio inſtituta, ſed à diuina potẽtia mandata eſt.

Potentes concedere non debent, ut ius gentium à quoquam uioletur.

Homines ſuperbi & feroces, autoritate & metu potentiorum moti, de pertinacia ſua remittunt aliquid, atq; prudentiora & humaniora conſilia capiunt.

Prudentiæ eſt, ubi quid dictum admiſſum'ue fuerit inhumanius, transferre poſſe culpam in iniurias aduerſariorum.

*Qui nunc ſic, mox aliter, eadem de re dicit, is haud obſcurè indicat, uel argumẽtum eſſe minimè ſerium, uel ſe de ueritate narrationis non magnopere laborantem, aliquid aliud habere propoſitum.

** Iſocrates in Panegyrico Thebanos prælio uictos, hic oratiõe perſuaſos eſſe ſcribit ab Athenienſibus.*

B Oratio pleriſque mirabilis, ęquè tamen uera ut cętera. Iſocrates alteram propoſitionis partem, ſi prior eſt explicata prolixius, ijſdem uel pluribus uerbis repetit.

Si ſuperiora falſa, ergo hæc etiã non uera.

Iſocrates res ęquiores & pulchriores ad perorationẽ reſeruaturum ſe dicit, attentionem captans.

ἀρχομένῳ καὶ τελευτῶντι λόγῳ τηλαυγὲς εἶναι δεῖ τὸ πρόσωπον.

† Dorienſes, maiores Lacedæmoniorũ, pulſis iuſtis poſſeſſoribus, Peloponneſum occuparunt.

† Vi geritur res.

Superba ingenia æquum ius aſpernantur, principatum appetunt, imbecilliores opprimunt.

Certæ ſunt periodi & uices imperiorum.

In eadem ciuitate tolerare, & ſocios ac participes habere omnium rerũ eos, quos grauiſsimis iniurijs affeceris, Spartani ſtulticię eſſe duxerũt, peſsimeq; ſecuritati proſpectum.

Lacedæmonij aduerſa factione in agrum eiecta, eius animos ſeruilem in modum compeſcuerũt, aſsignata agrorum peſsimorum tanta portione, ut ærumnoſo labore uix habere poſſunt unde uiuant, parte maxima periculorum laborumq; ipſis impoſita.

Impotens dominatus.

Apud Græcos nec improbiſsimos ſeruos indicta cauſa licuit occidere.

Victorias de ciuibus & gentilibus partas, nihil prohibet eſſe magnas, atroces, uictis miſerabiles, uictoribus fœlices, ſanctæ tamen & honeſtæ & glorioſæ non ſunt.

Lacedæmonij propter auariciam perpetuò bella gerunt.

Nomen uirtutis bonis uiris proprium, cum pietate & iuſticia mentibus inſitæ.

τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα τῶν πολυτίμων.

Qui potentiam & opes quocunq; modo partas laudant, oſtendunt ſe nec uirtutis amantes, nec uitiorum inimicos eſſe, modò auariciam & ambitionem ſuam expleant.

Iſocrates miratur, eſſe qui uictorias iniuſtas non turpiores exiſtiment, quàm clades fortunæ iniquitate acceptas.

Nihil ſine iuſticia laudabile.

Magni atque improbi exercitus, ſæpe uincunt bonos uiros, patriæ que amantes.

Actionũ cauſas honeſtas eſſe oportet.

Qui propter alienarum opum cupiditatem mortem oppetere non dubitant, non magis laudandi ſunt, quàm mercenarij milites.

Dictorius contrà. Veridico ſiunt omnia iudicio. Et Hippocrat. ἀρχὴ μὲν αὐτόματον, αἰτία δ᾽ ἐπὶ αὐτόματον.

Quòd boni uiri nonnunquam infœlicius pugnent, quàm iniuſti & rapaces: id Iſocrates negligẽtiæ deorum, id eſt fortunæ temeritati adſcribendum eſſe putat.

Nihil neque ſanctũ, neque præclarum eſt, quod ſine iuſticia fit, aut dicitur. ὅσιον δ᾽ ἱδρυμένον, καὶ μὴ ἀπηγορευμένον.

Athenienſes facta ſua totius Græciæ iudicio probari uoluerunt.

Iſocrates ſe breuiter expoſiturum dicit.

1 Qui fuerint hoſtes Athenienſium. 2 Prælia memoratu digna. 3 Duces Athenienſes. 4 Cauſas belli. 5 Copias & ſocios hoſtium.

Ita plerique agunt, ut occaſiones, ut utilitatis ratio, ut conſilia incidunt.

Rebus ſecundis non efferri, difficile eſt.

Ver. Neſcia mens hominũ fati ſortis que futuræ. Et ſeruare modum, rebus ſublata ſecundis.

Quidam honeſtis prudentibusque conſilijs & actionibus magnas opes & gloriam adepti, propter earundem rerum abundantiam elati, & deprauati animis, ad ſummam inopiam & humilitatem rediguntur.

Moderatio in rebus ſecundis glorioſior eſt, quàm uictoria in bellis.

Moderatio animi peculiaris eſt bene natis, educatis & eruditis, & ubique ac omnibus eſt utilis.

Animoſus bellator idem, & homo flagitioſiſsimus eſſe poteſt.

7 Laudationes clariſsimis facinoribus, & in primis memorabilibus terminari plerunque ſolent.

In emendatione ſcriptorum, prodeſt accerſere eos qui moroſè iudicent, libereque reprehendant quicquid diſplicet. B

Inueniſſe præclara inſtituta & mores, iisque tum ipſum eſſe uſum, tum alijs commonſtraſſe, præclarum eſt.

Iſocrates ſibi turpe eſſe putat, ut quiſquã ſuorum diſcipulorum improba dicat.

Cauendum, ne quid impium, falſum, & ipſum ſeſe euertens, grauibus uiris præſertim præſentibus loquamur.

τῶν ἐπιτηδευμάτων τὰ ὑπὸ πάντων προκριθέντα.

Nemo eſt quin pulcherrima ſtudia eſſe ducat, pietatem in deos, iuſticiã erga homines, prudentiam in cæteris rebus & actionibus.

Artes & inſtituta laudabilia inueniunt homines præſtantiſsimis ingenijs, ueterum inuentorum peritiſsimi & ſtudioſiſsimi.

Barbari multarum artium & magiſtri & diſcipuli, ſunt Laconibus eruditiores, qui nec literas diſcere ſolent.

Literarum magna laus eſt, quòd earum periti, omnium ætatum res geſtas cognoſcere poſſunt.

Laconica diſciplina ad nocendum alijs comparata, furandique dexteritas in primis laudata.

Pro ſtultis habentur laudatores eorum, qui ab uſitatis omniũ hominũ moribus longè receſſerunt.

Homo ſanæ mentis emori malit, quàm per ſcelera ſe ad uirtutis exercitationem præparare.

Senioribus uerecundè reſpondendum: nec tamen propter ætatis autoritatis ue reuerentiam, cauſa noſtra deferenda eſt.

Nemo igitur temerè laudandus.

Moleſtum eſt eorum uituperationes, quos laudare conſueueris, non poſſe refutare.

Pulcherrima inſtituta Laconum ſunt: exercitationes, ſtudium fortitudinis, concordia, cura rei militaris.

A Circumſpectè cauteq́ loquendum, ne quod uocabulũ anceps, aduerſarijs anſam calumniandi præbeat.

Artis eſt, in narrãdo & dicta & facta aſperiora uel diſsimulare, uel mollioribus uerbis obtegere.

Non nimis ſeuerè & acriter eſt in amicorum dicta inquirendum.

Crimina quæ tollere non poſſumus, declinare tamen aliquantulum, laudi datur.

Audax oratio prudentem apologiam poſtulat.

Qui res optimas ad perniciem hominum conuertunt, improbiſsimi & odioſiſsimi ſunt.

Falluntur, qui ſtatim eos laudant, qui pulchris inſtitutis occupari uidentur, antequam uiderint, quid & publicis & priuatis in rebus, tum dicant, tum faciant.

Non natura, ſed uſus rerum, nobis uel prodeſt, uel obeſt: ac omnia ferè quæ ſunt, tam ad perniciem, quàm ad ſalutem hominum conuerti poſſunt.

Eadem alijs nocent, alijs proſunt, non quòd ipſarum rerum natura ſibi aduerſetur, ſed quòd alij bene, alij male rebus utuntur.

Quicquid ad hominum cladem confertur, quantumuis per ſe prę clarũ, uituperio eſt, non laudi datur.

Lacedæmonij inter ſe concordes, ſeditioſas Græciæ urbes occuparunt. *Miluus utrũque bellatorẽ rapit.*

Nec latronum, nec piratarum ſocietas, ſine concordia conſtare poteſt.

Seditioſæ ciuitates prædæ ſunt tyrannis.

Triballi circum ſeſe, pulſis finitimis, maximam uaſtitatem fecerunt. *Maluerunt nullos quàm malos uicinos habere.*

Boni uiri ſapientiæ, iuſticiæ, cæterarumq́ uirtutum naturam imitari debent, quæ non ſibimetipſis proſunt, ſed eos fœlices beatosq́ reddunt, in

B quorum animis ſedem fixerunt.

Homo improbus eos perdit, ad quoſcunq́ acceſſerit, illorumq́ bona ſibi circumdare ſtudet. *Improbus homo peſtilẽtiæ, incendio aut inundationi ſimilis.*

*Homo ingenioſus, multarum rerum peritus, eloquentia clarus.

Adoleſcentulorum laudationes & uituperationes, non ſunt magni momenti. ** Egregiæ laudes.*

Refutatio falſarum opinionum, & prudentiores & modeſtiores efficit homines. *Cur igitur nos uinci tam ægrè ferimus.*

Prudentia nunquàm eſt ſine modeſtia. συνεσταλμένην ἔχειν τὴν διάνοιαν χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας.

Elatio animi & iuuenilis exultatio, ſeni turpis eſt.

Proſper ſucceſſus uel actionum uel orationũ, inflat animos, præſertim ſi lauderis. *ἰωτερυφία, monſtrũ expugnatu difficile.*

Quę animo concitato iucunda fuerant, pòſt ſedato moleſta fiunt.

Scripta, etiamſi diſpliceant, abolere difficile eſt autori, labores ſuos conſideranti. *Præſtaret nihil ſcribere, ſi tenuius eſt ingenium, doctrina & ocium deeſt.*

Si quibus è rebus, dubitationibus æſtuantes, ipſi nos explicare nõ poſſumus, conſultiſsimum eſt, prudentium amicorum conſilium expetere & ſequi.

Auſcultationes Græcorum non mutæ fuerũt ut noſtrates, ſed bene diſſerentium orationes cum plauſu exceptæ. *ἔπαινοι, κρότοι, θόρυβοι.*

Quædam ita inuoluta & perplexa ſunt, ut ea neq́ credere, neq́ refutare libeat.

Studioſi diſcipuli, quicquid præceptor dicit, aut facit, laudare ſolent, ac imitari.

In conſilium adhibendi ſunt uel prudentiores, uel hi ſaltem qui liberè dicturi ſunt, quid ſentiant, non κωφὰ πρόσωπα.

Callidi

Diligēter igitur prouidendum, non quid loquātur, aut præ ſe ferant, ſed quid ſentiant et uelint.

Callidi homines multa dicunt, non ex animo, ſed ut alterius ingenium aut animum explorent. A

Magiſter exemplis propoſitis periculum facere debet, an diſcipuli præcepta teneant, eaq́ ad uſum accommodare poſsint.

Oratores quædam dicunt, non quòd ita ſentiant, ſed ut auram popularem captent, uulgiq́ opinionibus ſatisfaciant.

Proinde magna ſæpe criticorum inſcitia & temeritas.

Conſiliũ excellentis ſcriptoris ubiq́ poſſe intelligere, eſt magni iudicij.

Eoſdem ſummis laudibus extuliſſe, & pòſt extremè uituperare, magnæ leuitatis eſt.

τὰ κοινὰ καινῶς λέγειν.

Vetus argumentum noua ratione tractare poſſe, admirationem excitat.

Comparatione rerum, quarum aliæ laudentur, aliæ uituperentur, acrior fit oratio, & efficacior.

Nõnulla tam artificioſè ab oratoribus uerbis ambiguis implicantur, ut quæ imperiti uituperari putant, ipſi laudent.

Vitia uirtutibus affinia.

Superbia ſpeciem quandam grauitatis habet & magnificentię: ęqualitatis ſtudium, humilitatis eſt.

Bellicoſi opes facilimè parant & tuentur, quod uirorum officium eſt: contrà pacifici.

Ambiguis uerbis uti in contractibus, improbitatis eſt. Sed quum de ingenijs, moribus, & actionibus hominum oblectationis cauſa diſſeritur, feſtiuum eſt.

Ludit amphibolia uocabuli. nam πλεονεξία ſignificat alias auariciam, aliàs prærogatiuam.

Duplex πλεονεξία, id eſt præcellentia: λῃστρικὴ, eorũ qui lucri gratia mentiuntur, peierant, defraudant: βασιλικὴ, horum qui opibus, dignitate, potentia omnes ſuperant.

Omnes ſummum bonum eſſe putant, alios antecellere, eamq́ facultatẽ uel ſibi uel ſuis liberis dari exoptant. B

Quæ oſcitabundi lectores ſimplicia & facilia eſſe putant, illa eadẽ acuti & diligentes difficilia, multiplicia, magno artificio confecta, multipliciq́ doctrina referta eſſe intelligunt.

Mendacia turpia ſunt, quibus ciues læduntur: urbana, quæ auditores ſimul & oblectant & exhilarant.

** Ideo fit ut nugaces libelli emantur, optima ſcripta negligantur.*

* Scriptum quo planius, eo popularius & gratius.

Scripta obſcura & difficilia, quantumuis præclara, paucos lectores inueniunt.

Quo res maioribus laboribus parta eſt, aut cognita, eo pluris fieri ſolet.

Nemo ſapit aut deſipit omnibus horis.

Interdum ſapientiſsimi falluntur, contemptus homuncio dat optimum conſilium.

Sic rude uulgus aſpernari ſolet omnem ſapientiam.

Lacedęmonij nihilo magis curabant orationes Athenis ſcriptas, quàm ea quæ ultra columnas Herculis dicebantur.

Negligenda omnia quæ temerè dicuntur, amplectenda quæ rationib. probantur.

Præiudicia in utramq́ partem magnã uim habent.

Interdum legitur liber, non propter res ipſas, ſed propter ſcriptorem.

Quicquid infra lunæ globum, et cladib. & mutationibus obnoxiũ eſt.

Nulla ferè urbs eſt, in qua non aliquando & iniuſtæ cædes fiant, & rapinæ, & ſtupra, & commutationes reipub. & agrorum diuiſiones, &c.

Egregiarum rerum ſcriptor egregius, nomen ſuum non minus immortalitati commendat, quàm eos quorum facinora celebrat.

ἐκ μόνου ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀθανάτοιο

Ingenium, uitæ ordo, induſtria, doctrinæ ueritas, felicitas & gloria Iſocratis admirabilis.

Iſocr. hic ſibi ſcripſit epitaphium. Paſcitur in uiuis liuor, poſt fata quieſcit.

Præſtantium uirorum gloria, poſt obitum maior, & minus inuidioſa.

Immortalitas deorum, uitæ perpetuitate: hominum, bonę famę perennitate eſt ęſtimanda.

Popu-

A Popularem opinionem nemo contemnit, ſed prudentium uirorum iudicijs comprobari præſtat, quàm ab alijs omnibus laudari, etiamſi numerus omnium hominum duplicaretur.

Verè eruditis, non ſimulatoribus doctrinæ gratificandum.

Ineptus orator, plures habet qui dormiant, quàm qui auſcultent.

Ingenium & induſtriam diſcipuli laudat Iſocrates.

* Cum morbis fortiter & generoſe pugnandum.

† Morbus & ſenectus hominem facilimè conficiunt.

*Tacere præſtaret, quàm moleſtè loqui: * Sed difficile eſt pugnare, quum uires deſunt. † Cur uerò ſeneɩtam auari?*

Quod ſæpe legitur, neceſſe eſt ut aliquas habeat uel utilitatis, uel uoluptatis illecebras.

Turpis ignauię fuerit, paruum laborem fugere, quum & alijs prodeſſe, & gloriam adipiſci poſſes.

Multa inter amicos & dicuntur & fiunt, quæ ab ignotis conſpecta, uel aſſentationi, uel ſtulticiæ tribuerentur.

Iſocrates morbo ſeniocꝫ confectus, ea ſcripſit quæ alius eodem modò afflictus, auſcultare recuſaſſet.

Diſcernendæ ſunt orationes demonſtratiuæ à forenſibus.

Veritatis in oratore ſtudium, impoſturis eſt præferendum.

Obiurgare peccata & monere præſtat, quàm ad gratiam loqui.

Nemo nimiũ ſuo iudicio fidere debet, præſertim ſi eſt homo ignauus & incogitans.

Non ſubitò ac temerè pronunciandum, ſed eruditorum & peritorum iudicijs aſſentiendum, niſi ſtulticiam tuam prodere cupias.

GNOMOLOGIAE EX ORATIONE

ad Philippum.

B Nihil temerè aut ſubito motu aggrediendum eſt, ſed maturè deliberandum.

A' dandis conſilijs abeſſe debet aſſentatio: eius cui conſilium datur, utilitas, & rei ueritas ſpectari debet.

Qui inter ſe diſſentiunt, utricꝫ habent ſuffragatores ſuos.

Fit aliquando ut homines inter ſeſe dimicent, non de ſuis, ſed de aduerſariorum commodis. id quod ſtulticiæ argumentum eſt.

Pondus rerum in orationibus, pluris fieri debet, quàm uerborum concinnitas.

Omittenda ſunt, quæ ſæpe malè ceſſerunt, & fugienda tanquam omi(noſa.

Coloniæ deducendæ ſunt in loca, ubi ſeruiles homines ſunt, nõ ubi degunt imperij cupidi.

Si recta conſilia audirentur, plericꝫ & ſibi & alijs minus moleſti eſſent.

Etiam iniqua pax iuſto bello præſtat.

Difficile eſt ea miſſa facere, in quæ toto animo incubueris.

In longitudinem conſulendum eſt, ac proſpiciendum, ne mox rectorũ conſiliorum pœniteat.

Cauendũ tamen ne pietas aut honeſtas uioletur.

Oratione tractari debent argumenta honeſta, & reip. utilia.

Cõſulendę ingenij & ætatis uires, ſi qua de re dicturus ſcripturus'ue es.

Difficile eſt, de eodem argumento aliter atque aliter, nõ incommodè, nec ineleganter dicere.

Præclara eſſe neceſſe eſt, quæ etiam conſentiente inuidia celebrantur.

Nullæ difficultates nos remorari debent ab utili honeſtocꝫ propoſito.

Irritæ orationes ſunt, quæ habentur ad promiſcuam & negligentẽ publicæ utilitatis multitudinem.

Qui conſultum reipublicæ uolunt, orationi ſuæ uirum autoritate, ſapientia, opibus præſtantem, patronum deligere debent.

Danda quidem eſt opera, ut grata & iucunda dicantur auditoribus, ſed præcipuum tamen id eſſe non debet. A

Diuitiæ & potentia, tum perſuadere, tum cogere poſſunt, & pariunt illam παθανάγκην Themiſtoclis.

Diſſentientibus perſuadenda eſt concordia, hoſtes ui & armis cogendi ſunt.

Arrogantes & fortunati, non æquis animis audiunt aliorum conſilia.

Modeſti homines breuiter percurrunt ea, quæ cum ſuis laudibus coniuncta ſunt.

Multi temerè damnant non ſatis cognita, quæ poſtea maximè probant diligentius conſiderata.

Finis orationis expectari debet: neq; ſtatim reſiliendū eſt, ſi quid initiò minus probabile, uel aſperius dicitur.

Actione ſeu pronunciatione, uis orationum maximè adiuuatur.

Quid ſingulis expediat, ſine circumſtantiarum conſideratione, rectè conſtitui non poteſt.

Qui ſapientum conſilijs obtemperant, rem prępclarè gerunt.

Cautione maxima eſt opus, ſi quem, præſertim autoritate magna præditum, reprehendere uelis.

Rhetorum præcepta, & ad ſuauitatem ualent, & ad perſuadendum.

Senes rerum cura magis quàm uerborum occupantur.

Eruditi hominis eſt, attentè audire ac perpendere momenta rerum.

Proceribus conciliatis inter ſeſe, non difficile eſt etiā multitudinis diſſenſiones tollere.

Gratia debetur etiam uetuſtis beneficijs.

Prima cauſa rerum inueſtiganda. B

Fragilitatis humanæ proprium eſt, labi, errare, decipi.

Veteres offenſæ beneficijs recentibus abolendæ.

Beneficia tempeſtiuè data, gratiſsima ſunt.

Homines fatigati malis, ultrò tandem in gratiam redeunt.

Violenti & rapaces, pari iure non facile acquieſcunt.

Qui fortunam propiciam habent, difficilima quęq; facilimè conficiūt.

Magni animi eſt, res arduas aggredi.

Etiam inimiciſsimi redire per occaſionem in gratiam, ſeq; mutuò iuuare ſolent.

Solius utilitatis à pleriſq; ratio ducitur.

Bellis efferantur animi, & diſciplina ciuitatum perit.

Qui res ſecundas rectè ferre nequeūt, in grauia mala temeritate ſua ſeſe conijciunt.

Summa miſeria eſt, cum potentioribus bellum gerere.

Principatus interdum pernicioſus eſt.

Viri ſapientia & fortitudine pręſtantes, etiam deſtituti opibus, res magnas gerunt.

Exemplis, rerum natura & proprietas declaratur.

Hæ actiones potiſsimum ſuſcipiendę ſunt, quę & honores & uoluptates pariunt.

Eadem alijs honeſta, alijs indecora ſunt.

Turpe eſt à uirtute maiorum degeneraſſe.

Fama non negligenda eſt.

Ex affectibus & ſermonibus amicorum & inimicorū intelligitur, quid nobis expediat, aut obſit.

Qui pacificationi ſtudent, ijdem eſſe debent omnibus.

Non

A Non omnes qui ſapiunt, rempubl. gerere, aut in publico uerba facere poſſunt.

Magna gloria eſt, florere beneuolentia ciuium.

Aliquid eſt, quæ ipſe nequeas exequi, alijs poſſe præcipere.

Opera dãda eſt, ut alios aut adiutores, aut noſtri ſtudioſos habeamus.

Si duæ cupiditates unà locum habere nequeunt, altera, quæ leuior & minus utilis eſt, repudiari debet.

Ex aliorum erratis rectiſsimè perſpicitur, quid nobis ſequendum, quid fugiendum ſit.

Non eſt encomium canendum ante uictoriam: & cum res ſecundiſsimæ ſunt, aduerſam ærumnam cauere maximè decet.

Timidi homines iuriſiurandi religionem, metu ſubacti, facilè uiolant.

Præſtantiſsimi uiri, fraude & perfidia aduerſariorum plerunque pereunt. *Fraude perit uirtus.*

Orationes ad oſtentationem comparatæ, ornamentis uerborum & ſententiarum elaboratiſsimæ debent eſſe.

Suaſoriæ orationes de reb. magis quàm de uerbis ſollicitæ eſſe debent.

Vt uitia, ſic etiam calamitates, interdum aliquos nobilitant.

Non eſt reprehendendum, ſi res poſtulat, ijſdem uerbis & ſententijs, alijs atq; alijs locis uti.

Multum intereſt, quæ ſint uires, res geſtæ ac ingenia hoſtium.

Spe libertatis oſtenſa, tyranni uel opprimuntur, uel deſeruntur.

Et pacis & belli artibus præſtare decet eum, qui regno & imperiò dignum ſe perhiberi uelit.

Tyranni ſimulatione amicitiæ, ob metum coluntur, diſsimulatis odijs.

B Inepti ſunt, qui de rebus ſibi ignotis, peritiſsimis præcipiunt.

E cæteris actionibus coniectura ſumitur, quid nam aliquis in hoc uel alio caſu facturus fuiſſet.

Tyrannica imperia ſine ſeditionibus, cædibus, & perturbationibus, non conſtituuntur.

Ingenia eorum conſideranda ſunt, quibus imperare uelis, utrum liberalia uel ſeruilia ſint.

Tyranni malè pereunt.

Hercules prudentia, eruditione, iuſticia magis excelluit, quàm uiribus corporis.

Cum breuitati ſtudendum eſt, hi loci excerpi debent, qui ſunt ad inſtitutum aptiſsimi.

Optimum exemplar ad imitandum proponi, & quoad fieri poteſt, exprimi debet.

Sæuitia odioſa eſt, humanitas grata & iucunda omnibus.

Viri magnanimi ea ſuſcipere debent, quæ uotis ſimilia ſint, fieri tamẽ haud nequeant.

Erronibus militibus abutendum contra Barbaros: & efficiendum eſt, nõ modò ne nobis formidini ſint, ſed ut ab externo metu ſecuros reddãt.

Etiam honeſta oratio interdum gloriam parit, tametſi euentus non ſequatur.

Turpe eſt ab illis audacia & fortitudine uinci, quibus præſtantiores uideri uolumus.

Inſania eſt inteſtina bella gerere, & gentiles hoſtes uel iuuare cõtra noſtros, uel certè confirmare illorum opes & potentiam.

Ciuis officium eſt, ut ſua repub. contẽtus, abſtineat rebus ad ſe nihil attinentibus.

Excellētem principem decet, totam nationem patria charitate complecti, & proea pericula adire. A

Sunt qui ipſi nihil agant, aliorum dicta & facta tamen omnia cauillentur & uituperent.

Suam quiſque induſtriam ad ſalutem & fœlicitatem patriæ conferre debet.

Oratorum gloriæ inuidetur à multis, at ſalutaribus principum actionibus fauent omnes.

Miſsi faciendi ſunt qui aſpernantur ſalutaria conſilia, & ad alios conuertenda oratio.

Gloriæ cauſa potius quàm ob auariciam periclitandum eſt.

Veræ gloriæ ſtudium laudabile eſt, cæterarum rerum immoderata cupido uituperatur.

Certiſsimum liberis ſuis patrimonium relinquit, qui ciuium beneuolentiam & honeſtam famam relinquit.

Non aliorum conſilia duntaxat ocioſè audienda ſunt, ſed ipſi quoq; diligentiſsimè de rebus cogitare debemus.

Multo facilius eſt, magnum imperium propoſita ſpe libertatis, diſſoluere, quàm ad ſeruitutem conſtituere.

Maximè diliguntur, qui ciuibus proſunt, nō qui ſuas opes amplificant.

Præclariſsimum facinus eſt, diſſentientes conciliare.

Qui & in toga & in armis clari ſunt, maximè celebrantur.

Deus cum propitius eſt, ad mutuam beneficentiam homines excitat.

Magna fœlicitas, non humanæ ſolertiæ tribuenda, ſed diuinæ benignitati accepta ferenda eſt.

Deus ſucceſſus in rebus minoribus, ad grauiora uult transferri & prouehere. B

Turpe eſt, fortunam recte prȩeuntem non alacriter ſequi, neq; ultrò ad maiora uocanti obremperare.

Adhortationes ad res prȩclaras, laudationibus prȩferendȩ ſunt.

GNOMOLOGIAE EX ORATIONE de Pace.

OBſequium amicos, ueritas odium parit.

Pacis & belli recta adminiſtratio fœlicitatis autor eſt.

Maximæ familiæ ab aſſentatoribus euertuntur.

Oratores ſtudioſiores aſſentationis quàm ueritatis ſunt, ſi ab hac abhorrere auditores, illa delectari perſpiciunt.

Maximȩ hominum parti factu nihil eſt difficilius, quàm ut prȩſenti ſtatu conrenti uiuant.

Plerique ob incertam ſpem, certis periculis caput & fortunas ſuas obijciunt.

Multi temerè aliorum cōſilijs turbulentis obtemperant.

Certȩ & exploratȩ res, non conſultationem, ſed actionem poſtulant.

Incerta pro certis haberi non debent.

Maximam uim fortuna in utranq; partem habet.

Nihil periculi metuendum eſt ab his conſiliarijs, qui noſtris cupiditatibus refragantur.

Facilimè decipit ad uoluptatem audientis comparata oratio.

Contrarię rationes audiendȩ ſunt, ſi rectè iudicare uelis.

Pacata conſilia tutiſsima, bellica periculoſa ſunt.

Reſpublica nō minori curȩ nobis eſſe debebat, quàm priuatæ opes. uerum id minime fit à pleriſq;.

A Prudentiores in conſilium adhiberi debent.

Dementiſsimi & perditiſsimi quique, à ſtulto uulgo maximi fiunt, & pro popularibus habentur.

Arduum eſt, populi cupiditatibus aduerſari.

Vulgus iniquiſsimo animo patitur ſe reprehendi.

Qui ſuis compendijs non ſtudent, liberè conſulunt.

De ſumma rerum rectè deliberandum eſt, non de una aliqua particula.

Inſaniunt, qui iniuſticiam lucrum eſſe cenſent.

Sunt quidam ita temerarij, ut neſciant quem ſuorum conſiliorum & actionum finem propoſitum habeant.

Bene cum urbibus agitur, 1 quæ in tuto ſunt, 2 quæ annonæ copiã habent, 3 quarum ciues concordes ſunt, 4 de quibus exteri bene loquuntur & ſentiunt.

Bella ciues exhauriunt, agriculturam, nauigationem, negociationem tollunt.

Auaros & rapaces nemo uicinos habere uult.

Non ſatis eſt, moram ſaltem aliquam producere malis, ſed ea in uniuerſum tolli debent.

Tranquillitas tumultui præſtat, iuſticia iniuriæ, ſuarum rerum cura auariciæ.

Multa illi tentanda ſunt, qui errantes ad ſanam mẽtem reuocare ſtudet.

Vtilitati & opibus omnes ſtudent, ſed pauci res eas uerè inueſtigant.

Animi bonis cæteræ commoditates & parantur, & retinentur.

Qui mentem non excolunt, hi neq; plus ſapere, neq; fœliciores eſſe alijs ſtudent.

B A uirtute pendet uera fœlicitas, cætera umbram duntaxat fœlicitatis habent.

Iniuriarum illecebræ tandem perniciem afferunt.

Iudicium faciendum eſt non ex illis quæ rarò, ſed ex his quæ plerunq; eueniunt.

Cum iuſticia præſtet iniuriæ, Deoq; ſit acceptior: abſurdũ eſt ſtatuere, iuſtos fore deteriore conditione. *Quod differtur, non aufertur.*

Facilius eſt laudare uirtutem, quàm perſuadere eius colendæ ſtudium.

Impoſtores corrumpunt auditorum animos.

C Multi ſuæ auariciæ publicam utilitatem & gloriam prætexunt.

Diligenter expendenda ſunt exempla maiorum, & cauenda κακοζηλία.

Vulgus grauius iraſcitur monitoribus, quàm autoribus calamitatum.

Reipub. conſulendum potius eſt, quàm gratiæ aut gloriç noſtræ.

Animi ægroti unica medicina eſt libera admonitio.

Abſurdum eſt, e diſsimilibus actionibus ſimilia præmia ſperare.

Nulla fides pietasq; uiris, qui caſtra ſequuntur:
Venaleſq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.

Iniuriæ mercenariorum militum coherceri aut non ſolent, aut non poſſunt.

Milites ſunt omnium communes hoſtes.

Bonus ſenator, bonus etiam imperator eſt, iuxta Iſocratem: quod alij non probant. *Non uni dat cuncta Deus*

Reprehenſiones tantum ad nocentes attinent.

Aduerſariorum ſtulticia pleriq;, non ſuis conſilijs tuti ſunt.

In noſtris conſilijs & factis ſpes nobis eſſe debet, nõ in aduerſariorum temeritate.

Monitoris eſt, nõ tantũ reprehẽdere delicta, ſed uiam emẽdationis demonſtrare.

Difficilius eſt grata, quàm uera dicere. A

Qui potentiam non expetendam eſſe dicit, explodi ſolet.

Sine magnis rationibus, omnium iudicijs aduerſari, furor eſt.

In ueritate orationis magnum præſidium eſt oratori.

In quo accuſamus alios, id nobis licere, putandum non eſt.

Vſitatū tamē. Non eſt iuſtum, ut potentiores dominentur imbecillioribus.

Monitoris & accuſatoris eadem ferè uerba ſunt, ſed fines diuerſiſſimi.

Nemo queri debet ſe inuiſum eſſe, ſi ſua culpa inuiſus eſt.

Monitores, dum alijs prodeſſe ſtudent, ſibi nocent.

Vulgus læta initia peruerſorū conſiliorum, non triſtes exitus, intuetur.

τὰ παθήματα, μαθήματα Calamitates erudiunt homines.

Conſeruatio ueterum familiarium, fœlicem ciuitatis ſtatum arguit.

Præclari uiri maximis honoribus dignos ſeſe præbent: his uero contenti ſunt, qui ultrò à ciuibus deferuntur.

Latronum uita eſt, aliàs abundare, aliàs egere.

Moderatio fœlix eſt.

Princeps populo, tyrannus ſibi conſulit.

Qui tyrannicè imperant, tyrannicas clades expectandas habent.

In obſidionibus negligitur diſciplina & inſtitutio iuuentutis.

Poſteritatis habenda ratio.

Mediocritas cum iuſticia, præferenda eſt magnis opibus malè partis.

Primæ cauſæ calamitatum conſiderandæ ſunt.

Praua deſideria miranda non ſunt, ob ſtulticiam plurimorum.

Qui tyrannidem occupant, omne calamitatum & periculorum genus ſubeunt.

Solidæ ſapientiæ ſignum eſt, ſua errata non minus quàm aliena intelligere. B

Reſpublicas eo ſtudioſiores eſſe decet moderationis, quòd ob quandā ſui immortalitatem, neque diuinam, neque humanam animaduerſionem effugiunt.

Mali gubernatores, & in miſerias & in ſeruitutem Reſpublicas conijciunt.

Artificia ſunt improborum magiſtratuum, ſimulare curam reipublicæ, & interim ſuum negocium agere: ac in id incumbere, ut multitudinem obnòxiam habeant.

Locupletes rempub. ſaluam uolunt.

Tenuiores facilè adducuntur ad maleficia.

Singuli eam reip. formam expetunt, in qua honorantur.

Tenuiores multi coniuncti, magnis ſingulorum opibus ſunt potentiores.

Omnes eorum amicitiam expetunt, qui cum magna potentia ſingulare iuſticiæ ſtudium coniunxerunt.

Affectatio tyrannici imperij pernicioſiſsima eſt.

Magiſtratui minor debet eſſe delinquendi facultas, quàm priuatis.

Adoleſcentes exercere ingenia debent in argumentis reip. utilibus.

Florente republica, florent etiam ſtudia literarum.

GNOMOLOGIAE EX ARchidamo.

INſtituta patriæ religioſe debent obſeruari.

Audaciæ & impudētiæ tribuitur in adoleſcente, grauib. de rebus pronunciandi promptitudo.

Nemini uitio uertenda eſt ſententiæ dictio, ſi alij præſenti negocio non ſatisfecerunt.

In rebus

A In rebus dubijs uariæ ſunt ſententiæ & opiniones.
Adoleſcentem uerecundia decet,uitéq; conſtantia.
Conſulendum potius eſt reipub. quàm pudori noſtro.
Prudens conſilium non tam ætatis eſt, quàm ingenij & diligentis moderationis.
In grauibus deliberationibus multi ſunt audiendi,& una uerisſima ſententia ex omnibus deligenda.
Non aſpernandum eſt eius conſilium, cuius opera in rebus gerendis utimur.
Reſpublicæ non neglìgentius inſtituta ſua tueri debent, quàm homines priuati,ſed leuitatis opinionem fugere.
Fidelisſimè conſulunt hi,quorum res maximè agitur.
Seruiendum tempori:ſic tamen,ne honeſtas uioletur.
Iuſticiæ,neglecta utilitate,ratio in primis haberi debet.
Certa controuerſis præferenda ſunt.
Pro defenſione libertatis, nulla pericula, nullæ acerbitates ſunt recuſandæ.
Mori fortiter præſtat, quàm miſerabiliter ſeruire tyrannis.
Clades in bellis acceptæ, non ſemper ignauiæ, ſed aliquando fortunæ temeritati ſunt imputandæ.
Quo magis obnoxium te hoſti feceris,eo inſolentiorem eum reddes.
Conditiones pacis ab exitu belli pendent.
Vltrò de ſuo iure cedere hoſtibus,ignauiæ & timiditatis eſt euidens argumentum.
Grauius iraſcendum eſt infidis ſocijs, quàm apertis inimicis.
B Signum libertatis eſt,non facere imperata.
E ſumma deſperatione ſæpe ſumma fœlicitas naſcitur.
Honeſtisſima ſepultura eſt imperium.
Præſenti ſtatu acquieſcendum,ſed ſperanda meliora.
Calamitates rerumpub. emendantur prudenti conſilio,diſciplina honeſta,peritia rei militaris.
Bellum nonnunquam pace fœlicius eſt.
Fœlicibus expetenda pax,calamitoſis bellum opportunisſimum eſt.
Rerum bonitas uſu,non ſui natura metienda.
Multi in rebus contrarijs parùm ſibi conſtant.
Fœdera cum mandato coniuncta,fugienda.
Turpe alijs opitulari,ſemetipſum negligere.
Libertatis tuendæ cauſa,nullæ acerbitates recuſandæ ſunt.
Turpe,ueterem gloriam amittere.
In iuſticia plurimum præſidij eſt.
Deus iuſtis opitulatur.
Virtus ſociorum & militum magis ſpectanda,quàm numerus.
Præclarum eſt,pulchrè ferre aduerſam fortunam.
Rebus ſecundis inſoleſcere ac tumultuari dedecet.
Inconſulta temeritas hoſtium aduerſarios permultum iuuat.
Multi alios,ſua cauſa potisſimum,iuuant.
Malis excitantur animi ad quærenda remedia.
Salutis ſine dignitate ratio habenda non eſt.
In rebus dubijs ancipiti conſilio utendum.
Maximè tuendus eſt iratus exercitus,bene inſtructus, & ad necē paratus.
Terribilium facinorum etiam fama eſt formidabilis.
Maximè dolent iniuriæ,ſpe ultionis adempta.

Facile

Facilè uincuntur homines incõpoſiti, & multis utentes imperatoribus. A
Ciuitates caſtris ſimiles, ſunt formidabiles.
Honeſta exempla imitanda ſunt.
Non acerba initia, ſed læti & ſuaues exitus conſiderandi.
Potentes uicini metuendi.
Danda opera, ut firma & diuturna pax ſit.
Dimicandum pro opibus & iure noſtro.
Honeſta mors ignominioſæ uitæ præferenda.
Alios alia conſilia & actiones decent.
Tales quiꝗ ſunt, qualia conſilia ineunt.
Reipub. utilitas non minore cura complectenda, quàm priuatæ commoditates.
Ignauiæ crimen turpiſsimum eſt.
Erubeſcendum, ubi priſtinam dignitatem amiſeris, infra ignobiliores deiectus.
Acerba ſeruitus exulcerat animos.
Nihil intolerabilius conuicijs ſeruorum.
Præſtat maturè proſpicere, quàm accepto damno queri.
Honeſtarum actionum ſola conſtantia, uirtutis laudem meretur.
Calumniæ factis optimè refutantur.
Sua mala ſinguli emendare ipſi debent.
Virtus rebus arduis exſplendeſcit.
Multa præter expectationem eueniunt.
Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile.
Firmiſsimum præſidium eſt, mori non dubitare pro iuſticia.
Timidi & ignaui nunquam ſecuri aut in tuto ſunt.
Immortalis gloria uitæ cupiditati præferenda eſt. B
Accepta à maioribus, tradenda poſteris.
Libertas, uera patria eſt.

GNOMOLOGIAE EX ORATIONE
περὶ τῆς ἀντιδόσεως.

SI quam nouam rationem inſtitueris, cauſæ tui facti explicandæ ſunt, ne temerarius aut ineptus eſſe uidearis.
Calumniatores optimas res humilibus comparationib. corrumpere ſtudent.
Inuidorum futiles obtrectationes, ipſæ ſeſe euertunt.
Hominum uoluntates erga aliquem, in rebus aduerſis patefiunt.
Qui rebus honeſtiſsimis occupatur, neminiꝗ moleſtus eſt, ſpem habet popularis beneuolentiæ.
Miſerum eſt, ſub uitæ finem demum affici moleſtijs.
Quibuſdam uoluptati eſt, magnis uiris obtrectare.
Iniqui iudicis eſt, reum damnare non conuictum, ſed ab aduerſarijs duntaxat in odium adductum.
Iactura pecuniæ ita ferenda eſt, ut appareat te nec auarum, nec prodigũ, ſed moderatum hominem eſſe.
Oratio imago eſt ingenij, uitæꝗ totius.
Própria laus & uerecundior & ingratior eſt, apologiæ ſpecie commodiſsime de nobis ipſi dicere poſſumus.
Ingenia ſenectute langueſcunt.
Aliud orationis genus foro & iudicijs, aliud ſcholis philoſophorum, aliud cœtibus ſtudioſorum adoleſcentum eſt accommodatius.
Magni laboris eſt, prolixę orationis ſeriem animo contueri, uaria diuerſaꝗ com-

A ſacq́; compingere, ſequentia præcedentibus aptè annectere, atq; efficere, ut inter ſeſe omnia conſentiant.

Orationis approbatio non tam à ſua bonitate & ueritate, quàm à uoluntatibus & iudicijs auditorum pendet.

Iſocrates auditores monet, qua ratione commodiſsimè oratio ſua audiri poſsit.

Inuidia ſibi ipſa grauiſsima pœna eſt.

Omnium improbiſsimi ſunt, maximisq́; pœnis digni, qui ea crimina, quibus ipſi conſtricti tenentur, in alios conferre audent.

Hominibus eloquentibus difficile eſt in iudicijs faceſſere negocium.

Alium ſacrilegij arguit is, qui ipſe donaria deorum in manibus habet.

Eloquentiam alicui obijcere, atq; illum ita contemnere, ut ipſum uera dicentem te mentiendo ſuperaturum ſperes, abſurdum eſt.

Vulgare crimen eloquentium hominum, eos cauſam inferiorem dicendo ſuperiorem reddere. τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

Alij calumnias oratione refutant, oratoribus ipſa oratio calumnias parit.

Orator accuſatus, uel eloquentiæ ui ſuperior euaſiſſe, uel ob cauſæ ſuæ malitiam uictus eſſe creditur.

Non præceps debet eſſe iudicium, ſed pars etiam altera perfectè audienda eſt. Δεῖ ἀμφοῖν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι.

Accuſatoria oratio non eſt ueritatis index.

Iudex bene ſecum agi putet, ſi ex utriuſque partis orationibus ueritatē elicere queat.

Indignatio facit interdum, ut deteſtationi calumniæ diutius immoremur, quàm noſtræ defenſioni.

B Calumnia eſt ſummū malum. Nam quid ea malitioſius eſſe queat, quæ facit ut mentientes gloria floreant, innocentes malefici uideantur, iudices peierent? Ac deniq; ueritatem abolet, auditores falſis opinionibus imbuit, ciuium quemuis ſine diſcrimine perdit.

Cauendum ne ipſi ea faciamus, quæ ab alijs facta reprehenderemus.

Athenienſes ſæpe iudiciorum pœnituit, quæ per iram re non ſatis exploratā, facta erant. κρίσεις αἱ μετ' ὀργῆς, καὶ μὴ μετ' ἐλέγχου γιγνόμεναι.

Quem antehac ſuæ temeritatis pœnituit, is cauere debet, ne quicquā concitato animo ſuſcipiat. *Ad pœnitendum properat, qui citò iudicat.*

Non facilè credendum accuſatorum uerbis, ſed rei etiam æquis animis audiendi.

Athenienſes omnium Græcorum humaniſsimi & clemētiſsimi habiti.

Apud quoſdam moris fuit, in capitalibus iudicijs calculorum partem reis adijci.

Iniquum eſt reos deteriore conditione eſſe, quàm calumniatores.

Athenis iudices ſingulis annis iurabant, ſe accuſatores & reos eodem modo audituros.

Non habitandæ ſunt ciuitates, in quibus aliqui ciues indicta cauſa perimuntur. **Cōtra tyrannum et ſycophantam nihil eſt præſidij, aut refugij.*

Non pari beneuolentia utroſq; audire, quid eſt aliud quàm indicta cauſa condemnare?

Prudentis hominis officium eſt, ut ipſe talis in alios ſit iudex, quales in ſemetipſum alios eſſe uellet.

* Propter calumniatorū audaciā, nemo nouit q̃ diu in tuto eſſe liceat. † τοὺς προειρημένους τῶν μὲν ἰδίων ἀμελεῖν, τοῖς δ' ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν.

Ad ſecuritatem non ſatis eſt modeſtè uiuere.

† Qui ſua negligunt, alienis inſidiantur: experti uires ſuas contra innocentes, plus argenti à palàm delinquentibus extorquent.

xx Egregium

Egregium artificem uiciſſe, inſuperabilis ingenij argumentum eſſe cre- ditur.

Iudex calumniæ facile credens, & reus imperitus forenſium circũuentionum, uictoriam aduerſario facilem admodum faciunt.

Iſocrates à nemine unquam ullius iniuriæ accuſatus, affectus iniuria amicos aduerſariorum controuerſiæ arbitros ſumpſit.

Hæc uel fortunæ temeritas, uel improbitas hominũ eſt, interdum etiã ignorantia.

Fit ut qui omnem ætatem ſine cuiuſquam iniuria exegit, ijſdem malis afficiatur, ac ſi omnes offendiſſet.

Prolixa exordia moleſta ſunt iudicibus.

Diligenti auſcultatione probę orationis, prauæ opiniones euelluntur, ueræ ſententiæ confirmantur.

Calumniatores reis inuidiam & odium concitare ſtudent: hoc, commemoratione rei populo inuiſæ: illam, diuitiarum & gloriæ amplificatione.

Odium & inuidia iudicis, reum facile proſternunt.

Oratio ſine probatione, ſine iudicio dicta, futilis eſt.

Non ex præiudicijs, ſed ex accuſatione & defenſione ſententia feren(da.

Non fieri poteſt, quin is qui multos offendit, in rebus aduerſis & periculis multos habeat, qui pœnas de ipſo ſumere conentur.

Vel eloquentia uel rerum gerendarum fœlicitate præſtare cæteris, naturæ fortunæq; munera ſunt: ſed talibus facultatibus rectè et moderatè uti, probitatis laus eſt.

Quotidianæ uitæ çonſuetudo mores hominis certius indicat, quàm calumnia maleuolorum.

Crebra in aliquo loco commoratio, ſtudium hominis indicat.

Rabulę forenſes, ſublatis iudicijs, fame pereunt: Iſocrates ab exteris magnas opes adeptus.

B

Iſocrates oratores, imperatores, reges, & tyrannos, diſcipulos habuit.

Apud cauſidicos uerſantur, uel qui ipſi in malis ſunt, uel qui alijs negocium faceſſere inſtituunt.

Cauſidicorum nemo dignus habitus fuit Athenis, ut ei diſcipuli committerentur.

Quorum ſtudia diuerſiſsima ſunt, eos in ijſdem actionib. uerſari, haud conſentaneum eſt.

Multi ſunt qui ueritatẽ iniquis animis audiant. Bona cõſciẽtia lucem amat.

Vtrum mihi ueritatem apertè dicere profuturum ſit, neſcio. Difficile enim eſt, quid uobis animi ſit, intelligere. liberè tamen quod ſentio, dicam.

Iſocrates totius uitæ ſuæ & ſtudiorum rationem, omnibus notam eſſe uellet.

Vanitatis eſt, iactare deſiderium alicuius rei, eamq; oblatam amittere.

Iſocrates uaria orationum genera numerat, λόγους ἡρωϊκοὺς, ποιητικοὺς, πολεμικοὺς, ἀντιλογικοὺς, δικανικοὺς, ἑλληνικοὺς, πολιτικοὺς, πανηγυρικοὺς.

Panegyrici, poemati ſunt quàm orationibus forẽſibus ſimiliores. quia dictio eſt magis poetica & uaria, argumenta elatiora longiusq; petita, ornamenta illuſtriora & crebriora.

a. Φιλοπραγμοσύνη, id eſt, curioſitas & libido multis faceſſendi negocium, cauſidicum, philoſophia rhetorem Iſocraticum facit.

Iſocraticæ orationes perpetuò proſunt & delectant: forenſes tamdiu ferri poſſunt, quàm diu conſeſſus iudicum & cauſæ actio durat.

Sæpe conſpici in iudicijs, Athenis inuiſum fuit.

Iſocrates quo & ſæpius & prolixius, & apud plures & præſtantiores uiros diſſeruit, eo factus eſt celebrior & acceptior.

Iſocrati nõ difficile fuiſſet, modò uoluiſſet, forenſes orationes ſcribere: ſed Iſocraticas cauſidici nequaquam imitari poterant.

Iſocrates

A Iſocrates ſuum ſtudium, ſiue δύναμιν, ſiue philoſophiā, ſiue διατριβὴν nominare, liberum facit.

Iſocrates nullum ſupplicium ſe recuſare dicit, non modò ſi noxias, ſed ſi non tales orationes ſcripſerit, quales alius nemo.

In iudicio cauſam dilucidiſsimè certiſsiméque iudici expoſuiſſe, optimum eſt.

De rebus & actionibus ex oratione coniectandū, ipſa oratio ex ſemetipſa certò dijudicari poteſt.

Vt frugum, ſic etiam orationum ſpecimen exhiberi poteſt.

Tempus nobis datum exiguum eſt. *βραχὺς ὁ βίος, ἡ δὲ τέχνη μακρά.*

*Iſocratis Panegyricus cæterorum orationes eiuſdem argumenti aboleuit, alios à dicendis & ſcribendis panegyricis deterruit.

Conſiderare quantum alij nobis præſtent, audaciam noſtram infringit. **Viliora ſcripta melioribus abolentur.*

Sunt qui ipſi nec dicere nec facere quicquam probandum poſsint, ſed in eo ſtudio ætatem conſumant, ut ex inuidia, dicta & facta aliorum omnium cauillentur, & reprehendant.

Vtilius eſt præſentia peccata reprehendere, quàm uetera facinora laudare: & ſuadere quid facto ſit opus, quàm olim facta commemorare.

Cauendæ ſunt omnes anſæ reprehenſionum.

Omnes Iſocratis orationes ad uirtutem & iuſticiā in primis referuntur.

Alia ſcripta perpetua oratione conſtant, pręceptiones in breuia quædā & diſtincta capita rediguntur. *Cicero tamen diuerſam rationem ſequitur, libris de Legib. tantū exceptis.*

Parænefes ut auditoribus maximæ proſunt, ſic ingenium & mores monitoris maximè oſtendunt.

Iſocrates etiam cum rege liberè & è dignitate ſuæ ciuitatis diſſeruit, nec illius potentiæ adulatus eſt, ſed etiam ciuibus opitulatus. *Nunc aſſentatio et linguā et indolē germanicā corrupit. quid ſecuturū ſit, facile intelligitur.*

B Iſocrates ſuadet, ut imperia quàm manſuetiſsimè conſtituantur, & adminiſtrentur.

In libera ciuitate magiſtratibus colenda multitudo eſt.

Principem ſapientia omnes anteire decet, quum ęorum plerique ignauiores & peius inſtituti ſint quàm idiotæ.

Minimè decet, ut deteriores uirtute præſtātioribus, ſtolidiores prudentioribus imperent.

Quo ſtulticiæ fœditas rectius ab aliquo perſpicitur, eo diligētius ingenium ſuum excolit.

εὐκαιρία, id eſt modus, orationem ſummopere cōmendat.

Dum aliquid habere uidemur, aliud atq; aliud paulatim adijcientes, in extremam loquacitatem incidimus. [redacted] *dominari dicit in mundo.*

†Iſocrates indignatur ſycophantiam in maiori honore eſſe, quàm philoſophiam, apud eos præſertim qui præcipuum ſapientiæ ſtudium habere uideri uelint.

Sophiſtæ, id eſt bonarum artium magiſtri, olim in admiratione fuerunt: nunc ſycophantæ primas ferunt.

Solon primus Athenienſium ciuium ſophiſtæ cognomē accepit: id eſt, uiri ſapientis. *σοφὸς, φιλόσοφος, σοφιστὴς, olim ferè συνώνυμα, ut Heſych. teſtatur.*

Sycophantarum improbitas omnia ſcelera ſuperat.

Sycophantæ ſuam crudelitatem, inhumanitatem, & odij ſuſcipiendi cupiditatem oſtentant, quum alij ſua maleficia tegere ſtudeant.

Sycophantæ nobiliſsimos ciues & optimè de repub. meritos eijciunt. ** Aeſchines: πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας ἐπιλαβομένη, δημοσίας ἀπεστέρησε σωτηρίας.*

*Improbum ingenium poteſtatem adeptum, intolerabile eſt bonis, malitioſis amicum.

Homines ignobiles nō facile ad oligarchiam aut tyrannidem aſpirant.

Calumniatores, magnanimos uiros non prius laceſſere deſinunt, quàm eos adegerint ad ea facienda, quæ falſò illis obiecerunt. A

Sæpe coherceri poſſent affectus, niſi nobis nimium placeremus.

Etiam inter iraſcendum animaduertere poſsis, ſi uelis, te modum excedere.

In apologia Platonis.

Cōſuetudo ueterum in perorationibus ſupplicare, liberis & amicis adductis, qui deprecarentur: id Iſocrates non minus improbum cenſet, quàm Socrates.

Iſocrates ita ſanctè iuſteq́ ſe uixiſſe & ſcripſiſſe tum de patria, tū de dijs profitetur, ut non dubitet, ſi qua ipſis rerum humanarum cura ſit, eos ſui rationem habituros.

Iſocrates ſe tum confidit eſſe moriturum, quum Reipublicæ profuturum ſit.

Ianus Pannon. Fine bono claudi uita probata ſolet.

Qui uitam ſuam Deo curæ fuiſſe animaduertit, is nec in morte ſe negligi ſperat.

GNOMOLOGIAE EX ORATIONE de Iugo.

Minus ferueret prætoria, ſi hæc ut iurantur, ita ſeruarentur.

Aντωμοσία κὰ διωμοσία ne quid extra cauſam, aut per calumniam, malaq́ conſcientia dicerent, Athenis à litigantibus exigebatur.

Iniquum eſt de re priuata inſtituere actionem, & reum de publicis criminibus accuſare.

Sycophanticum eſt, de perſona plura dicere, quàm de re.

πολυπράγμονες ſunt, qui aliena curioſius inquirunt, quàm ſua.

Aduerſariorum improbitati reſpondere cogimur, etiamſi cauſa id non poſtulet.

Parentum exiſtimatio non minori curæ filijs eſſe debet, quàm priuata ipſorum pericula.

In uno uiro præſtanti, magnum præſidium eſt reipub.

Iidem & Alcibiadem urbe eiecerunt, & libertatem populo eripuerunt. B

Qui ſe cum factioſis coniungere non uult, periclitatur.

Tyranni non prius mutare ſtatum reipublicæ potuerunt, quàm Alcibiadem, uirum in rebus gerendis acerrimum, & inſigni autoritate prẹditū, ſubmouiſſent.

Religio. Libertas.

Athenis duo atrociſsima & inuidioſiſsima crimina habebantur, prophanatio myſteriorum, & oppreſsio popularis ſtatus.

Sycophantæ callidè exquirunt ea crimina, quæ ſciunt maximè inuidioſa eſſe.

Seueri iudicis eſt, odiſſe & punire calumniatores.

Iniquum eſt, præſentem abſoluere, abſentem condemnare.

Nemo igitur ſecurus eſſe debet.

Inimici, quem opprimere palàm non poſſunt, clandeſtinis conſpirationibus & machinationibus aggrediuntur.

Ciues cautos eſſe decet.

Viri præſtantes, mediocres iniurias moderatè ferunt: ſed nimis atrociter exagitati à ciuibus, ad hoſtes confugere, cum ingenti periculo & clade ciuitatis, quo ſalui eſſe queant, coguntur.

Calumnia ſeipſam euertit, ſi dicas eundē nihil uulgo præſtitiſſe, & omnium euentuum cauſam extitiſſe.

Quædam iurè egimus, de quibuſdam iniuria accuſamur.

Iniquum eſt, accuſare filium de facto patris, quod ipſi patri non fraudi, ſed honori fuit.

Verg. Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.

Aliena mala candidiſsimè interpretantur, qui & ipſi eadem mala ſunt perpeſsi.

Non exules qui reſtitui cupiunt, ſed qui urbe fruentes, mulctanda exilio perpetrarunt, pro malis uiris haberi debent.

Dema-

A De magnis uiris non ex eo tempore iudicandum eſt, quo iniurijs exagitati hoſtium loco habentur, ſed ex eo dum reipublicæ ſocietate fruuntur.

In ſummis periculis Athenienſium, Alcibiades beneuolentiam ſuam erga ciues comprobauit.

Alcibiade duce nunquam hoſtes de Athenienſibus triumpharunt. *Victoria comes fortunati ducis.*

Non boni uiri eſt inſectari mortuum, quem uiuentem laceſſere non auderes. *Lex Solonis, μὴ κακὰ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας*

Improbi nebulones non ſolum optimos uiros, ſed deos etiam proſcindere conuicijs audent.

Stoliditatis eſt, omnes omnium ſermones curare.

Alcibiades à primis inde natalibus illuſtriſsimus & ampliſsimus ciuium. *ἐσθλῶν γενόμενον ἐσθλὸν εἶναι μεγαλοπρεπές ἐστι.*

Iucundum eſt, atque etiam utile, noſſe genealogias magnorum uirorum.

In ſeditionibus & motibus populi apparet, qui'nam ſint boni ciues, qui auari & ambitioſi.

Alcibiades tutorem habuit Periclem, modeſtiſsimũ, iuſtiſsimũ, & ſapientiſsimum ciuem.

Ab excellenti uiro curari, educari, inſtitui, præclarum eſt.

Propria uirtute potius, quàm factis maiorum, eſt gloriandum.

Alcibiadi militi propter uirtutem corona & panoplia data à duce.

Summa laus Alcibiadis, ciuib. clariſsimis uirtute præſtitiſſe, hoſtes potentiſsimos & callidiſsimos, ductu auſpicijsq́ ſuis perpetuò ſuperaſſe. *Honos uirtuti habendus.*

Hipponicus ſocer Alcibiadis Græcorum ditiſsimus, nobilitate nemine ciuium inferior, ſua ætate in maximo honore & admiratione habitus. *Fortunæ fauor.*

Quicquid excellens eſt, eo potiri omnes quidem optant: ſed ambire nõ audent, niſi magnates.

B Nobiles & opulentæ nuptiæ, Alcibiadi tanquam præmium uirtutis contigerunt.

Celebritas Olympiorum admirationi fuit omnibus, in qua Græci diuitias, uires, & eruditionem ſuam oſtentabant: qui uicerant, ciuitates ſuas illuſtrabant.

Magnificentia toti ciuitati glorioſa, magis laudatur, quàm quæ priuatã celebritatem parit.

Generoſus animus in certamẽ deſcendere cum uilibus hominibus dedignatur.

Equos alere, beatiſsimorum munus eſt.

Athenienſes fœlicitate Alcibiadis fruebantur, Alcibiades calamitatib. Athenienſium affligebatur.

Alcibiades ſuſpectus fuit Athenienſibus de tyrannide, non ob ſua facta, ſed quia tyrannis creditur expetenda res eſſe, & quia Alcibiades eam facile occupare poſſe uidebatur.

Gratia illi habenda eſt, qui ſuperior eſſe potuiſſet, & tamen æquo iure cum cæteris uiuere maluit.

Ciuitatibus optimè cupiunt, qui rebus earum ſecundis maximè fruuntur, aduerſis affliguntur.

Hoſtium mœnia diruere non ſatis eſt, dum is ſupereſt, qui rurſum ea erigere poteſt.

Argumenta boni ciuis.

1 Eundem ſtatum quem cæteri, deſiderare. 2 Ab ijſdem affligi, à quibus populus affligitur. 3 Vnà cum ciuitate calamitoſum eſſe. 4 Amicos & inimicos eoſdem habere. 5 Varijs periculis apppeti, partim à ciuibus,

partim cum ciuibus,partim propter ciues,partim pro ciuibus. A

Ludit in humanis diuina potẽtia rebus. Alcibiadis filius,inſigne calamitatis exemplum.

Ignominia maior calamitas exilio. ἀτιμία, id eſt,ademptum ius gerendi magiſtratus.

Grauius malum eſt, in patria contemni, ꝙ apud peregrinos ignorari.

Res atroces per ſe commiſerationem mouent, etiam tacentibus calamitoſis.

Generoſus animus grauius eſſe ducit nimis abiectũ & ſupplicem eſſe, quàm mala diutius ferre.

GNOMOLOGIAE EX AEginetico.

NEmo tam diligenter ſibi cauere poteſt, quin ſycophantæ inueniant anſam calumniandi.

Iniquis animis ferimus,nobis ſine cauſa faceſſi negocia.

Beneficia noſtra conſpici cupimus.

Improbi cognatos negligunt,hæreditatem eorum deſiderant.

Adoptione filiorum familiæ aliàs perituræ propagantur.

Si ſycophantis pœnæ irrogarentur,pauciores hominib. moleſti eſſent.

Grauis pœna eſt, ob improbum aliquem conatum, bonam exiſtimationem perdere.

Peregrè ditati,patriam deſideramus,& nuptias honeſtas.

Congruentia naturalis ingeniorum, arctioribus amicitiæ uinculis homines deuincit,quàm cognatio.

Lex Aeginetarum ſimiles adoptari iuſsit: id eſt, pro dignitate familiarũ.

Verus amicus, in amici rebus, pericula non magis reformidat, quàm in ſuis.

Interim dum alijs gratificamur, ipſi in magnas clades incidimus. B

Calamitates primæ ſunt acerbiſsimæ, crebras ipſa conſuetudo lenit.

Homines natura moroſi,accedente morbo fiunt intolerabiles.

Quæ ſine pudore dici nequeũt,ſunt tacitæ auditorum cogitationi commendanda.

Magnum fidei exemplum, malle unà perire, quàm amicum in morbo aut miſeria deſerere.

Quidam pecuniæ,non hominis cognati ſunt.

Vt nõnulli genere cognati,hoſtiliter ſe gerunt: ſic aliqui alieni, cognatorum officia faciunt.

Non eſt iudici curandum, quid ueriſimile fuerit, aliquos ex maioribus uelle de ſua hæreditate fieri, ſed ex proximi hæredis legitimo teſtamento iudicandum.

Fideles & conſtantes amici,etiam publicè honorari debebant.

Lex adoptionis orbis inſtar liberorum eſt,& efficit, ut & ab alienis & à cognatis magis obſeruentur.

GNOMOLOGIAE E TRApezitico.

INcommodum eſt,in eos aduerſarios incidere, qui & pro bonis uiris habentur,& teſtibus conuinci nequeunt,& multorũ amicitijs florent.

Alacria ingenia deſiderant uarias regiones uidere, atque ita interdum in mala incidunt.

Tyrannicæ amicitiæ, facili calumnia in capitales inimicitias conuertuntur.

Prudentiæ eſt, ſubſidium aliquod præparare in opiæ.

Callidi

A Callidi homines ſub beneuolentiæ ſpecie non alijs, ſed ſibi conſulunt.

Auaris ad fraudandum & peierandum nihil præter occaſionem deeſt.

Simulatores quod uerbis iubent, re uetant.

Humanitatis eſt, contegere aliorum calamitates.

Perfidi homines, dum ſua ſcelera tegere poſſunt, audaciſsimi ſunt: deprehenſi, fiunt omnium abiectiſsimi.

Oratorem diuinare oportet, in quo aduerſarij ſuæ cauſæ fundamenta collocent.

Magni lucri inſtar eſt, pecuniam non committere periculo itineris, nauigationis præſertim.

Quum ab omni parte circumuenti ſumus, tutiſsimum eſt, rem omnem fatis permittere, & quieſcere.

Pecuniæ multitudo, & hominis ſolitudo atq; calamitas, exoptata & parata præda eſt nebulonibus.

Quis unquam tam inſignis calumniator fuit, ut ipſe de uita periclitans, alienis opibus inſidiaretur?

Qui nec in dictis, nec in factis ſibi conſtat, meritò mendax habetur.

Qui de rebus euidentibus mentiri non dubitat, quid faciet de occultis?

Subornari poſſunt falſi teſtes, tormenta ſeu quæſtiones mendacio locum non relinquunt.

Mala conſcientia facit, ut tuta etiam timeantur.

Vbi teſtimonijs & euidentibus argumentis deſtituimur, ad coniecturas, quas circumſtantiæ ſuppeditant, eſt confugiendum.

GNOMOLOGIAE EX PAragraphico.

B PEriuria non tantum pœnæ diuinitus infligendæ metu, ſed præſentibus ſupplicijs etiam coherceri debent.

Iudiciorum ſæpe alij ſunt euentus, quàm expectantur.

Mali iudices ſunt, ubi fortuna plus quàm iuſticia poteſt.

Præſtat mediocri iactura tranſigere cum aduerſarijs, quàm cum magno periculo ancipitem iudiciorum aleam experiri.

Deſcriptio pernicioſi ciuis.

1 Deprauare leges. 2 Corrūpere iudicia. 3 Obturbare magiſtratibus. 4 Omnium malorum eſſe autorem.

Improbi conſultores ad flagitia multos impellunt.

Sycophantæ multum poſtulare audent, parùm accipiunt.

Magiſtratus improbi multos inuitant ad ſcelera.

Triginta tyranni non tantum delinquentes non puniebant, ſed pleriſque imperabant etiam ut delinquerent.

Non conſentaneum eſt, eum qui in impunitate ſcelerum omnium ſe modeſtum præbuit, tum demum fieri uoluiſſe improbum, quum ſeuera iudicia exerceri cœpiſſent.

Imprudentis eſt in eam neceſsitatem ſe conijcere, ut, etiamſi pœnituerit, euadere nequeat. [illegible]

Nemini unquam profuit, pacta & conuenta uiolaſſe.

Maxima uitæ pars tam apud Græcos quàm apud Barbaros, pactis & conuentis regitur.

Qui conuenit ut eorum criminum alios accuſes, quibus ipſe ſis obnoxius?

Euentuum in bellis maximam ſibi partem fortuna uendicat.

Moderatio erga ciues, animi noſtri propria laus eſt.

Iudex neque gratia, neque miſericordia moueri debet, ſed iuſiurandū ſimpliciter ſpectare.

Athe-

Hæc iraſtultorũ uel tyrannorum potius eſt. Athenienſes, ſi maleficos non deprehendiſſent, proximum quenq; punire dicebantur. A

Iudex non calamitatis, ſed melioris cauſæ rationem habet.

Nec enim lex iuſtior ulla eſt, Quàm ſcelerum artifices, arte perire ſua. Nemo eius miſceri debet, qui mala alijs machinatus, ipſe in clades incidit.

Odio digni ſunt, qui in communibus miſerijs propriam aut ſingularem fortunam poſtulant.

Præſtat, mutato conſilio negocijs liberari: quàm incerta lucri ſpe, ingẽs periculum adire.

Stultum eſt, ab alijs petere, quod ipſe tibi præſtare poſsis.

Τῶν ἔργων φροντίζειν, καὶ μὴ τῶν παρέργων Ea demum accuſatio curanda eſt iudici, quæ ad ſolum iniuriarum autorem pertinet.

Præiudicia perterrefaciunt malè ſibi conſcios.

Quantum concordia bonum, aut ſeditio malum ſit, hi rectiſsimẽ intelligunt, qui utrunq; ſunt experti.

Factionum acerbiora ſunt odia, quàm hoſtium.

Summa ſtulticia & miſeria eſt belli ciuilis.

Multa fiunt non præſentis ſtatus odio, ſed imminentium periculorum metu.

Ex uno ſcelere, hominis improbitas intelligi poteſt.

Diſsimulare prodeſt, nos inimicorum inſidias animaduertiſse, ne, mutato conſilio, palàm conuinci non poſsint.

Qui in aliorum gratiam peierat, num ſuapte cauſa mentiri dubitabit?

Sic Athanaſius, Arrianorũ mendacium de Arſenio refutauit. Falſum teſtimonium de interfecta ancilla refutatum, ipſa ante conſpectum iudicum producta.

Gratia habenda eſt non calamitoſis, ſed bene de repub. meritis. B

Qui propter gloriæ cupiditatem uitam etiam periculis obijcit, is utiq; leui de cauſa ignominiam accipere non uolet.

In iudicijs apud Athenienſes ratio habebatur etiã anteactæ uitæ, potiſſimum uerò meritorum in rempublicam.

Pactiones inæquales non conglutinant, ſed diuellunt concordiam.

GNOMOLOGIÆ EX ORATIONE
contra Lochiten.

HOmo nihil carius aut coniunctius habet corpore & uita ſua, ad cuius defenſionem & incolumitatẽ pleræque noſtræ actiones referuntur.

ἄνευ παρακαταβολῆς, id eſt, ſine pecuniæ controuerſæ decima parte apud iudices depoſita. Athenis de ſolis corporum iniurijs actio ſine ſponſione dabatur omnibus.

Athenis conuicium quingentis drachmis multari ſolitum.

Contumelia plus dolet, quàm iniuria uerberum.

Qui eadem facinora committunt, ijſdem pœnis afficiuntur, non habita ratione quantitatis.

In puniendo non tantum factum, ſed mores etiam hominis & euentus qui factum illud ſequi potuere, ſpectanda ſunt.

De leuibus ſæpe cauſis grauia mala extiterunt.

Heſi. Contumelia ſummæ rerum nocet, & tum familias priuatas, tum ciuitates euertit.

Quod cauere poſsis, ſtultũ admittere eſt. Præſtat proſpicere, quàm ulciſci accepta iniuria.

Nemo tamẽ propter metum iniuriarũ debet eſſe iniurius. Puniendi etiam hi, qui præ ſe ferunt ſcelerum cupiditatem.

In lucro magiſtratus deputare debent, ſi quem deprehenderint, qui paruis in rebus omnem ſuam improbitatem effuderit,

Optabile

Optabile eſſet, frontibus improborum notas quaſdam eſſe impreſſas, ut caueri poſſent. *Euripides: ἀνδρῶν ὅτῳ χρὴ τὸν κακὸν διαειδέναι, οὐδεὶς χαρακτὴρ ἐμπέφυκε σώματι.*

*Si hominis ingenium cognoſcere uis, dicta & facta illius magis quàm frontem (quanquam phyſiognomones in hac quoq; multa perſpiciunt) intuere. **Hypocriſis tollit omne iudicium.*

Qui ciuibus uerberandis delectantur, ita cohercendi ſunt, ut eos iniuriarum & petulantiæ pœniteat.

†Quum omnes ciues pro patria mortem oppetere non dubitent, ſi neceſſe ſit, omnes eodem iure eſſe debent. *†Democratici argumentū.*

Homines feroces ſunt legum contemptores, decreta iudicum pro legibus habent.

GNOMOLOGIAE EX Amartyro.

HOmines pauperes, amicis freti, & eloquentes, parati ſunt ad calumniandos diuites indiſertos, & deſertos.

Lucri cupiditas impellit ad iniurias. *Quærendum cui bono.*

Improbi non quem uolunt, ſed quem poſſunt, defraudāt. *Iniurijs igitur opportuni ſunt ſimplices amici.*

Sub tyrannis improbi honorantur ob facinora, boni propter diuitias inſidijs appetunt.

Miſerabilis ſtatus reipublicæ, quum grauius crimen habetur, eſſe diuitem, quàm improbum. et ęs alienum debitoribus condonandum: quod pecuniæ ſupereſt, ſycophantis dandum eſt.

Tyranni, diuites pro hoſtibus, ſceleroſos pro fidelibus amicis habent.

Omnes, quum facinus aliquod moliuntur, ſimul etiam apologiam meditantur.

Sunt qui maximam depoſitorum partem reddant, pauca quædam retineant: in magnis fidem ſeruent, in paruis defraudent. *Idem timidi fures quoque faciunt.*

Improbi prætextus, uel exempli cauendi cauſa, non admittendi ſunt.

FINIS.

Vt ſtudioſis adoleſcentibus commendatior fiat Iſocrates, utq; in cognoſcendo ſe facturos eſſe operæprecium non dubitent, uiſum eſt apponere præſtantium uirorum teſtimonia, & Platonis in primis, cuius in Phædro hæc uerba ſunt:

Σω. Νέος ἔτι, ὦ Φαῖδρε, Ἰσοκράτης. ὃ μέν τοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ, λέγειν ἐθέλω. Φαῖδ. τὸ ποῖον δή; Σω. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ἤθει* γεννικωτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν, προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων. ἔτι δέ, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσει ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γάρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ.

** fortaſſe γενναιοτέρῳ legendum.*

Cicero in Oratore:

Horum ætati ſucceſsit Iſocrates, qui præter cęteros eiuſdem generis laudatur ſemper à nobis, nonnunquam Brute * leuiter, et eruditè, repugnante te. Sed credas mihi fortaſſe, ſi, quid in eo laudem, cognoueris. Nam quum conciſus ei Thraſymachus minutis numeris uideretur, & Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam uerba iunxiſſe: Thucydides autem pręfractior, nec ſatis (ut ita dicam) rotundus, primus inſtituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere ſententias. In quo quum doceret, eos qui partim in docendo, partim in ſcribendo principes extiterunt, domus eius officina habita eloquentiæ eſt. Itaque ut ego, quum à noſtro Catone laudabar, uel reprehendi me à cæteris facilè patiebar: ſic Iſocrates uidetur teſtimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Eſt enim (ut ſcis) quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis uerbis loquens Socrates. Adoleſcens etiam nunc, ô Phædre, Iſocrates eſt. ſed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem, inquit ille? Maiore mihi ingenio uidetur eſſe, quàm ut cum orationibus Lyſiæ comparetur: præterea ad uirtutem maior indoles, ut minimè mirum futurum ſit, ſi quum ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc ſtuder, tantum, quantum pueris, reliquis præſtet omnibus, qui unquam orationes attigerunt: aut, ſi contentus his non fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiſcat. Ineſt enim natura philoſophia in huius uiri mente quædam. Hæc de adoleſcente Iſocrate Socrates auguratur. At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis: & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur * uirum: me autem, qui Iſocratem non diligunt, unà cum Socrate & Platone errare patiantur.

Fortaſſe, leuiter

Interpretatio uerborum Platonis.

Fortaſſe, unū

Idem in eodem Opere, cum de oratione agit apta atq; numeroſa, ſic ſcribit:

Nam qui Iſocratem maximè mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferūt, quòd uerbis ſolutis numeros primus adiunxerit. Quum enim uideret oratores cū ſeueritate audiri, poetas aūt cum uoluptate, tum dicič numeros ſequutus, quibus etiā in oratione uteremur, quū iucunditatis cauſa, tum ut uarietas occurreret ſatietati. Quod ab his uerè quadā ex parte, non totū dicitur. Nam neminem in eo genere ſcientius uerſatum Iſocrate, cōfitendum eſt: ſed princeps inueniendi fuit Thraſymachus, cuius omnia nimis etiā extant ſcripta numeroſe. Nam (ut paulo antè dixi) paria paribus adiuncta, & ſimiliter * definita, itemq; contrarijs relata contraria, quæ ſua ſponte, etiā ſi id non agas, cadūt plerunq; numeroſe, Gorgias primus inuenit, ſed his eſt uſus intemperantius. Id aūt eſt genus (ut antè dictū eſt) ex tribus partibus collocationis alterū. Horū uterq; Iſocratem ætate præcurrit, ut eos ille moderatione, non inuentione uicerit. Eſt enim ut in transferēdis, faciendisq; uerbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. Gorgias autem auidior eſt generis eius, & his feſtiuitatibus (ſic enim ipſe cenſet) inſolentius abutitur,

** finita*

quas

quas Iſocrates, quum tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcens ſenem iam Gorgiam, moderatius temperauit. Quin etiam ſe ipſe tantum quantum ætate procedebat (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia neceſsitate numerorum: quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem ſcripſit, quum iam admodum eſſet ſenex. in quo dicit, ſeſe iam minus ſeruire numeris, quàm ſolitus eſſet: ita non modò ſuperiores, ſed etiam ſe ipſe correxit.

Idem in Bruto:

Extitit igitur iam ſenibus illis, quos paulo antè diximus, Iſocrates, cuius domus cunctæ Græciæ quaſi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi, magnus orator, & perfectus magiſter: quanquam forenſi luce caruit, intraq; parietes aluit eam gloriã, quam nemo quidẽ, meo iudicio, eſt poſtea cõſequutus. Is & ipſe ſcripſit multa præclarè, & docuit alios, & quum cætera melius, quàm ſuperiores: tum primus intellexit, etiam in ſoluta oratione dum uerſum effugeres, modum tamen et numerum quendam oportere ſeruari. Ante hunc enim uerborũ quaſi ſtructura, & quædã ad numerũ cõcluſio nulla erat: aut * ſi quando erat, nõ apparebat eam dedita opera eſſe quæſitam, quæ forſitan laus ſit, uerunramen natura magis: tum caſu nonnunq;, quàm aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. ipſa enim natura circũſcriptione quadam uerborum cõprehendit, cõcluditq; ſententiã. Quæ quum aptis † cõſtricta eſt, cadit etiã plerunq; numeroſe. Nam & aures ipſæ quid plenum, quid inane ſit, iudicant: & ſpiritu quaſi neceſsitate aliqua, uerborũ cõprehẽſio terminatˀ: in quo nõ modò deficí, ſed etiã laborare turpe eſt.

** fortaſſe, ſi qua*
† circumſcriptio

Idem libro de Oratore ſecundo, de diuerſis, pro ætatum ſerie, dicendi generibus, ſcribens:

Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorum omnium: cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exierunt. Sed eorum partim in põpa, partim in acie illuſtres eſſe uoluerũt, &c. Proderit aliquot uerſus præcedentes & ſequentes legere, quos ſtudio breuitatis omiſimus, locum ſignaſſe contenti.

Fabius lib. 10. cum de Lyſia prius dixiſſet, hæc ſubijcit:

Iſocrates in diuerſo genere dicendi nitidus & compoſitus, & palæſtræ quàm pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi ueneres ſectatus eſt, nec immeritò. auditorijs enim ſe, nõ iudicijs cõpararat. In inuẽtione facilis, honeſti ſtudioſus: in cõpoſitione adeò diligens, ut cura eius reprehẽdatur.

Idem libro 12.

Iſocratis ſchola principes oratorum dedit.

Idem libro 10.

Mihi uidetur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Græcorũ contuliſſet, effinxiſſe uim Demoſthenis, copiã Platonis, iucunditatẽ Iſocratis.

Ioannes Ludouicus Viues:

Iſocrate ſimplicius ac purius cogitari nihil poteſt.

Idem in Præfatione ad Thomam Cardinalem:

Fuit Iſocrates, Athenieñſis rhetor, temporibus Platonis: ex cuius ſchola tanquam ex Troiano equo, prodijt numeroſa illa cohors eorũ, qui et dicendo & republica adminiſtranda plurimum in Græcia ualuerunt. Eloquentiam reſtantur diſcipuli, & monumenta ingenij: in quibus eſt mira ſermonis dulcedo, & aptiſsima cõpoſitio, numeris ad ornatũ adſtricta. Cicero fatetur, ex illius opibus ornatiorem ſe ac locupletiorem fieri. Itaq; maximo precio atq; honore eſt per gentes omnes habitus: nactusq; eſt ſine foro, intra domeſticos parietes, eam gloriam, qualem rari ex ijs, qui in ſolem certamenq; prodierunt, ſunt conſequuti. Conſtat perbreues ſæpe orationes

ab eo cōſcriptas, ingenti auri pondere à principibus uiris repenſas eſſe: ut ab Artemiſia regina Cariæ, & à Nicocle rege Salaminæ. Tantus patriæ amator, ut fractis à Philippo rege Athenienſium rebus ad Chæroneam, ut primum ea de re nuncius eſt Athenas perlatus, mœrore expirauerit, grandis admodum natu.

Dionyſij Halicarnaſſei cenſuram, & commendationem noſtri autoris inſignem, certo cōſilio ad finē Iſocratis Operū, unà cum uita eius per Plutarchum & Philoſtratum deſcripta, poſuimus.

Ipſius Iſocratis de ſe elogia uide in Exordijs Panegyrici & Panathenaici, item in Oratione περὶ ἀντιδόσεως, & ad Philippum.

FINIS.

LOCORVM ALIQVOT PER INCVRIAM inter exſcribendum deprauatorum, emendatior lectio.

IN ISOCRATE.

Pag.2.uerſ.24.eorum, obliuione Ead.uerſ.27. uel corpori & 29. nimis arctè & 42. in marg. dele, Laudationes 3.uerſ.antepenult.amicos è perie. 4.27. ei ſeruas Ead 33. in bonum uirum 6.6.abſurdum enim eſt Ead.11.è bello euad. 24. ſic plerique ad eos 7.31.nunc eam oſten. 36.leuiſſimam 8.9.eos his omnib. 28.ſuadere 9.23.rei denique is 14.5.errorē 17.49.orig.ſuam tam maternam quàm paternam ducere 18.47.Quod ſi hoc 21.25.nihilo deter. 37.eum adierint 22.3 & nemine cæt. 5.patriæ nomine 26.ult.illis imperarant 31.24.illis ſub 32.9.Theſ. cenſuram add 34.10.quæ quum ab 35.13 Lachete 50.49.nimis præteruehi, ut utraque nobis in memoriam 53.36.non eorum qui pro 37.non eorum qui & 55.3.miſerari 25.pareant 37.uniuerſam 59.36.nullis fabulis 60.5.accolunt 65.antepen.inimiciores 67.antepen.cum uobis 73.33. qui ſi 48.habeat 81.35. adde in marg. Cur Iſocrates Athenas denuò celebret. & quæ ſequuntur in marg. Athenarū laud. &c. ad initiū paginæ ſequentis transfer 94.1.adduceret 100.6.plaeque 101.22.qui nos 102.34.urbe ueſtra 134.14.paſſi ſimus 136.29 fere ut ipſe 139.13.ueneratur 145.46.ſi nolet hoc 150.47.è uobis 152.13.ab aſſentatoribus 29. in marg. importunitas 43.dicere nolunt 44.eſſet è repub. 154.21.eſſe nolunt 166.38.adeptus: inuidiam 167.1.ne prætex. eod munia quiſquam ſuff. 190.35.uerò aduerſ. 191.3.res ipſa 194.34. in marg. quid pater, ſed quid frater 196.43.multæ eſſent 44.nemo ignor. 50.fraudare 197.13.Menexenum, puerum qui 30.depoſuit 207.34 qui Gorg. 208.ult.legumlatores 209.18.eſſet ſine contumelia, 217.49.intelligis 223.4.eum ne 227.29.ea ſe ratione 31.inſtituto deſtitit 230.6.προβαλλομένας 233.35.Græciam quoque, 237.13 figurarum 238.1.προσαγορεύεσθαι 244.15.ὄντα 16.ἀνδρογύνων 31.ῥᾳστώνη. 32.ῥᾳστώνη 245.21.βροτῶν 249.6.ἐν [illegible] [illegible]

IN ANNOTATIONIB. AD ISOCRATEM.

Pag.12.uerſ.51.γοητεύοντες 21.20.ut referatur 25.30 grammatici 36.34.lege 50.37 [illegible] 55.30.ad propiora 82.47.pluris 86.20.ἰλλ[illegible] 95.5.cū quaſi 207.3.ὑπερβαλλόμενα part. 139.1.[illegible] 155.29.non ſatis 160.37.ſingularum 167.44.Phyle 178.29.illum 183.30.lenius 184.18.fuiſſe artif. 191.16.deſcripta 195.41.καταλελειμμένων 196.25.tyranni 199.17.dele de 206.18.nicti ſint 207.50.dicam: 209.29.nominatiuos infinit. 211.40.[illegible] 217.21.[illegible] 50.quærendæ 218.25.[illegible] 220.3.Hoc 223.46.populariter, 229.7.labore, corporis: 45.donantur, cal. 254.44.mores ciuitatis 262.25. Malè ſunt coniunctæ ſententiæ quæ dirimēdæ fuerant. nam à uerbo: Iſocrates: incipit alia gnome. Ead.39. poſſent unde uiuerent 272.4.diligentis cogitationis & uerſ. antepenult. Maximè timendus

RERVM ET VERBORVM IN CASTIGATIONIBVS & Annotationibus H. Vuolfij ad Iſocratem, memorabilium, Index.

ABuzi 103,21
Accuſatiui pro genitiuis 103.33 et 160 7
pro gerundijs 136.32
accuſatoris propoſitum. 172.1
ἄγραφοι νόμοι 136.1
ἀκμὴ τῶν καιρῶν 68. 40
ἀκμὴν 40.1.
ἀκοῆς προσίεσθαι 119.34
ἀκολακεύτος 42. 21
ἄκυροι νόμοι 136. 1
ἀκριβής, τὸ ἀκριβὲς 46. 47 & 47.3. & 70.7
ἀλυπότερον 31. 34
actionis uis 152 37
ἆθλα 78.37
ἀδελφὸς, ὁ, ἡ. 88.6
ἀδολεσχία 98.9
Adraſti cōtra Eteoclem expeditio 89.44
aduerbia biſma pro gerundijs 79 29
adulterij fructus & pœna. 58 38
ædificare ad diuerſa relatum. 43 45
Aeliani locus 66.3 & 151.15 & 171 37
Aemylij Probi locus. 53 51 & 174 20
æqualitas arithmetica & geometrica 120.28
ærarium Athenienſiū in arce Palladis 159. 10
ærarij. 127.15. in ærarios referre eod.
Aeſchyli dictum 42 45
Aeſchinis in Demoſthenem ſcomma 113.17
affabilitas 50. 29
ἀγνώτερον 185.10
Ageſilaus 189.10
Ageſilai apophthegma. 47.9 & 155. 11
Ageſilai luſus 68.31
ἄγνοια 4.18
ἀγών. ἀγῶνες 24.8. & 124. 45. & 145.7. & 170. 43. 45
ἀγωνιστὰ 99 51
αἰνίας 185.22
ἀργύρου ποταμοὶ 82.40
ἀδικεῖν 14.19
αἰδεῖσθαι. 75.1. αἰδεσθῆναι.2.
αἰτίας 191. 47
ἀλάγορος 156.19
Albania 149.10
Alciati carmen 72.36
Alcmæon 174.43
Aldus Manutius 105.51
ἀληθείας τυγχάνειν 131. 3
Alexandri Magni apophthegma. 45.19. & 66.40
Alexandria uide ſeorſim dicta 174.51
ἀλλ' ὅ 183. 18
ἀλλ' οὖν γε 93.9
ἄλλος οὗτος ἡρακλῆς. prouerbium 88.8
ἄλλως τε. ἀλλ' ἄγε 4.11
Alyrothij interitus. 105.44
amarum dulce, flos 162. 45
ἀμαθία 134. 28
ἀμέλει 91. 41
amici ueri quī. 51. 47. & 56.19
amicitia potentum cauenda. 163, 12 & 164. 41
amicitiæ uſus uerúſq;. quis. 52 11
ἀμίαντος 83 48
amor ex affectu 7.39
amneſtia Thraſybuli 176.21
Amphyctiones 154. 22
Amphipolis 159. 24
ἀμφισβητοῦντες τοῦ φρονεῖν. 86 44
Amyntas 110.46
ἀνὰ incrementi particula. 2.14
ἀναβησόμενοι εἰς ὄγκον μέγαν 136 49
ἀναιδεῖσθαι 205.5
ἀναχρονισμὸς 93.45
